


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
F
1
NAPOLI

SCALIGER

DE

EMENDATIONE TEMPORVM:





IOSEPHI SCALIGERI
IVLI CÆSARIS F.
OPVS
DE
EMENDATIONE
TEMPORVM:

Hac postrema Editione, ex Auctoris ipsius manuscripto, emendatius, magnáque accessione auctius.

ADDITA VETERVM GRÆCORVM Fragmenta selecta;

Quibus loci aliquot obscurissimi Chronologiæ sacræ, & Bibliorum illustrantur;
Cum NOTIS *eiusdem Scaligeri.*





COLONIÆ ALLOBROGVM,
Typis ROVERIANIS.
M. DC. XXIX.
Cum Priuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis.





Nobilissimo atque Amplissimo viro,

DOMINO

ACHILLI HARLAEO EQVITI,

AMPLISSIMI SENATVS PARISIENSIS PRINCIPI,

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CÆS. F.

S. D.





PVS nostrum de Emendatione Temporum, Vir clarissime, cui primum sub nomine tuo lucem videre contigit, nunc iterum ad te redit, postquam ei melior pristino cultus accessit. Atque vt illud tibi debetur, quia aliquando fuit tuum, ita hoc potius fuerit vetus reddere, quam nouum dedicare. Antea nihil attulerat, quo se tibi commendaret, præter singulare ac summum in te studium meum. Nunc fortasse tanto gratius tibi fuerit a noua hac editione, quantum antea commendari potuit ab amore nostro. Tibi acceptum fore confidimus: posteris vt sit, optamus: quod quidem meretur non ingenio, sed labore. Est vero argumenti nobilis, atque ardui, quod antiquitus tractari debuit, non in hoc sæculum

 differri,

differri, cui nihil diſplicet, niſi quod bonum eſt: aut certe ab alio, quam a me, occupari, vt minus inuidiæ haberet. Negare non poſſumus primo a nobis tentatum, non vt ederemus, ſed vt curioſitati noſtræ ſatisfaceremus. Poſtquam iacta alea eſt, & hunc partum edidimus, viſum eſt præſtare tollere, quam exponere: quanquam, ſi iudiciis huius æui ſtemus; melius erat, ne natum quidem fuiſſe, inſignem ad deformitatem puerum. Sed cum bona horum Ariſtarchorum gratia dixerim, eos, quid a nobis præſtitum fuit, aut non intellexiſſe, aut fateri noluiſſe. vtrum concedant, in altero iudicium, in altero ingenuitatem ſibi defuiſſe negare non poſſunt. Sed faſtidia & contemptum horum exponere, hoc eſſet cauſſam dicere, non librum dedicare. Obiter dicimus priorem illam editionem huius æui ingeniorum examen fuiſſe, ex qua non minus quid non poſſent, quam quid nollent ſcire, perſpici potuit. Non poſſunt oſtendere, quis recentiorum ante nos hæc tractauerit, vt negent nos primos hoc argumentum inuaſiſſe: neque e quibus veteribus ſcriptoribus illa hauſerimus, ne noſtrum inuentum eſſe videatur: aut ipſi ſe hauſuros putant, ne ad hoc opera noſtra indigeant. Non poſſunt oſtendere, & tamen malunt neſcire, quam a nobis diſcere: cum ipſi nihil aliud ſoleant, quam aliorum minuta errata ventilare, & quicquid ignorant, hoc errorem vocare: quicquid ſupra eorum captum

eſt,

eſt, ſuſpectum habere. Sed apologiam non inſtituimus, & de iſtis vitilitigatoribus erit alias dicendi locus, quos meminiſſe nullius operæ eſt, prætertire, maximæ humanitatis. quibus pro ſuis inſectationibus & odio noſtri ac veritatis, bonam mentem optamus; non ſolum vt noſtris laboribus æquiores ſint, ſed etiam vt eos intelligere velint. Neque enim valde moramur hos latratus, & meminimus nos apud te verba facere, Vir ampliſſime, cuius occupationibus interuenire, eſt in rem publicam peccare, cum tu eo loco poſitus ſis, vt nullum tempus excipere poſsis, quod grauioribus negotiis ſurreptum non videatur. Non alienum erat huic loco dicere de tua ſumma prudentia, atque opera egregie per tot annos erga Regem & patriam nauata in excelſo hoc rerum culmine, præſertim ſuperioribus annis in illis funeſtiſsimis ciuilis tempeſtatis fluctibus, niſi proprij operis, & largioris otij argumentum eſſet: & præterea non deerunt, qui cum tuam laudem cum patriæ gloria coniunctam eſſe ſciant, nunquam in ſcriptis, aut ſermonibus ſuis de ſalute patriæ meminerint, quin de tua virtute, tuiſque erga patriam meritis prædicaturi ſint. Mea vero laudatione non eget, quod in ore omnium poſitum eſt, quod publico omnium conſenſu teſtatum: vt interea meminerim tuis occupationibus parcere, neque tua tempora morari. Accipe igitur, Vir ſumme, opus hoc noſtrum, quod &

 propter

propter eximiam virtutem tuam, & propter veterem tuum in me amorem tibi olim dicatum, iterum cum omni cauſſa ſua reddimus. Et virtus & amicitia ius ſuum habent, ſed amicitia in hac re præcipuum. Illa a me hoc expreſsit: hæc ad hoc inuitauit. Præclare mecum agi puto, ſi quantum virtutem tuam admirari, tantum amicitia tua gloriari poſsim. Vale. Lugduni Batauorum. III Eidus Ianuarias Iulianas, anno Chriſti Dionyſiano milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo, qui erat a vero natali Meſsiæ milleſimus ſexcenteſimus.

Q. SEPT.

Q. SEPT. FLORENS CHRISTIANVS DE IOSEPHI SCALIGERI COMPVTO Æthiopico, & libro de Emendatione Temporum.

GENTILI ascendit quondam super æthera scala,
Admissus Iouis arcanis Diuum genus iste
SCALIGER, & magni dispexit lumina mundi,
Et sedes superum & mortalibus inuia regna:
Atque ibi Principibus mixtum se vidit auitis,
Qui Veronam olim imperio rexere, tenentes
Subdita Benaco late oppida: denique versis
Nunc fatis cæli medium, noua sidera facti,
Indigetes celebrant, qua Sirius ore latranti
Fulgerat, & fidi custodis nomina seruat.
Forte inculpatos quum tempore Iuppiter illo
Viseret Æthiopas, qua Sol occasus in altum
Oceanum vergit, superum de nomine dictum
Conscendens currum, reliquis cælestibus addit
Scaligerum comitem, & merito dignatur honore.
Quinetiam ad Meroen pergens, longumque trahentes
Æuum homines, mensa dedit illum accumbere Solis,
Nascentesque illic vesci diuinitus escas.
Mox tellus Arabum, atque omnis Phœnicia, & omnis
Visitur Ægyptus, Tropicoque amtermina Cancri
Acclines vmbras consummatura Syene.
Scilicet has faciunt primas ab origine gentes,
Primi iustitiam Æthiopes docuisse feruntur,
Et primi coluisse deos, ritusque sacrorum,
Et castus cautusque pios didicisse, & honestis
Artibus instrauisse viam, primique per astra
Solertes hominum viderunt fata, notarunt
Tempora, & errores Lunæ, solisque perenne
Lustrum vertentem statuere ex mensibus annum.
Fontibus ex illis hausit Linus, Orpheus hausit,
Et mundi indefessus Atlas tibicen, & ille
Bœotus metarum anni descriptor Orion,
Tum proles Iouis Herculeus, tum rupe Prometheus
Caucasea pendens, & Cadmus Agenoris, inde
Eudoxusque, Platoque, & quo te nomine dicam

Pythagora Libycis olim doctoribus vse?
Omnia quæ a primis inuenta auctoribus, omnis
Græcia, deinde suos Romana potentia in vsus
Paulatim deriuauit: variat tamen ordo
Et ratio annorum, ipsa fides persæpe laborat
Historiæ: vsque adeo fuit hoc caligine tectum.
Quamuis digna fuit Romano Principe sancti
Cura Kalendarij, frustra tamen omnibus istud
Tentatum: neque constabat sibi computus anni,
Augustus qualem dederat, vel Iulius ante.
Curia nec nodum potuit soluisse Calabra.
Quem nunc Cæsarei soboles doctissima patris
Scaliger omnem aperit, priscisque indicta, nouisque
Ignorata auctor nobis miracula diues
Promit, descriptis iamdudum nobilis astris
Astrologus, nuper columen fulmentaque Sphæræ
Barbaricæ: obscuri lux inuidiosa Manilij.
Tempora qui melius post sidera digerit anni
Atque dies inter designat rite calares.
Propterea Æthiopum linguas atque induit ora
Phœnicum, Phœnix venerandus & vnicus ales
Scaliger, & fastos illinc & tempora quæque
Ordinat, vt quod nunc totus bene computat orbis,
Scaligero gratus posthac totum imputet vni.

TOY

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Φ. ΧΡ.

ΕΤΡΑΠΕΝ ἐς γαίης φρένα κλίματα, καὶ πόλον ἄστρων
ὁ Σκαλανὸς κλῖσιν κλιμακόεσσαν ἔχων,
αἰθιόπων δ᾽ ἀγαγὼν ἀπὸ κλίματος ἐσχάτου ἦμαρ
ὠγυγίας ἡμῖν δεῖξεν ἐφημερίδας,
δυσφράστου γλώσσης ἰχνεύων δύσφατον οἶμον,
καὶ σέλας ἀμφαφόων οὐ σαφὲς ἀλλὰ σοφόν.
Μέμνονος αἰθίοπος ῥοδοδάκτυλος ὥς ποτε μήτηρ
ἵππῳ ἐφεζομένη χερὶ τῷ δινερίῳ,
ὡς ὄρφνης Σκαλανὸν νυκτός τ᾽ ἐλατῆρα λυγαίης,
ἡνίοχον φάεος, Πηγασίδων τε πρόμον,
ὃς ἵππον ἔχει, τὸν Ἰώσιππον καλέει πᾶς
ἔνδικα, τῆς κλεινῆς εἵνεχ᾽ ὑπηρεσίης.
ὥραις ἠδὲ χρόνοισι λόγον πόρε, δῶκεν ἀριθμόν,
τῶν οὐδεὶς πρὶν ἔην οὐ λόγος οὐδ᾽ ἀριθμός.
πάντ᾽ αἰὼν δύναται, Σκαλανὸς δυνατώτερός ἐστιν·
πάντα φέρουσι χρόνοι, ὁ Σκαλανὸς δὲ χρόνους.

Stoico-

Stoicorum.

Χρόνος ἐστὶν ἐπανόρθωσις πραγμάτων καὶ τήρησις.

Tatianus.

Παρ' οἷς ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφή, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν δύναται.

Diuinum Socratis oraculum ad defensionem auctoris, apud Xenoph. ἀπομνημον. β. 441.34.

Οὐ πάνυ γε ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντας μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν. *Scitum verissimum.*

Eueni.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ πάντας ὁμοίως,
ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν, οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.

Polybij, ex Eclogis libri XXIIII.

Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων. Καί ποτε μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὐτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα, τέλος αὐτὴ δι' αὐτῆς ἐπικρατεῖ, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. *Ita de nobis cum Deo speramus.*

Σὲ τὸν παθόντα τὰς Χειρογράφων φθορὰς
Ἔστησεν εἰς τὸ κάλλιον χάρτης ὅδε.
Σὺ δ' οὖν δὸς αὖθις αἰανῆ χρόνον, Χριστέ·
Ἴσοις ἀμείβου, σῶζε τὸν σώσαντά σε.



PROLEGOMENA IN LIBROS DE EMENDATIONE TEMPORVM.

Ad candidum Lectorem.

QVINTVS DECIMVS hic annus agitur, candide Lector, postquam opus nostrum de Emendatione Temporum emisimus. Persuaseram mihi, homines studiosos aliquam nobis gratiam habituros tot rerum, quas & scitu dignas, & a nobis primum indicatas negare non poterant. Sed longe aliter animatos experti sumus: atque adeo rem potius inuidiosam atque obtrectationi opportunam, quam illis gratam me suscepisse intellexi. Denique nihil aliud quam significarunt, quiduis potius se ignorare malle, quam a nobis aliquid discere. In quibusdam candorem, in aliis studium, in omnibus sensum bonarum rerum desideraui. Nos vero, qui nihil vnquam prius habuimus, quam vt horum orationes sinamus præterfluere, modo verum eruere, & inimicos nostros etiam inuitos iuuare possimus, opus nostrum iterum in manus sumptum auximus, illustrauimus, emendauimus, vt, quanuis idem sit, aliud tamen a noua cultura videri possit. Quæ huic editioni accesserunt, haud promptum est dicere. Sed in quibus a priore demutat, postea intelliges, siquidem instituti nostri rationem aperuero. Subiectum operis nostri est ratio Temporum ciuilium, & eorum, quæ in vetustatis cognitione versantur: finis, Emendatio: quod quidem, me tacente, & Titulus ipse promittit. Ciuilium temporum cognitio, eorumque historia, vertitur in multiplici diuersorum annorum forma, & eorum methodis vulgaribus, quos Computos posterior ætas vocauit. Τὰ ἱστορούμενα, ciuilium temporum habes in primoribus tribus libris, & maiore parte quarti: methodum autem in septimo. At emendationis duæ partes sunt. Prior versatur circa epocharum inuestigationem, posterior circa verum annum tropicum,

& periodos Lunares: quam materiam posterior pars libri quarti, item toti quintus & sextus sibi vindicant. Iam quemadmodum Epochæ sunt notationes, & tituli temporum, ita ipsarum epocharum quædam debent esse propria γνωρίσματα & characteres: quorum characterum alij sunt naturales, alij ciuiles. Naturales quidem a rationibus vtriusque sideris, vnde nati cycli Solaris, & Lunaris: ciuiles ab instituto, cuiusmodi indictiones & anni Sabbatici: sine quibus in harum rerum tractatione omnis conatus irritus. Rursus & eorum quoque fallax vsus est, nisi quædam annorum ex illis periodus instituatur. Sed eæ sunt totidem, quot aut formæ annorum, aut ciuilia initia. Nam in anno Ægyptiaco Nabonassari alia opus est, ac in anno Solari, quia diuersa forma: item in anno Actiaco siue Diocletianeo alia, ac in Iuliano, propter diuersa initia. In anno Ægyptiaco vago naturales characteres sunt εἰκοσιπενταετηρὶς Lunaris, & ἑπταετηρὶς Solaris: ciuilis autem character est quadriennium, quem canicularem annum minorem vocabant Ægyptij. Hi tres characteres in se ducti producunt periodum magnam annorum 700 Ægyptiacorum: qua vti debet disputator temporum, siquidem rationes suas ad annos Nabonassari, Armeniorum, aut Persarum exigit. At qui anno Iuliano, quæ omnium formarum temporibus est conuenientissima, vti volet, is cyclo vtriusque sideris quindecies ducto componet elegantissimam periodum annorum 7980, cuius initium in cyclo Solari, & Indictione Romana, a Kal. Ianuarij, in cyclo Lunari a Martio, in anno Sabbatico ab autumno. Itaque non minus vtilis, quam necessaria est. Sine ea nihil agit Chronologus: cum ea tempori & sæculis imperat. Quam enim lubricum sit retro ab aliqua epocha notare tẽpora, quod maior pars doctorum virorũ facit, satis nos vsus docuit. His ita positis, ad singula huius operis membra venio. Libro primo præter diuisionem temporum, & iucundissimam mensium, & annorum historiam, de antiquissima anni forma disputatur, quæ in menses æquabiles annum describit, qua pleraque omnis Græcia vsa est, & ab ea omnis ratio Olympiadum pendet: nisi potius eam e ratione Olympiadum propagatã dicas: quod sine cognitione Olympiadum numquam tam eximium vetustatis & temporum monimentum in lucem eruissemus. Ex tanta autem Græcorũ scriptorum copia vnicus Pindarus nobis facẽ alluxit, qui solus nos docuit tempus ludicri Olympici. Aliter, quæ paucitas est bonorum scriptorum, nulla erat via ad hæc interiora perueniendi. Huius anni Græci formæ doctrina tanto acceptior esse debet, quanto obscurior eius rei apud maiores nostros scientia fuit: cum ante hos mille quadringentos plus minus annos eius rei neque volam, neque vestigium vetustas retinuerit. Nam falso veteres multi, ac post eos infimæ antiquita-

tiquitatis ſcriptores, Macrobius ac Solinus, atque proauorum memoria ſummus vir Theodorus Gaza, annum Græcorum ſtatim ab initio merum Lunarem fuiſſe prodiderunt. Quamuis enim in Panegyribus ſuis, ac nobilioribus ſacris, quæ certo annorum circuitu redibant, vnius Lunæ rationem habebant, tamen, vt vno verbo dicam, eorum anni forma Lunaris non erat. Olympicum enim ludicrum ipſa Lunæ plena lampade celebrabatur, vt ſolus veterum nos docet Pindarus. Præterea Laconibus ante plenilunium, aut nouilunium aliquid incipere religio erat. Vnde Λακωνικὰς σελήνας vicinorum prouerbio iactatas, & contra Arcadibus prouerbiali conuicio neglectum religionis obiectum legimus. Quod enim ante nouilunium, aut plenilunium vt plurimum bella aut alia ſeriora aggrederentur, ob eam rem a finitimis nationibus προσέληνοι vocabātur: quæ conuicij cauſſa ab ipſis Arcadibus interpretatione eluſa eſt, probrum in laudem conuerſum ad vetuſtatem originis ſuæ referentibus, & antiquiorem ſidere gētem ſuam gloriantibus. Quod igitur nouilunij ac plenilunij tempora Panegyricis ludicris deligebant, propterea ſacra trieterica inſtituta: cuiuſmodi erant orgia Bacchi, Nemea, Iſthmia, alia. Ea enim eſt anni Græcanici forma, vt ſi, verbi gratia, nouilunium in neomeniam Gamelionis incurrat, plenilunium in eandem neomeniam incidat anno tertio redeunte. Itaque cum in Tetraeteride orgia Bacchi trieterica celebrabantur, tertio anno redibant in eum ſitum Lunæ, qui priorum orgiorum ſitui oppoſitus erat. Quare elegantiſſime Statius trieterida vocat alternam: quia alternis in nouilunium, & plenilunium incurreret. At ſacra, quæ neceſſario eodem Lunæ tempore obibantur, ea ſemper erant tetraeterica: vt in Attica Panathenaica maiuſcula, in Elide Olympias, vt iam tetigimus, plenilunio. quod ſane fieri non poterat, niſi abſoluta Tetraeteride, & Pentaeteride ineunte. Atq; ita Tetraeterides in idem χρῆμα Lunæ, non vtiq; in idem tempus Solis redibant. Vt enim in orbem Solis & Lunæ redirent, non aliter putabant fieri, quam octaeteride confecta, eneaeteride ineunte. Ex quo quædam eneaeterica ſacra eo nomine inſtituta: cuiuſmodi ab initio Pythia fuerunt: & quidem merito. Apollini enim, quem eundem cum Sole faciebant, erant attributa. Hinc colligimus, non ſolum Olympiadis interuallum annis quatuor ſolidis explicatum fuiſſe; ſed etiam pueriliter peccare eos, qui annorum quinque ſolidorum fuiſſe putant. Neq; vero quibuſdam recētioribus ſuccenſendum, qui ita cenſent, ita ſcribunt, ſed & Auſonium noſtratem culpa liberat Ouidius, ſcriptor lōge antiquior, & nobilior, qui ætatem ſuam quinquaginta annorum decem Olympiadibus definit: quo magis mirum Pauſaniam hominem Græcum in ea hæreſi fuiſſe, vt ſuo loco a nobis relatum

eſt. Nam minus mirandum de Solino, qui cap. XIII Iſthmia vocat quinquennalia, quæ erant tantum triennalia: quod certamen a Cypſelo tyrãno intermiſſum, anno primo Olympiadis 49 inſtauratum fuiſſe dicit. Horum igitur omnium cauſſæ ad typum anni Græci referendæ ſunt. In quo argumento nihil eorum prætermiſimus, quæ ei rei illuſtrandæ faciebant, quanquam pene omnibus præſidiis deſtituti. Et quidem primum in genere, quod ſemper ſolemus, deinde priuatim multarum Græciæ nationum periodos propoſuimus, quæ quidem non anni forma, ſed ſitu & capite inter ſe differunt: in qua tractatione diu nobis res fuit cum præſtantiſſimo viro Theodoro Gaza, vel potius cum eius ſequacibus, a quibus extorqueri non poteſt doctrina & ſitus menſium, ab illo primum proditus. quæ quidem velitatio nobilioribus ingeniis, & ab omni inuidia remotis, vt ſpero, iucunda erit. Quid enim eſt toto libro primo, cuius vel minima pars, nõ dicam iſtis querulis, qui nihil ſciunt, ſed etiam doctioribus, hoc ſæculo, & ante multa retro ſæcula oboluerit? Quid dicam περὶ ἐξαιρεσίμων ἡμερῶν? quis illarũ cauſſas, & vſum ſciebat? quis locum nobilem de illis in Verrina Ciceronis intelligebat? quis locum ἐξαιρέσεως in ſecunda Boedromionis? quis Poſideonem intercalarem menſem fuiſſe? Huic materiæ acceſſit ἐποχὴ κέντρου θερινοῦ in VIII Iulij, quæ in priori editione omiſſa erat. Id erat κέντρον populare, quod nomine τροπῶν θερινῶν Ariſtoteles, Theophraſtus, Plutarchus, & omnes veteres intelligunt, non autem ipſum verum Solſtitium: quæ rei pulcherrimæ notatio nobis viam ad illuſtriora præiuit. Quod Solſtitiorum, & Æquinoctiorum puncta κέντρα vocentur, ſatis ſciunt, qui veterum Græcorum libros legerunt. Columella cardines vocauit. In præſtantiſſimo Parapegmate, quod falſo Ptolemæo attribuitur (eſt enim antiquius Ptolemæo) ad VIII Kal. Iulij (quod eſt Solſtitium Soſigenis) annotatum eſt: *Æſtiuus cardo, & momentanea aeris perturbatio.* In Græco (vtinam haberemus) ſine dubio fuit: Θερινὸν κέντρον, καὶ στιγμιαῖα ἀέρος ταραχή. Igitur κέντρον θερινὸν nihil aliud, quam τροπαὶ θεριναί. Cur VIII dies Iulij erat epocha æſtiua in vſu ciuilis anni, non ſemel cauſſam reddidimus. Adiecta etiam perneceſſaria neomeniarũ Atticarum Tabula: quæ non ſolum priori editioni, ſed etiam doctrinæ anni Attici deerat. Liber ſecundus anno Lunari dicatus eſt ideo, quia is annus ex illo Græco æquabili manaſſe videtur. Ibi aperitur omnis antiquitas ἔτους πρωθυσίας, Octaeteridum Cleoſtrati, Harpali, & Eudoxi. quæ omnia hodie nomine tenus nota erant. Eudoxea Octaeteris numquam in vſus ciuiles admiſſa eſt. Anni vero πρωθυσίας in vetuſtiſſimis Pſephiſmaſin Athenienſium primo quidem ex Cleoſtratea, deinde, illa abrogata, ex Harpalea petiti ſunt. Sequitur magnus annus Metonicus

nicus ambarum, & Calippicus Metonici caſtigator. Et quidem hi ambo nomine noti tantum: cauſſarum autem, & omnium, quæ ad illa pertinent, mira ignoratio hactenus fuit. Acceſſerunt huic editioni Tabulæ operoſiſſimæ diſpenſationum neomeniarum Metonicarum, & Calippicarum: cuiuſmodi etiam in Harpalea Octaeteride exhibuimus. Quod de Eudoxea Octaeteride diximus, idem de periodo Chaldæorum dicendum; eam nunquam ad ciuilia tempora, ſed ad Genethliacorum themata vſurpatam fuiſſe. Id quod tum multa argumenta, tum vnicum certiſſimum illud eſt, quod eorum menſes appellationibus Macedonicis, nō vero Chaldaicis fuerunt. Propterea recte cum illius anni diatriba doctrinam dodecaeteridis Chaldaicæ Genethliacorum coniunximus, cuius nomen quidem ſolum notum erat ex Cenſorino: cognitio autem nobis ex Arabum, & Orientalium vſu repetenda fuit. An aliquis Græcorum δωδεκαετηρίδος Χαλδαϊκῆς meminerit, haud promptum eſt dicere. Vnum tantum Orpheum ſiue Onomacritum eius meminiſſe ſcimus. Ὀρφεὺς ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν:

ἔσται δ' αὖθις ἀνὴρ, ἢ κοίρανος, ἠὲ τύραννος,
ἢ βασιλεὺς, ὃς τῆμος ἐς οὐρανὸν ἵξεται αἶπυν.

Eſt apoteleſma cuiuſdā Genethliaci conſulti ſuper alicuius geneſi, de quo ipſe reſpondit, eum fore magnum regem aut Dynaſtam; &c. Citat Tzetzes. Hæc multum illuſtrant doctrinam Dodecaeteridos genethliacæ parum antehac notæ. Itaque quemadmodum τελετὰς ita etiam δωδεκαετηρίδας ſcripſerat Onomacritus ſub nomine Orphei. Qualis fuerit Iudæorum annus ſub Seleucidis, quibus parebant, multis exemplis teſtatum reliquimus: in quibus etiam tranſlationis feriarum in capite anni antiquitatem aſſeruimus aduerſus homines noſtrorum temporum, qui nugantur commentum nuperum Iudæorum eſſe. In illis Doctor Theologus ingenti commentario ſuo in Euangelium ſecundum Iohannem exultabundus ait illam tranſlationem confutari ex loco Ioſephi, in quo ſcribit, quo anno Hyrcanus fœdus icit cum Antiocho Sidete, Pentecoſten fuiſſe feria prima. Hunc locū Ioſephi nos olim in priore editione produximus, vnde is, aut qui illi indicauit, accepit. En, inquit, duo Sabbata continua. Si propter continuationem duorum Sabbatorum, feria transfertur, ergo vbi ſunt duo continua Sabbata, non transfertur. In quibus aperte oſtendit ſe ignorare cauſſam feriæ transferendæ, quæ fiebat propter ſolum Tiſri, non autem propter alios menſes; propterea quod ille menſis multa ſolennia habet, adeo vt ſi non habeatur ratio tranſlationis, aliquando non ſolum duo, ſed etiam tria continua ſabbata concurrere neceſſe ſit. Si enim a feria ſexta inciperet neomenia Tiſri, omnino tria ſabbata continuarentur, neomenia,

siue clangor tubæ, sabbatum ordinarium, & ieiunium Godoliæ. Continuantur autem sæpenumero in aliquo reliquorum mensium duo Sabbata: idque fit, quando solenne est aut feria prima, aut feria sexta. quorum alterutrum quotannis incidere, nisi quando Tisri incipit feria tertia, Doctor ignorauit. In primam feriam incidunt hæc solennia, X X V Casleu, & X Tebeth in anno defectiuo tam cōmuni, quam embolimæo, quotiescunq; Tisri incipit feria secunda: VI Sivvan; quando Nisan incipit feria septima: X V Nisan, X V I I Tamuz, I X Ab, quando Nisan incipit feria prima. In feriā autem sextā conuenit solenne X X V Casleu; & X Tebeth, quādo Tisri est feria septima in anno tā communi, quā embolimæo. X I I I I Adar, quando Nisan sequens est feria prima: VI Sivvan, quādo Nisan feria quinta. Vidés, quot Sabbata quotānis, nisi quādo Tisri incipit feria tertia, Iudæi continuent in aliquo mensium, præterquam in solo Tisri, cuius vnius gratia illa cautio instituta Itaq; doctor tā frustra, quam ridicule Iosephi testimonium adduxit de sexta Sivvan, id est, Pentecoste feria prima: cum illo anno neomenia Nisan fuerit Sabbatum. Atqui nihil superesse putauit, quam vt Vaticani montis imago redderet ἐν παλαιῷ. Sed ipse valde ignarus est harum rerum, vt reliqui omnes, qui contendunt nouitium esse Iudæorum commentum. Nos validissime demonstrauimus, & sæculo Christi, & retro sub Seleucidis, translationes in vsu fuisse. & sane res peruetusta est. quæ tamen non minus ignorata, quam periodus Calippica, qua Seleucidæ, & Seleucidarum edicto Iudæi vsi. quod non solum ex Nisan anni excidij Hierosolymorum a nobis demonstratum est, sed etiam patet ex definitione Rabbi Adda. Is annum definit dierum C C C L X V, horarum 5, $\frac{997}{1080}$, $\frac{48}{76}$. Quid hac definitione aliud vult, quam periodum Iudaicam fuisse annorum 76? Cum Meto definit annum dierum 365. hor. 5. $\frac{1}{19}$ ex eo coniiciendum relinquit, se vti periodo annorum 19. Vtebantur igitur periodo 76 annorum, id est, Calippica: & tamen in omnibus neomeniis Lunæ φάσιν obseruabant, non quod eam ex præscripto periodi non indicerent, sed ideo, vt eam sanctificarent. nam & hodiequoque obseruant φάσιν, non vt ex ea neomeniam indicant, sed vt eam sanctificent. Itaque Luna statim visa dicunt: סִימָן טוֹב תְּהֵא לָנוּ וּלְכָל יִשְׂרָאֵל. ἀγαθὸν τέρας ἔστω ἡμῖν καὶ παντὶ Ἰσραήλ. Idem faciunt & Muhammedani, quamuis neomenias ex scripto indicere soleant. Neque aliud intellexit fabulosus quidem, sed tamen vetus auctor περιόδων Πέτρου ἀποστόλου apud Clementem: μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους σέβεσθε (τὸν θεόν.) Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται) λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις, μηνὶ καὶ σελήνῃ. Καὶ ἐὰν μὴ ἡ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, οὐδὲ νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. Præclara

clara quidem ista: sed nescit, quid dicit. Nam in Iudæorum potestate nunquam fuit, vt expectarent φάσιν: quia raro Luna se ostendit, nisi secundo post coitum die. Quod si expectandum ipsis esset, res ridicula accideret, vt Elul, qui semper est cauus mensis, non solum plenus, sed etiam aliquando vnius & triginta dierum esset. Sine dubio translationem feriæ intelligit, cuius caussam ignorat. πρῶτον σάββατον vocat ראש השנה caput anni. Nam Sabbatū vocat, quia Festus dies, καὶ ἀργός. Ita etiā vocatur Leuitici XXIII, 24. ἑορτὴν intellige κατ' ἐξοχὴν τὴν πεντηκοστὴν: quod ita Hebraice vocetur, nēpe עצרת. Vide in Computo Iudaico. At μεγάλην ἡμέραν vocat τὴν σκηνοπηγίαν, κατ' ἐξοχὴν quoq; id est חג. Nam aliæ erant μεγάλαι ἡμέραι, proinde vt & חגים. Sic Tertullianus magnos dies dixit, quos Hebræi חגים vel מועדים. Eius verba sunt ex V in Marcionem: *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, & Sabbata, vt opinor, & cenas puras, & ieiunia, & dies magnos.* Sed quid Tertullianum aduoco? Ecce Biblia Græca ita vertunt ex primo cap. Isaiæ: τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. Quod Hebraice est מועד, vertunt μεγάλην ἡμέραν, quod idem est quod חג: & quidem manifesto Sabbata distinguuntur a magnis diebus. Quare perperam quidam μεγάλην ἡμέραν interpretantur Sabbatum apud Iohannem, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα σαββάτου ἐκείνου. de quo infra. Quin & Tertullianus ipse παρασκευάς, quas cenas puras vocat, a diebus magnis, & a ieiuniis, & a Sabbatis distinguit. De Cena pura, præter id quod diximus ad Festum, ita reperi in veteri & peroptimo Glossario Latinoarabico: *Parasceue, cena pura, id est, præparatio, quæ fit prosabbato.* Conditor Annalium Ecclesiasticorum turbat de cena pura, & negat esse parasceuen, quia cena pura apud Festum habeat offam suillam. Sed ipse, (pace docti viri dixerim) non aduertit Puram dici, non quia careat carnibus, sed quia religionis & dicis caussa fit. Nam & parasceuæ Iudaicæ habent carnes, & nihilominus dicuntur cenæ puræ, quod dicis caussa coquebantur, coquunturque hodie prosabbato, quia in Sabbato coqui non liceat. Non negabis, candide Lector, hæc vulgo non intelligi. Itaque locus ille est nobilissimus. Tamen quotus quisque est ex tot Lectoribus, qui non hæc aut præteribit, aut calumniabitur? Sequuntur periodi magnæ Hagarenorum, ex quibus ratio anni soluti Indorum, & Muhammedanorum tota pendet. Omnia nunc primum ex Arabum scriptis prodeunt: atque adeo omnis tractatio nostris hominibus noua est. Excipit hanc doctrina anni Iudaici hodierni, res, quod sæpe diximus, artificiosissima, ideoque eximia, quia melior

anni Lunaris forma constitui non potest. Docemus præterea, vnde natus sit ille annorum computus, quo vtuntur hodie, a VII Octobris: quem inepte putant a conditu rerum. Post multarum Periodorum, Cyclorum, Octaeteridum, Paschalium historias, in locum vltimum τὸ ἰσοῤῥύμημα veteris anni Romanorum coniecimus, ideo quod ea forma proxime abesset a Lunari: vbi de sæculo Romano, & capite veteris anni Romani, temporibus vltimis C. Iulij Cæsaris, multa accuratissime disputata. Itaque ex singulis rebus singula capita confecimus, cum potius singuli libri & quidem ingentes confieri possent, si, quæ hominum hodiernorum est ambitio, eadem nobis incessisset. Tertio libro opportune annus æquabilis datus est, cum annus Solaris Ægyptiacus, adscitis diebus quinque, ex Græco propagatus sit: (quemadmodum annus Lunaris ex eodem Græco manauit, abiectis ab eo totidem diebus cum horis XV, paulo amplius) quod, me tacente, Plutarchus docuit in libro περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Adeo inter se libri nostri mutuo conspirant, neq; ab eis ratio, methodus, & ordo abest. In eo libro de Neuruz antiqui Persarum periodo annorum CXX, deq; cognominibus dierum Persicorum, de translatione τῶν ἐπαγομένων in enthronismis nouorum Regum, item de caussis anni Iezdegird, de annis Armeniorum, & eorum mensibus, omnia noua protulimus. Sed hæc non expergefacient animos hominum, nisi forte ad obtrectandum. Quartus liber est emendatio tertij, vt secundus primo erat subsidiarius: qua methodo imperfectus Lunaris Græcus libro primo disputatur, vt perfectus secundo. Sic etiam perfectus Solaris, & siqui alij naturam perfecti imitantur, supplent id, quod æquabili Ægyptiaco, Persico, & Armeniaco vetustas detraxerat. Itaq; in quatuor partes tribuendus fuit. In prima continentur anni, quibus quarto anno exeunte dies ex quatuor quadrantibus conflatus accrescit. Ex illis nobiliores selegimus, Iulianum, Actiacum, Antiochenum, Samaritanum, & alios. Nam & alios quoq; eius formæ habebamus, vt Tyriorum, quorum menses appellationib. Macedonicis, diuersa initia a Iulianis habent. Sic etiã Gazensium annus mere Actiacus fuit, appellationibus mensiũ Macedonicis, mensibus tricenariis. Marcus Ecclesiæ Gazensis Diaconus, in actis Porphyrij Gazensis Episcopi vocat Δῖον Nouembrem Ἀπελλαῖον Decembrem quæ nomina habent a Macedonibus. Sed idem scribit Gazenses celebrasse Theophaniorum diem vndecima Audynæi, quæ est sexta Ianuarij Iuliani, se autẽ redisse Constantinopoli, Xanthici vicesima tertia, quam ait fuisse decimam octauam Aprilis secundum Romanos: quibus ostẽdit formam illius anni mere Actiacam fuisse, mensibus tricenariis, appellationibus Macedonicis. Secunda pars annos emendatos, eorumque emendandorum

rationem

rationem complectitur: tertia periodos multiplices, quarum finis conciliatio anni ciuilis cum Solari, cui dies quinto quoque anno ineunte accrescit. Quarta pars agit de vera emendatione anni, & de anno cælesti instituendo, qui pertinet ad methodum epochæ mundi. Quemadmodum autem nulla Lunaris anni ciuilis ratio recta iniri potest, præter eam, qua Iudæi vtuntur: ita nullus annus cælestis Tropicus recte institui potest, nisi ex forma, quam edidimus, quam nemo vituperabit, nisi qui ignorauerit: omnis laudabit, qui intellexerit. Alioquin scio & malignos & obtrectatores non defuturos. Annus tam noster, quam Iudaicus ciuilis quidem, sed naturalis, vterq; ad motum quisq; sui sideris descriptus. Ideo eius saltem in scriptis vsus esse debet, qualis olim Philadelphi Dionysianus, Chaldæorũ Calippicus, hodie Persarum Gelaleus. Tres igitur libri primi, & prima pars quarti pertinent ad ἰσοδρόμα temporum ciuilium cum septimo. At reliquæ tres partes quarti cum duobus libris sequentibus pertinent ad ipsam emendationem temporum. Atque vt a mundi primordiis omnes res deducuntur, ita mundi epocham primã ordine posuimus: qua in re quam pueriliter hallucinati sint omnes, nõ sine admiratione tam imperitiæ quam pertinaciæ eorum dicere possum. Non loquor de iis, qui sæculo vno, aut pluribus altius originem rei repetunt. Nam quemadmodum ij nullam rationem sibi proposuerunt, quam sequerentur, ita nullos lectores nancisci possunt, nisi imperitos. Qui intra sæculum maiorem mundi epocham faciũt, eorũ duo genera reperio. Prius genus est eorum, qui solutionem captiuitatis in primum annum Olympiadis LV conferunt: alterum eorum, qui tempus illud XVIII aut XIX annis ante LXIIII Olympiadem definiunt. In priori hæresi fuerunt & quidam veterum Ecclesiasticorum, vt alicubi indicauimus. Aiunt Cyrum cæpisse imperare primo anno Olympiadis LV, hoc est 217 anno Iphiti, quod verũ est: de quibus deductis septuaginta, relinquitur annus excidij Hierosolymorũ, & casus Sedekiæ 147 a primo ludicro Olympico. Sed puerilis sentẽtia multis absurditatibus eluditur. Primo computatione non recta annorum LXX a capto Sedekia. Deinde quod Cyrum statim initio regni sui Regem Mediæ, Persidos, Susidos, Assyriæ, Babyloniæ, totius Asiæ minoris, Indiæ, totius Syriæ constituunt, qui vnius Persidos Rex fuerit aliquot annis ante casum Astyagis, & post illud tempus pauculis annis ante obitum Babylone potitus sit. Hæc sola absurditas facit, vt non solum eorum nulla ratio habeatur, sed vt ludibriũ quoq; debeãt. Tertio 147 annus Iphiti est 118 Nabonassari: qui erat annus quintus ante initiũ Nabopollassari patris Nabuchodonosori. Ergo Nabuchodonosor anno decimonó regni sui templum & Hierosolyma euertit annis quinq; ante

ante quam pater ipſius, cui ipſe ſucceſſit, regnaret. Digna profecto talibus doctoribus ſententia. Tamen tantum abeſt, vt hac tam inſigni abſurditate a ſententia deſiſtant, vt animos ab eiuſmodi portentis opinionum ſumant. Poſtremo ignorant diuerſa eſſe initia Regum, vt ipſius Nabuchodonoſori, cum patre, & ſolius: Alexandri, ab exceſſu Philippi patris, & ab initio Seleuci: Diocletiani, ab æra martyrum, & a primo anno imperij. Sic etiam Cyri, apud Græcos, ab initio regni Perſidis: apud Babylonios, vel a ſubacto toto Babyloniæ imperio, vel ab aliquo inſigni facto, quodcunque illud fuerit, ſiue ex edicto ipſius Cyri, ſiue translatione τῶν ἐπαγομένων, vt ſolebat fieri. Qui tantam inſcitiam ſequi noluerunt, non tamen rectam viam inſtiterunt, quia quindecim aut amplius annis ante XLVI Olympiadem caſum Sedekiæ coniiciunt. Nos ante annum quartum illius Olympiadis id non potuiſſe accidere ita demonſtramus. Ezekias Rex Iuda, poſtquam ſingulari Dei beneficio ab ancipiti morbo conualuiſſet, anno XIIII regni ſui, accepit Legatos & σωτήρια, a Merodach Rege Chaldæorum. Ponamus XIIII annum Ezekiæ in primo anno Merodach, hoc eſt, in XXVII Nabonaſſari. Nam is eſt annus primus Merodach apud Ptolemæum ex Chaldaicis obſeruationibus. Hoc modo annus primus Ezekiæ conuenerit in annum XIIII Nabonaſſari. Ab initio Ezekiæ, ad excidium templi, anni ſunt abſoluti 138. Hoc eſt, annus ipſius excidij eſt 139 labens ab initio Ezekiæ. quod ita demonſtramus. Annus primus Sedekiæ eſt quartus Hebdomadis, teſte Ieremia, initio cap. XXVIII: & proinde vndecimus, qui & vltimus, eſt Sabbaticus. de quo extat teſtimonium apud Ieremiam, & nemo dubitat. Rurſus annus tertius decimus Ezekiæ erat Sabbaticus. auctor Iſaias XXXVII, 30. ex quibus manifeſto colligitur, XIIII Ezekiæ eſſe primũ Hebdomadis, & primum Ezekiæ eſſe ſextum Hebdomadis. Ergo annis ab initio Ezekiæ vnitas addenda, ad methodum anni Sabbatici. Addita vnitate annis 139, numerus erit ſeptenarius. Quare annus labens 139 eſt verus annus ab initio Ezekiæ. Quibus additis 13 annis Nabonaſſari præteritis (quia poſuimus 14 Nabonaſſari primum Ezekiæ) componitur annus Nabonaſſari 152, in quo caſus Sedekiæ ex hac hypotheſi locãdus eſt, hoc eſt, in anno periodi Iulianę 4118: de quibus deductis 907 abſolutis ab Exodo, remanet annus Exodi 3211 in periodo Iuliana. Porro Niſan Exodi cæpit feria quinta, vt toties diximus, & ex Moſe rectiſſime ante nos Iudęi docuerũt. At in anno periodi Iulianę 3211 Niſan nõ cæpit feria quinta, ſed feria tertia, Martij XI, cyclo tã Solis, quã Lunæ XIX. Ergo annus proximus, quo Niſan cæpit feria quinta, is debuit ſaltẽ eſſe annus Exodi: atq; adeo is fuerit annus periodi Iulianæ 3214: in quo ſane Niſan cæpit feria quinta, Aprilis VI,

cyclo

cyclo Solis XXII, Lunæ III. Additis 907 annis absolutis ab Exodo, annus 4121 periodi Iulianæ fuerit is, in quo excidium templi contigit: qui est quartus Olympiadis 46, vt erat propositum. Sed & post Olympiadem 46 ponendum esse casum Sedekiæ ita probabimus. Amasis rex Ægypti, postquam regnasset annos 55, obiit circiter annum 7 Cambysis, anno ante excessum ipsius Cambysis, hoc est, anno 225 Nabonassari. Nechao interfectus est a Nabuchodonosoro anno quarto Ioiakim regis Iuda. Ieremias XLVI, 2. Post eum regnauit Psammitichus annos VI. Cui Aprias, cuius meminit Ieremias XLIIII, 30, succedit. Is post XXV annos relinquit regnum Amasi. Summa annorum a cæde Nechao ad obitum Amasis, anni 86, qui deducti de 225, relinquunt annum Nabonassari 139, quartum Ioiakim Regis Iudæ, primum Nabuchodonosori. Ergo Sedekias captus anno 158 Nabonassari, qui erat tertius 47 Olympiadis. Idque verum esse postea validissime demonstrabimus. Diodorus Siculus, auctor omnium Græcorum certissimus, attribuit, LV annos Amasidi. reliquos Apriæ & Psammatichi habemus ex Herodoto. Temere igitur, & imperite faciunt, qui casum Sedekiæ antiquiorem illo tempore constituunt: neque his cassibus sese explicare poterunt, quantumuis sua commoueant sacra, vt Plautus loquitur. His valide demonstratis, & licentia chronologorum intra aliquos fines summota, quos amplius migrare non possunt, ad origines ipsas penetremus. Sed prius vt in Mathematicis cõcessa quædam, aut quæ negari non possunt, assumuntur, ita & nobis quoque faciendum. Tempora & initia Regum Babyloniæ a Chaldæis notata in obseruationibus eclipticis, quæ reiicere & damnare extremæ impudentiæ & inscitiæ est: item, eorundem regum initia & tempora a Beroso Chaldæo, qui minus quam tribus sæculis post illos vixit, & qui quæ Actis ac fastis Babyloniorum publicis continebantur, ignorare nõ potuit; hæc, inquam, non tantum tãquam vera haberi postulamus, sed etiã, qui aliter putant, tanquam indignos censeri, qui aut audiri a nobis mereantur, aut vllas literas attingant, aut aliquem locum inter doctos habeant. Tricesimum annum, cuius initio Prophetiæ suæ meminit Ezekiel, quique capti Iechoniæ quintus erat, Iudæi inepti deducunt a libro legis reperto, anno XVIII Iosiæ Regis. Quis vnquam a libro reperto vllam æram, aut edicto Iosiæ institutam, aut a Prophetis vsurpatam legit? Si tanti erat illa temporis nota, quare eam nõ vsurpat Ieremias, qui tã accurate annos Regum Iuda Iosiæ, Ioiakim, Iechoniæ, Sedekiæ notare solet? Capite XXV, quare dicit anno quarto Ioiakim, cum dicendũ esset vicesimo secundo a libro inuento? Esto, cur Ezekiel dixit tricesimo, non tricesimo a libro inuento? qui tamen dixit anno quinto deportationis Regis Ioachin.

Certe

Certe mos est vti epocha, quæ omnibus & nota & in vsu sit. Quare igitur epocham producit, neque plebi notam, neque in vsu positam? Sed quid ea epocha opus in Babylonia, inter deportatos? Nugæ Iudæorum, nugæ sunt istæ, & hallucinationes doctorum, qui eos sequūtur. Quare eruditiores Iudæorum, huius absurditatis & nugatoriæ caussæ conscij, his ineptiis explosis, dicunt, illum annum non a libro inuento, sed Iubilei fuisse tricesimum. At hoc est litem lite decidere. Nam, quomodo Iudæi annos a Iubileo putarent, qui Iubilea numquam vsurparunt? Annos quidem Hebdomadis notant, vt initio XXVIII Ieremiæ mentio anni quarti septimanæ: *Initio regni Sedekiæ, anno quarto.* Rursus mentio anni primi, & secundi in annis XIIII, & XV Ezekiæ, apud Isaiam XXXVII, 30. Sed notationem per Iubilea, imo ne Iubilei quidem mentionem, nusquam, nisi in lege, reperies. Præcepta fuit tantum, non recepta Iubilei obseruatio. Sed quæ hæc plumbea Iudæorum sententia a XVIII Iosiæ Iubileum putare? Iubilea putantur a primo anno hebdomadis, non a septimo. At XVIII Iosiæ fuit septimus septimanæ, non primus. Quare, si a Iubileis annos putare mos esset, fuerit hic annus non vtique tricesimus, sed vndetricesimus Iubilei, a XVIIII, non a XVIII Iosiæ. Denique is erat annus 862 ab excessu Mosis, 855 a diuisione terræ siue τ̃ γεωργίας. Ergo fuit vicesimus secundus, non vndetricesimus Iubilei. En quot errores locus præpostere sumptus nobis peperit. Cum igitur neque a libro legis inuento, quod est absurdissimum, neque a Iubileo, quod est falsum dupliciter, ille tricesimus annus putandus sit; sequitur, quod negari non potest, a quodam rege tunc imperante putandum esse. Nam deportati & captiui inter victores, qua epocha vti possunt, nisi victoris? In Palæstina, cum aliqua esset Iudæorum Respublica, & Ecclesia bene constituta, Iudæi cogebantur vti anno Alexandreo dominorum Seleucidarum: quanto magis Chaldæorum, in media Chaldæa, nullis legibus, nulla Republica, nulla Ecclesia. Nehemias initio libri sui ita scribit: *Accidit mense Casleu, anno vicesimo, cùm essem in castro Susan.* Si alibi non expressisset se de vicesimo anno Artaxerxis loqui, haud dubie aliquod Iubileum hic commenti essent inepti Iudæi, & inepti quidam hominum nostrorum sequuti essent. Eodem quoq; modo loquitur Ezekiel *anno tricesimo,* non adiecto regis nomine. Quid enim opus erat in Chaldæa? Duo ergo Reges simul imperabant, Nabuchodonosor, & ille, qui iam tricesimum annum currentem imperabat. Quisnam Rex, obsecro, potuit tricesimum annum in regno agere, cum iam Nabuchodonosor tertium decimum regnaret? Non alius igitur fuerit, præter Nabopollassarum patrem Nabuchodonosori, quod verum est. Nam XXIX solidos annos imperauit,

teste

teste Beroso. Quod si filius eius anno XXX patris iam duodecimum absoluerat, profecto imperare cœperit anno patris decimooctauo, qui erat Nabonassari 140. Nam primus Nabopollassari est 123 Nabonassari, testibus Chaldæis apud Ptolemæum, ex defectibus Lunaribus obseruatis. Et proinde Sedekias captus fuit anno 158 Nabonassari, tertio autem Olympiadis 47. Vide locũ Berosi apud Iosephum. Nabopollassarus audita rebellione Ægypti misit filium eo cum regio imperio, & regio exercitu: a quo tempore consurgit initium Nabuchodonosori cum patre regnãtis. Mos erat Regum Babyloniæ & Persidis, vt aut profecturi in expeditionem, filios reges declararent, aut in expeditionem mitterent cum regio nomine, tanquam designatos, si contigisset ipsum patrem mori, absente filio, ne vllus de rege futuro tumultus oriretur. Exemplum habemus apud Herodotum de Cyro Cambysen in solium suum collocante in expeditione in Scythas. Hinc Ctesias Cambysi attribuit annos 18, cum tamen solus regnarit octo annos, testibus omnibus veteribus Græcis, & Chaldæis ipsis apud Ptolemæum. Dario vero Notho annos idem attribuit 35, cum tantum 19 solus imperarit. Rursus Berosus XXXXIII annos ait Nabuchodonosorum imperasse, comprehensis nimirum 13 annis, quos cum patre communicauit, cum illis quos solus in imperio transegit. Quare Nabuchodonosori regnum dixit non Satrapian, tanquam a patre non vt Satrapes, sed Rex & socius imperij in rebelles missus. Verba eius sunt hæc: Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. *Victo rebelli, eius regionem regno suo subiecit*. Mox subiicit, Nabopollassari patris morte audita, qui XXIX annos solidos regnauerat, ipsum Babylonem se contulisse: quod accidit proculdubio aliquot diebus post illud tẽpus ab Ezekiele designatum. Obiit enim Nabopollassarus anno regni sui XXX. τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβυλασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἐννέα. Pulcherrima hæc est obseruatio, quam Beroso vernaculo Babylonicarũ rerum scriptori debemus. Eadem verba repetit Eusebius De preparatione euangelica, vbi plane Ναβοπολλάσαρον, quemadmodum est apud Ptolemeum, nominat, nõ Ναβυλλάσσαρον, vt perperam est editũ in Iosepho: ex quo ineptus quidã duos esse coniecit Nabulassarum & Nabopollassarum: cum tamen eadẽ verba sint, ne vna quidem syllaba minus, præter illud nomen. Rursus apud Iosephum lib. x ca. 11 eadem verba Berosi repetuntur. Sed vbi hic est Ναβυλάσαρος, ibi est bis ναβουχοδονόσορος; vtrobique male pro ναβοπολλάσαρος. Quã bene hæc diuinis scripturis conueniunt? Vnde etiam

ſequitur, mortuo Nabopollaſſaro, non triceſimum annum Nabuchodonoſori dici cæptum in Chaldæa, ſed primum. quæ res obſeruatione digna. Iudæi primum annum putarunt ab eo tempore, quo cum imperio miſſus eſt. Sed in Chaldæa primus eius annus conſurgit ab obitu patris. Itaque Danielis II, annus ſecundus Nabuchodonoſori eſt ſine dubio ſecundus ab obitu Nabopollaſſari, triceſimus primus ab initio eiuſdem, 152 ab initio Nabonaſſari, ſextus Sedekiæ. Vnde indubitata eruitur temporis nota illius Capitis ſecundi apud Danielem, qui erat quartuſdecimus annus capti Danielis, & ſociorum cum rege Ioiakim, ſextus autem regni Sedekiæ. Proinde annus ille erat XIIII Nabuchodonoſori in Syria, ſecundus autem in Babylonia: non autem XXV, vt coniicit Hieronymus ex quadam victoria Nabuchodonoſori de Syria, & Arabia, cuius meminerit Beroſus. At Beroſus loquitur tantum vſque ad obitum Nabopollaſſari, qui erat XIII Nabuchodonoſori eius filij. His tam illuſtribus demonſtrationibus ſua ſomnia præferant, quibus antiquius eſt ſomniare, quam vera dicere, aut noſſe. Nos ad reliqua pergamus. Annus capti Sedekiæ eſt 158 Nabonaſſari, 4124 in periodo Iuliana. Deductis annis 907 ſolidis, relinquitur annus 3217 Exodi, qui eſt 2264 Iudaici Computi: in quo ſane Neomenia Niſan habuit characterem feriam quintam, ſecunda Aprilis, Cyclo Solis XXV, Lunæ VI. Sed quadrageſimus annus, & quadrageſimus ſeptimus, hoc eſt 2303, & 2310 Iudaicus fuit ſabbaticus. Ioſuæ XIIII, 7, 10. Iudæi dicunt ſeptenarios annorum Computi ſiue æræ ſuæ eſſe Sabbaticos. Atqui 2303, & 2310 ſunt ſeptenarij. Ergo recte Sabbaticos annos putant Iudæi; vt apud illos poſt legem nihil hac obſeruatione vetuſtius ſit; res profecto, quæ firmiſſimum munimentum futura ſit harum rerum inueſtigatoribus. Neomenia Niſan Exodi conueniebat cum neomenia Krionos. Ita vere naturalis fuit illa neomenia. Præterea quadrageſimus ſeptimus annus conuenit ſabbatico Iudaico: 902 autem annus eſt triceſimus Nabopollaſſari conueniens cum teſtimonio Ezekielis. Deniq; anni 86 a ſeptimo Cambyſæ retro putati deſinunt in anno cædis Nechao Ægyptij, eodemque 139 Nabonaſſari: quod conuenit eidem computationi. Negari igitur non poteſt, hanc eſſe veram Exodi epocham, quam & verbum diuinum, & vſus anni Sabbatici, & hiſtoriæ fides penes eximium ſcriptorem Chaldæum Beroſum, & naturales neomeniæ vtriuſq; ſideris in vnum conuenientes confirmant. Quid poſtulamus præterea? An vt tam certis, tam egregiis, tam firmis argumentis ſomnia Corybantum anteponamus? Quis vnquam ita hæc demonſtrauit? Quid demonſtrauit?

Quis

Quis aliter poteſt demonſtrare? Iam a conditu rerum, ad exodum, anni ſunt abſoluti 2452 cum menſibus ſex ab autumno, anni vero abſoluti 2453 a vere. Sed ante Exodum initium anni putabatur ab autumno, & eodem initio in tempus veris tranſlato, tekupha tamen, hoc eſt, finis anni Solaris manſit in autumno, circa quam tekupham Deus τὴν σκηνοπηγίαν celebrari præcepit. Igitur vbi initium anni ab vltima antiquitate fuit, inde & rerum quoq; initium repetendum. quod quidem a nobis factum, damnata priori ſententia, quæ initium rerum ſtatuebat in vere. Reliqua pete ex capite de conditu rerum. Præterea, quibus annus Lunaris in vſu eſt, illis commodius initium, & rationibus Tropicis conuenientius ab autumno, quam a vere, vt Iudæis propter σκηνοπηγίαν, & Paſcha. Nam ſi annum noſtrum cæleſtem admitterent, & hoc vnum cauerent, vt σκηνοπηγία citima ſit in ſecunda Zygonos, ſemper citimum Paſcha eſſet in neomenia Krionos. quia interuallum a neomenia Zygonos, ad neomeniam Krionos, eſt ſemper 178 dierum, vno die plus, quam a ſcenopegia ad Paſcha. Anni Sabbatici cauſſas iam reddidimus, & verum annum ſabbaticum a Iudæis hactenus obſeruari demonſtrauimus, initio hebdomadum ſumpto, non vtique a defectu Mannæ, quod fanatici quidam, & veritatis hoſtes faciũt, ſed a 48 anno Exodi, ex capite XIIII Ioſue, & rationibus doctorum Hebræorum, qui dicunt ſeptem annos כבוש, id eſt, ſubiugationis terræ, ſeptem חלק fuiſſe, id eſt, diuiſionis. quod rectiſſimum eſt: ideoq; hebdomadem primam diuiſionis, non ſubiugationis procedere in numerum. An potuit annus ſabbaticus eſſe ante agrorum culturam? Furor eſt aliter putare. Tamen non deſunt, non deerunt, qui ſolo contradicendi ſtudio, vt ſapere videantur, aliter ſtatuent: quibus per me non ſolum hoc facere, ſed etiam nos irridere licet; quandoquidem veritas apud illos nullo in precio eſt. Vnde nata ſit diuerſitas epochæ excidij Ilij, cum alij 407 annis, alij 405, eum caſum antiquiorem prima Olympiade ſtatuant, aperuimus ex doctrina anni Attici, cui acceptum referimus quicquid eximium ex alta obliuione eruimus. Veram ſententiam Eratoſthenis eſſe deprehendimus, quæ illam cladem conijcit in annum 407 ante caput primæ Olympiadis: eiuſque veram diem in anno Iuliano oſtendimus. Primam autem Olympiadem ex doctrina itidem anni Græci XXIII die Iulij celebratam fuiſſe ante nos aperuerat nemo. Et tamen quidam Simioli tanquam rem vulgatam in ſuis vanidicis Chronologiis retulerunt: cuius rei cognitionem vnus Pindarus, quem illi neq; viderunt, neq; norunt, nos docuit. Quemadmodum autem Olympia, ita etiam Karnia plenilunio celebrata fuiſſe, libro primo, capite de periodo Laconum

ostendimus. neque solum plenilunio, sed etiam eodem anno, quo Olympia. Itaq; Herodotus libro VIII Olympia & Karnia anno primo Olympiadis 75 celebrata fuisse scribit, pag. 307 editionis Henrici Stephani nostri. Cum multi eruditissimi viri, & quidem in iis Onufrius Panuinius Pater historiæ, multa accurate de Palilibus Vrbis disseruerint, vt ei doctrinæ nihil ad perfectionem deesse videatur, tamen & plura deesse ex nostris disputationibus colligi potest. Monere vero debent Annalium & Fastorum scriptores, qui tempora sua ad annos Vrbis dirigunt, vtra Palilia sequantur, Varroniana, an Catoniana. Nam certe Onufrius noster, tametsi Catonem sequitur, tamen in quibusdam imprudens ad Varronem transfugit. Nisi hæc distinctio adhibeatur, ridicula multa consequi necesse est. Exemplum habemus in annis Christi per annos Vrbis eruendis, quod hactenus ab omnibus factitatum. Christus in annis Varronianis vno anno maior est apud aliquem, quam in Catonianis apud alium. Quare, vt dixi, ridicula sunt. In sequentibus epochis quanuis non ea occurrit obscuritas, quæ in prioribus: tamen semper aliquid noue demonstratur, præter superiorum scriptorum consuetudinem: in quibus sunt quædam de vero die & anno natalis Alexandri, eiusque obitus: de Encæniis Machabæi, de initio Simonis Iudæorum Ethnarchæ, quem Iudæi Iohannem vocant, de æra Hispanica. De quibus omnibus pluria noua disseruntur, quam trita & vulgaria. Iam excessum Herodis ad suum verum annum ex Iosepho retulimus, qui ad epocham Actiacam illud tempus diligenter exigit, & præterea notationem, cui contradici non possit, adducit, defectum Lunarem, qui contigit IX Ianuarij, anno 45 Iuliano ineunte, in cuius anni sequenti Decembri Dionysius Exiguus imperite statuit natalem Christi, nouem solidis mensibus scilicet post excessum Herodis. Itaq; diligentissimus καὶ φιλαληθέστατος omnium scriptorum Iosephus recte ait decessisse XXXV anno labente regni eius a captis a Sosio Hierosolymis. in quo tamen interpretatio adhibenda. Nam reuera Herodes obiit anno tricesimo sexto ex diebus æstiuis noni anni Iuliani. Ergo tricesimus sextus annus Herodis iniuit ex diebus æstiuis anni Iuliani XLIIII. Obiit autem initio Nisan. Igitur sine dubio decessit anno Iuliano XLV, qui erat tricesimus sextus iniens ex diebus æstiuis, vt diximus. Sed ex computatione ciuili Iudæorum, nondum XXXVI annus iniuerat. Iosephus enim, & Iudæi eo sæculo putabant omnia tempora a XXIII Ijar, vt alibi ostendimus: cuius consuetudinis ignoratio multos decepit. Ab Ijar igitur Hyrcani, siue, vt Iudæi vocant, Iohannis Hasmunai, tricesimus sextus annus Herodis inibat, qui tamen iam nouem mēsibus ante ex consuetudine Romana iniuisset.

uiſſet. Itaq; eius deceſſus confirmatur primum accurata putatione diligentiſſimi ſcriptoris, deinde notatione eclipſis, quæ omnem contradictionem excludit. At ex epilogiſmis Euſebij Herodes obierit anno Iuliano LII, ſeptem annis ſolidis poſt illum defectum. qui ſtupor non meret caſtigationem, cum tanquam ſorex indicio ſuo perierit. Nam ſtatim ab eius deceſſu tetrarchiam ſuam Archelaus eius filius iniuit: quod quidem, ſi huic oraculo Euſebiano credimus, contigerit anno Chriſti Dionyſiano ſeptimo labente. Ergo Chriſtus fuerit annorum ſeptem, cum ex Ægypto monitu Angeli reuocatus eſt. Quod eſt ridiculum. Rurſus anno decimo regni, aut tetrarchiæ ſuæ Archelaus ab Auguſto relegatus eſt Viennam Allobrogum. Secundum tempus ab Euſebio determinatum, hoc contigerit anno Iuliano LXI, qui erat annus Tiberij tertius currens, biennio abſoluto poſt exceſſum Auguſti. Hoc modo anno tertio exceſſus ſui Auguſtus Archelaum relegauerit. Vides ἀβελτηρίαν. Atqui innumeros videas, quibus hoc ſomnium placet. Nam ſane omnes fere Chronologiæ & Annales hoc ſtigmate inuſta ſunt. Atque vtinam in illis hominibus non eſſet vir eximia doctrina præditus Dominus Cæſar Baronius, Annalium Eccleſiaſticorum ſcriptor, cuius operis copia nobis facta eſt ab amicis, cum hæc πϱολεγόμενα ſcriberemus. Is eruditiſſimus vir ex hoc loco Euſebij Ioſephum exagitat, tanquam imperitum temporum: cum Euſebius potius ex Ioſepho caſtigãdus fuiſſet. Nam abſque Ioſepho eſſet, quid certi de Herode haberemus? Quis hæc tractauit, præter illum? Qui fieri potuit, vt ſcriptor, cuius diligentia & fides in notatione temporum ſpectatiſſima, in iis peccauerit, quæ ſine illo Euſebius & alij ignoraſſent? Sed ipſe doctus Annalium conditor poteſt iam videre, vtri fides de hac re habenda, Ioſepho, cuius ratiocinia cum motibus cæleſtibus congruunt, an Euſebio, cuius ſententia & hiſtoriæ, & rationi aduerſatur? Sed de Ioſepho nos hoc audacter dicimus, non ſolum in rebus Iudaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis, & Latinis. Itaque deſinat mirari doctus vir, cur tot eruditi, & nos quoq; qui non in illis eruditis, ſed in huius ſcriptoris lectione peregrini non ſumus, tantum illi deferamus, cuius fides & eruditio in omnibus elucet. Cæterum de Euſebij anilibus hallucinationibus, præter hanc, quam modo protulimus, ſatis libro ſexto diſſeruimus. Sed ad Epochas noſtras venio: quarum omnium rationem reddere longum eſſet. De Epocha Martyrum Diocletianea non poſſumus tacere, eam hactenus etiam doctiſſimis impoſuiſſe, quod eam ab initio Diocletiani incipere omnes credunt. Hinc prodigioſi errores, & magna Conſulum confuſio in Annales & Faſtos deriuata ſunt, præſertim in an-

nis. Nam initio Diocletiani perpetam ſumpto, perpetam quoque perſecutionis Epocha initur. Ea ſemper antiquitus a ſolis Ægyptiis Chriſtianis hactenus vſurpata fuit. Itaque Hiſtorici & Chronologi, qui temporibus Caroli Magni dicunt cæptum putari ab annis Chriſti, cum antea mos eſſet annis Diocletiani vti, errant. Nam nullis nationibus in vſu fuit. Vnica autem Eccleſia duntaxat Alexandrina, & quæ illi ſubditæ ſunt, hac Epocha vſa eſt ſemper, vtiturque hactenus; & vocatur ab Ægyptiis, qui Elkupt dicuntur, تاريخ الشاهدا الطاهرين *Æra Martyrum ſanctorum*. Nam hallucinatus eſt ille, qui nuper تاريخ *Captiuitatem* vertit in literis Alexandrinæ Eccleſiæ Romam miſſis, anno Martyrum 1310, qui erat Chriſti 1593. Epocha igitur Martyrum iniuit XXIX Auguſti, id eſt, neomenia Thoth Actiaci, vel Maſcarã Habaſſeni, anno Chriſti Dionyſiano 284. Initium autem imperij Diocletiani a Palilibus anni 287. Differentia anni duo, menſes octo. Perturbatio, quæ eſt in Conſulibus a temporibus Maximinorum, vſq; ad filios Conſtantini, ea vtique ab antiquo eſt. Sed & non minor confuſio in annis perſecutionis; vbi magnæ ſunt διπλογίαι apud Euſebium: quanuis recte ſentit de initio Diocletiani, & primo anno perſecutionis. Tamẽ omnium Chronologorum fides hac in parte nutat. Nam edictũ Diocletiani de tradendis codicibus prius eſt Eccleſiarum euerſione, euerſio Eccleſiarum prior cæde Martyrum. Felix Africanus Epiſcopus & ſocij eius ſupplicio in Campania affecti ideo, quod codices Deificos, id eſt, ſacram ſcripturam tradere noluiſſent. Itaque in Actis illorum ſcriptũ fuit: *Et ductus eſt ad paßionis locum, cum etiam ipſa Luna in ſanguinem conuerſa eſt, die tertio Kalen. Sept.* De Eclipſi Lunari loqui manifeſtum eſt, cuius is color fuerit, quem ſanguineum aſtrologi vocant: cuiuſmodi proculdubio accidit anno Chriſti 301, cyclo lunæ 17, annis quatuor ſolidis ante edictum de euertendis Eccleſiis, idque III Nonas Septembris, non autem III Kal. Sept. diebus quatuor poſt paſſionem Martyrum. Itaq; perturbatus eſt ordo verborum. Legendum enim videtur: *Et ductus eſt ad paßionis locum, die tertio Kal. Sept. cum etiam ipſa Luna in ſanguinem conuerſa eſt.* id eſt, quo tempore Luna defecit, proximo nimirum nouilunio. Nam cum conſtet paſſos III Kal. Sebtembris, & ita habeat Kalendarium, non videtur eſſe error in notatione temporis. At Dominus Baronius hæc geſta confert in annum 302, tribus annis ante perſecutionem: & tamen putat eum eſſe ſecundum annum perſecutionis, qui erat decimus nonus Æræ Martyrum, decimus autem ſeptimus currens ab imperio Diocletiani. Sed ἀναχρονισμοὶ illorum

rum

rum Annalium propagati sunt partim ex erroribus aliorum Chronologorum, quos auctor sequitur, partim ex annis Christi male ad suam & veram epocham reductis. Vnde factum, vt ab initio operis, ad tempora Nicenæ synodi, ne vnus quidem annus Christi veræ epochæ suæ redditus sit. Itaque triennio aliquando, aliquando quadriennio, vt plurimum autem biennio erratum est. Exempli gratia: Excidium Hierosolymorum contigit anno Christi Dionysiano LXX, quo neomenia Nisan conueniebat cum neomenia Xanthici, teste Iosepho. In Annalibus refertur ad annum 72: qui est error Eusebij, sed alibi ab eodem castigatus. Certum est, Fructuosum Episcopum, Christi Martyrem, cum sociis passum anno antequam pax & interspiratio data esset Ecclesiis sub Marco Aurelio Antonino, & L. Ælio Vero. quod tempus Eusebius confert in annum quartum Olympiadis CCXXXIIII, id est Christi Dionysianum 160. Ergo passus est Fructuosus anno Christi 159. Hoc aliter demonstrabimus. In Actis agonis Fructuosi & sociorum legitur: *Producti sunt duodecimo Kalend. Februarii, feria sexta.* Ergo litera Dominicalis erat B. Proinde hoc accidit anno 159, triennio citius, quam notatum in Annalibus. In Actis Andreæ militis & sociorum scriptum extat, eos necatos fuisse decimoquarto Kalendas Septembris, Dominico die, hora secunda. Igitur litera Dominicalis erat G. Hoc necessario contigit anno 305, qui erat primus persecutionis a Pascha illius anni antecedente, post euersas Ecclesias: quod quidem Pascha celebratum 25 Martij, ipso die termini. At in Annalibus hoc refertur in annum 301, quadriennio ante rem gestam. Rursus in Epistola Vigilij Episcopi Tridentini de Passione Sanctorum Sisinnij, Martyrij, & Alexandri, ita legitur: *Die passionis Sanctorum, quarto Kalendas Iunias, feria sexta, nascente luce.* Passi ergo sunt anno 403, cyclo Solis XX, quando XXIX Maij erat feria VI. At in Annalibus dicitur scripta anno 400 Christi. Scripta ergo fuisset triennio ante cædem ipsorum Martyrum. Cui absurditati ipse non adscribet, certo scio. In iisdem Annalibus ex codice Antonij Augustini mentio fit Homiliæ Cyrilli Episcopi dictæ in natiuitate Ioannis Baptistæ, Pharmuthi vicesima octaua, indictione prima, sub Theodosio iuniore & Valentiniano. Ergo dicta fuit Homilia anno Christi 433, April. vicesimatertia. At in Annalibus refertur in annum 432, April. 29. S. Benedictus Monachorum Occidentis Pater, obiit XI Kal. Aprilis, Sabbato sancto, vt refert Aimoinus monachus ex Actis S. Mauri ipsius Benedicti discipuli. Toto illo sæculo hoc non potuit contingere, nisi anno 536. Tamẽ in Annalibus Ecclesiasticis obitus Benedicti cõfer-

tur in annum 542, sex annis serius. Multa igitur peccari necesse est in Gestis Benedicti, quæ in illis Annalibus referuntur. In Encyclica epistola Vigilij Papæ scriptum fuit: *Piißimus atque clementißimus Imperator Dominico die, id est, Kalendis Februarij, gloriosos Iudices suos ad nos destinare dignatus est.* Anno 554 Kalendis Februarij fuit dies Dominica. At in Annalibus hoc confertur in annum 552, duobus annis citius. Anno 546 turbatio facta in Pascha, vt ex Cedreno docuimus, capite de periodo Dionysiana, libro IIII. In Annalibus refertur sub anno 545. Martinus Episcopus Turonensis obiit anno 395, vt accurate a nobis disputatum est. Auctor Annalium Sigebertum sequutus coniicit in annum 402. Ex eo errore multũ peccatum est in temporibus Regum Francorum, de quibus consulatur vltima diatriba libri sexti huius operis nostri. Non semel monuimus magnam perturbationem esse in initiis Imperatorum, a Maximinis ad Valentinianum. Vt alios taceam, Constantini initium ab aliis in 305, ab aliis in 306 annum coniicitur. At Constantinus iniuit imperium post obitum patris sui Chlori. Obiit autem Chlorus in Britannia anno primo Olympiadis 271, vt inquit Socrates. Nos ostendimus, apud Socratem, Hieronymi Supplementũ, Ausonium, & alios, semper Olympiadem sumi pro lustro Iuliano, non pro lustro Olympico Elidensium, idq; lustrum Iulianum biennio posterius esse Elidensi, cum incipiat ab anno Iuliano bisextili. Itaq; is fuit annus bisextilis, quo obiit Chlorus, & imperium iniuit Constantinus. Sed duæ cautiones adhibendæ. Prior est, vt scias annum Constantinopolitanum, siue Nicenum hic intelligi, qui incipiebat a XXIIII Septembris. Altera, vt prolepsis vsurpata intelligatur in anno mortis Chlori. Nam obiit XXV Iulij, LXI diebus ante XXIIII Septembris, & tamen obitus eius ad eundem annum refertur quo iniuit imperium eius filius, προληπτικῶς, vt dixi. Omnino igitur iniuit imperium anno 303, aut 307. Nam primus annus Olympiadis Iulianæ incipit semper diebus 153 ante bisextum. Sed nemo concedet Chlorum obiisse anno 303. Obiit ergo 307. Et proinde anno 307 iniuit imperium Constantinus, ex ante diem VIII Kal. Octobr. eiusdem anni 307. In his prouocamur a docto Annalium scriptore, & rem absurdissimam prodidisse nos dicit, Constantini imperium iniisse ex anno 308, cum, vt inquit ipse, iniuerit anno primo Olympiadis 271, Christi vero 306. Nos vero negamus vllam culpam aut absurditatem in nobis admissam. Nam annus Christi 308 Constantinopolitanus incipit a Septembri anni 307, vt iam dictum est. Et proinde ipsum, & alios errare, qui annum Christi 306 a Kalendis Ianuarij dicunt esse annum labentem Constantini. Hoc enim volunt,

cum

cum putant primum 271 Olympiadis Elidensis annum esse primum Constantini. Olympias enim illa Iphitea cæpit ex diebus æstiuis anni 305, qui fuit annus primus persecutionis. Quare in annis Constantini, vt in aliis, insigniter peccatum est a viro docto. His positis, quinquennalia Constantini data sunt anno 312: vicennalia autem anno 327. Interuallum inter illas duas celebritates interiectum haud dubie vocatur Indictio, iniens a datis quinquennalibus, desinens in vicennalibus, quibus concilium Nicenum dimissum. Sed neq; hoc placet Domino Baronio: neque caussam appellationis Indictionum admittit. At nos dicimus, non minus iniuste nos hic, quam in initio imperij Constantiniani reprehendi. An negat Indictiones in quinquennia indici, & in quinquennalibus Principum panegyribus remitti? Si non credit, legat & quæ priore, & quæ hac editione ad eam rem collegimus. Quinquennalia illa dicuntur ἐπινεμήσεις, hoc est ad verbum, sparsiones, largitiones, profusiones, in quibus liberalitas Principis ad remissionem vsq; tributorum, & indictionum, editiones munerum & spectaculorum, congiaria, & donatiua extendebatur. Inde ἐπινέμησις non solum pro illa largitione sumitur, sed & pro ipsa indictionis temporalis nota. Nam quod Latini dicunt, Indictione prima, secunda, tertia hoc factum est, Græci dicunt, ἐπὶ τῆς ἐπινεμήσεως πρώτης, δευτέρας, τρίτης· Non ergo nos, sed ipse fallitur. Quid? si initium Constantini a nobis ignoraretur, tamē quinquennalia eius nos manu ad illud deducerent. Itaque ignorari non potest. Neq; minus errat, cum cladem Maxentij coniicit in annum 312. Quot modis enim hoc refelli potest? Sed de eo suo loco. Nam Maxentius anno 313, non 312 extinctus est, vt recte Panuinius notat, sed male inde Indictionum initia & caussas repetit: quod a nobis olim diligenter discussum fuit. Sextus liber continet residuum Epocharū, in quo nobiliores quæstiones de Natali die, & Passione Christi, de Hebdomadibus Danielis, quæ breuibus diatribis explicari non possunt, persequimur. Ne autem aut rudiores, aut refractarij auctoritate veterum scriptorum nobis præscribere possent, pauca de Eusebij erroribus in antecessum delibauimus, in quibus, præter frequentes ἀναχρονισμοὺς, puerile illud deliramentū de Essenis confutauimus, quos Christianos fuisse hoc vnico argumento probat, quod ἀσκηταὶ essent, & solitarie viuerent, & monasteria haberent: quasi Bonzios Iapanensiū Christianos esse censeamus, quia & cœnobitæ sunt, & Psalmos quosdam instar monachorum Europæorum alternis modulantur, & horas Canonicales eorum exemplo habent. Eorum Essenorum alij κοινόβιοι, alij μονάζοντες fuerunt. Sed horum non videtur secta diuturna fuisse. Ast τῶν κοινοβίων, aut eorum non dissimi-

Lum

lium synagogæ fuerunt ad tempora Iustiniani. Sunt enim ij, qui Cælicolæ vocantur. Nam & nomen id indicat. Cælicolæ enim sunt Angeli. Ita vocari volebant, propter sanctum, & cæleste, vt ipsis videbatur, vitæ institutum. In perueteri Glossario Latinoarabico *Cælicola* ملك .id est, Angelus. Præterea quia erant ἡμεροβαπτισταὶ, noui baptismi auctores Donatistis fuerunt. Princeps eorum vocatur Maior, vt & aliorum Iudæorum. Hoc enim est רב. Philo dubitans quare Esseni illi dicti sint θεραπευταὶ, vtrum quia medicinam profiterentur, an quia Deum colerent, ex eo coniiciendum relinquit, eos non dictos esse quasi אסיא ἰατροὺς, vt volebat quidam Lunaticus literarum Hebraicarum professor, sed quia ἱκέτας vocat, eo ostendit חסיא dictos, hoc est, ἱλαστὰς, ἱκέτας. Quod Christiani non essent, sed mere Esseni, statim initio libri ostendit Philo. sed & Sabbati summus cultus, & reliqua, quæ a Philone de ipsis narrantur, satis leuitatis damnant Eusebium, & reliquos veteres, qui Eusebium sequuti, idem hariolati sunt. Sed in Annalium tomo primo tacite perstringitur sententia nostra ab auctore, qui tamen fatetur veros Essenos Iudæos fuisse. Mirati sumus, quomodo ille putauit in vnum hæc bene conuenire posse, Iudaismum & Christianismum. Vt hoc probet, ait veteres patres idem scribere, quod Eusebium. Atqui ex Eusebio hoc desumpserunt, & eius auctoritate contenti Philonem non consuluerunt. quem si legissent, nunquam tam ridiculæ sententiæ assensum accommodassent. Hæc vero puerilia sunt. Venio nunc ad natalem Christi, quem vetustas Christianismi ad XXVIII annum Actiacum retulit, recte. Nam Christus iniens annum vnum a tricesimo ætatis suæ accessit ad baptismum, vt omnes vetustissimi Patres ex Luca retulerunt, & post eos eruditus Annalium scriptor. Baptizatus est anno XV Tiberij, duobus Geminis COSS. anno Iuliano 74. Ergo XXV Decembris anni 73 illi inibat annus primus a tricesimo. Deductis 30 annis absolutis de 73, remanet annus Iulianus 43, in cuius XXV Decembris natus fuerit Dominus, cyclo Lunæ XVIII, anno Actiaco XXVIII, vt illi vetustissimi patres crediderunt, duobus annis solidis ante epocham hodiernam Dionysianam, anno solido cum diebus aliquot ante excessum Herodis. Hoc proculdubio verum est. Sed in Annalibus peccatur ab auctore in anno XV Tiberij. Quem enim putat XV, is est XVI, & magno errore illi attribuit Consules duos Geminos, quibus Consulibus annus XVI Tiberij iniit ex XIX Augusti, cyclo Lunæ vndecimo, anno Iuliano 74. Nisan igitur is, qui proxime secutus est baptismum Christi, Consulibus duobus Geminis, antecessit annum XVI Tiberij ineuntem, mensibus quinque. At scriptor Annalium putat duos Geminos

minos Consulatum gessisse cyclo Lunæ XVI: in quo ne sic quidem sibi constat. Nam is fuerit annus 75 Iulianus iniens. Hoc modo Decembri anni 74 Christus inierit annum primum a tricesimo: & deductis 30 absolutis, remanebit annus 44 Iulianus, in quo natus Christus fuerit, tribus circiter mensibus ante excessum Herodis, anno solido ante epocham Dionysianam, qua hodie Ecclesia vtitur. quæ sane multorum veterum, inque illis Eusebij fuit opinio. Sed Christus baptizatus anno 74 Iuliano: passus 78. Differentia, anni quatuor solidi, paschata quinque. Quorum nullum vestigium in illis Annalibus extat. Quinetiam auctor, quando numerus annorum non succedit ex voto, culpam in Iosephum reiicit, mendacem multis modis arguens: inter alia, quod scripserit ἀπογραφὴν factam post Archelai relegationem, cum, inquit, ea ἀπογραφὴ Christo nascente contigerit, & aperte Eusebius id indicauerit. Nos hallucinationem Eusebij loco suo confutauimus, in quo descriptionem patrimonij Archelai cum descriptione totius orbis Romani confundit more suo, neq; meminit verbis illis, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη, designari non vnicam fuisse illam descriptionem, cum τῆς πρώτης mentio fiat Quare idem Euangelistes quemadmodum prioris meminit in Euangelio, ita alterius mentionē facit in Actis. vt nō sit audiendus doctus Annalium scriptor, qui non solum hac in parte Eusebij auctoritatem Iosepho opponit, sed etiam adiicit descriptionem illam eandem esse, de qua Æthicus statim initio libri sui loquitur: cum tamen neque tempus, neque res conueniat descriptioni nascente Christo factæ. Nam descriptio, de qua intelligit Æthicus, cæpit ab anno cædis Cæsaris, desiuit in anno XXXIII, qui erat tricesimus quartus a primis Kalendis Ianuariis Iulianis, decem annis absolutis ante verum natalem Christi, duodecim ante epocham Christi hodiernam Dionysianam. Res autem eadem non est, imo longe diuersa: atq; adeo tantum differt descriptio, de qua Æthicus loquitur, a descriptione, quæ facta Christo nascente, quantum decempeda, & tabulæ censuales. Nam illa descriptio Æthici mandata est agrimensoribus, & Geometris, hæc Rationalibus. Illa orbis mensura, σαδιασμοὶ, ϗ̀ ϛηματισμοὶ, hac census & facultates in Tabulas relatæ. Sed neq; recte concludit, Iosephum hallucinatum, quod paulo ante initia belli Iudaici auditam ex adytis templi vocem scripserit, quæ diceret HINC MIGREMVS: cum, inquit, Eusebius id in passionis Dominicæ tempus referat. Quomodo Eusebius melius scire potuit ea, quæ contigerunt Christi & belli Iudaici tempore, quam Iosephus? aut vnde, quam ex Iosepho? de illis dico, quæ non pertinent ad historiam euangelicam. Sed tam friuolum argumentum eluditur iis, quæ aduersus

hanc

hanc Eusebij hallucinationem libro sexto dicimus. Denique iniuste vbique Iosephum reprehendit, omnium scriptorum veracissimum & religiosissimum, quod quidem ipsius scripta loquuntur. quem auctorem si non tam contempsisset, nunquã eos ἀναχρονισμοὺς commisisset, quibus totus contextus temporum primi tomi perturbatus est. Sed antequam ex hac velitatione facessimus, qua & nos & cognominem nostrum scriptorem ab animaduersione docti viri vindicamus, nos homines Aquitani expostulamus cum eo, quod a nobis tres summos viros abdixit, Paulinum, Phœbadium, & Sulpitium Seuerum: qui cum fuerint natione, & domo Aquitani, tamen Paulinum & Sulpitium Romæ natos scribit, Phœbadium in Hispania. Quis illum docuit Paulinum non esse natum Burdigalæ, vbi antiquitus Paulina gens, hodieque quædam regio vrbis Burdigalensis Paulino cognominis est? Phœbadium autem Aginni Nitiobrigum Episcopum quare in Hispania natum dicit, aut quo auctore? Apud Hieronymum male excusum est Sœbadius, qui error irrepsit ex Sophronio, vbi legitur Σοιϐάδιος. Sed liber manu scriptus Sanctæ Mariæ de Granateria liquido habet Febadium. Apud Sulpitium Seuerum deprauatum quoq; est, vbi legitur Fegadius, pro Febadius, vt quidem librarij scribunt. nam orthographia est Φοιϐάδιος, Phœbadius: satis hodie notus erudita sua in Arrianos Epistola, quæ ante XXV annos primum edita. Mei municipes Fiarium vocant, cuius memoriam bis quotannis instaurant, ineunte ieiunio quadragesimæ, & die Marci Euangelistæ, mense Aprili, si bene memini. Huic successit Gaudius in episcopatu. Sulpitium Seuerum nemo hactenus Aquitanum fuisse dubitauit: sed patria ignoratur, cum tamen ipse Nitiobrigem sese manifesto prodat, cum Seruationem Tungrorum, Phœbadium autem suum Episcopum fuisse scribit. Phœbadius autem erat Nitiobrigum Episcopus. Iste Sulpitius Ecclesiasticorum purissimus scriptor, post transitum Martini recepit sese Elusonem, quo tempore ad eum scribebat Paulinus. Id oppidum est cum arce veteri in finibus Nitiobrigum, qua amni Draguto a Petrocoriis diuiduntur. Vulgo *Lausun*. Sed de hoc satis. Mei Nitiobriges pro Sulpitio Supplicium dicunt, quomodo & Bituriges suum illum vocant, quem eundem cum hoc faciunt perperam, cum inter transitum Martini, cuius noster Sulpitius discipulus fuit, & ordinationem Sulpitij Episcopi Bituricensis sub Guntchramno Rege, intercedant plus minus anni 190. Non iniuriam facimus docto viro, si cum bona eius venia doctissimos viros Aquitanos, & Christianissimos originibus suis vindicamus. Sed quemadmodum tribus viris Aquitaniam orbauerat, ita eandem duabus

alienis

alienis ciuitatibus donauit, Reiensi, & Vasensi. Prosperum non vno loco dicit Regiensium in Aquitania fuisse Episcopum, cum dicendum fuerit, Prosperum Aquitanum fuisse Episcopum Reiensium, aut Regiensium in secunda prouincia Narbonensi. Hodie *Ries* vocatur. Nugantur qui eum Regij Lepidi Episcopum & scripserunt, & in fronte eius sacrorum poematum apponi curarunt: quasi Reienses, in secunda prouincia Narbonensi, iidem sint cum Regio Lepidi in Æmilia. Vasense autem concilium idiotissimus illorum temporum vocauit, quod potius Vasionense dicendum erat. Vasio Vocontiorum hodie *Vaison* dicitur. Est Episcopatus Auenioni metropoli attributus. Imperite quidam cum foro Vocontiorum confundunt. Itaque Vasense, vel Vasionense, in Vasatense mutandum non erat. quemadmodum in anno Christi 552 perperam Firminum Vticensem mutat in Venciensem. Vticenses, vulgo dicuntur *Vsetz*. Est Episcopatus in prima Narbonensi. Dicuntur etiam Vcetenses, & Vcetiæ Episcopus. Apud Gregorium Turonensem libro VI. mentio est Ferreoli Episcopi Vcetensis: vbi vulgo male Vcecensis. Sed tam imperite vulgus Vticenses deprauauit in Vcetenses, quam Arausio in Aurasio: Vasensis dixit, pro Vasionensis. At ciuitas siue Episcopatus Venciensis, est in secunda Narbonensi. Vulgo S. Paulus de Venciis. Scribendum vero per t. Ventiensis, οὐέντιον enim dicitur Ptolemæo. Fuitque Nerusiorum in Alpibus Graiis Metropolis. Sequuntur in sexto libro illa quinque Paschata a baptismo ad resurrectionem, suis temporibus, Consulibus, & cyclis notata. In tertio Paschate quid sit σάββατον δευτερόπρωτον, explicamus, quæ verissima interpretatio adhuc assensum vel mereri, vel exprimere a doctis hominibus non potuit: quod valde miror, cum absurdissima sit ea, quam sequuntur ipsi. Omnes igitur vno ore putant δευτερόπρωτον, pro δεύτερον πρῶτον dictum esse. Id ad verbum Hebraice esset מאחר מקדם: aliter ὕστερον πρότερον, Latine Præposterum. quo nihil præposterius dici potuit. Nam quid est præposterum Sabbatum? Non pudet iocularis interpretationis? Sed ita est. Alius fortasse assensum extorsisset. Sed quia a nobis, ideo minus acceptum. Theophylactus post Epiphanium, & alios veteres, interpretatur ὡς δεύτερον ὄν, προηγησαμένης ἄλλης ἑορτῆς καὶ σαββάτου. Itaque verum est, quod diximus, omnes tam veteres, quam recentiores δευτερόπρωτον interpretari δεύτερον πρῶτον, id est ὕστερον πρότερον, præposterum. Vt illud probet, idem Theophylactus subiicit: πολλάκις ἀπήντα ἡ ἑορτὴ ἐν τῇ παρασκευῇ. quod falsum est, propter translationes, quas imperiti negant sæculo Christi vsurpatas, cum tamen longe ante Christum in vsu fuisse demonstrauerimus,

mus, vt locus non ſit pertinaciæ. Sed valeant Sabbata præpoſtera. Igitur σάββατον δευτερόπρωτον, non quod δεύτερον πρῶτον, ſed quod ἀπὸ τῆς δευτέρας πρῶτον. Nam ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα inibat computus τῆς πεντηκοστῆς. Hebræi etiam hodie vocant שַׁבָּת ראשון ספירה σάββατον πρῶτον ἀπὸ δευτέρας: id eſt, Sabbatum, quod eſt primum a XVI Niſan, quæ eſt δευτέρα τοῦ Πάσχα. Vera, & recta interpretatio ſine vlla præpoſteritate. De quinto Paſchate verbum non addidiſſem, niſi cum hæc commentarer, incidiſſem in Commentarios quorundam, qui Chriſtum paſſum volunt ipſo ſolenni Paſchatis, XV Niſan, feria ſexta, nempe paraſceue Sabbati. Quanuis auctoritas Euangeliſtarum, ratio ipſa, doctrina veteris anni Iudaici, omnia denique contra illos faciant, tamen potius etiam Euangeliſtas ipſos valere iubebunt, quam vt ſententiam mutent. Cauſſa pertinaciæ verba Euangeliſtarum, ἦν δὲ ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων. Contra obiicitur: ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ Πάσχα. Iohan. XIX, 14. Hic miſeram latebram quærunt, & ſtrenuo mendacio ictum declinant. Aiunt παρασκευὴν tantum dici de Sabbato. Acuti homines! Quare dicit παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, niſi πρὸς διαστολήν, quaſi & ſit παρασκευὴ alius rei, quam τοῦ Πάσχα? quod quidem verum eſt. Nam παρασκευὴ eſt genus, cuius ſpecies προσάββατον, καὶ προεόρτιον. Vtrumque vno verbo Hebræis eſt עֵרוּב. Itaque עֵרוּב שַׁבָּת παρασκευὴ τοῦ σαββάτου, ſiue προεόρτιον dicitur, πρὸς διαστολήν, quod ſint aliæ παρασκευαὶ, ſiue προεόρτια, quæ a feſtis ſuis appellationem ſortiuntur. עֵרוּב פֶּסַח παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, προεόρτιον τοῦ Πάσχα. עֵרוּב שְׁבוּעוֹת παρασκευὴ τῶν ἑβδομάδων, προεόρτιον τῆς Πεντηκοστῆς. Itaque ei paraſceuæ, in qua Chriſtus paſſus, accidit tum vt ex conſuetudine eſſet προσάββατον, id eſt, παρασκευὴ τοῦ σαββάτου: tum, vt caſu προεόρτιον, id eſt, παρασκευὴ τοῦ Πάσχα. Sabbatum enim illud erat ἡ ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων. quæ propterea dicitur μεγάλη ἡμέρα ab Euangeliſta. ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα τοῦ σαββάτου ἐκείνου. quod & ipſum quoque πρὸς διαστολὴν dictum, tanquam ſit quædam σαββάτου ἡμέρα, quæ non ſit μεγάλη. Nam quod Hebraice dicitur חַג, id eſt, Solenne, id ἑλληνισταὶ Iudæi, & Apoſtolus vocant μεγάλην ἡμέραν. Vnde κατ' ἐξοχὴν ſiue ἀντωνομαστικῶς ſolenne σκηνοπηγίας dicitur μεγάλη ἡμέρα, vt ſupra ἐκ τῆς περιόδου Πέτρου citauimus, nimirum exemplo Iudæorum, & Samaritarum, qui τὴν σκηνοπηγίαν חַג vocant ἀντωνομαστικῶς. Tria autem proprie Hebraice vocantur חַגִּים, aliter רְגָלִים, quas ἑλληνισταὶ quoque vocarunt μεγάλας ἡμέρας, XV Niſan, id eſt, ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων, cum XXI Niſan. VI Siuvan, id eſt, Πεντηκοστή. XV Tiſri, id eſt, σκηνοπηγία, cum XXII Tiſri. Acron quidem in illud — *hodie triceſima ſabbata* ſcholio iſto *quæ Neomenias eſſe dicunt: quoniam per Sabbata Iudæi numeros Lunares*

nares

nares accipiunt. Et Sabbatum magnum in renouatione Lunæ a Iudæis hodie celebratur : videtur omnes neomenias nomine Sabbati magni indigetare : ſed, quid ſit Sabbatum magnum, ignorat. At Sabbatum ordinarium nunquam dicitur μεγάλη ἡμέρα, non magis, quam חג. Sic Philo libro περὶ θεωρητικοῦ τῶν Ἐσσαίων βίου dixit τὴν προεόρτιον τῆς μεγίστης ἑορτῆς, loquens de Pentecoſte. At ordinarium Sabbatum nunquam dicitur μεγίστη ἡμέρα, aut ἑορτή. Temere igitur doctor Theologus Commentario in Iohannem ait παρασκευὴν tantum dictam de feria ſexta, & omne Sabbatum dici poſſe μεγάλην ἡμέραν. Ecquæ Grammatica hæc eſt, vt παρασκευὴ τοῦ πάσχα non ſit παρασκευὴ τοῦ πάσχα? Quid poteſt dici abſurdius? Ac propterea longe iocularius dicit eodem modo dictum μεγάλην ἡμέραν τοῦ σαββάτου ἐκείνου, vt Ioh. VII. 37. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς ἐκείνης. Nam verum eſt eodem modo dictum, ſed contra animi eius ſententiam : quod nimirum dicta ſit μεγάλη, quia octaua Tabernaculorum, non quia Sabbatum. quæ quidem octaua fuit eo anno feria quinta, non Sabbatum, 169 diebus ante paſſionem. Itaque dum hoc effugium parat, ſuo ſe gladio iugulat. Quis vnquam tam obſtinatos aduerſus veritatem animos crediidiſſet? Illam autem obiectionem quam argute eludunt! ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. Aiunt φαγεῖν τὸ πάσχα, hic non eſſe agnum Paſchalem comedere, ſed alia ſacrificia Paſchalia. Argute, docte, eleganter, vt nihil ſupra : quaſi in paraſceue comedere Paſcha aliud ſit, quam agnum Paſchalem comedere. Imo nos negamus, θύειν καὶ φαγεῖν τὸ πάσχα, aliud eſſe, quam agnum Paſchalem immolare, aut manducare. Exodi XII, 21. Neque vllus paulo doctior illud ſine riſu audire poteſt. Sed quid ex tot mendaciis conſequuntur? Quid, quam vt ſe deridendos propinent? Si quintadecima Niſan, quando Chriſtus paſſus, fuit feria ſexta : ergo Pentecoſte illius anni fuit Sabbatum. Nam Pentecoſte eſt feria ſecunda quintædecimæ Niſan, vt diximus ad Computum Iudæorum. Fallitur ergo Eccleſia, & omnis Chriſtianitas, quæ ab vltima vſq; antiquitate credidit illam Pentecoſten fuiſſe diem Dominicam, non Sabbatum. Quid igitur? Quid? – *Dic aliquem, dic, Quintiliane, colorem.* Itaque Doctori Theologo non bene procedit commentum. Rurſus vrgetur abſurditate. Deus die magno Azymorum diſtricte vetat opus facere. Exodi XII, 16. Leuitici XXIII, 7. Hinc quoque aliquo inſigni facinore elabendum erit. Adducit locum ex libro Iudaico, cui titulus עקידת יצחק id eſt, ligatio Iſaaci, vt probetur etiam Sabbato licuiſſe opus facere : in quo is, qui locū vertit, impoſuit homini quæſtionum, quam Hebraiſmi peritiori. Nam qui interrogat,

an Sol occaſus ſit, item, an ſit Sabbatum, eandem rem duabus interrogationibus ſignificat. Si enim Sol nondum occidit, eſt Sabbatum, in quo non auderet mittere falcem in meſſem. Oportet igitur, vt Sol occiderit prius, & conſequenter non erit amplius Sabbatum, id eſt, iam præterierit quintadecima Niſan, quæ quacunque feria inciderit, dicitur Sabbatum, Leuitici XXIII, 15. Igitur interroganti, an Sol occidit, reſpondetur, occidiſſe. Rurſus, an ſit Sabbatum, id eſt, an ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων nondum præterierit, ſi reſpondetur adhuc eſſe, nihil agitur: ſi reſpondetur non eſſe Sabbatum, tunc confidenter immittit falcem in meſſem. Hæc profecto eſt mens illius loci, quanquam libri copia non eſt. Sed qui vertit illi hæc verba, dicit reſponderi eſſe Sabbatum. Ergo hoc modo oportebat omnem XVI Niſan eſſe Sabbatum, omni anno. Quod quis non miretur a Doctore Theologo non animaduerſum? Atque adeo illi commentum placet. Deniq; tot lapides mouit, vt tandem concluderetur, Eccleſiam falſo putare diem Pentecoſtes, quando Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit, fuiſſe Dominicam, cum fuerit ſabbatum, ex hypotheſibus Doctoris. Concludimus igitur, quod nemo ſani capitis negauerit, Chriſtum Paſcha comediſſe tertia decima Niſan ciuilis, quartadecima Luna. Vnde recte Euangeliſtæ: τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, nempe κατὰ σελήνην. Nam ſane quoties fit tranſlatio feriæ, tunc duplex eſt neomenia, prior quidem κατὰ σελήνην, poſterior vero πολιτική. Sed, inquiet, alius Euangeliſtes dicit, ἐν ᾗ ἔθυον πάσχα. Ergo omnes ἔθυον. Non ſequitur: quare alius interpretatur, ἐν ᾗ ἔδει θύειν. Chriſtus ἔθυσεν ἐν ᾗ ἔδει. Chriſtus immolauit Paſcha in qua die oportebat, nempe quartadecima Luna. Iudæi poſtridie ἐν ᾗ οὐκ ἔδει, in qua non oportebat, nempe quintadecima Luna. Et ita quoque hunc nodum ſoluerunt Monachus Veronenſis Hilario, & Paulus Epiſcopus Burgenſis ex Iudæo Chriſtianus. Neque melior ſolutio dari poteſt. Neque vero illi duo viri docti tam vacui capitis fuerunt, vt crederent eo anno τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα fuiſſe feriam ſextam. Sed Doctor melius Latine intelligens, quam Græce, vulgatam tralationem ſequitur: *In qua neceßarium erat immolare.* Nos negamus ἔδει bene traductum, *neceßarium erat.* Atq; adeo intererat Logici ſcire, quatenus *Oportere,* & *Neceßarium eße* differunt. Abſurde igitur, imperite, & aduerſus Euangeliſtarum mentem, dicitur Chriſtum crucifixum ipſa die ſolennis Paſchatis. Nos vero & hic mutauimus ſententiam, cum huic ſtultæ interpretationi hæreremus priore editione: quemadmodũ cum Chriſtum cyclo XVI crucifixum aſſerebamus, ſequuti Dionyſium Exiguum, & alios veteres. Nam Chriſtus paſſus cyclo XV Lunæ, XIIII Solis, tertia Aprilis,

anno

anno quarto abſoluto a baptiſmo, quando Sol extra ordinem caligauit, cuius caſus etiam meminit Phlegon, feria ſexta, quando poſt verum agnum immolatum, immolatus eſt & typicus, qui tum primum perperam immolari ceptus, vſque ad 70 annum Chriſti Dionyſianum, quando incluſis in vrbem die primo Azymorum contigit Paſcha vltimum immolare. Atque hactenus quidem de priore parte ſexti libri. Venio ad alteram, cuius ſubiectum quo nobilius, eo plures tractatores habuit: vt nullus non ex plebe ſcriptorum ex hoc muſtaceo lauream ſibi quæſiuerit. Ac quanquam ſine ſumma doctrina externæ hiſtoriæ, & peritia bonarum literarum ad iſta arcana penetrari non poteſt, tamen quo quiſque imparatior ab omni copia humaniorum doctrinarum, eo audacius ad hanc tractationem ſe contulit. Quin etiam tantum abeſt, vt præſidia, ſine quibus hic labor irritus eſt, iſti adhibuerint, vt eos inſanire putent, qui per illa viam ſibi ad hæc indaganda muniuerunt. Minima quæque perſequi eſſet horas perdere. Tria præcipua attingere ſatis pro tempore erit, nempe de ſeptuaginta annis captiuitatis, de Regibus Perſidis & Babyloniæ, de epilogiſmo Hebdomadum Danielis. Septuaginta annorum caput a capto Iechonia ſumendum eſſe, auctor Ieremias ſcribens ad eos, quos cum Iechonia Babylonem Rex Nabuchodonoſor deportauerat, cap. XXIX, poſt alia: *Quia Dominus ita dicit: Quando ſeptuaginta anni Babyloni completi fuerint, ego viſitabo vos, & verbum meum bonum ſuper vos ſuſcitabo, vt vos huc reducam.* Quid clarius hoc commate? Vos, quos cum Iechonia captiuos Babylonem traduxit Rex, ego huc reducam, poſtquam ſeptuaginta anni completi fuerint Babyloni, quæ vos captiuos detinet. At contra hos 70 annos acuti homines ineunt a capto Sedekia. Ergo ſeptuaginta anni ſunt octaginta. Mirum vero Ieremiam neſciſſe ſeptuaginta eſſe ſeptuaginta. Quemadmodum igitur negando paraſceuen Paſcha eſſe paraſceuen Paſcha, res noua & inaudita concluditur, Spiritum ſanctum in Apoſtolos deſcendiſſe Sabbato, non die Dominico: ita etiam negando ſeptuaginta annos eſſe ſeptuaginta annos, haud dubie aliquid παράδοξον, καὶ παρασκευνδυνάμιον parturitur. Audiamus cauſſam tam inopinatæ interpretationis. Scriptum eſt, inquiunt, vrbem Hieroſolyma per ſeptuaginta annos ſua ſabbata requieturam. Locus, quem deſignant, eſt in fine poſterioris Chronicorum: *Ad complendum verbum Dei in ore Ieremiæ, donec terra acquieſcat ſabbatis ſuis. omnes dies deſolationis ſabbatizauit, vſque ad complendum ſeptuaginta annos.* Clare loquitur, omni ambage remota, terram, quamdiu deſolata fuit, ſabbatizaſſe, id eſt, incultam ceſſaſſe, donec

complerentur anni ſeptuaginta ab Ieremia determinati. Quod proculdubio verum eſt. Nam finis deſolationis eſt ſeptuageſimus annus: initium vero intra illos, non ab illis. Nam tametſi terra ſeptem tantum annos, aut vnum annum ceſſaſſet, tamen ſequeretur, quod hic dicitur, quandiu deſolata fuerit, ceſſaſſe: & quidem ceſſaſſe, vſque ad ſeptuageſimum annum ab Ieremia determinatum. Quid verius, quid ſimplicius, quid clarius hac interpretatione? Sane ex his non colligitur, ceſſaſſe ſeptuaginta annos, ſed ceſſaſſe, quandiu deſolatio durauit: durauit autem vſq; ad tẽpus ab Ieremia definitum, cuius temporis initium aliud eſt ab initio deſolationis. Huic ſimile, imo prorſus idem genus loquendi extat eodem capite, cõmate 10. Ioiachin cognomento Iechonias regnauit menſes tres, dies decem. Tamen ibi dicitur: *Anno vertente, Rex Nabuchodonoſor miſit, & deportatus fuit Babylonem.* Decimum diem menſis quarti vocat annum vertentem. Nimirum ille annus aliud habet initium ab initio regni Iechoniæ, cum tamen & anni & Regis Iechoniæ idem finis ſit. Sic initium ſeptuaginta annorum aliud ab initio deſolationis, cum finis ſeptuageſimi anni, & deſolationis idem ſit. Neque ſane vllus alius ſenſus hinc elici poteſt. Et ita in eodem capite duo loci ſimiles alter alteri prælucet: quæ locorum duorum collatio mirifice ſophiſticam obiectionem retundit. Sed iſti boni interpretes verbum diuinum pro pila habent. & profecto aliquid noui, vt dixi, pariet tam portentoſum commentum. Audite ergo ϰὴ ἀϕηµᾶτε. Annus capti Iechoniæ eſt XXVI Nabopollaſſari, vt ſupra demonſtratum eſt. Annus igitur excidij Hieroſolymorum & euerſionis templi, eſt 36 Nabopollaſſari, qui erat 158 a Thoth Nabonaſſari. Ergo ſeptuageſimus annus ab excidio templi erit 227 ab eodem Thoth Nabonaſſari: qui eſt ſecundus Darij filij Hyſtaſpis, teſtibus obſeruationibus Babyloniorum eclipticis apud Ptolemæum, nonus autem a deceſſu Cyri. Quare hoc modo Cyri annus primus, quo ſoluta captiuitas, conuenit in annum nonum poſt eius obitum, vt volunt acuti homines, præſtantiſſimi interpretum, & ſacrorum Bibliorum hierophantæ, qui ſeptuaginta dicunt eſſe octaginta. Tantæ molis erat oſtendere ſeptuaginta annos eſſe octaginta, vt aliquis Rex nono anno poſt obitum ſuum edicta faceret. Non igitur ſeptuaginta anni a deſolatione ineundi, ſed a ſeruitute, & ex quo tempore Iudæi tributarij Chaldæis facti. Itaque recte atque his conuenienter apud Ieremiam XXV, 11. *Omnis terra erit deſolata, & vaſta: atque omnes illæ gentes ſeruient regi Babylonis ſeptuaginta annos.* In his non Iudæos tantum comprehendit, ſed etiam omnem Syriam. Nam Iu-

dæi

dæi non vocantur גוים, ſed omnes alij extra Iudæos. Itaq; non ſolum habitantes Hieroſolyma, ſed etiam omnes finitimas nationes deſolatum iri dicit, commate antecedente, vſque ad ſeptuaginta annos: quorum initium a tempore ſubiugatæ Palæſtinæ, & capti Iechoniæ, vt etiam clare extat apud Beroſum: a cuius fragmento hinc magna lux affulget. Sequuntur Reges Babyloniæ, & Perſidis. Quis narrauerit ſomnia, hallucinationes, mendacia hominum in horum Regum Chronologia? quid dicam odium, ζηλοτυπίαν & κακόηθες eorum in nos, quod præter eorum expectationem eos Reges non in νεφελοκοκκυγίᾳ Ariſtophanis, ſed apud cuſtodes priſcarum Originum Beroſum Chaldæum, Megaſthenem, Herodotum inuenerimus? quod eos ipſos in Daniele, Zacharia, Eſdra, & Nehemia ſine vlla mutatione extare indicauerimus? quod ex duobus Regibus Aſſuero, & Artaxerxe vnum Regem bicorporem non fecerimus? Beroſi igitur & Megaſthenis eximiæ illæ reliquiæ apud Ioſephum nobis veritatis fontes recluſerunt. Earum beneficio habemus Reges Chaldæorum a Nabuchodonoſoro, ad captam a Cyro Babylonem. Ex quo captæ Babylonis tempus iniri poteſt, cum is fuerit annus LXXXV a Nabopollaſſaro patre Nabuchodonoſori, ducenteſimus triceſimus ſextus Iphiti, XXI imperij Cyri. Lib. VI, cap. de duabus quæſt. Danielis VII annis minus diximus. Quare corrigatur numerus. Sed prius quã ad reges Nabuchodonoſori ſucceſſores aggrediamur, diſcutiamus opiniones interpretum Danielis, & Chronologorum. Maxima pars horum hominum ſeptuaginta annos a Ieremia determinatos, a capto Sedekia deducunt, in primo anno Darij Medi terminant, hoc vno argumento moti, quod Daniel primo anno huius Darij mentionem facit vaticinij Ieremiæ de ſeptuaginta annis, ideoque finem eorum annorum tunc accidiſſe dicunt. Sed hæc tam acuta ſententia facile retunditur. Nam eodem modo a primo anno huius Darij ineundę eſſent Hebdomades, quia eodem capite earum præcipua mentio fit, imo eſt vnicum ſubiectum illius capitis. Ita ſane pueri ſolent argumentari. Verba Danielis: *Ego Daniel intellexi in literis numerum annorum*, &c. Ego, inquit, inter legendum, animaduerti ſeptuaginta annos definitos captiuitatis. Non ſequitur, illum fuiſſe ſeptuageſimum captiuitatis. Rurſus hunc Darium volunt eſſe Aſtyagem Regem Mediæ, filium Cyaxaris, quem Daniel vocauerit Aſſuerum. At quis vnquam veterum claſſicorum auctorum ſcripſit Medos Babylone imperaſſe? Quis non illorum dixit Aſtyagem a Cyro victũ, & imperio exutum? Nam Xenophontem tam conſtat hiſtoriam noluiſſe ſcribere, ſed exemplum bene educti principis proponere, quam certum eſt, nihil in tota Cyri

pædia verum esse, præter sola nomina, & nudam mentionem duorum, aut trium casuum, vt Babylonis captæ, Crœsi victi. sed tempora, series gestarum rerum, anni imperij Cyri septem, vt ab illo scriptore ponuntur, omnia, inquam, illa vera sunt, si vera sunt Æthiopica Heliodori. Neq; tam stultus fuit Xenophon, vt crederet se Græcis hæc persuadere posse. Præsto enim illi scriptis suis pudorem imposuissent Castor Rheginus, qui sub Cambyse scripsit: Herodotus, qui tempore Xerxis, & Artaxerxis Longimani floruit: Ctesias, qui in aula Artaxerxis Memoris consenuit. Sed fecit, quod σοφισαὶ æquales suorum temporum faciebant. Deligebant personas ex medio priscæ historiæ, quas his coloribus pingebant, quibus putabant se animos lectorum ad virtutem excitare. Quare stulte faciunt, ne dicam imperite, qui ex Xenophonte historiæ Persicæ veritatem petunt. Qui ita faciunt, eo nomine solum indigni sunt, qui audiantur. Atquin isti Regem Mediæ hunc Darium faciunt, quem Græci Astyagem vocarent, proprio autem nomine Darius diceretur. Obsecro vos, docti interpretes, vnde didicistis, Darium hunc regem fuisse? Quis illius meminit præter Danielem? Consulendus igitur Daniel. Initio VI capitis ita legimus: *Darius Medus accepit regnum.* & initio XI: *Primo autem anno Darij Medi.* Dicite nobis, viri doctissimi, itane Medus est Rex Mediæ? Quod hoc nouum & insolens genus loquendi, vt Medus sit Rex Mediæ? Si Medus omnis est Rex Mediæ, igitur quot Medi, tot erunt Reges Mediæ. Quare non dicitur Iosias Iudæus, pro rege Iuda? Ioiakim Iudæus? Redite ad vos. Videte, quid designatis. Non pudet argumenti? Ostendite locum in toto Daniele, in quo aut Nabuchodonosor & Balsasar Babylonius, aut Cyrus Persa, pro Rege Babylonis, & Rege Persarum dicti sint sine mentione regni: vt VI, 28. Ibi enim dicitur regnum Cyri Persæ. Quare eum piguit dicere, *Darius Rex Mediæ accepit Regnum*? Atqui maxime intererat tantam rem non taceri. Iudæis siquidem scribit, quorum nemo ignorabat Ioiakim Regem fuisse Iuda. Quare igitur initio primi capitis rem notissimam Iudæis proponit, Ioiakim Regem Iuda, externum autem regem regis nomine appellare non dignatur? Quid? Dicite aliquid. Si aliud argumentum non habetis, quo nobis persuadeatis, iam tempus est aut mutare sententiam, aut tacere. Nam profecto iste Darius homo priuatus ad regnum Babylonis accessit. Scriptum enim initio Capitis IX. *Primo anno Darij filij Assueri, de semine Mediæ.* Latine ita concipiendum erat: *Primo anno Darij filij Oxyaris, oriundi ex Media.* Non diceretis vnde oriundi sumus, ibi nos natos esse, sed ibi potius, vnde genus deducimus. Exemplum dandum non erat rei, de qua non dubitatur. Sed dabimus tamen. Stilicho

erat

erat Wandalus, natus in media Wandalia: filius eius Eucherius natus Romæ erat ex ſemine Wandaliæ, vt verbis Danielis vtar, non autem Wandalus natione, quanquam ita vocati potuit, ſi πρὸς διαστολὴν ita dictus fuiſſet eius pater: quemadmodum accidit huic noſtro Dario, qui Medus vocabatur, non quia in Media natus, ſed quia pater eius & Medus erat, & ita vocabatur, vt ab aliis ciuibus Babyloniis homo inquilinus diſtinguetetur. Nam & ipſe Aſſuerus, ſiue Oxyares, quiſquis is fuit, pater huius Darij, vnus, vt apparet, ex Megiſtanibus & proceribus Mediæ, Babylonem immigrauit, ſiue καταστασιασθεὶς, id eſt, ſeditione aliorum procerum agitatus, ſiue proditionis ſuſpectus apud Regem Mediæ. quæcunque fuerit illa cauſſa patriam deſerendi, certe homo priuatus, non rex (quod non tacuiſſet Daniel) Babylone habitauit. Huius filius Darius, cognomento Medes, aut Medus, cum aliis proceribus Babylonis coniuratione in Balſaſarem nepotem Nabuchodonoſori Regem Babylonis inita, ſignifer coniuratorum, Rege interfecto, ipſe in eius locum populi ſuffragiis vocatus eſt. Ita enim Daniel: *Primo anno Darij filij Oxyaris ex Media oriundi, qui rex ſupra Chaldæos conſtitutus eſt.* At volunt hunc Darium eſſe Aſtyagem, qui cum Cyro obſedetit Babylonem, & regem Balſaſarem interſecerit: cuius rei ne minima quidem ſuſpicio extat in Daniele, ſed manifeſto ibi dicitur noctu in conuiuio Balſaſarem oppreſſum fuiſſe. Qui cum mille proceribus tam otioſe epularetur, proculdubio neceſſe eſt eum in ſecura vrbe, non autem obſeſſa fuiſſe: quanquam ſimile neſcio quid narrat Herodotus. Quid certius colligitur ex verbis Danielis, quam ex condicto, in ſumma ſecuritate, procul ab omni metu hoſtium, interfectum fuiſſe? Rex igitur iſte Medes creatus eſt, vt aperte declarat Daniel verbo הָמְלַךְ, quo ſignificatur regem creatum eſſe. Itaque initio capitis VI, ſtatim poſt cædem Balſaſari, adiicitur: *Darius autem Medes accepit Regnum.* Verbum, quo hic vtitur Daniel קַבֵּל ſignificat non ſimpliciter ſumere, ſed alio tradente accipere. Neque vnquam aliter vſurpatur. Vnde doctrina, quam non ex ſcripto, ſed ſola traditione percipimus, dicitur קַבָּלָה. Si hoc conſideraſſent, qui Darium, & eius patrem Reges Mediæ faciunt, & verba Hebraica Danielis petpendiſſent, nunquam quæ a nobis libro VI huius operis tam accutate de hac re demonſtrata ſunt, reprehendendo, imperitiam ſuam & κακοήθειαν aperuiſſent. Vides igitur Darium origine Medum, domo Babylone, filium Oxyaris Medi, hominis priuati, ſuffragiis populi regem creatum, teſte ipſo Daniele. Apud Beroſum igitur, Nabuchodonoſoro poſt annum regni ſui quadrageſimum tertium mortuo, filius

lius eius Hevvilmerodach, anno tertio regni, a Neriglissororo, sororis suæ viro, interficitur. Neriglissororus cum quatuor annos regnasset, filio suo Laborosoarchodo, Nabuchodonosori ex filia nepoti regnum reliquit: quo interfecto post menses nouem, regnum Nabonido cuidam, vni ex interfectoribus ipsius, communi consensu populi traditum est. Hæc Berosus. Quæ omnia sacræ scripturæ conueniunt, si modo adiuuentur interpretatione. Nam profecto nihil discrepant. Interfecto enim Hevvilmerodacho, non est dubium Neriglissororum populo persuasisse, se filio suo Nabuchodonosori ex filia nepoti regnum conseruare, donec adolesceret: vt si quod desiderium populo esset Hevvilmerodachi propter Nabuchodonosori memoriam, id omne leniretur, cum viderent ex stirpe Nabuchodonosori adhuc superesse, qui in eius solio sederent. Neque dubium est, quanuis re ipsa rex esset, nomine tamen filij regnum administrasse. Sane Ieremias cap. XXVII, 7, dixit omnes gentes subiectas fore imperio Nabuchodonosori, filio eius, & filio filij. Quanuis ex filia esset nepos, tamen filiorum nomine etiam filiæ comprehenduntur. Nam vt Latini liberorum nomine, sic Hebræi nomine בן vtrumque sexum comprehendunt. Laborosoarchodus igitur est Balsasar. cui succedit Nabonidus, qui cum annos XVII regnasset, deditione facta exutus regno, Carmaniam relegatus est a Cyro, vt ait Berosus. Megasthenes autem eximius scriptor ita scribit de Nabuchodonosoro: ὁ δὲ τοῦ παῖς Ευιλμαλουρουχος ἐβασίλευσε. τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λεῖπεν παῖδα Λαβασσοαρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβοννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. in quo vtrique scriptori conuenit. Sed paulo antea idem Megasthenes quendam Medem nomine ciues Cyro dedidisse dicit, id est, Babylonem diripiendam Cyro propinasse, sibi autem fuga salutem peperisse, cum in munitissimam Borsippenorum arcem se recepisset. Berosus hoc attribuit Nabonnido. Nabonnidus igitur vocatus erat Medes, vltimus Rex Babylonis, suffragiis populi rex creatus. Apud Danielem vltimus rex vocatur Medes, & creatus est suffragiis populi. Darius igitur Medes est Nabonnidus. Hunc Cyrus anno XVII ipsius Darij, prælio victum, in arcem Borsippenam compulit. Interea ipse Cyrus Babylone potitus anno imperij sui XIX, aliquod tempus rebus componendis dedit, & omnia vrbis munimenta, quæ longa obsidione, & summo labore ceperat, disturbauit, vt scribit Berosus. His ita gestis, ad Borsippum expugnandam animum conuertit. Sed Nabonnidus, arcis deditione facta, & vita & prouincia Carmania donatus est. Interea reliquias belli perse-

quens

quens Cyrus ad fines vſque Indiæ profectus eſt, vbi Capiſſam vrbem ad Indum fluuium ſitam diruit, vt ſcribit Solinus. Itaque pacatis Orientis partibus Babylonem rediens, Suſianam omnem iugum detrectantem, imperio iam olim Babyloniæ attributam, non ſine magno molimine debellauit, vt ex Strabone patet: quanquam errat Strabo, dum ait Suſianam a Cyro Medis ademptam. Nam potius Medis adempta, Chaldæis adiuncta eſt: Danielis VIII, 2. Æſchylus enim in Perſis arcem Suſa a Cyaxare vaſtatam, ab Aſtyage inſtauratam ſcribit. Aſtyages autem a Cyro debellatus fuit. Quare ſub Aſtyage Suſiana imperio Chaldæorum adiecta, vtique poſt Nabonaſſarum, vt puto, & , ſi locus coniecturæ eſt, ab illo Aſſuero Medo prodita, cum eius fortaſſe Satrapes eſſet. Reliqua, quæ retulimus, non a nobis, vt ſolent facere interpretes Danielis, & Chronologi, ſed a Daniele, Beroſo, Megaſthene accepimus. Reuerſus igitur Babylonem victor Cyrus, omnibus imperio ſuo ſubactis, tunc iure potuit dicere: *Dominus Deus cæli dedit mihi omnia regna terræ*: quod quidem accidit anno imperij eius vndetriceſimo, a Babylone capta nono, a capto Iechonia ſeptuageſimo: vt olim prædictum erat ab Ieremia; qui ſcripſit ſeptuageſimum annum captiuitatis Iudaicæ finem imperio Chaldæorum impoſiturum. cap. XXV, 12. XXVII, 7. XXIX, 10. Hoc non potuit contingere, niſi omni Aſſyria, & Babylonia ſubacta: quod tempus, vt diximus, conſurgit ex anno vndetriceſimo Cyri, qui eſt primus annus imperij Babylonici, II Paralip. XXVI, 22. Eſdræ I, 1, VI, 3. & tertij anni mentio eſt Danielis X, 1: qui ei fuit vltimus & vitæ & imperij. Obiit enim anno vno & triceſimo imperij ſui. Annus primus Cyri cæpit Olympiadis 55 primo, quæ concurrit cum anno Nabonaſſari 188. Annus primus Cambyſis, 219 Nabonaſſari. Differentia initij Cyri, & Cambyſis, anni ſolidi 30 a Thoth 189 Nabonaſſari. Obiit igitur anno XXXI labente imperij ſui Perſici, tertio autem imperij Babylonici, ſecundo & ſeptuageſimo a Iechoniæ tranſportatione. At iſti ſomniant neceſſario Darium Medum fuiſſe regem Perſarum & Medorum, propterea quod cap. V, 28 dicitur: *Regnum tuum diuiſum eſt, & datum Medis & Perſis.* Itaque ex illa diuiſione coniiciunt, duos Reges deſignari, alterum Mediæ, alterum Perſarum, & proinde neceſſario Aſtyagem, & Cyrum fuiſſe. Sed Aſtyages, vltimus Medorum Rex, ante multos annos interfectus fuerat anno quarto Cyri. Solus Cyrus Media & Perſide tunc potiebatur. Præterea diuerſis temporibus regnarunt, non coniunctim, Darius Medus, & Cyrus. VI, 28. Itaque neque duo tunc Reges erant, neque ex verbis Danielis colligitur vlla diuiſio.

uisio. פרס enim verbum, quo vtitur Daniel, nihil aliud est, quam κλάσαι, vt recte Iosephus interpretatur; id est, frangere: quo tantum significatur mutatio regni. Quandiu enim regnum a patribus ad liberos iure successorio transfertur, tunc integrum vocari potest: cum ad exteros transfertur, tunc frangitur. Sic accipiendum I. Reg. XI, 31. *Ecce, ego scindo regnum de manu Solomonis.* Nos negamus vllam διανέμησιν eo significari. Translatum igitur imperium a Balsasaro, ad hominem Medi sanguinis, Nabonidum: a Nabonido Medo, ad Cyrum Persam. Itaque recte dicitur: Fractum est imperium tuum; & datum Mediæ; & Persidi. ἐκλάσθη ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη τῇ Μηδίᾳ καὶ τῇ Περσίδι. Hebraismus, vel Chaldaismus מָדַי וּפָרַס, Mediæ, & Persidi, id est, hominibus Mediæ & Persidis, Satis enim est significari, imperiũ ad exteros transferri. Itaq; his conuenienter dixit Megasthenes, Ναβονίδοχον ἀποδείκνυσι βασιλέα προσήκοντά οἱ οὐδέν. Nabonnidum, aut Nabonnidochum creant regem, qui nullo iure originis aut sanguinis attingebat Balsasarum, vt pote qui oriundus esset ex Medis. & ἀποδείκνυσι βασιλέα, מַלְּכוּם. quo verbo vtitur Daniel: הָמְלַךְ ἀπεδείχθη βασιλεὺς, creatus est Rex. Non dixit וּמָלַךְ ἐβασίλευσεν. Huic obiectioni non possunt obluctari. Sed nondum finis velitationum. Qui suffragiis populi ad regnum adscitus est, populum suis legibus viuere sinit, neque nouum ius sancire potest. Ecce vero Darius legibus Persarum & Medorum edictum facit. cap. VI, 8. Ergo Darius erat Rex Persarum, & Medorum. Perpendamus mentem Danielis. Omnes proceres imperij Darij conuenerunt in vnum, vt legem sancirent, ne intra triginta dies vlli Deo, aut homini, præterquam Regi Dario, supplicaretur. Est plane Senatusconsultum, cui nisi auctor fiat Rex, est, tantum auctoritas perscripta. Aditur igitur Rex, vt id confirmet lege Persica & Medica. Commate 8. Nos negamus hinc colligi Darium regem Persarum, & Medorum fuisse. Hoc enim ibi actum est, vbi Daniel erat, nempe in præfectura ipsius Susiana, cuius erat Satrapes. ca. VIII, 2. Qui enim vnus ex tribus Megistanibus regni esset, vt est VI, 2, non habitasset Susis sine imperio. In Susiana igitur hoc contigit, quæ profecto nullis legibus Babylonicis tenebatur, sed suis tantum, id est, Persicis. Persis enim Susianam ademit Astyages, vt diximus ex Strabone. Ea autem videtur sponte, aut aliquo alio casu, potius quam belli fortuna Babyloniorum imperio accessisse. Darius igitur, & superiores Reges Babyloniæ, in Suside nihil poterant sancire nisi iure Persico: quod & hodie in omnibus regnis vsurpari videmus. Cum enim vni regi multa parent regna, non est concludendum, illa omnia temperari eisdem legibus. Imo multa eius-

cemodi

ćemodi regna ſub vno Principe contrariis legibus videmus regi. Noſtros vero diſputatores fugit res pulcherrima, hæc contigiſſe Suſis, non Babylone: Babylonem autem Chaldaico iure, Suſianam Perſico ſeu Medico, quod idem eſt, vſam fuiſſe, vbi proceres Suſiani non Babylonij iudicabant. Neque locus vllus altercationi. Nam actum prorſus eſt de illorum Dario Aſtyage, cum Aſtyages diu antea cæſus fuerit: neque meliore conditione in ſocietatem regni cum Dario diuiſi Cyrum vocant, cum & Aſtyages captus ſit a Cyro, & Darius Medus ante Cyrum aliquot annis imperarit, vt ex VI, 28. non colligitur tantum, ſed & conuincitur. *Daniel iſte proſpere egit in regno Darij, & in regno Cyri Perſæ.* Omnino vero tota Suſiana a Daniele regebatur. Sed & arcem munitiſſimam, quam βᾶρıν Græci vocant, Ecbatanis Mediæ miro opere a Daniele conſtructam fuiſſe teſtatur Ioſephus, eamque tempore ipſius Ioſephi adeo integram manſiſſe, vt recens videretur, cui ſemper Iudæum præfici ex genere ſacerdotum, morem fuiſſe ſcribit. Sed Ecbatana nunquam Babyloniis paruerunt ante tempus Cyri, hoc eſt, antequam Cyrus Babylone potitus eſt. Nam ipſe erat Rex Mediæ & Perſidis. Daniel vero ſub Cyro adhuc præfectus erat Suſidis. X, 4. Fluuius enim Tigris, cuius ibi mentio fit, eſt terminus Suſidis ab Occidente. Fabulam vero Ioſephi Iudaicam reiicimus de illa arce Ecbatanorum. Nam Daniel octageſimo anno captiuitatis ſuæ ſcripſit caput X, & nondum ea arx condita erat. Hæc igitur nos ex antiquiſſimis, & accuratiſſimis ſcriptoribus Beroſo, & Megaſthene eruimus, quorum fragmenta, quæ extant apud Ioſephum, omnia obſcura in Daniele de Regibus illuſtrant. Quis enim ſatis ea laudare poſſit? Tria verba ex ipſis tot commentariorum moles, tot ſomnia interpretationum eludunt. Si cui ſacræ hiſtoriæ ſtudioſo & veritatis amanti vacat eas reliquias apud Ioſephum, & Euſebium ſparſas colligere, earumque mirum cum ſacris libris conſenſum indicare, habebit ſatis, vnde & egregium opus inſtruat, & poſteris aliam viam muniat Chronologiam ſacram inueſtigandi, quam hactenus ab vllo veterum aut recentiorum ſactum ſit. In Megaſthenis eximio fragmento non ſolum vltimum Regem, qui ciues τῷ ἡμιόνῳ, id eſt Cyro prodiderit, Medem vocatum fuiſſe animaduertet, quem Babylonij mutato nomine נבו־נית Nebonit, Herodotus Lebonit, aut Labynitum vocauerit, ſed etiam aliquid, quaſi per caliginem de Nabuchodonoſoro indicari, cum intellectu alienato in deſerta ſeſe abdidiſſe, vt patet cap. IIII. Apud Beroſum autem, præter regum Babyloniæ ſucceſſionem, inueniet etiam Babylonem mœnibus miro opere, non a Semiramide, vt nugantur Græci, ſed a Nabu-

chodonoſoro circumdatam fuiſſe, vt teſtatur Daniel IIII, 27. & multa præterea, in quibus illuſtrandis labor iucundus eſt, fructus autem vberrimus. Sed & non minor vtilitas colligitur ex fragmento Menandri Epheſij apud eundem Ioſephum, qui ab Hiram, ſiue Iromo Rege, qui ligna cedrina Solomoni ſuppeditauit, ad Pygmalionem fratrem Didonis, omnes Reges Sidoniorum & Tyriorum recenſet. Primus eſt εἴρωμος, חירם filius ἀβίβαλος אבי־בעל. Secundus filius Iromi βαλεάζαρος, בעל־עזר regnauit annos ſeptem. Huius filius ἀβδάσαρτος, עבד־עשתרת annos nouem. quo a filiis nutricis interfecto, maximus natu filiorum nutricis ἀνώνυμος regnauit biennium. Poſt hunc ἄσαρτος ὁ δελαιαστάρτου, עשתרת דלי עשתרת annos duodecim. Huic ſuccedens frater ἀσέρυμος, חצרים annos nouem. quo interfecto a fratre Phelete, ipſe φέλης, פלח, menſes octo. Hoc interfecto εἰθώβαλος את־בעל Sacerdos Aſtartes triginta duos. Huius ſucceſſor βαδέζωρος ברי עזר annos ſex. Huius filius μάτγηνος סוס גאון nouem. Succeſſit φυγμαλίων פתנס־עליון, qui regnauit annos quadraginta ſeptem. In his videmus Iromum, qui, vt diximus, cedros Solomoni ſubminiſtrauit, item Ithobaalum, cuius filiam Iezabelam vxorem duxit Omri Rex Samariæ. I. Reg. XVI, 31. Ab Iromi obitu, quem duodecimo anno, quo templum ædificatum eſt, deceſſiſſe ſcribit Ioſephus, ad ſeptimum annum Pygmalionis, quo Dido Carthaginem condidit, annos fluxiſſe Ioſephus ſcribit 155, menſes octo. Sed fugit eum ratio. Comprehendit enim duodecim annos Hiromi, qui excluduntur per hypotheſin, & præterea totos 47 Pygmalionis, cum quadraginta & vnus excipiendi ſint. Ita ab obitu Iromi, ad Carthaginis conditum fuerint anni tantum 103. Sed de his omnibus Regibus, & eorum annis, & quis fructus ex huius fragmenti lectione colligi poſſit, alibi plenius dicemus in libello Fragmentorum. Apud Tertullianum Apologetico, cap. XIX. *Hieronymus Phœnix Rex Tyri.* Lege *Hiromus Phœnix.* Sed tamen interea aliquid de Carthagine dicendum. Carthago deleta eſt anno ab vrbe condita 606, periodi Iulianæ 4567, annis 737, poſtquam a Didone condita, auctore Solino. Deductis 737 de 4567, relinquitur annus ſeptimus Ithobaalis 3830 in Periodo Iuliana. Omri Rex Samariæ gener Ithobaalis cæpit regnare anno 578 ab Exodo, id eſt 3795 periodi Iulianæ. Ab initio Ithobaalis, ad annum Pygmalionis ſeptimum, anni ſunt abſoluti 53. quibus deductis de 3830, remanet annus 3777, in periodo Iuliana, primus regni Ithobaalis. Iniuit igitur regnum XVIII annis ante quam gener eius Omri in Samaria regnaret. Quanquam igitur hæc non ſufficiunt

ad ſta-

ad stabiliendam regum Samariæ epocham, quia in scriptura mentio non fit quoto anno regni sui Ithobaal filiam suam Regi Omri desponsauerit, neque quoto anno regni sui illam Omri duxerit vxorem: tamen certissimum tempus Omri hinc collectum eludit temeritatem eorum, qui tempora regum Samariæ longius summouent immani interuallo. Præterea hinc colligitur interuallum ab Ilij excidio, ad conditum Carthaginis, nimirum anni 299. Tot annis Æneas Didonem antecessit. Qui reges Tyriorum & Sidoniorum postea regnarint, Iosephus recenset ex Annalibus Phœnicum: quorum primus ἰθώβαλος אֶת־בַּעַל cum desciuisset a Babyloniis, expugnata Tyro a Nabuchodonosoro, interfectus est. Reliqui reges, qui postea Tyriis, & Sidoniis imperarunt, tributarij Chaldæis facti: quod nec tacuit Ieremias XXV,11. Primus tributariorum βάαλ בַּעַל regnauit annos decem. Post hunc Iudex ἐκνίβαλος βασλάχου כְּנַע בַּעַל בֶּן בַּעַל־שָׁלַח menses duos. χέλβης ἀβδαίου חֶלֶב בֶּן אַבְדִּי menses decem. ἄββαρος ἀρχιερεὺς אַבִיר הַכֹּהֵן tres. μύτγονος καὶ γεράστρατος ὁ ἀβδηλίμου κριταὶ מוּט נָאוֹן וְגֶר־עַשְׁתֹּרֶת בְּנֵי עַבְדִּי אֵלִים הַשּׁוֹפְטִים annos sex. Sed inter illos duos fratres regnauit βαλάτορος בַּעַל־עוֹשֶׂר annum vnum. μέρβαλος arcessitus Babylone מַר־בַּעַל annos quatuor. Frater huius εἴρωμος חִירָם annos viginti. Huius anno XIIII incipit regnare Cyrus, referente eodem Iosepho ex iisdem annalibus Phœnicum, & septimo anno regni Ithobaal, Nabuchodonosor cæpit oppugnare Tyrum. auctor idem Iosephus ex iisdem annalibus. Summa annorum ab initio oppugnationis Tyri, ad XIIII Iromi, anni 35, menses tres. Annus primus Cyri est 187 Nabonassari. Deductis 35 absolutis, remanet annus captæ Tyri 152 Nabonassari, qui erat tertiusdecimus Nabuchodonosori, vltimus Nabopollassari. Tot igitur annos impendit oppugnandæ munitissimæ vrbi. quæ omnia conueniunt cum illis, quæ Berosus de Syria domita circa captum Iechoniam, & 30 annum Nabopollassari scribit. Quam bene hæc confirmant de Nabopollassaro patre Nabuchodonosori, & de 30 annis Nabopollassari apud Ezekielem? Hæc Tyri expugnatio ab Ieremia prædicta fuerat cap. XLVII,4. Sed iterum Tyrus rebellauit, & capta ab eodem Nabuchodonosoro post excidium Templi. Ezekiel XXVI. cuius annum ignoramus. Apud Iosephum mendose colliguntur ab initio Baal, ad XIIII Iromi, anni 54, vt ex dinumeratione constat. Est error librariorum. Nam ab expugnata Tyro, ad initium Cyri, ex hac dinumeratione anni tantum 35, menses 3 colliguntur. Bearunt nos & hoc Annalium Phœnicum, & reliqua fragmenta veterum scriptorum apud Iosephum, quæ valde frenant Chronologorum licentiam. Apposuimus Hebraica

 nomina,

nomina, vt videant ſtudioſi, Sidoniorum, & Tyriorum linguam Hebraicam fuiſſe. Nam & Dido דִידה eſt ὑποκοριστικὸν, quo nutrices infantibus blandiuntur, cuius maſculinum eſt Dauid דָּוִד. Eliſam vero אֱלִישָׁה ſatis conſtat Hebræum eſſe. Præterea Ioſephus refert ex Theophraſto περὶ νόμων, Tyriis & Sidoniis nunquam licuiſſe iurare niſi πατρίους ὅρκους, inter quos ponit Κορβᾶν, id eſt, inquit Ioſephus, δῶρον θεοῦ. Mediocriter periti Hebraiſmi ſciunt קָרְבָּן eſſe donum ſacrum. Hoc plane demonſtrat, Tyriorum & Sidoniorum dialectum Hebraicam fuiſſe. Et ſane mirum eſt illis ſanctiſſimum fuiſſe iuſiurandum Korban, vt Iudæis חַי אֱלָה vel חַי יְהוָֹה. Chaiala, vel Chaiadonai. Sed tempore Martialis pronunciabant Chiala. *iura verpe, per Anchialum.* Quia Iudæos audiebat Chiala iurare: propterea putauit eſſe Anchialum, quod vox Anchialus ſit notior, quam Chiala. Tempore autem Plauti, multum Carthaginienſes a puro Tyriorum ſermone deſciuerant, vt patet ex Pœnolo: cuius verba Punica maiori ex parte recte reddere poſſumus. quæ propius abſunt ab Hebraiſmo, quam a Syriaſmo. Tamen ſi Solinum audimus, Karthago dicta eſt ab ipſis Pœnis Carthada, קֶרֶת חַדְתָּא. quod Syriace eſſet קַרְתָּא חֲדַתָּא. Ita opera in iſtis fragmentis bene collocatur. quæ ſi prius conſideraſſent qui nos reprehendunt, ij tam iniuſte nos reprehendi, quam ſe turpiter hallucinari ſenſiſſent. Alios omitto, quos ne nominatos quidem velim. Vnum Bened. Pererium conuenio, qui in ſuo in Danielem commentario, & alios & me in primis reprehendit, quod abſurditates omnes, quas ſupra confutauimus, quaſque nemo ſanæ mentis probauerit, non ſequor. Ipſe vero poſtquam omnium adductis ſententiis, peſſimas quaſque & maxime ridiculas ſequitur, quibus verbis caſtigandus eſt! Is eſt, qui ſeptuaginta annos a capto Sedekia deducit, & in primo anno imperij Perſici Cyri, id eſt, in primo anno Olympiadis LV terminat. Quod quantum abſurdum ſit, ex illis, quæ ſupra a nobis diſputata ſunt, ſatis docuimus. Denique nihil tam abſurdum ab aliis in hac re excogitatum eſt, quod ipſe melioribus non prætulerit. Quare in Chronologia Danielis plane puer eſt. Prius diſcere, quam alios reprehendere debebat. Quantus liber inſtitui poſſet in eius erroribus confutandis! Si mihi excidiſſent ea, quæ ille ſcribit, non inultum tuliſſem, quæ eſt Ariſtarchorum meorum inſania, & procacitas. Equidem horum reprehenſorum, qui me doctiorem non reddunt, iudicia non pluris facio, quam ipſi veritatem, quam eis aperuimus: eam autem illi aut propter imperitiam non agnoſcunt, aut propter malitiam diſſimulant. Sed ad alia propero. Et hæc quidem de Regibus Babylonis.

De

De Persarum Regibus, quomodo illi ex Daniele, & Esdra erui possint, satis libro VI docemus. Quod Xerxes Assuerus sit apud Esdram IIII, 6. satis ex contextu sermonis colligitur. Omni tempore Cyri, & Darij Regis Persarum, opus templi interpellatum est. IIII, 5. Post Darium initio regni Assueri instituerunt accusationem in Iudæos. Commate 6. Postea imperante Artaxerxe, Mithridates, & alij hostes Iudæorum Artaxerxi scribunt in Iudæos. Commate 7. adeo vt ab Artaxerxe illo, ad tempora Darij alius, ædificatio impedita fuerit. Commate 24. Anno illius Darij Haggæus Propheta & Zacharias exhortantur Iudæos ad opus continuandum. V, 1. Post hunc Darium sequitur Artaxerxes, qui Esdram septimo anno imperij sui in Palæstinam misit. Iam vero Darius nullus est post Cyrum, præter Darium filium Hystaspis. Hoc ne ipsi quidem negant. Ecce opus disturbatum a primo anno Cyri, ad finem Darij. Ergo sub quatuor Regibus disturbatum, Cyro, Smerdi, Cambyse, Dario. Inter Darium Hystaspis, & Artaxerxem, quis esse potest, præter Xerxem? Assuerus est medius inter Darium & Artaxerxem. Ergo Assuerus, siue, vt pronunciari debet, Oxyares, est Xerxes, ditissimus regum Persidis. Daniel XI, 2. & eius opibus ac potentiæ historiæ Græcorum fidem faciunt. At maritus Ester vocatur Assuerus, & præterea ditissimus, & latissime imperans, vt est in libro Ester. Ergo Assuerus Esdræ & maritus Ester vnus idemque est. Rursus Assuerus Esdræ est Xerxes. Ergo maritus Ester est Xerxes. Quid? quod Xerxis vxor vocatur Amistris, Persice Am-Ester. Quid multa alia? Et tamen en κακοήθειαν, en succũ loliginis. Quid obiiciunt? Audire, atq; togam iubeo cõponere. Si, inquiunt, Assuerus est Xerxes; Mardochæus, qua gratia valebat apud Regem, non siuisset opus templi impediri. Quot modis hæc confutari possunt, si tanti essent! Aduersus tot ἐναργῆ argumenta quem locum habet tam ludicra obiectio? Quid si orauit regem Mardochæus, & per Satrapas stetit, quo minus edicto Regis pareretur, vt sub Cyro contigit? Nam si Cyro viuente, eius edictum flocci fecerunt hostes Iudæorum, quanto magis gratiam Mardochæi? Quid si ne Iudæi quidẽ curarunt ea de re Mardochæum compellare, vt non Mardochæi, sed ipsorum Iudæorum culpa fuerit? Ecce XXXVII annis post emissum a Dario Notho edictum de reficiendis muris Hierosolymorum, Nehemias accipit nũcium, non solum non refectos muros esse, sed neminẽ de reficiendis quidem curare. Hæc negligentia nonne potuit incessere Iudæis sub Xerxe, quo imperante accusatio in Iudæos instituta est, cum sub Artaxerxe Memore, qui Iudæis fauebat, tanta socordia in illis fuerit? Quare, vt quidam loquitur, hoc telum stringit, non perforat. Quibus

tot argumenta satis non sunt ad verum persuadendum, furor est cum illis rem habere. A Cyri anno primo, ad vltimum Darij, opus templi disturbatum. Esdræ IIII, 5. A principio Assueri, qui est Xerxes, toto tempore ipsius Assueri, & Artaxerxis, vsque ad secundum annum Darij, non iam moras obiiciendo, sed calumniis apud reges Xerxen, & Artaxerxen Iudæos incessendo, inimici eorum non solum opus impediuerunt, sed Iudæos in discrimen maximum adduxerunt. Esdræ IIII, 6, 7, 11, 12, 13, & sequentibus. Qua de re anno secundo Darij apud Zachariam conqueritur Angelus: *Domine Deus exercituum, quousque non miseraberis Hierosolyma, & vrbes Iuda, quibus iratus es, iam hic agitur septuagesimus annus?* En disturbatio septuaginta annorum. cui loco hostes veritatis contradicere non possunt. An dicent illum Darium esse filium Hystaspis? Annus secundus Darij in periodo Iuliana 4194. Deductis septuaginta relinquitur annus 4124, id est, tertius Olympiadis 47, quo captus Sedekias. Quod est absurdum. Ergo Darius, sub quo prophetabat Zacharias, est alius a filio Hystaspis. Est igitur Darius Nothus. Esdras habet a Xerxe, ad secundum annum Darij. IIII, 24. Et post illum Darium, Artaxerxen alium. VII, 1. Quis est ille Artaxerxes post Xerxen, præter Artaxerxen Longimanum? Quis Darius post illum Artaxerxen, & ante alium Artaxerxen, præter Darium Nothum medium inter duos Artaxerxes, Longimanum, & Memorem? Prius confutanda sunt verba Esdræ, antequam mea sententia oppugnetur. Prius Esdras mendacij conuincendus est, quam ego. Aut si ego mendax, cum Esdra ergo mentior. Negent hæc ita extare apud Esdram. Manus dabo. Quam inepti sunt, quam maligni, qui hæc negant! quanto odio veritatis hoc faciunt! Oportebat Pererium negare apud Esdram extare, opus disturbatum fuisse a primo anno Cyri, ad vltimum Darij: post Darium toto tempore Assueri, & Artaxerxis, Iudæos apud Reges Persidis accusatos, vsque ad secundum annum Darij, quo quidem anno Darij secundo templum ædificari cæptum, & post illum Darium, anno septimo alius Artaxerxis, Esdras in Palæstinam missus. Si hoc potest negare, tunc audacter & nos vera dixisse negato. Sed profecto in istis confutandis tantum æstuabit, quantum in suo Belo & Dracone, & in suo Astyage rege Babylonis, iam tum cum Daniel esset puer: & in aliis, quorum me pudet: in quibus satis ostendit, quam bene de vera Chronologia meritus est. Certe, qui tantum in illis probandis laborat, non mirum si tam confidenter alia negat, vt tandem Cyrum nono anno post obitum suum edicta facientem inducat. Miratur, quod ex Beroso successionem regum Babylonis, & ex He-

ex Herodoto petamus. Maluisset, vt ex Isidoro populari suo illos reges emendicassem. Sed satis eum refellunt quæ superius, & libro VI huius operis a nobis dicta sunt. Darius igitur iste inter duos Artaxerxes positus, is est Darius Nothus, qui edictum fecit de Hierosolymis instaurandis. At a relaxata captiuitate, inquiunt, ad secundum Darij Nothi, anni sunt C V: & adhuc viuunt Iosedek, & Zerubabel. Valde senes igitur eos oportet fuisse: quod non videtur. Quare non videtur? Quare mirum, illos duos accessisse ad ætatem Leui, Caath, & Amram, imo ad eam ætatem, quam quotidie videmus in multis? Hoc argumentum satis suo loco confutatum. Sed valde hallucinantur, cum Nehemiam, Esdræ II, 2, eundem faciunt cum illo Nehemia, qui muros Hierosolymorum instaurauit. quod & ipsum alibi confutauimus. Nam Nehemias Hierosolymorum instaurator peruenit ad tempora Darij Codomanni; cuius ipse mentionem facit manifesto Cap. XII. 22. tempore Ladduæ, qui sub Alexandro Magno vixit, & Sannaballetis Samaritani, qui ad Alexandrum in oppugnatione Tyri cum auxiliaribus copiis venit, & ab eo, vt sibi liceret templum in monte Garizin construere, impetrauit. Hoc argumentum pertinaciæ iugulum petit: in quo ictu declinando valde laborant. Postremo eo impudentiæ venerunt, vt dixerint caput XII Nehemiæ insititium esse. Quid? expecto, vt dicant, Esdram, & Nehemiam aut mentitos esse, aut sua tempora ignorasse. Sed quid exspectandum est? An aliud volunt, cum impudentissime omnia, quæ ab Esdra, & Nehemia dicta sunt, negant? Cum igitur Nehemias dinumerat a Iosue, ad suum sæculum, generationes quinque; ipse Nehemias non potest esse is, qui cum Iosue venit Hierosolyma. Ecce sex summi Pontifices a soluta captiuitate, ad tempora Nehemiæ: Iosue filius Iosedeck, Ioiakim filius eius, Eliasib nepos, Ioiada pronepos, Ionathan abnepos, Iadua adnepos sub Alexandro, adhuc viuente Nehemia. Istius Iaduæ patruus duxerat vxorem filiam Sannaballetis Samaritæ. Nehem. XIII. 28. Ille vocabatur Manasses, illa Nicaso. Ioseph. XI, 7. Certe aduersus hæc nihil potest Sophistice. Supersunt septuaginta Hebdomades, quarum, vt omnium fere prophetiarum suarum, interpres ipse est Daniel. Nam & principium, & finem digito indicauit: principium ab edicto de instaurandis Hierosolymis, finem in desolatione Hierosolymorum: quod sane rationi conuenientissimum est, vt scilicet eæ Hebdomades ad initium & finem eiusdem subiecti, nempe Hierosolymorum, pertineant. *Septuaginta hebdomades determinatæ sunt super populo tuo, & sancta ciuitate tua.* An non circumscribit eas

excidio vrbis? Quid enim volunt illa? *Populus Principis destruet ciuitatem, & Sanctuarium*? Item: *Desolatio erit vsque ad consummationem.* Quis tam cæcus, vt in tanta luce nihil videat? quis tam ferrea fronte, vt aduersus hæc hiscere audeat? En Hebdomades Danielis Passionem Christi, & Hierosolymorum euersionem complectuntur. & tamen alij excidium Hierosolymorum, alij etiam Passionem hinc excludunt. Non igitur obscurum est, vnde deducantur hæ septimanæ, quandoquidem vbi desinant, ipsemet Daniel ostendit. Sed & initium ostendit: IX, 25. quod quidem initium, quia controuersum est, propter hominum summum in veritatem odium: tamen septuaginta septimanis a 70 anno Christi Dionysiano, in quo excidium incidit, retro putatis, peruenietur ad initia earum. Sed dimidia septimana, cuius mentio fit commate vltimo, & nostros & omnium oculos effugerat. Putant enim, vt & nos aliquando putauimus, esse partem vnius ex septuaginta. Atqui ex vsu Hebraismi nos tandem percepimus esse extra illas septuaginta: neque esse dimidium vnius ex septuaginta, sed tantum illos tres annos cum dimidio supra 490 intelligendos esse. Quæ quidem animaduersio vt notabilis, ita in ea non parua pars huius negotij vertitur. Summa igitur horum annorum 493 cum dimidio. Annus captorum Hierosolymorum in periodo Iuliana 4783. De quibus deductis 493 absolutis, relinquitur annus 4290 in periodo Iuliana, initium septuaginta Hebdomadum: qui profecto est annus secundus Darij Nothi, illius, inquam, qui anno secundo regni sui edictum emisit de non impediendo templi ædificio. Esdræ VI. Vidimus ex iis, quæ supra ex Esdra adduximus, toto tempore Assueri, & Artaxerxis, vsque ad secundum annum Darij, propter literas ad Artaxerxem a Iudæorum hostibus scriptas, ædificationem interpellatam. Et tamen extiterunt, qui a vicesimo anno Artaxerxis, hebdomadum initium deducant. In quo primum peccant, quod a temporibus illius regis deducunt, cuius toto tempore cessauit ædificatio. quod plane est dicere, Esdram falli, aut mentiri. deinde ostendant quodnam edictum missum est anno vicesimo Artaxerxis. Dicant mihi, quare Nehemias non solum miratur, sed etiam dolet, mœnia Hierosolymorum adhuc diruta iacere, nisi quia putabat iam instaurata esse? Si putabat, ergo ex aliquo edicto. quodnam aliud edictum fuerit, præter edictum Darij? Tractorias tantum Regis impetrauit Nehemias ad Præfectos transeuphratensis Satrapiæ, vt liber accessus ei permitteretur in Palæstinam, item literas ad Asaph saltuarium, id est, siluæ regiæ custodem, vt materia sibi subministraretur ex silua regia, ad

portas

portas reficiendas. Nehemiæ II, 7, 8, 9. Ex edicto, quod vicesimum annum Artaxerxis antecessit, mœnia, quæ a Iudæis neglecta iacebant, ex literis autem ad Asaph saltuarium, portas refecit. Atqui ex edicto reficiendorum Hierosolymorum manifesto deducuntur hebdomades. Daniel IX, 25. Ergo non a XX anno Artaxerxis. Pererius postquam Lectorem ingenti mole confutationum obruit, longa exspectatione suspendit, omnes denique, qui de hac re scripserunt, pueros ostendit, tandem concludit, a vicesimo anno Artaxerxis putandas esse Septimanas. Annus Artaxerxis Longimani vicesimus est 4268 in periodo Iuliana. Adiectis 490, componitur annus 4758 in periodo Iuliana. Deducta Christi hodierna epocha 4713, remanet annus Christi 45, annis solidis duodecim post Passionem. Itaque tertiusdecimus annus currens a Passione, quintus autem imperij Claudij, est finis Hebdomadum. Homo eruditus inuidit nobis huius mysterij expositionem, quemadmodum multa alia de Belo, & Dracone, de verbis σχίζειν ἀπὸ τοῦ σχίνου, πρίειν ἀπὸ τοῦ πρίνου, & similibus, quæ ille profanis aperire noluit. Quodnam mysterium censet esse in quinto anno Claudij Cæsaris? Cum hoc appararu Chronologiæ reprehendit alios, qui rectam temporum rationem docent. Reiecta hac anili & ridicula sententia, superest illa, non vtique vera, sed tamen tolerabilis, quæ a septimo anno eiusdem Artaxerxis Longimani initium facit. Annus septimus Artaxerxis Longimani 4255 compositus cum 490 definit in anno 4745: qui est annus 32 Christi, vt hodie putamus, a quo ad Passionem, intercedit annus solidus duntaxat. Sed ponamus definere in anno Passionis. Si Pererio displicuit nostra & Sulpitij Seueri sententia, saltem omissa illa asinina, quæ a XX anno Artaxerxis initium instituit, secutus fuisset istam. Peccasset quidem, sed cum ratione quadam. Peccasset humanitus, non autem se traduxisset. Nam VII anno missus Esdras in Palæstinam. Sed nullum edictum ab Artaxerxe factum. Tantum sub eo continuatum, quod edicto Darij permissum, Esdræ VI, 14. At Darius solus permisit Hierosolyma instaurari. Nam anno secundo Darij Iudæi incipiunt iacere mœnium vrbis fundamenta, quod interpellandi literas Artaxerxi mittunt Iudæorum hostes, quibus Regi indicant ciuitatem rebellem instaurari, eiusque mœnia refici. Esdræ IIII, 12, 13. Rex reperto vetustissimo Cyri edicto, permittit facere, quod hostes interpellare conabantur. An hæc negabunt? Negabunt, scio, & scientes prudentesque mentientur. Nobis vero satis est absurditates eorum ostendisse. De illis triumphare, vt ipsi de aliis solent, neque nostri moris est, neque præsentis instituti. Itaq;

Lector vi librum nostrum amplius consulat. Si nostras cum horum rationibus contulerit, satis mirari non poterit, qui factum sit, vt rem facillimam, quam ipse Daniel interpretatur, contra mentem Danielis, & obscurissimam, & inexplicabilem fecerint. Si Porphyrius viueret, non aliis argumentis magis religionis Christianæ initia oppugnare potuisset, quam horum hominum velitationibus: quos, quæ erat eius eruditio, ex ratione temporum, cuius peritissimus erat, satis refellere potuisset, & veram Chronologiam Danielis eos docere. Nam totam interpretationem obscurissimi capitis XI illi debemus, vt testis est Hieronymus. Itaque absque Porphyrio foret, tota illius capitis historia hactenus alta silentij obliuione abdita, ridiculas a multis tam veteribus, quam huius sæculi scriptoribus coniecturas expressisset. Sed ad Hebdomadas redeo, quarum initium a secundo Darij Nothi, finis excidium Hierosolymorum. Vtriusque termini auctor Daniel, quem sequimur. Inuidos, zelotypos, κακοήθεις, cum suis paradoxis valere iubemus. Daniel ita distribuit septimanas, dimidiam, vnam, septem, sexaginta duas. Summa, septimanæ septuaginta cum semisse: anni 493 $\frac{1}{2}$. Quæ quidem distributio non plus habet mysterij, quam partitio minæ apud Ezekielem XLV, 12. *Viginti sicli, vigintiquinque sicli, quindecim sicli vobis erunt Mina.* Itaque frustra laborant, qui ea interualla aliquas epochas continere putant, & propterea illis explicandis multa coguntur aduersus Danielis, &, quod peius est, animi sui sententiam dicere. Supererant & aliæ epochæ, quas prudentes studiosis reliquimus. Primordia tantum imperij Francorum discussimus, & Gregorio Turonensi, propter anachronismos & hallucinationes intricatissimo scriptori, aliquam lucem attulimus. quæ omnia historiæ Francorum studiosis grata esse optamus. Optamus, inquam. Nam in tanta inuidia & odio literarum vix sperare audemus. Libro septimo in Computo Romano, & alibi rationem reddidimus, quare dies septimanæ feriæ vocentur: sed & libro primo quare cognomines Planetarum. Nam ea appellatio longe antiquior horis. quare non ab horis planetariis nomina diebus septimanæ imposita, sed potius superstitio appellationis dierum in horas deriuata. Quod autem vetustissima sit appellatio dierum a planetis etiam apud Græcos, demonstratur vetustissimo oraculo apud Porphyrium:

Κλήιζειν Ἑρμείην, ἠδ' ἠέλιον κατὰ ταὐτὰ
Ἡμέρῃ ἠελίου. μήνην δ' ὅτε τῆσδε παρείη
Ἡμέρη, ἠδὲ Κρόνον, ἠδ' ἑξείης Ἀφροδίτην,
Κλήσεσιν ἀφθέγκτοις, ἃς εὗρε Μάγων ὄχ' ἄριστος

Τῆς

Τῆς ἑφθαφθόγγου βασιλεὺς, ὃν πάντες ἴσασιν,
Καὶ σφόδρα κὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ θεὸν ἑπταχιφωνήν.

Βασιλεὺς τῆς ἑπταφθόγγου, (vt id quoque explicem) eſt Oſtanes rex Babylonis. Βαβυλὼν enim eſt ἑπτάφθογγος, hoc eſt, ſeptem literarum. Vulgus autem credebat Planetas apparere die ſuo: nempe omni die Martis, ipſum planetam ſui videndi poteſtatem facere. Idque plane Orpheus deſignauit ἐν Ἔργοις καὶ ἡμέραις·

Πρῶτα μὲν εἰ πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται Ἄρης,
Μήνη δ' ἐς τὸν Ἄρην ἐπιτέλλεται, ἴσχεο δ' ἔργων.

Nam diſerte intelligit, ſi neomenia κατὰ σελήνην inciderit in diem Martis, id eſt, feriam tertiam, abſtinendum ab opere. In reliquorum Computorum doctrina multa acceſſerunt præter ſuperiorem editionem, multa caſtigata ſunt, præſertim in Computo Iudaico. Nam cauſſas Iudaici anni Solaris hodierni docemus, a nobis antea prætermiſſas, quia cum omnibus eas ignorabamus. Præterea damnauimus ſententiam noſtram de Tekupharum ſede, quas in priſca mundi epocha collocabamus: vnde fiebat, vt aliquando annum embolimum pro communi acciperemus, qui tamen non vno loco profeſſi ſumus nos non neſcire, quæ forma anni hodierni eſſet, & quis ſitus emboliſmorum. imo ſine doctrina mea ille ſciolus, qui epiſtolam Chronologicam ſcripſit, nunquam ſciſſet, quid eſſet annus Iudaicus hodiernus. Et tamen quærit fatuos, quibus perſuadeat, nos ingens flagitium admiſiſſe, qui ita de emboliſmis Iudaicis pronunciauimus. Ego huius non meminiſſem, niſi ſcirem hominibus magis placere, quæ veritatem deſtruunt, quam quæ illam docent. Et rari ſunt, quos non magis delectet maledica garrulitas, quam veritas elinguis. Longum eſſet narrare, candide Lector, quot Marrucinos non ſolum inſcitiæ portentoſæ, ſed & morum improbiſſimorum editio prior commouerit: vt quis futurus ſit furor eorum ex iſta, hinc facile coniicere liceat. Ecce adhuc prius opus erat ſub prælo. Extitit quidam, non homo, nam ita vocare eſſet hominibus iniuriam facere, ſed cœnum, & barathrum, qui librum ſcripſit in me Gallice, conductus fruſto panis a poſtremo bipedum, clamans ſe ſolum peritum Chronologiæ, me autem omnia, quæ in opere meo ſcripſerim, a ſe furatum. Iſte nunquam viderat librum meum, & tamen fures nos clamauit. Nouo genere & longe ab aliis diuerſo nos aggrediebatur. Nam alij nos oderunt, quia in noſtris libris nihil vident, quod nouum non ſit: & hæc vna cauſſa eſt odij, quod præter exſpectationem vident, quæ in ſe potius, quam in nobis amarent. Quod ſi fures eſſemus alienorum ſcriptorum, nullus eſſet locus inuidiæ. Quid? Nonne anno ſuperiore prodiit Chronologia

nologia τερατώδης, in qua auctor præter infinita errorum monstra in ratione temporum, sententias nostras, ipsa verba quoque cauillatur, tacito nomine nostro, vt ciuiliter facere videatur? Iste bonus Chronologus, septuaginta annis seniorem facit Tara, cum Abraham genuit, quam Moses scribit: annos autem mundi 74 maiores, quam patiuntur vera ratiocinia. Nunquam illi verum excidit, nisi forte in iis, quæ a nobis habet, vt in epocha primæ Olympiadis in XXIII Iulij, quod quidem primi omnium docuimus, & a solo Pindaro, quem iste nunquam vidit, didicimus: & in eclipsi ante mortem Herodis, quam primi indicauimus. Nam simius noster est, & tamen obtrectator. Opus tam egregium claudit pulcherrima coronide, nempe forma anni cælestis. Nam id quoque nos feceramus. Sed

Torquatus nitidas vario de marmore Thermas
Extruxit. cucumam fecit Otacilius.

Iubet igitur post annos 160 vnum bisextum tollere, vt in octingentis annis bisexta ipse quinq; tantum perimat, Alfonsini sex. Itaque propter tam subtile epichirema δότε κρότον, καὶ μετὰ χειρῶν κτυπήσατε. Sed de illius stultitia, & aliorum furiis libro singulari dicemus. Nam non istum solum, quem nunquam læsimus, non vlla priuata iniuria, sed feritas quædam animi ad maledicendum impulit. Sunt alij fanatici, quos idem morbus & rabies exagitat. Itaque si cui a rebus seriis vacat, adeat eam Chronologiam. Habebit & quod indignetur, & quod rideat. Quid dicemus de illo seuero Censore, qui priorem editionem nostram nunquam vidit: & tamen de ea edicit basilica edicta? Non vidit, & si vidisset, non intellexisset. Ex aliorum opinione nostra iudicat. Hæc præcisa confidentia non solum in me, sed in alios quoque distringitur. Habet eclogarios, qui illi centones farciunt; Locos ex auctoribus excerptos illi subministrant apposito nomine & cognomine auctoris, sed nomine singulari litera designato. Hinc fit, vt Martinum vocet, qui est Matthæus, Petrum, qui est Philippus. Me quoque Iohannem vocasset, nisi notior illi essem de nomine, quam de scriptis, quæ ex alieno indicio iudicat. Nam ne ipse quidem Eclogarius nostra intellexit satis bene, περὶ μετεμπτώσεως καὶ προεμπτώσεως, quæ sunt doctrinæ nostræ. Ipse profert tanquam vulgaria: quemadmodum ille Chronologus, de quo iam verba fecimus, putauit rem vulgatam esse, primam Olympiadem celebratam XXIII Iulij: quæ res totius anni Græci arcana complectitur. De isto igitur seuero Censore, & aliis erit alius dicendi locus: quos nolim in hoc opere nominatos. Nimium enim abutor æquanimitate tua & patientia, benigne Lector, qui te ingrato otio detineam

neam, cum has horas melius collocare posses, non tantum horum hominum caussa, quos melius erat præterire, quam vt tibi totius instituti nostri rationem aperirem. Nos hoc opus non vlla ambitione moti suscepimus, sed vt Chronologiam a sciolorum deliriis & tyrannide sophistarum vindicaremus; & nobiliora ingenia ad maiora excitaremus. Nam magnæ huius messis & magna spicilegia sunt. Ideoque plures libri adhuc confici poterant. Nos, qui a veteribus didicimus μέγα βιβλίον μέγα εἶναι κακόν, octo priores libros in septem contraximus, octaui libri censu toto in superiores erogato. Vtinam breuioribus nobis esse per difficultatem rei licuisset! Nam septem hos alij in viginti, alij in plures procudissent. Ex nostris igitur disputationibus videmus, quomodo Chronicon absolutissimum confici possit. Quis erit & ab humaniori doctrina paratus, & ab omni inhumana inuidia liber, qui rem sibi gloriosam, ac posteritati fructuosam aggredietur? Qui laborem adeo laudabilem non grauabitur, primum anno Iuliano tanquam stabili fundamento opus suum superstruat: periodum Iulianam verum temporum elenchum adhibeat. Nam, vt initio diximus, contextus temporum sine anno Iuliano, annus sine periodo Iuliana, est vt nauis sine velis, remis, & armamentis. Itaque potest ad annos periodi Iulianæ Fastos suos digerere, si prius in limine operis omnes epochas præmiserit ad ipsius periodi annos designatas, vt in libro quinto fecimus. Ita vna periodus Iuliana vicem omnium fuerit. Nam in Fastis computus multarum epocharum animos lectorum distrahit, Mundi, Olympiadum, Palilium Vrbis, Nabonassari, Christi, quæ omnia fere semper onerant margines Fastorum: cum vna periodus Iuliana omnia complectatur. Non tamen veto omnes epocharum computos adiicere, si cui ita videtur. Prius tamen admonere debet, vtra Palilia sequitur, Varronis, an Catonis. qua in parte Chronologorum prudentiam desidero. Periculosum est enim ad epocham controuersam annos suos exigere: vt ad Palilia Vrbis, ad annos imperij Augusti, ad quos cum hactenus omnes Historiarum & Annalium scriptores tempus natalis Christi dirigunt, incertiores amittunt lectores, quam antea. His ita constitutis, nullam diem saltem sine notatione annorum cælestium vtriusque sideris, nostri Solaris, & Iudæorum Lunaris apponat. atque adeo, vbi res postulabit, ne grauetur etiam diem Nabonassari Ægyptiacam, Hegiræ Muhammedanam, Iezdegird Persicam adhibere, & præsertim Atticam cum mensibus tam popularibus, quam Prytanias: ita tamen, vt Harpaleis mensibus ante Metonem, Metonicis ante Calippum, Calippicis vsque ad editionem anni Iuliani vtatur. Quare quemadmodum nobiliores epochæ, ita etiam omnes Tabulæ neomeniarum Atticarum, & Prytanias,

tanias, Iudaicarum, & Muhammedanarum, & harmoniæ annorum in limine operis erunt præponendæ: ne imparatus Lector ad Fastorum aut Annalium contextum accedat. Vbi deerunt characteres, tunc appositione annorum, & interuallis vtendum erit, quod est vltimum subsidium. Verbi gratia: cum regum Iudæ & Samariæ nullo charactere apposito annorum series tantum contexitur, contenti esse debemus adiectione sola annorum, quia aliter fieri non potest. Sed ad interualla certa anni dirigendi. Vt ab Exodo, cuius character certissimus est feria quinta, ad casum Sedekiæ, cuius character est annus Sabbaticus, anni sunt absoluti 907. a conditu templi, cuius index certus a Scriptura determinatus in anno Exodi 480, ad casum Sedekiæ, videndum, ne adiectio annorum fraudi sit, propter annos absolutos, si pro labentibus accipiantur, aut contra. Ad interualla igitur semper operatio erit exigenda. Exemplum anni absoluti pro labente habes initio Danielis, annum tertium Ioiakim, qui erat quartus labens Ieremiæ XXV, I. Apud Gregorium Turonensem eiusmodi exempla multa extant, & apud Iosephum, & Plutarchum, & Xenophontem. Hoc enim fit, quando excluditur alteruter terminus. Plutarchus aliquando vtrumque terminum excludit. Exemplum: Sabbatum posterius est octauus dies a priore sabbato. Interuallum septem dies. At Plutarchus dixisset sex dies. Nimirum excluso vtroque sabbato. Hic non est error auctorum, sed idiotismus vsurpantium modum vulgi consuetum. Sic Matthæi XVII, I. Marci IX, 9. sex dies dicuntur excluso vtroque termino, qui Lucæ IX, 28 sunt octo, vtroque termino incluso. Nullam diem in historiis suo charactere notatam omittat, etiam si rem certam teneat. Exemplum: Ex Consulum serie, scimus annum Christi 364 esse primum Valentiniani. At quia Marcellinus anno bisextili creatum, & postridie bisexti imperium iniisse scribit, ille character omittendus non est. Ita fiet, vt hoc initio certo ad finem certum alius interualli, vbi destituent signa, hac tanquam Helice in illo mari tuto nauigare possis. Idem dico de eclipsibus, indictionibus, annis Sabbaticis, æra Hispanica, celebrationibus Paschatis, passim apud historicos Christianos: atque illa omnia ad cyclos suos reuocet, quorum doctrina vt magnis erroribus occurrit, ita magnos & multos patefacit. Sed ne temere scriptoribus de defectibus siderum assentiatur, sine Tabularum astronomicarum examine. Fallunt enim auctores non raro, cum defectus luminum, qui nunquam fuerunt, referunt: vt Dio, & Seruius in cæde Cæsaris, Aurelius Victor vulgaris in obitu Neruæ, Zosimus in memorabili pugna Theodosij, & Eugenij tyranni: Tarrutius celeberrimus Mathematicus in conceptu Romuli, & Palilibus Vrbis. Aliquan-

Aliquando etiam caliginem Solis defectum putant: qualis cælo vt plurimum sereno, toto anno cædis Cæsaris fuit, & triduo integro, me puero, sed pallida: at horrenda, & atra in articulo Passionis Dominicæ per aliquot horas: in anno autem Christi 798 per 18 dies ita atra, vt naues in mari aberrarent: sub Commodo Kal. Ianuariis repentina caligo, ac tenebræ in circo obortæ, teste Lampridio. Trebellius Pollio in Gallienis: *Gallieno & Faustino* COSS. *inter tot bellicas clades etiam terræ motus fuit, & tenebræ per multos dies*. anno autem 393, aut 394, circa dies Pentecostes adeo obscuratus est Sol, vt mundi interitus imminere crederetur. Hieronymus ad Pammachium: *Nos scindimus Ecclesiam, qui antè paucos menses, circa dies Pentecostes, cum, obscuratò Sole, omnis mundus iam iamque venturum Iudicem formidaret, &c.* Pentecoste Iudaica est semper sexta Sivvan, hoc est, sexta a nouilunio. Itaq; Sol nunquam potest deficere in Pentecoste Iudaica: multo minus deficere potest in Christiana, quæ semper Iudaica posterior est, nisi quando neomenia Nisan est Sabbatum. Tunc enim Pentecoste Iudaica incidit in diem Dominicam, & consequenter in Pentecosten Christianam, vt anno Passionis Dominicæ contigit, contra votum Sophistarum, qui eo anno Pascha in Parasceuen conferunt. Igitur horribilis illa Solis caligo apud Hieronymum non potuit accidere sexta Sivvan, aut post sextam Sivvan, secundum naturalem caussam defectionum Solarium, id est, κατ' ἐπιπρόσθησιν τῆς σελήνης; cum tale non possit accidere, nisi νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. Sed neq; potuit Sol deficere nouilunio Sivvan annis 390, 391, 392, 393, 394, 395, anomalia Lunaris latitudinis aduersante. Fuit igitur caligo extra ordinem Quare memorabilis est ille locus Hieronymi, ita tamen, vt ad characterem adsumi non possit. Similis quoq; caligo apud Tertullianum ad Scapulam: *Nam & Sol ille in conuentu Vticensi, extincto pene lumine, adeo portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati positus in suo hypsomate, & domicilio.* Hæc Tertullianus. quanquam quod dicit de hypsomate Solis & domicilio, ego non intelligo. Scimus quidem quid sint hypsomata Planetarum & domicilia, sed Solis hypsoma impedire, quo minus deficiat, ingenue fateor me ignorare. Rursus consideret Chronologus, initia Imperatorum Romanorum, post tempora Antoninorum, vsque ad Consulatum Ausonij, confusionis, & tenebrarum plena esse: eaq; ex methodo nostra, quantum poterit, castiganda esse. Nam ex disputationibus nostris, initium Diocletiani male ad initium æræ Martyrum referri, & ex illo errore infinitos in Fastis propagatos esse, satis constat, præsertim in historia persecutionis. Si qua Eclipsium diagrammata, aut disputationem longam alicuius epochæ controuersæ proponere velit, caueat eam in contextum Fastorum recipere. Hoc enim

plane eſt non ſolum rerum ſeriem interrumpere, ſed etiam animum Lectoris in diuerſa diſtrahere. Olympiadem quanque ſignet ſua die, nempe quintadecima menſis Hyperberetæi Olympici, cum ipſa die Iuliana, item die menſis Attici, qui nunquam cum menſe Olympico congruit: & quemadmodum in omnibus menſis Cæleſtis apponendus eſt, ita nunquam menſis Cæleſtis vſurpandus, niſi prius præmiſſo charactere Zygonos, & die Iuliana, cui neomenia Zygonos competit. Hæc enim omnia naturalia ſunt, priſcorum ciuilium temporum, non autem ficta, neq; arbitrij noſtri. Nunquam menſem popularem Athenienſium ſine menſe prytanias Metonico, aut Calippico producat. Cum feriam ab auctoribus notatam referet, diligenter examinet, an error ſit in notatione ſiue ab auctore, ſiue a librario. Quemadmodum enim falſo defectus luminum annotant, vt ſupra diximus, ita etiam per ἀλογιστίαν, falſum characterem diei aliquando apponunt; quod contingit in lapide Romæ Chriſtiano, in quo VII Kal. Nouembris dicitur eſſe feria ſexta Conſulatu ſecundo Stilichonis. ex quo ſequeretur, Conſulatum ſecundum Stilichonis fuiſſe anno Dominico 406, non 405, contra ſeriem Conſulum, & Chronicon Conſulare Marcellini Comitis. Conſulatu Stilichonis primo, 26 Octobris fuit dies Veneris, non Conſulatu ſecundo. Cum illi ſaxo fidem haberem, annum primi Toletani Concilij dixi fuiſſe poſt Conſulatum primum Stilichonis. quod falſum eſt: & locus corrigendus in capite de Æra Hiſpanica. Eiuſmodi falſas annotationes feriarum confutauimus in fragmento perſecutionis Diocletianeæ, quod Euſebio aſſutum eſt, cum tamen Euſebij non ſit. Reliqua per ſe conditor Annalium, aut Faſtorum animaduertere poteſt. Neque enim iudiciis eruditioribus diffidimus. Tabulæ noſtræ, & methodi omnem laborem minuent. Parumne eſt tam parabili labore tantum gratiæ a poſteritate inire? Huiuſmodi opus quid aliud erit, quam, vt Plinius loquitur, aliquod veluti templum auguſtum totius antiquitatis Faſtos & memoriam complexum? Quod ſi mallet ab alio, quam a nobis hæc didiciſſe, cum bona noſtra gratia nomen noſtrum diſſimulare illi licet, neque vereatur, ne plagij, aut furti a nobis poſtuletur. Vnum ſibi proponat tantum, de poſteritate ſine labore ſuo bene mereri. Quare reformidat? quare piget tam præclari incepti? Pluſne apud eum poterit ζηλοτυπία, malitia, quam amor veri? Adeone hoc ſæculum ab omni humanitate & morum & literarum exaruit? Quiſquis igitur hoc onus non derrectabis, ſcito, ex illo poſteritati maximum emolumentum, tibi autem a poſteritate maximam gloriam propoſitam eſſe. Vale candide Lector. Lugduni Batauorum.

CON-

CONSPECTVS
OMNIVM CAPITVM
QVÆ HIS LIBRIS CONTINENTVR.

PRIMVS LIBER, QVI EST DE ANNO ÆQVABILI MINORE.

SECVNDVS LIBER, QVI EST DE ANNO LVNARI.

LIBER TERTIVS,
QVI EST
DE ANNO ÆQVABILI MAIORE.

LIBER QVARTVS,
QVI EST
DE ANNO SOLARI, TRIBVTVS IN PARTES QVATVOR.

PARS PRIMA.

SECVNDA PARS.

TERTIA PARS
DE PERIODIS SOLARIBVS.

QVARTA PARS
DE ANNIS TROPICIS ET LVNARIBVS EMENDATIS.

LIBER QVINTVS,
QVI EST
PRIOR DE EPOCHIS TEMPORVM.

De initio

De initio

LIBER SEXTUS, QVI EST POSTERIOR DE EPOCHIS TEMPORVM, IN DVAS PARTES TRIBVTVS.

PRIOR PARS.

ALTERA PARS DE DVABVS QVÆSTIONIBVS DANIELIS.

SEPTIMVS LIBER, QVI EST DE COMPVTIS ANNALIBVS NATIONVM.

IOSEPHI

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER PRIMVS.

A SI VERVM est, quod sciscit Stoicorum
schola, Tempus esse normam rerum, &
custodiam, quia veritatis index atque exa-
men est, & rerum gestarum memoriam, ac
diuturnitatem posteritati tuetur: ij non vul-
gari laude digni sunt, qui temporum ratio-
nes conscribere, atque fugitiuam antiqui-
tatem retrahere conantur. Qua in re cum
tam priscis scriptoribus, quam æqualibus
temporum nostrorum opera egregie nauata sit, dolendum tamen, aut
B serius, quam oportebat, antiquos sese ad id studium contulisse, aut pau-
ciora ea de re monumenta, quam ab ipsis auctoribus relicta sunt, ad
nos peruenisse. Nam vt omnia extent veterum Græcorum scripta, ea
tamen paucorum temporum interuallum complectebantur. Græcis
enim ante initia Olympiadum suarum nihil plane exploratum est: &,
quod dolendum est, de illorum scriptis, quæ ad Chronologiam specta-
bant, nihil nobis præter desiderium relictum est. Nam quæ Eusebij ex-
stant, quamuis è Græcorum monumentis hausta sunt, & multa egregia
ac cognitu digna nobis conseruarunt: tamen dissimulandum non est,
multa in illis reperiri, quæ castigatioribus iudiciis non satisfaciant.
C Quod si Thalli, Castoris, Phlegontis, Eratosthenis canones exstarent,
perparua, aut nulla potius ratio haberetur librorum quorundam, qui
hodie in penuria meliorum nobis in pretio sunt. Apud Romanos vero,
ea scriptio infeliciter cessit, quod eam cognitionem serius amplexi sint.
Nam ante Consulatum Bruti nihil certi apud illos: omnia fabulosa: &,
si rem propius spectemus, ne ipsius quidem Bruti Consulatum, ac tem-
pus Regifugij satis exploratum habent. quamuis, vt prodidit Censori-
nus, Varro collatis diuersarum ciuitatum temporibus, & interualla re-

texens, verum in lucem protulerit,& viam repererit, qua certus an- A
norum Vrbis conditæ numerus iniri posset. Sed, vt suo loco disputabitur, non magis constabat Varroni de initiis Vrbis, quam Græcis de anno excidij Troiæ. Nam ea demum est vera demonstratio, quæ cogit, non quæ persuadet. Soli sacri libri supersunt; ex quorum fontibus certa temporum ratio hauriri possit. Sed omnis temporum cognitio inutilis est, nisi certa epocha in illis deprehendatur, ad quam omnium temporum contextus, tam antecedentium, quam consequentium referri possit. Nam, vt præclare dixit vetus inter Christianos scriptor Tatianus, apud quos temporum notatio non cohæret, apud illos neque veritatis & fidei historicæ ratio vlla constare potest. Quod si aliquis sacræ historiæ peritissimus, hoc est, qui interualla rerum gestarum B
nobilissima certissimis ratiociniis ex Mose, & reliquis sacris Bibliis explorata habeat, nihil tamen ex illis ad certam epocham historiæ Græcæ, aut Romanæ referre possit: quodnam adiumentum is ex eiusmodi diligentia adferre potest aut sibi, aut studiosis rerum antiquarum? Nam omnis cognitionis finis ad vsum aliquem spectat, quem si ex medio literarum sustuleris, ingratus est omnis labor & opera, quæcunque in omne studium impenditur. Eiusmodi est Iudæorum scientia, qui in ratiociniis quidem sacrorum temporum colligendis tantum studio & diligentia consecuti sunt, vt proxime à veritate abesse dici possint: sed dum nullam aut saltem deprauatam rerum exterarum cognitionem tenent, multum errant, quod sine externa historia sacram tractare ag- C
grediuntur. Venio ad nostros, recentiores dico, qui hodie summo cum fructu, sacræ, Græcæ, & Romanæ historiæ tempora digesserunt. Ij heroica virtute chronologiam negligentia & contemtu maiorum intermortuam ac sepultam, è tenebris & obliuionis silentio quotidie eruere conantur. Certe meum semper iudicium fuit, eam rem maiore cum laude ab illis restitutam, quam ab antiquis proditam fuisse. Nam non solum pleraque in ratione temporum pristinæ integritati reddiderunt, sed & longe meliora effecerunt. In multis tamen iudicium, in quibusdam etiam diligentiam requiro. neq; enim dum verum adepti sunt. Argumento fuerint omnium; quotquot de his rebus tractarunt, dissensiones: vt inter tot millia Chronologorum vix inter duos de eadem re D
conueniat. Quanta adhuc contentione de Septimanis Danielis, de initio, medio, & fine earum velitantur? Tamen nihil plane eorum, quæ volunt, assecuti sunt. Ab eorum lectione incertior atque indoctior sum, quam dudum. Quis vnquam eorum veram epocham Exodi Hebræorum; quis, quod pudendum est, verum annum natalis Dominici odoratus est? Ecce trita, obuia, vulgaria, vt nobis videtur, ignoramus, & remotiorum ac reconditiorum indicium promittimus! Quis eorum Danielis Heb-

A lis Hebdomadas interpretandas ſuſcepit, qui inſcitiæ ſuæ latebram non quæſiuerit, & reges Perſidis, qui nunquam in rerum natura fuerunt, non commentus ſit? Quod ſi Danielem accuratiſſime legiſſent, eis ad negotium explicandum non aliis regibus Perſidis opus ſuiſſet, quam iis, quos Herodotus, Diodorus, & omnis Græcorum antiquitas nouit. Sed quo non progreſſa eſt ἀμηχανία? Beroſos, Metaſthenes, & neſcio quos Catones, ac Philones conſulunt, qui ante hos centum annos ex officina neſcio cuius indocti & impudentis prodierunt. Et ſeſe Criticos in temporum notatione profitentur, quibus tam facili genere, tam pueriliter vnus homo otioſus in tanta luce literarũ quotidie imponit. B Cuius hominis inſcitiã ſi nihil aliud, certe illud arguere poſſit, quod Metaſthenem pro Megaſthene poſuit. Si Ioſephum Græce, aut Strabonem, aut Athenæum legiſſet, is Megaſthenem vocari deprehendiſſet, quem Metaſthenem vocat. Si Græce ſciſſet, nunquam μετασθένη in illa lingua reperiri, neque hanc compoſitionem in eadem probari intellexiſſet. Vt igitur ij reſipiſcant, qui & nouos reges in Perſide crearunt, & Aſſueros Priſcos, Aſſueros Longimanos, Aſſueros Pios, duos Cyros, & neſcio quæ alia ſomnia Annij Viterbienſis in medium producunt, primum vno verbo indicabo fontem erroris eorum: deinde qui medicina huic morbo fieri poſſit, docebo. Quod igitur in veri inueſtigatione C eos ratio fugerit, duas ſummas cauſas reperio: vnam, quod veterum tempora ciuilia, annorum, menſium formas, ſtatus, ac genera ignorarunt: alteram, quod characterem, & notationem ei anno, quem ſibi propoſuerant, non adhibuerunt. Ex vtraque quidem cauſa temporum confuſio manauit, ſed diuerſo genere. Ex priore cauſa ignoratus eſt annus, menſis & dies multarum nobilium epocharum. Huius enim rei cognitio pertinet ad tempus ciuile nationum. Ex altera cauſa Palilia vrbis Romæ nunc tertio anno Olympiadis, nunc quarto attribuuntur. Item Conſulatus Bruti nunc in hunc, nunc in illum annum Olympiadis confertur. Vt igitur nouam rationem emendationis temporum ineamus, duo illa præcipue nobis diſcutienda ſunt: ſed prius D de omnium nationum temporibus ciuilibus: quam aſſequi perdifficile eſt, niſi prius tempore in ſua principia, hoc eſt ab annis, periodis, menſibus in vltimum terminum, dies, horas, ac ſcrupula reſoluto. Nam qui ante nos hanc prouinciam aggreſſi ſunt, ſi modo hanc noſtram, non aliam aggreſſi ſunt, ij ſatis de tempore, & eius natura diſputarunt. Sed hanc diſputationem melius interpres φυσικῆς ἀκροάσεως ſibi vindicaſſet. Neque vero nos id agimus, vt definiamus tempus eſſe hoc ſecundum Peripateticos, aut illud ſecundum Stoicos, aut Academicos. Qui iſtis definitionibus diu immorati ſunt, & hac ſola ſcientia Chronologiæ ſcribendæ modum terminarunt, illi ſatis

verborum quidem, sed rerum nihil definiuerunt. Nequid tamen ἀμεθοδεύτως transigatur, decreui singularum, vel minimarum temporis partium prius conspectum aliquem dare, quam ad descriptionem ἰσοχρόνων temporum ciuilium, & eorum methodum aggrediar. Incipiam igitur ab vltimo termino, a die scilicet, & eius partibus, hoc est hora, & scrupulis. Ab hora igitur, si libet, principium esto. A

DE HORIS ET PARTIBVS DIEI RELIQVIS.

VETERIBVS statim ab initio has diei partes, quas HORAS vocamus, in vsu non fuisse, argumento fuerint priscæ locutiones, quibus dies non in partes secatur, sed actionibus quotidianis distinguitur: vt cum βουλυτὸν vesperam vocabant, nimirum, vt poëta inquit, *Demeret emeritis cum iuga Phœbus equis* Item quod tempus antemeridianum designantes dicebant πληθούσης vel πληθούσης ἀγορᾶς, conuenientibus scilicet eo tempore in Comitium viris: vt Hesiodus dicit, εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν. Quod tamen longe aliter interpretes Græci illius poëtæ exponunt. Aiunt enim Hesiodum intellexisse de tricesima mensis Lunaris: & sensum loci Hesiodei esse perinde ac si dixisset, Quando homines veram τριακάδα Lunarem agunt, & non secundum vsum politicum, sed secundum motum Lunæ. Quod tamen nobis valde coactum videtur: & mentem Hesiodi hanc fuisse dicimus: τριακάδα esse valde idoneam rebus gerendis ea hora, qua homines ad ius in forum conueniunt. Homerus Odyss. μ̄. B C

—Ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν.

Quæ sane interpretatio melior vulgari. Sic etiam paulo post dicit, ἤματος ἐκ πλείου, loquens de vndecima: cuius partem designat, cum dicit ἤματος ἐκ πλείου. Quod nos interpretamur iam adulto die. Sic Homerus meridiem designat, ὄφρα φυλόπιδος ἀνὴρ δόρπον ὁπλίσσατο. Porro neq; hoc verbum ὥρα id, quod nunc, valebat Sed tempus actuum quotidianorum illo notabatur: vt cum dicebant ὥρα δόρπου, ὥρα δείπνου. Latinis vero Tempestas dicebatur. In Legibus Decemuirum Atticis fuit: SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Neque recte quidam hinc expungunt TEMPESTAS. quod SVPREMA absolute diceretur, vt apud Plautum. Nam plane in legibus Solonis, vnde illud caput traductum, scriptum fuit, ὁ ἥλιος ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐσχάτη ὥρα ἔστω. Stoicus scriptor apud Stobæum loquens de Socratis iudicio capitali: ἐκ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν, τῇ πρώτῃ ἔπιεν, καὶ οὐ προσέμεινε τῆς τρίτης ἡμέρας τὴν ΕΣΧΑΤΗΝ ΩΡΑΝ παρατηρεῖν, εἰ ἔστιν ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ, ἀλλ' εὐθαρσῶς τῇ πρώτῃ. Idem censeas de veteribus Hebræis, D

qui

A qui diei nullas alias partes, quam mane, meridiem, & vesperam norant. & ita dies diuiditur Psalmo LV, commate XVIII. Sic Homero, ἠώς, ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ. Sed hic dies intelligitur Lux, exclusa nocte. Nam totum νυχθήμερον Hebræi in quatuor partes diuidebant, quas vigilias vocabant. Prima vigilia erat à vespere: secunda à media nocte: tertia à mane: quarta à meridie. Alioqui nomen hoc שעה quo hodie horam designant, ne notum quidem illis erat: atque apud Danielem aliud significat. Posterorum inuentum est Horologium, & ἡλιοτρόπια, quibus dies per lineas, & interualla vmbrarum distinguebatur. vnde prodiit locutio ἐνδεκάτης οὔσης, pro hora cœnæ. vel ἐνδεκάτην στοι-

B χεῖον: quia notis literarum singularium horæ distinguebantur. Testatur & Epigrammatium de Horologio:

> Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
> γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

Nam ante Z, H, Θ, I, erat A, B, Γ, Δ, E, ς. Arabibus, Persis, & reliquis Orientis gentibus non horologiis, sed naturalibus matutini, meridiani, & vespertini temporis interuallis diem notare, etiam hodie consuetudo manet. Astronomis propria

C est diuisio diei in sexagesimas primas, secundas, tertias, & sic deinceps. Artificibus computi annalis in horas, puncta, ostenta, minuta, partes. Hora est punctorum 4. minutorum 40. partium 480. momentorum 1760. ostenta autẽ sunt arbitraria, quibuslibet aliarum diuisionum in illa resolutis.

D Orientalibus vero Computatoribus compendiosa horarum resolutio est. Non enim in sexagesimas assem diuidunt, sed in 1080 partes, ita vt 18 particulæ vni minuto horario respondeant. Hac diuisione hodie Iudæi, Samaritani, Arabes, Persæ,

TABVLA CONVERTENDI OSTENTA IN SEXAGESIMAS.

Ostenta.	Sexag.	Sexag.	Sexag.
1	0′	3″	20‴
2	0′	6″	40‴
3	0′	10″	0‴
4	0′	13″	20‴
5	0′	16″	40‴
6	0′	20″	0‴
7	0′	23″	20‴
8	0′	26″	40‴
9	0′	30″	0‴
10	0′	33″	20‴
20	1′	6″	40‴
30	1′	40″	0‴
40	2′	13″	20‴
50	2′	46″	40‴
60	3′	20″	0‴
70	3′	53″	20‴
80	4′	26″	40‴
90	5′	0″	0‴
100	5′	33″	20‴
200	11′	6″	40‴
300	16	40″	0‴
400	22′	13″	20‴
500	27′	46″	40‴
600	33′	20″	0‴
700	38′	53″	20‴
800	44′	26″	40‴
900	50′	0″	0‴
1000	55′	33″	20‴

TABVLA CONVERTENDI SEXAGESIMAS IN OSTENTA.

Sexag.	Sexag.	Ostenta.	Ostenta
0′	1″	0′	324″
0′	2″	0′	648″
0′	3″	0′	972″
0′	4″	1′	216″
0′	5″	1′	540″
0′	6″	1′	864″
0′	7″	2′	108″
0′	8″	2′	432″
0′	9″	2′	756″
0′	10″	3′	0″
0′	20″	6′	0″
0′	30″	9′	0″
0′	40″	12′	0″
0′	50″	15′	0″
1′	60″	18′	0″
2′	0″	36′	0″
3′	0″	54′	0″
4′	0″	72′	0″
5′	0″	90′	0″
6′	0″	108′	0″
7′	0″	126′	0″
8′	0″	144′	0″
9′	0″	162′	0″
10′	0″	180′	0″
20′	0″	360′	0″
30′	0″	540′	0″
40′	0″	720′	0″
50′	0″	900′	0″
60′	0″	1080′	0″

& aliæ Orientis nationes vtuntur. Quorum in sexagesimas, & contra, sexagesimarum in hæc conuertendarum, Tabellas duas posuimus. A

DE DIEBVS.

TO νυχθήμερον, quod est spatium viginti quatuor horarum, Daniel eleganter vocat עֶרֶב בֹּקֶר quasi dicas ὀψιπρώιον, initio diei ciuilis sumto Iudaice ab eo tempore, quod proxime Solem occasum sequitur. Nam illud interuallum, quatenus vigintiquatuor horarum est, naturale est: quatenus aliud atque aliud initium habet, dicitur ciuile, Atticis & Iudæis ab occasu Solis: Ægyptiis & Romanis à media nocte: Chaldæis Genethliacis ab ortu Solis: Vmbris à meridie initium sumentibus. B Dierum notationes duplices: aut secundum numerum, & ordinem: vt prima, secunda, tertia mensis. aut secundum ἐπωνυμίαν, qua dies alicui rei cognomines. vt dies mensis Persici sunt cognomines regum priscorum: & dies mensis Mexicanorum, animalium, aut aliarum rerum: & ἐπαγόμεναι Ægyptiorum nominibus singulorum Deorum vocatæ. & dies festi, vt quinquatrus, χέθια, θαργήλια, Quirinalia. & ab euentu, dies Alliensis, Regifugium. à stellis, dies Septimanæ. Ecclesia Romana vocat ferias. quia veteris anni Ecclesiastici initium à Pascha. Et Pascha dicebatur annus nouus, vt etiam hodie ab Ecclesia Antiochena: à Constantinopolitana autem διακαινήσιμος ἑβδομάς, ab eadem mente. Illius autem Hebdomadis dies omnes septem erant C feriati, vt testis est Hieronymus, & alij veteres. Hinc obtinuit, vt reliquarum hebdomadum dies etiam Feriæ vocarentur, præcipuo quodam principis septimanæ Paschalis auspicio. & omine. Solon autem primus omnium τὴν τριακάδα ἕνην καὶ νέαν vocauit, cum antea ἕνη esset prima mensis. Hesiodus: Πρῶτον ἕνη τετράς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ. Diei diuisio summa ab actibus quotidianis, in fastos, nefastos, atros, religiosos, intercisos, iustos: vt Græcis εἰς ἐχεγγύους, καὶ ἀέργους, vel, vt alij, αἰσίμους ἡμέρας καὶ ἀποφράδας, καὶ ἑορτασίμους. aut ab æquatione annui temporis, Solaris, & Lunaris, in προσθετὰς ἡμέρας, ἐπακτὰς, ἐξαιρεσίμους, ὑπερβάτους, ἐμβολίμους, ἐπαγομένας, περιττάς. Προσθεταὶ ἡμέραι Computatoribus Græcis dicuntur, quæ Latinis Regulares, quæ cum Concur- D rentibus, id est Epactis Solaribus compositæ dant characterem Kalendarum, aut alius diei mensis. Ἐπακταὶ sunt duplicis generis, Solares, & Lunares. Solares fiunt abiectis septenariis ex cyclo Solari, addito præterea die bisextili. Lunares producuntur, excessu Solis, qui est XI dierum, in numerum aureum ducto, abiectis tricenariis. Præterea vtrarumque Epactarum sua methodus: Solarium ad characterem dierum: Lunarium ad ætatem Lunæ, vt Computatores Latini loquuntur, vt

Græci

A Græci autem, εἰς πεσαΐδυ σελήνης. Ἐξαιρέσιμοι sunt, quæ eximuntur de menſe, duplici ex cauſa : aut vt rationes Solis cum Lunaribus congruant, vt in anno veteri Græcorum : & in enneadecaeteride Paſchali Saltus Lunæ Larinis dictus, Græcis ὑποτομὴ σελήνης. aut vt ſolennia feſta cum feria Septimanæ, vt in anno Iudaico. Ὑπέρθετοι, vel ὑπέρβατοι, ſunt, quæ ex cauſſa religionis transferuntur, & diſſimulantur per ſpeciem comperendinationis, vt in anno Iudaico, & olim in priſco Romano. In Iudaico enim ὑπερθέσεις & comperendinationes inſtitutæ, ne feria ſecunda, quarta, ſexta in caput anni incurrat. in Romano priſco comperendinabantur Nundinæ, vt à religioſis diebus ſummouerentur, auctore Macrobio. Ἐμβόλιμοι ſunt, vt notio verbi declarat, inſititij B dies: & erant naturales, aut ciuiles. Naturales, qui ex ſcrupulis, & horis appendicibus colliguntur, vt quarto quoque anno exeunte vnus dies ex quadrantibus anni Iuliani, quod Bisextum vocatur: item in periodo Arabica vndecies vnus dies intercalatur in fine Dulhagiathi, qui eſt vltimus menſis anni Hagareni Muhamedici. Ciuiles ſunt, qui præter naturalem anni rationem & modum inſeruntur, vt vnus dies in fine Marcheſchvvan Iudaici, anno, qui dicitur ſuperfluus, aut abundans. Ἐπαγόμεναι, quæ explendis ſpatiis anni adiiciuntur potius, quam inſeruntur, vt quinque, quæ anno æquabili extra ordinem menſium adiectæ Ægyptiis dicuntur Nisi, Perſis, & Armeniis Musteraka: item duæ, quæ extra modum anni Attici in calce Poſideonis C appenſæ, ἄναρχοι ἡμέραι dicebantur, aut ὑπερεξάλυσαι, aut ἀρχαιρέσιαι. At ἐξίτηλαι ἡμέραι locum habent in anno mobili. Eſt autem interuallum inter epocham & caput anni, vtroque termino excluſo. Hoc conſtat ſemper in annis, quorum caput nunquam epocham anteuertebat. Vt in anno Attico caput Hecatombæonis nunquam ante Solſtitij veterem epocham ſtatuebatur. Itaque quod inter Solſtitium, & propoſitum Hecatombæonem interiacet ſpatij, vtroque termino excluſo, dicebantur ἐξίτηλαι ἡμέραι. Idem obſeruabatur in annis magnis Metonis & Calippi. Rurſus Romanorum ſacri dies Kalendæ, Nonæ, Eidus: Græcorum autem ἔνη, τετράς, ἑβδόμη. Quod ex verſu Heſiodi à nobis adducto conſtat. Sunt præterea nomina impoſita diebus men- D ſium ſingulis, vt ſuo loco referetur. Sunt & ſecundum hebdomadas, vt infra ſubiecimus.

DIES HEBDOMADIS PERSICÆ.		ALITER PERSICE.		A
יכשנבה	ا يكشنبه	1	*Ruz iache*	
דושנבה	ب دوشنبه	2	*Ruz duiemi*	
סהשנבה	ج سهشنبه	3	*Ruz siumi*	
נהרשנבה	د جهرشنبه	4	*Ruz tzcharmi*	
בנג שנבה	ه بنج شنبه	5	*Ruz pengemin*	
אדינה	و ادينه	6	*Ruz schesmin*	B
שנבה	ز شنبه	7	*Ruz haphthemi.*	

TVRCICÆ HEBDOMADIS DIES.		SECVNDVM PLANETAS.			
גמעה	جمع	רוז זחל	روز زحل	♄	
גמעה ארתסי	جمع ارتسي	רוז משתרי	روز مشتري	♃	
בֹזר כוה	بزر كوه	רוז מריח	روز مريح	♂	C
בֹּזר ארתסי	بزر ارتسي	רוז אפתאב	روز افتاب	☉	
צלי	صلي	רוז זהר	روز زهر	♀	
גהר שנבה	جهر شنبه	רוז עטראד	روز عطراه	☿	
בנג שנבה	بنج شنبه	רוז מה	روز مه	☽	

Cur autem dies cognomines Planetarum non sequuntur ordinem & situm siderum, quorum cognomines sunt, vt scilicet post diem Saturni non sequatur dies Iouis, sed dies Solis, hæc caussa est. Septem Planetæ per circulum secundum ordinem suum dispositæ, æquabili interuallo constituunt septem Triangula isoscele ad peripheriã, quorum bases sunt latera Heptagoni circulo inscripti, vt habes in circulo proposito, ad cuius peripheriam septem errantes sunt secundum seriẽ suam sitæ, constituentes triangula isoscele ♄♀♃.♃☿♂.♂☽☉.☉♄♀.♀♃☿.☿♂☽.☽☉♄ In quibus Triangulis dexter angulus ad basim est prima stella Trianguli, secunda in angulo ad verticem, tertia angulus sinister ad basim : ita vt omnis stella anguli dextri habeat oppositam D



A positam stellam anguli in vertice, stella autem anguli à vertice stellæ anguli sinistri ad basim sit opposita. Sequentur igitur sese omnes septem Planetæ non per seriem suam, sed per interualla laterum, quæ veræ sunt oppositiones. Sit igitur Triangulum ☉☽♂ primum ordine. ☉ in angulo basis dextro præibit. sequetur Luna ei opposita in vertice; eam oppositus Mars in angulo sinistro basis. qui quidem Mars cum in Triangulo ☉☽♂, sinistrum angulum basis occupet, in triangulo ♂☿♃ occupabit dextrum basis angulum, habens oppositum Mercurium, Mercurius autem oppositum Iouem in angulo sinistro. qui Iuppiter faciet angulum dextrum in Triangulo ♃♀♄, habens oppositam in vertice Venerem, vt ea opposita est Saturno in angulo sinistro. Sed an-
B gulus ille rursus erit dexter in Triangulo ♄☉☽. Et sic erogati sunt septem planetæ in totidem dies, quas Ecclesia Romana vocat ferias. Hæc est vera harum appellationum ratio.

DE MENSIBVS.

EX diebus fiunt συστήματα καὶ ὁμάδες, quæ notationes & epochas temporum constituunt. Primum σύστημα ex diebus dicitur Septimana, res omnibus quidem Orientis populis ab vltima vsque
C antiquitate vsitata, nobis autem Europæis vix tandem post Christianismum recepta. De ea iam dictum est. Tum Romanorum ὀγδοάς: cui successit hebdomas nostra. Nam nono quoque die Nundinæ erant, & spatium illud in Kalendario vetere Romano notatum est literis ab A ad H, vt in nostro Kalendario Hebdomas notata est ab A ad G, inclusiue, vt loquuntur. Mexicanorum τρισκαιδεκάς sequitur. Quod enim spatium nobis septenis diebus, illis finitur ternis denis. Ita Iudæorum est ἑπταήμερον, veterum Romanorum ὀκταήμερον, Mexicanorum τρισκαιδεκαήμερον. Proximum ab hoc σύστημα dierum est Mensis: qui & naturaliter, & ciuiliter sumitur. Naturalis mensis & ipse duplex. Aut enim Lunaris, aut Solaris. Rursus Lunaris triplicis gene-
D ris: aut quatenus Luna ab eodem puncto Zodiaci profecta, ad idem reuertitur: qui dicitur περίπατος, item περίοδος σελήνης. quod interuallum minus est, quam viginti octo dierum: maius quam viginti septem. Secundum genus est eiusdem sideris à Sole profecti ad eundem reditus. Hæc dicitur σύνοδος σελήνης. Tertij generis mensis est secundus dies ἀπὸ τῆς συνόδου, quæ dicitur φάσις, φεγγάριοι, & ἀπόκρουσις σελήνης. Secundum & tertium genus in temporibus ciuilibus locum habent. Nam Athenienses ἀπὸ τῆς συνόδου neomenias suas putabant: hodie vero Hagareni ἀπὸ τῆς φάσεως. Græcorum enim neomenias ab ipso iugo Lunæ putari solitas testis Vitruuius ex Aristarcho Samio, his verbis,

loquens

loquens de Luna: *Quot mensibus sub rotam Solis radiosque primo die* A *antequam præterit, latens obscuratur. &, cum est sub Sole, noua vocatur. Postero autem die, quo numeratur secunda, præteriens à Sole, visitationem facit tenuem extremæ rotundationis.* Vbi etiam dixit visitationem extremæ rotundationis, quam ille Samius sine vllo dubio φάσιν μηνοειδῆ vocabat. Sed & Onomacritus, qui sub nomine Orphei τελετὰς scripsit, in opere, quod ἡμέρας vocauit, mensem Lunarem à iugo Lunæ incipit. Cuius versus apposui:

Παῖτ' ἐδάης Μουσαῖε θεοφραδές. εἰδέ σ' ἀνώγει
θυμὸς ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀκοῦσαι,
ῥεῖά τοι ἐξερέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, B
οἵην τάξιν ἔχοντα κυρεῖ. μάλα γὰρ χρέος ἐστὶν
ἴδμεναι, ὡς αὕτη παρέχει κλέος ἄντυγι μήνης.
πρῶτα μὲν εἰ πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται ἄερης,
μήνη δ' ἔστ' ἀέρην ἐπιτέλλεται, ἴσχεο δ' ἔργων
τὸν δὲ παρεξανύσασα φύσιν δίκερων ἀναφαίνει.
αὐτὰρ ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀπόπροθεν ἠελίοιο
πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυλαπτόρου αἴτιν ἀλκῆς.
τετράδι δ' αὐξομένη πολυφεγγέα λαμπάδα τείνει.

Sed Neomenia Arabica, excedit modum φάσεως vt plurimum. ita vt ciuiles neomeniæ mensium Lunarium sint non vnius generis: Atticæ C ἀπὸ τῆς συνόδου: Iudaicæ sæpe ἀπὸ τῆς ἀποκρύσεως. Arabicæ semper ἀπὸ τοῦ μηνοειδοῦς σχήματος, à tertia, inquam, die. Mensis Solis naturalis est, qui naturalibus circuli cœlestis segmentis definitur, qualis est transitus Solis à signo ad signum. Hi, & Lunares, sunt vere cœlestes menses. Mensis ciuilis Solis est, qui non naturali modo, sed æqualiter tributus est. vt in anno Ægyptiaco & Græco omnes æqualiter sunt τριακονθήμεροι: & in Lunari alternis pleni, & caui. in anno Mexicano εἰκοσαήμεροι, cum ex XVIII. mensibus eorum annus constituatur. Apud Albanos Martius erat sex & triginta dierum, Maius viginti duum, Sextilis duodeuiginti, September sedecim. Tusculanorum Quintilis habuit triginta sex, October triginta duos, Aricinorum October trigintanouem. D At rationes Lunæ non patiuntur, vt menses sint alternis perpetuo pleni, & caui. sed hoc ad methodum ciuilis temporis institutum. Sunt & alij menses ex superfluis diebus collecti, qui Embolimi dicuntur: iique aut naturales, aut ciuiles: ambo autem ad æquationem Solis directi. Naturales embolimi sunt, qui ex Solis excessu collecti ad spatia Lunæ complenda adhibentur. cuiusmodi est Iudaicus Adar prior, & Samaritanus Adar alter. isque mensis est semper tricenum dierum. Ciuilis embolimus, qui ex diebus Solis superfluis consurgens fulciendo anno cauo adiicitur. Eiusmodi erat Merkedonius

prisci

A prisci anni Romani alternis binum & vicenum, item trinum & vicenum dierum. Eiusmodi & Posideon Atticus. Neque enim Posideon naturalis esse potest, quamuis triginta dierum, cum neque Lunaris esset, quod eius neomenia longe à lunari discederet: neque Solaris, quod pars esset illius anni, qui ad Solis cursum descriptus non esset. Idem de Merkedonio dicas, qui neque ad Solarem annum, neque ad Lunarem pertineret, neque modum eum haberet, qui iusto mensi competit, cum esset tantum XXII, aut ad summum XXIII dierum. Mensis diuisio Atticis in δεκάδας. prima δεκὰς dicebatur μὴν ἱστάμενος, secunda μὴν μεσῶν, tertia μὴν φθίνων. Idque factum; quia illorum menses omnes erant τριακονθήμεροι. Persæ vero in πεμπάδας,
B non solum, quia eorum menses omnes τριακονθήμεροι, sed etiam, quia totus annus constat ex quinariis tribus & septuaginta. In mense ἐξαιρεσιμαίῳ Athenienses pro δευτέρα ἱσαμένου dicebant τρίτη ἱσαμένου. Quamuis enim mensem vno die mutilabant, tamen cum tertia mensis pro secunda dicebant, non videbantur mensem mutilare, cuius τριακάδα numerabant. Meton vero & Calippus eam diem eximunt, quæ post duas syzygias & dies quatuor succedebat. Mensium nomina in antiqua Hebraici anni forma nulla fuerunt, neque in hodierna Sinarum, Iaponensium, & Indorum. Menses enim illis ab ordine primi, secundi, tertij dicuntur. In anno Romano mistæ sunt appellationes, ex cognominibus, & ordine numerario. Quidam etiam co-
C gnomines imperatorum Romanorum, vt Cypriis Καισάρειος, Σεβαστὸς, Αὐτοκρατορικός. Romanis ipsis Iulius, Augustus: & temporibus Domitiani Germanicus pro Septembri, Domitianus pro Octobri. Martialis:

Dum Ianus hiemes, Domitianus autumnos, &c. Sed Statius omnes Kalendas vindicat Domitiano, præter Iulium, & Augustum,

— Nondum omnis honorem
Annus habet, cupiuntq; decem tua nomina menses.

Insania quoque Commodi idem cõsecuta esset, si
D longior vita mõstro illi data fuisset. Augustum enim Cõmodum, Septembrem Herculeum, Octobrem Inuictum, Nouembrem Exuperatorium, Decembrem Amazonium vocari edicit. Extat quoq; lapis Lauinij, in quo mentio Iduum Commodarum. vbi &

M. AVR. AVG. LIB.
AGILIO. SEPTENTRIO
NI. PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE
AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M.
AVREL. COMMODO. ANTONI
NO. PIO. FELICE. AVGVSTO
ORNAMENTIS. DECVRIONAT
DECRETO. ORDINIS. EXORNATO
ET. ALLECTO. INTER. IVVENES
S. P. Q. LANIVINVS

A latere dextro saxi.

IDVS. COMMODAS
ELIANO. COS.

nomen

bolismum aut mensis, aut diei. Vtroque enim modo duo menses pleni A
continuantur. Vt in anno Iudaico cum intercalatur mensis Adar, tunc
Schebat, & Adar embolimus ambo sunt pleni. In anno vero Arabico
cum accedit dies mensi vltimo, qui Dulhagiathi dicitur, tunc & ipse
Dulhagiathi, & antecedens Dulkaadathi ambo fiunt tricenum dierum.
Sed in Samaritano sæpe continuantur tricenarij menses, & in antiquo
Iudaico, vt ex Talmud & Iad Mosis cognoscimus: & menses Harpali,
Metonis, & Calippi non semper alternis continuati sunt. sed sæpe bini
pleni continuati, nunquam autem bini caui. Quin etiam cum dies ac-
cedit vltimo mensi Arabico, tres continui menses sunt pleni, Dulkaa-
dathi, Dulhagiathi; & Muharam sequētis anni. Isque annus ab Arabi- B
bus dicitur كبيسة hoc est embolimæus. Sic etiam anno Iudaico ple-
no tres menses continui sunt pleni, Tisri, Marchesvvan, Casleu. Ciuilis
varietas accidit anno Iudaico tantū, accrescente mensi Marcheschvvan
die vno: & Marchesvvan ex cauo fit plenus. Rursus & in embolismo
mensium differentia situ, & tempore. Situ, si aut in medio, aut in calce
intercalatio fiat. vt in anno Attico vltimus mensis intercalabatur, qui
dicebatur ποσιδεὼν πρότερος. In Iudaico sextus mensis intercalatur, &
dicitur Adar prior. In anno Hagareno mensis embolimus erat desultor,
qui omnes menses anni percurrebat in annis 228, quæ sunt enneade-
caeterides duodecim. qua intercalatione memoria proauorum no-
strorum vtebantur Turcæ Cilices, donec annum Hegiræ simplicem C
Muhamedicum vsurpare cœperunt. At in anno prisco Romano-
rum situs embolismi longe diuersus ab aliis. non enim is inter duos
menses interiiciebatur, vt alias solet: sed in mensem ipsum, tanquam
surculus in truncum infindebatur. Inter XXIII enim, aut XXIIII,
aut inter XXII, & XXIII Februarij inserebatur. neque vero sine caussa.
Hoc enim semper obseruabant, vt mēsis proximus Martio semper esset
dierum XXVIII. eratque Februarius ordinarius. at interuallum inter exi-
tum Ianuarij, & Kalendas Februarij ordinarij imputabatur Merkedo-
nio. & Kalendæ Februarij ordinarij in anno embolimæo nunc in Re-
gifugium, nunc in Terminalia, incurrebant. Neque enim semper in-
ter Terminalia, & Regifugium intercalabatur, vt vult Censorinus. D
quia hoc pacto Februarius ordinarius nunc viginti octo; nunc vnde-
tricenum dierum fuisset. Quod tamen falsum ex Varrone conuinci-
tur. Tempore differt intercalatio, quatenus Iudæi nunquam interca-
lant, priusquam ὑπεροχὴ ἡλιακὴ, qui sunt dies decem cum horis paulo
magis quam vna & viginti, eo rationes Solis deduxerint, vt commode
mensis Lunaris conflari possit. Quod spatium nunquam maius est
triennio, nunquam minus biennio: & in XIX. annis semper septies fit.
At in Calippico & Metonico anno aliquando citius, aliquando serius
inter-

A intercalabatur, quam ratiocinia ὑπεροχῆς ἡλιακῆς postulare videntur. quandoquidem hoc vnum cauent præcipue Athenienses, ne Hecatombæonis neomenia Solstitij priscam epocham anteuertat: cum in anno Iudaico vt plurimum neomenia Tisri æquinoctium autumnale, neomenia vero Nisan æquinoctium veris antiquum, si ratio Iuliani anni habeatur, anteuertat. Anni Lunaris non vnum genus est: sed summa diuisio in duo fastigia discedit: in annos periodicos, & simplices. Anni periodici dicuntur, qui certo annorum orbe, interuentu embolismorum, recurrunt. Huius interualli modum veteres certo definire non potuerunt. quippe Cleostratus dierum 2922, Harpalus
B 2924, Eudoxus plusquam 2922, minus quam 2924: Meton aliter: & ab omnibus diuerse Calippus, & deniq; ab eo discedens Hipparchus. Cuius sententia, sed cælestibus rationibus leuiter castigata, enneadecaeterida Lunarem minorem Iuliana statuit, hora vna cum scrup. paulo plus quam viginti septem. Simplices anni & ipsi quidem sine remedio intercalationis in pristinam epocham recurrunt, sed longo interuallo, annorum scilicet Iulianorum 228, qui sunt anni simplices Arabici 235, scrupuli diurni quinquaginta. Sunt & in annis Lunaribus caui, superflui, æquabiles. Annus cauus is est, cui competit ἐξαίρεσις ἡμέρας. Ideo à nobis ἐξαιρεσιμαῖον ἔτος vocabitur. ex eo enim eximitur dies vel propter ciuile institutum, cuiusmodi est annus Iudaicus, quem de-
C fectiuum Computatores Iudæorum vocant. (in eo quippe Casleu, qui natura est plenus, instituto fit cauus.) vel naturali de caussa: vt anno decimonono Cycli Paschalis Dionysius diem vnum eximit, quem vocauit Saltum Lunæ: Græci vero Computatores ὑποπτώσιν σελήνης. quamquam inepte annum vltimum enneadecaeteridis constituit dierum duntaxat 353, cum eiusmodi annus natura nullus sit. Superfluus annus vocetur à nobis ἔτος ὑπερήμερον. Accedit enim illi ἡμέρα ἐμβόλιμος tam ex caussa ciuili, vt in anno Iudaico Marcheschvvan naturaliter cauus, ciuiliter fit plenus: quam ex caussa naturali: vt vndecim anni in Triacontaeteride Arabica augentur singulis diebus ex ratiociniis Lunæ collectis. Annus æquabilis vocetur ἔτος ὁμαλόν. Iudæis compu-
D tatoribus dicitur annus ordinarius. Is est, cui nihil accedit, nihil decedit. Huc vsque ad annum Lunarem deduxit nos æquabilis minoris disputatio. Nunc de altero æquabili maiore disputandum, quo Ægyptij, Persæ, & Armenij, Mexicani, & Perusiani vsi. Hic antiquitus Orientis nationibus vnus idemque fuit: præter quam si quando ἐπαγόμεναι quinque in alium locum traductæ, diuersum anni caput constituebant. qua ἐπαγομένων tralatione vtebantur ij, qui post annos 120 æquabiles mensem solidum intercalabant, vt Persæ: qui quidem ἐπαγομένας suas in æquinoctium vernum semper reiiciebant. Terminum

 autem

autem vocabant NEVRVZ. & habebant menſem deſultorem A
ἐμβόλιμον, omnes menſes anni peruagantem, donec in primum menſem recurreret. qui orbis non redibat, niſi anno æquabili 1461 vertente, qui ſunt anni Iuliani perfecti 1460. Hic eſt magnus annus, cuius menſes ſunt annorum æquabilium tricenum, quot dierum ſimplex menſis. ἐπαγόμεναι autem ſunt quinquies quatuor annorum, vt illæ ſimplices quinque dierum. Quod autem illa anni forma retenta ſit, in cauſſa fuit non tam ignoratio anni ſolaris, quam facilis, & tractabilis, ac vere popularis eius vſus. Alioqui nulla fere natio fuit, quæ quadrantem anni Solaris ignorarit: ſed modum illius diſpenſandi neſciebant. præterea à menſibus ſuperfluis, qui ſunt maiores tricenis diebus, refugiebant, quos neceſſe eſt retineri, quadrante illo retento. B
Ægyptij ſingulis quadrienniis exactis diem intercalabant in ortu Caniculæ, & quadriennium illud exactum ἔτος ἡλιακόν, ἔτος θεοῦ, ἔτος κυνικόν, vocabant. Attici diem quarto quoque anno exacto intercalabant inter ſeptimum & octauum diem Ianuarij. Elidenſes inter octauum, & nonum Iulij. Syromacedones, Chaldæi, & Iudæi inter ſeptimum & octauum Octobris. Eamque diei intercalationem à Seleucidarum temporibus vſque ad imperium Conſtantini & infra retinuerunt Iudæi: quam vtique ſimul cum anni Calippici forma à victoribus Syromacedonibus acceperant. Romani Atticos ſecuti brumæ ſidere confecto intercalabant; quæ ipſis Olympiadum myſteria vocabantur. Nam & Attici & reliqui omnes Græci annum Solarem in C
quatuor quadrantes diuidebant, quæ κέντρα vocabant, ſingulis dies 91. hor 7 ½ attribuentes. quod à temporibus Seleucidarum, ad hanc vſq; diem, Iudæi conſtanter obſeruant. Itaque VIII Iulij erant τροπαὶ θεριναὶ, VII Octobris ἰσημερία ὀπωρινή: VII Ianuarij τροπαὶ χειμεριναὶ, VIII Aprilis ἰσημερία ἐαρινή. Quare cum legis τροπὰς θερινὰς, & χειμερινὰς, nullas alias intellige, præter has. quod & περὶ ἰσημεριῶν quoque intelligendum. Hæc κέντρα Iudæi Tekuphoth vocant. Germani, Celtæ, Saxones, inter XXV & XXVI Decembris intercalabant: quam noctem vocabant MVDRANECHT. Tartari hodie inter vltimam Ianuarij, & Kalendas Februarij. quas Kalendas patrio ſermone Feſtum Alborum vocant. quia albis veſtibus eam diem colunt. Denique quanuis D
Lunari anno, aut alio longe diuerſo à Solari vterentur, tamen tacita quadam obſeruatione poſt dies 1460 vnum diem intercalandum eſſe ſentiebant. Neque enim aliter Hebræi quatuor Tekuphas ſuas tueri potuiſſent, niſi quadrante poſt quartū quemq; annum rationibus accedente. Et ſane vnaquæq; Tekupha eſt dierū 91, horarum 7 ½ Vnde quatuor tantæ Tekuphæ fiunt dies 365 ¼. Diſplicuit tamen hæc quadrantis obſeruatio Græcis Aſtronomis, propter cauſam admodum futilem

tilem

A tilem & puerilem, qua Solis quantitatem ad Lunæ ratiocinia exigebant, & cum vtriusque sideris exactum motum adhuc non tenerent, ex Lunæ comparatione Solares rationes eliciebant. Itaque tantam censuerunt Solis quantitatem, quantam summam dies periodi in annos periodi distributæ relinquebant. Metonis periodus est dierum 6940. Diuisa per 19 annos relinquit quantitatem anni Solaris Metonici dierum 365. scrup. diurnorum 15 $\frac{5}{19}$ Calippi periodus dierum 27759 per 76 annos diuisa relinquit modum anni Calippici Solaris dierum 365 $\frac{1}{4}$. qualis est annus noster Iulianus. Periodus Hipparchi est dierum 111035, annorum 304. Sed neglectis illis 4, trecentesima pars diei detrahitur de quantitate anni Calippici So-
B laris, vt fiat annus Solaris Hipparcheus dierum 365. hor. 5. 55.′ 15.″ $\frac{15}{19}$ Detractis ex quadrante hor. 0. 4.′ 44.″ $\frac{4}{19}$ quæ etiam fuit sententia Ptolemæi. Itaque ex sententia Hipparchi & Ptolemæi annus Tropicus, est annus Iulianus, vel Calippicus nonadecima parte differentiæ enneadecaeteridis Lunaris & Iulianæ diminutus: qui est verus annus Rabbi Ada: de quo alibi. Philolai Pythagorei magnus annus dierum 21505 $\frac{1}{2}$ per 59 annos diuisus constituit modum Solarem dierum 365. Oenopidæ annus magnus dierum 21557 itidem per 59 annos diuisus dat modum anni Solaris dierum 365 cum parte dierum duum & viginti vndesexagesima. Harpali octaeteride per 8 annos diuisa remanet modus anni Solaris dierum 365 $\frac{1}{4}$. Annus ma-
C gnus Democriti dierum 29950 $\frac{1}{2}$ per 82 annos diuisus relinquit annum Solarem dierum 365, cum quadrante & centesima sexagesima-quarta parte vnius diei. Denique nullus veterum non putauit rationes Solis ad Lunam exigendas esse. Et quotiescunque ex certa collectione dierum vtriusq; sideris rationes congruerent, dies illi per tot annos diuisi, quot ex illa summa dierum constitui poterant, visi sunt illis certam anni Solaris quantitatem definire posse. Sapientiores vero, quanuis incomprehensibilem illam existimarēt, tamen pro vero quod proximum putabant amplexi sunt, dies trecentos sexaginta quinque cum quadrante, qui est modus anni Iuliani. cui singulis quadrienniis exactis vnus dies accrescit. sed hic annus comparatione Ægy-
D ptiaci est Solaris: comparatione autem Tropici est æquabilis. Maior enim est vera anni ratione scrup. horariis 11.′ 6.″ 40.‴ secundum Gelalæam formam, aut 10.′ 48.″ fere, vt Alfonsini docent. Neque Prutenicæ tabulæ multum abludunt, quæ constituunt motum æqualem Solis ab æquinoctio dierum 365. Hor. 5. 49.′ 15.″ 46.‴ Itaque hinc nasci possunt aliquot genera anni Solaris. Æquabilis, vt Iulianus. Tropicus, vt Persarum Gelalæus. Rursus Tropicus aut æquabilis, aut cælestis. Æquabilis Tropicus, cuius quantitas

Tropica est, partes autem, hoc est menses, æquales & ciuiles: vt is, A quem modo dixi, Gelalæus. Descriptus est enim mensibus æqualibus, omnibus tricenum dierum, cum epagomenis appendicibus, quæ in communi anno sunt quinque, in embolimæo sex. Cælestis Tropicus, cuius partes in naturalia Zodiaci segmenta tributæ sunt. Rursus & annus Solis æquabilis in ciuilem & cælestem diuidi potest. Ciuilis, vt Iulianus Romanorum, Syrogræcorum, Græcorum Elkupti. Cælestis, vt Dionysianus Ptolemæi Philadelphi. Nam & is quoque quadrantem Canicularem quadriennio exacto accipiebat. Finis vero omnis periodi is est, vt caput recurrat & reuoluatur in idem principium, quam ἐποχὴν Græci vocant: quæ quidem pessum iuerit tandem, non seruata veri anni Tropici mensura. & quia annus Iulianus B suam tueri non potuit, manifestum est Kalendas Ianuarias ab VIII parte Capricorni, in qua statuerat eas Cæsar, in vicesimam primam fere traductas esse hodie. Sed nihilo commodius epocha in enneadecaeteride seruari potest. Nam enneadecaeteris Tropica est velocior Lunari horis plusquam duabus. Contra enneadecaeteris Iuliana maior Lunari hora vna, & scrup. plusquam 26. Cum vero peccatur vtraque ratione, Tropica & Iuliana, Luna, cuius rationes mediæ sunt inter illas duas, fines epochæ suæ tueri non potest: vt in cyclo Dionysij Paschali accidit, cuius neque rationes ad enneadecaeterida Lunarem collectæ sunt, neque epocha ad Solis motum castigata: sed eius forma potius tota mere Calippica est. ita vt eius statum post trecentos C 4. annos variare necesse sit. Quare vt epochas suas seruarent illi veteres, immanes periodos excogitauerunt, quales illæ Calippi, Philolai, Democriti, Oenopidæ. Sunt etiam periodi, quæ omnem modum excedebant. Et cum in omnibus illis orbibus annorum præcipuam vtriusque sideris rationem haberent, tamen nescio quæ confidens eos incessebat opinio, non solum vtriusque sideris, sed etiam omnium ἀπλανῶν ἀποκατάστασιν illo circuitu fieri. Sic Harpalus & Eudoxus putarunt in sua Octaeteride omnes ἀνατολὰς & δύσεις in orbem redire. Idem etiam censet fieri Aratus in Metonica enneadecaeteride, Eudoxum suum secutus, qui in fabrica Sphæræ suæ eam planetarum & inerrantium harmoniam in eorum orbibus ostendit esse, vt sequente D restitutione vtriusque sideris, necessario & omnium inerrantium reditum contingere concluderet. Propterea tot Sphæras ἄστρων commentus est, quot narrat Aristoteles libro XI τῶν μετὰ τὰ φυσικά· quem consulas licet. Quin etiam Calippus alios orbes præter Eudoxum addidit, ea ratione, vt ἀποκατάστασιν τῶν φαινομένων adstrueret, τὰ φαινόμενα εἰ μέλλοι τις ἀποδώσειν, vt Aristoteles de ea re scribens pronunciauit. Itaque τῶν φαινομένων nomine intelligendum ortus, & occasus τῶν

ἀπλανῶν

A ἀπλανῶν, non autem τῶν πλανητῶν καὶ τὰς ἐπισημασίας, hoc eſt ſignificationes eorum: quas in orbem redire cum Luna & Sole in enneadecaeteride Meto quidem, Calippus, & Hipparchus putarunt, & aliis perſuaſerunt, donec deprehenſo vero anni Tropici modulo vitium harum periodorum caſtigatum eſt. Cicero quoque apud Macrobium, ſexto de republica, annum illum immanem, quem ex tot millibus annorum ſimplicium componit, non aliter in orbem rediturum cum omnibus errantibus & inerrantibus cenſet, quam ſi eadem defectio Solis in eodem loco, eodem tempore fiat: quanuis defectiones cyclo enneadecaeterico recurrant non raro. Ettamen ea eclipſi putat non tantum Solis & Lunæ, ſed etiam quinque errantium ad eandem
B inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatiis, reditum fieri, quo eadem cæli poſitio, ſiderumque, quæ ab initio maxime fuit, rurſus exiſtit. Quare eclipſes ad eam rem notabant veteres, vt etiam ἐκλειπτικὰς περιόδους excogitarint. ἐξελιγμοὺς vocabant. Eorum vetuſtiſſimus fuit dierum 6585 $\frac{1}{3}$, qui ſunt anni Arabici 18, ſyzygiæ 7. in genere vero ſunt ſyzygiæ 223. Quamobrem in ſecundo libro Plinij perperam legitur ſiue culpa ipſius Plinij, ſiue librarij, defectus luminum ducentis viginti duobus menſibus redire. Hipparchus alium ἐξελιγμὸν longe maiorem excogitauit dierum 126007, ſyzygiarum 4267, annorum Arabicorum 355 cum ſyzygiis 7: annorum Iulianorum 344 cum diebus 361. Quæ ſunt tolerabiles periodi. Nam à cauſſis naturalibus,
C nempe à defectionibus luminum proficiſcuntur. quemadmodum etiam enneadecaeteris Lunaris, & Cyclus Solis: quorum illa Lunam Soli reſtituit, hic Solem Septimanæ. & præterea periodus Mexicanorum conſtans annis LII, quæ reſtituit τὴν τρισκαιδεκαήμερον, quæ eſt ipſis vicem noſtræ Hebdomadis. Neque alia fuit periodus magna Perſarum veterũ, quam Salchodai vocabant. Sunt & aliæ, ſed ciuiles, & Indictio; Aliæ inanibus coniecturis inſiſtunt, vt Dodecaeteris Chaldaica Genethliacorum, item Heracliti, Lini, Orphei, Dionis, & Magorum: quorum periodus ad motum octauæ ſphæræ compoſita eſt annorum 360000 à conditu Mundi, vt ipſi putant. quorum annorum hic eſt centies octagies quater milleſimus, ſexcenteſimus nonageſimus quar-
D tus. Sed longe illa Sinarum prodigioſior, iuxta quam hic annus Chriſti 1594 eſt à conditu rerum octingenties octagies quater milleſimus, ſeptingenteſimus ſeptuageſimus tertius. Bonziorum vero Iaponenſium periodus annorum 470 deſiuit cum anno Chriſti 1561. & 1562 cœpit ſequens. eiuſque hic eſt viceſimus currens. Ea vertente ſcelera extirpatum iri: reliquum tempus omnia pacata fore credunt. Taceo diuerſas Chriſtianorum, Iudæorum, Samaritanorum de conditu rerum opiniones: item Romanorum luſtrum quinque annorum, ſæcu-

lum centum & decem. Sunt & periodi Computatorum: vt Iudæa A annorum 6916, quæ constat cyclis Lunaribus 364, Solaribus 247, periodis magnis Dionysianis 15. Habetque tot cyclorum septimanas, quot dierum septimanæ sunt in anno Solari: tot periodos Dionysianas, quot menses annus embolimæus: tot cyclos Solares, quot cyclos Lunares magnus cyclus Iudaicus. Itaque elegantissima est, & artificiosissima. eiusq; hic agitur annus 5354, anno Christi vulgari 1594. Et inibit 1595 annus eiusdem proximo autumno, vnde omnes epilogismi neomeniarum Iudaicarum. Periodus Dionysiana & ipsa ad annalem computum pertinet, annis constans 532, ducto in sese vtroque cyclo. Veræ quidem periodi magnæ caput incurrit in annum primum vtriusque cycli, pertinetque ad methodum Lunæ & Solis. & B locum habet dumtaxat in anno Iuliano, hoc est in eo, cui præter 365 dies quadrans attribuitur. Itaque eius initium est à Kal. Ianuariis in anno Romano: in anno Constantinopolitano à Kal. Septembris. in Antiocheno à Kal. Octobris. in Alexandrino & Samaritano ab a. d. IIII. Kal. Septemb. Periodus vero Dionysij pertinet ad methodum neomeniæ Paschalis, initio sumto ab anno primo natalis Christi, vt ipse quidem putabat: item ab anno decimo cycli Solis Iuliani, & ab ea neomenia, cuius quartadecima dies proxime post XXI, aut in XXII Martij conficeretur. Hactenus à minimis initiis ad summa temporum incrementa, quam ὁμάδα χρόνων Græci vocant, Chronologum perduximus, & eum in conspectu totius antiquitatis collocauimus. C Superest nunc, vt quæ carptim & obiter perstrinximus, ea vberius suis locis explicentur. Resumamus igitur eos annos, ex quibus tanquam elementis, ad tot tamque diuersa genera annorum progressus factus est. Ex anno Græco, qui est æquabilis minor, omnes anni Lunaris formas propagatas esse vidimus: vt ex Ægyptiaco, qui est æquabilis maior, omnes Solares. Non igitur confuse, & per saturam hæc tractanda, sed suo quæque & loco & ordine. Quatuor igitur libris quatuor genera anni summa explicare decreuimus. Primus erit de anno æquabili minore. Eo enim omnis Græcia vsa tam diuersis generibus, quam multæ fuerunt eius terræ nationes, & πολιτεῖαι. Itaque ea erit reliqua pars huius libri. Secundum locum sibi vindicat annus D Lunaris, quia ex illo priore deriuatus. Tertius liber complectetur anni æquabilis maioris formas, ἰδιότητας, & differentias. Quartus illius anni traduces & propagines persequetur, diuersa nempe anni Solaris genera, & mutationes. Hæc est pars prior, quam initio huius diatribæ Chronologo promisimus, de annorum & temporum Ciuilium generibus. Altera pars est de charactere, qui necessarius est notandis temporum interuallis, quæ sequentibus libris tractabimus, item diuersis computis

A computis nationum annalibus, de quibus librum singularem ad calcem operis adiiciemus, non tanquam appendicem, sed partem vnam operis nostri. Quis igitur sit vsus characteris temporum, docet nos Dionysius ex Ephoro, qui cum annum excidij Troiæ ex Olympiadum epocha notare non posset, cum is casus aliquot seculis antiquior sit prima Olympiade, dixit id accidisse eo anno Attico, quo viginti περιτταὶ ἡμέραι annum explebant. Statim peritis anni Attici subolebat, quo anno id accidere potuerit. Sciebant enim quoties in quanto interuallo annorum id fieri posset. Exemplo Ephori aut Dionysij erit nobis character excogitandus, quo animus anceps in triuio constitutus quæsitum ad fontem manu deducatur. Erit igitur primum
B totius instituti nostri fundamentum annus Iulianus, quem fingimus ante multa millia annorum fuisse. Characteres vero illi duos dabimus, cyclum Lunæ Dionysianum, cuius hic est annus XVIII. & cyclum Solis Iulianum, cuius hodie annus VII currit. Tertium etiam, vbi ratio temporum patietur, Indictiones non aspernabimur. Nam qui his characteribus semel vti institerint, illi, quæ sit constantia, & fides illius methodi pulcherrimæ in ratione temporum, experientur. Si quis hoc anno Christi 1594 incertus, quot annos natus sit, tamen & maiorem se quadraginta nouem annorum, & minorem quinquaginta sex sciat, is imitatur imperitiam Chronologorum Græcorum, qui circiter illius, & illius regis tempora illud, & illud accidisse dicunt, an-
C num vero certum non definiunt. Sed cum idem adiicit natum se Nonis Augusti, feria quinta, is addit characterem certum & indubitatum, quales sunt viginti περιτταὶ ἡμέραι Ephori. Nam feria quinta non potuit incurrere in Nonas Augusti, nisi cum litera Dominicalis est C. Ante 49 autem annos id accidit anno Domini 1540, cyclo Solis nono. Itaque hoc characterismo constantissime affirmamus eo anno hominem natum, & proximis Nonis Augusti Iulianis illi quinquagesimum quintum natalem initurum. Idem vsus cycli Lunaris, adhibita castigatione, vt à prima Olympiade, ad annum Domini 1400, tot dies neomeniis adhibeas, quoties 304 annos reperies. Exemplum: hic est annus à prima Olympiade 2370. In quibus annis septies re-
D peritur numerus 304. septem igitur dies neomeniis hodiernis adiiciendi. Verbi gratia. anno primo cycli epactæ sunt XI. nouilunium Martij XVIII. additis VII. diebus, nouilunium, vel potius coniunctio luminarium erat in XXV. Martij anno quarto ante primam Olympiadem, aut quintodecimo post eandem primam Olympiadem, & deinceps ad 304 annos. Sed ab hoc sæculo nostro post 150 annos minuendæ erunt neomeniæ totidem diebus, quoties 304 anni reperientur post annum Christi 1700. & fortasse citius. Sed quia nullam epo-

cham veterem certiorem Olympiadum capite habemus: illud autem A
cum vetuſtate comparatum nouitium eſſe videtur: inutiles erunt characteres cyclorum & Indictionis, niſi à quadam remotiſſima epocha initium temporum inſtituamus. Excogitemus igitur periodum, quæ & vtrunque cyclum, & Indictionem contineat: quod fiet, ſi periodum Dionyſij Exigui quindecies multiplicemus: qui fient anni 7980. Ita periodus illa incipiet ab anno primo tum vtriuſque cycli, tum Indictionis: & proinde eiuſdem vltimus annus deſinit in vltimis vtriuſque cycli, & Indictionis. Sed annus Chriſti, vt vulgo putamus, 3267 deſinet in vltimum vtriuſque cycli, & Indictionis. Ergo deductis 3267 de 7980 annis, relinquetur epocha anni ante vulgarem B
Chriſti, nempe 4713. Ita vt 4714 ſit primus annus Chriſti vulgaris cyclo Solis x, Lunæ 2, Indictionis 4, à Kal. Ianuarij: quamuis & Indictio autumno proxime antecedenti, Cyclus autem Lunæ Martio ſequenti cœperit. Quare annus iſte, qui ex errore vulgi putatur 1594, eſt 6307. periodi huius, quam Iulianam vocamus, quod ad Iulianam anni formam accommodata ſit. Ideo 6307 diuiſis per 28, per 19, per 15, habebimus huius anni 6307 periodi Iulianæ, vel vulgaris Chriſti 1594, cyclum Solis ſeptimum à Kal. Ianuarij: Lunæ decimumoctauum à Martio ſequente: Indictionis ſeptimum Cæſarianæ quidem ab ante d. VIII Kal. Octobris antecedentis anni 6306: Pontificiæ vero à Kalen- C
dis Ianuarij anni propoſiti 6307. Non prædicabo laudes huiuſce periodi: Chronologi & aſtrologi, qui omnia ἐπιστημονικῶς diſputare volunt, non poterunt eam ſatis laudare. Qui igitur eclipſes ex Tabulis Prutenicis putare volent, ex anno periodi Iulianæ auferant 2408. & cum reſiduo toto excerpant tempora epochæ diluuij. Exemplum: Eclipſis Lunaris accidit in Septembri anno Olympiadico 446, qui eſt annus periodi Iulianæ 4383. Deductis 2408, remanent 1975. Excerpo primum 1900 ex epocha Diluuij: deinde 75, ex filo annorum expanſorum. Poſtremo menſes vſque ad Septembrem. Et reliqua vt ex methodo Prutenica. Qui omne dubium ex temporum ratione tollere volet, vti debet hac periodo, ſine qua nihil vnquam certi in notatio- D
ne temporum adferre poterit.

DE ANNO ÆQVABILI MINORE GRÆCORVM.

CVM quidam veterum, vt Macrobius & Solinus, annum Græcorum merum Lunarem fuiſſe prodiderint: neque ſolum in ea hæreſi fuerit vir eruditiſſimus Theodorus Gaza, ſed & vetuſtiſſimum ſcriptorem Herodotum opinionis ſuæ teſtem adhibeat: equidem non

temere

A temere ab eius auctoritate discedendum esse censuissem, nisi hominem clarissimum, atque vtriusque linguæ vindicem, in re manifesta pueriliter errasse deprehendissem. Is igitur vt probet menses Græcorum Lunares, & alternis plenos & cauos fuisse, hæc verba ex Herodoto producit: ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι. οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἑβδομήκοντα παρέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. Videamus, an vera sit summi viri sententia: & dies vicesies quinquies mille ac ducentos per septuaginta annos partiamur. Prodit modus vnius anni, dies trecenti sexaginta. Perperam igitur Lunarem annum definit, cuius menses om-
B nes fuerunt solidi. Duodecim enim menses omnes τριακονθημέρους annum habuisse, prodit Herodotus, non, vt ipse vult, alternis plenos & cauos. Sed cum ea fuerit Gazæ sententia, mirum, non contentum fuisse hominem, vnum Herodoti testimonium contra se produxisse, nisi & Aristotelis altero ex libris ζώων ἱστορίας loco magnam iniuriam existimationi suæ fecisset. Scribit enim Aristoteles eo, quem ipse Gaza adducit, loco, ἔνιαι τῶν χελωνῶν τίκτουσι πέμπτον μέρος ἐνιαυτοῦ, ὅτ' ἐστιν ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ δύο. Sed in iisdem libris idem Aristoteles: κύει δὲ ἡ μὲν Λακωνικὴ ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα. En quinquies LXXII dies est annus solidus Græcorum, hoc est totidem dierum, quot iam posuimus ex Herodoto, nempe CCCLX. Idem etiam Cleo-
C buli ænigma canit, quod ex ipso Gaza confessionem expresserit. Id eiusmodi est:

Εἷς ὁ πατήρ. παῖδες δὲ δυώδεκα. τῶν δὲ ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν. αἱ δ' αὖτε μέλαιναι.
Ἀθάνατοι δέ τε οὖσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

Ænigma quidem: sed eiusmodi, vt ex eo vel pueri diuinent, annum Græcorum habuisse menses τριακονθημέρους omnes. Sed clarius Plinius, ac sine vllo ænigmate: *Nulli, inquit, arbitror plures statuas dicatas, quam Demetrio Phalereo Athenis. Siquidem* CCCLX *statuere, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum exce-*
D *dente.* Cuius loci Pliniani Varronem interpretem dare possumus, qui apud Nonium scribit Demetrium Phalereum tot statuas adeptum fuisse, quot luces habet annus absolutus. Quare modus anni Græci fuit dierum CCCLX. Non igitur fuit Lunaris. Laërtius de Solone scribit: ἠξίωσέ τε τοὺς Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν. Ergo temporibus Solonis nondum Græcorum annus erat Lunaris. Diodorus Siculus libro XIII. 331. ἔφησεν εἰς οἰκίαν μετιὼν τινὸς ἑωρακέναι τῇ νουμηνίᾳ περὶ μέσας νύκτας εἰσιόντας. Et infra. ἔφησε πρὸς τὸ τῆς σελήνης φῶς ἑωρακέναι. Quomodo poterat esse νουμηνία, & media nocte luna lucere? Ergo menses non

ses non erant Lunares. Alioqui si annus Lunaris fuisset, quomodo constaret id, quod scribit Plutarchus, scilicet defectionem Lunarem, quæ præcessit cladem Persarum ad Gaugamela, incidisse in noctem mysteriorum Atticorum, hoc est εἰς εἰκάδα Βοηδρομιῶνος? Nam si vicesima Boedromionis confectum est plenilunium, sane sexta, hoc est ἕκτῃ τοῦ ἱσαμένου, fuit nouilunium. Non igitur Lunaris fuit ille Boedromion. Idem Plutarchus in Camillo scribit, victoriam Atheniensium ad Naxum, duce Chabria, contigisse Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος, ἐν πανσελήνῳ. Ergo duodecima Boedromionis fuit nouilunium. Thucydides ait eclipsim Solis contigisse νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. Ergo fuit quædam νουμηνία μὴ κατὰ σελήνην. Diodorus Siculus libro XII scribit Metonem astronomum primum nouilunium enneadecaeteridis suæ statuisse Σκιρροφοριῶνος τρισκαιδεκάτῃ, vt manifesto neomenia illius Scirrhophorionis non fuerit Lunaris. Annus igitur Græcorum Lunaribus mensibus descriptus non fuit, quod putauit Gaza, neque CCCLIIII diebus, vt annus verus Lunaris, sed CCCLX finiebatur, vt iam probauimus. Minor autem fuit anni illius modus Solari diebus quinque solidis cum quadrante, maior Lunari diebus itidem quinque cum triente fere. Certis tamen temporum epochis alligatos fuisse, neque temere in anteriora euagari solitos, argumento est, quod iidem menses semper propemodum æstiui fuerunt, vt Hecatombæon, Metagitnion, Boedromion: iidem etiam semper verni, Munychion, Thargelion, Scirrhophorion. Idem de aliis censendum. Ex Aristotele quoque & Theophrasto discimus certis mensibus suas conuersiones anni attributas fuisse, vt τροπὰς θερινὰς Hecatombæoni: χειμερινὰς Posideoni. Quod non fieret, nisi vnico intercalationis præsidio, & præterea certis annorum periodis. Periodum enim eam in hoc negotio vocamus, per quam rationes Solis & Lunæ pariant, & quæ, vt ita dicam, vtramque paginam facit: vt in periodo Calippica rationes Solis cum Lunaribus æquantur. Aut sane periodus ea est, quæ nihil reliquum de ratiuncula facit: vt in ratione bisexti fit. Nam tum nihil de quadrantibus diei relinquitur. Propterea quadriennium bisexti Iuliani est periodus rationis Solaris. Quæ vero, & cuiusmodi fuerit Græcorum periodus, & quot annorum, operæpretium fuerit scire, si quidem veram huius præstantissimæ rei doctrinam consequi volumus. Et sane si qua fuit periodus, quæ anni Græci fines tueretur, vt quidem aliquam fuisse necessario statuendum est, aut Tetraeteris fuit, qualis Olympica, aut nulla. Quæ enim ratio fuerit Olympici quadriennij, si in ea nulla temporum ἀποκατάστασις fieret, non video; præsertim, cum annus ille Græcorum Solaris non esset, neque in quadriennij legem cogeretur, nisi ita ratione periodici temporis postulante. Sed initium & caput Olympiadis consideremus.

Facile

A Facile finem assequemur. Eius mensis primus habebat nouilunium verum:& in quintadecima eiusdem, confecto plenilunio, Olympicum ludicrum peragebatur. Hoc nos docet Pindarus in Olympionicis:

—— ἤδη γὰρ αὐτῷ
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέντων
Διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
Εσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα.

Ibi scholion vetus: ἐπεὶ ἐν τῇ πανσελήνῳ ὁ ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἄγεται, καὶ τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἄγεται κρίσις. & in eodem opere: ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος σελάνας ἐρατὸν φῶς. Manifesto declarat caput primi mensis Olympiadici in verum nouilunium incurrere, & ex omnibus mensi-
B bus, quos τριακονθημέρους fuisse iam docuimus, vnicum primum merum Lunarem fuisse. Reliquos Lunares esse nō potuisse, palam est, cum illi quidem pleni omnes fuerint: Lunares vero sint alternis pleni & caui. Inuestiganda igitur ratio & methodus, qua XLVIII mensibus vertentibus, qui omnes pleni essent, caput quadragesimi noni in nouilunium incideret. vt hoc clarius intelligatur, ita proponemus exemplum familiare Computi nostri, vt vulgus loquitur. Hoc sæculo, in anno Iuliano nouilunium conficitur in XIX Iulij, anno cycli Lunaris sexto. Anno vero eiusdem cycli X, nouilunium confit in quinta Iulij, post quatuor nempe annos exactos à priore illo nouilunio. Et quia annus Græcus constabat 360 diebus tantummodo, anni quatuor erunt tantum 1440
C dierum. Incipiat igitur primus annus à nouilunio, quod incidit in XIX Iulij, feria prima, cyclo Solis, exempli gratia, XXV, cum litera dominicalis est D. Sane quintus annus incipiet à XXVIII Iunij, feria sexta, cyclo Solis primo, cum litera dominicalis est F. Nam 1440 dies per VII diuisi, relinquunt feriam quintam, quæ cum feria prima primi anni composita faciet feriam sextam, characterem anni quinti, vt diximus, in XXVIII Iunij. A qua die ad V Iulij, vbi est nouilunium posterius, interuallum est dies VII: qui sane adiiciendi sunt ad 1440 dies: & ita Tetraeteris Græca, siue Olympiaca, erit dierum 1447. Quid igitur fiet illis septem diebus otiosis? an in exitu Tetraeteridis intercalabuntur? Minime. Sed conditor Tetraeteridis Græcæ duos dies in fine annorum singulorum appen-
D dices reliquit, qui in quatuor annis octo facti extra numerum mensium erant, & tetraeteridem cum Lunæ rationibus conciliabant. Sed tamen illi dies adiectitij in tetraeteride Attica otiosi non erant. Decem enim tribus Attica habebat, quæ φυλαὶ dicuntur: ex quibus οἱ πεντακόσιοι quotannis creabantur, quinquaginta nempe ex vna quaque tribu. Singuli vero quinquaginta ex illis Quingentis per circuitum diem vnum imperabant, ita vt summa res ad eos deferretur. Sic fiebat, vt singuli quinquaginta anno vertente XXXVI dies imperarent. Hi dies dice-

bantur πρυτανεία illius, & illius Tribus, siue φυλῆς. Harpocratio: ἔστι δὲ ἀριθμὸς ἡμερῶν ἡ πρυτανεία ἤτοι τριάκοντα ἕξ, ἢ τριάκοντα πέντε. καὶ ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύει. διείλεκται δὲ περὶ τούτων Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Quod vero ait etiam XXXV dies dici πρυτανείαν, id infra explicatur. Quot igitur erant φυλαὶ, toties XXXVI imperabant. Ammonius vetustiss. & eruditiss. Grammaticus. Πρυτανεία δὲ θηλυκῶς, ὁ χρόνος· διῄρητο γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δέκα πρυτανείας, ὅσαι καὶ φυλαὶ ἦσαν· καὶ ἐπρυτάνευεν ἑκάστη φυλὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ· ὅθεν καὶ τοὺς μισθοὺς, καὶ τὰ ἐνοίκια, καὶ τὰς πρυτανείας κατὰ μῆνα ἐτέλουν. Erant autem decem. Ergo decies triginta sex dies imperabant, qui est modus anni terræ Atticæ, atque adeo totius Græciæ. Illæ vero dies duæ in calcem anni reiectæ dicebātur ὑπερβαίνουσαι, vel ὑπερβάλλουσαι ἡμέραι: in quas etiam comitia creandorum magistratuum differebantur. Itaque eo nomine illud biduum vocabatur ἀρχαιρεσίαι, vel ἄναρχοι ἡμέραι: quia scilicet per illud biduum Attica esset sine legitimis magistratibus. Atqui videmur nostri obliti. Binos enim dies contulimus in exitum anni, qui in fine Tetraeteridis fiunt octo: cum tamen dixerimus excessum Lunæ supra annum Atticum fuisse dierum septem dumtaxat. Vnus igitur dies abundat non quidem Lunæ supra annum, sed anni supra Lunam. Huic rei remedium excogitatum esse respondemus τὴν ἐξαίρεσιν, quæ quidem non fiebat in illis bidui appendicibus, quos dies Comitiales vocatos esse diximus, sed in alio mense. Propterea dies, quæ eximebatur, vocata ἐξαιρέσιμος ἡμέρα. Cicero in Verrem: *Est consuetudo Siculorum, cæterorumque Græcorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum Solis Lunæq; rationibus, vt nonnunquam, si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense, quos illi exæresimos dies nominant. item nonnunquā vno die longiorem mensem faciunt, aut biduo.* Hæc Marcus Tullius. quæ tum demum locum habent, si ἐξαίρεσις fit in mense eodem, qui habet biduum illud adiectitium. Nam si mensis idem habet ἀνάρχους ἡμέρας, & in eodem fiat ἐξαίρεσις, in omni Tetraeteride mensis vltimus quarti anni habebit vnum & triginta dies tantum: cum tamen in aliis annis idem mensis habuerit triginta & duos. Sed cum fit ἐξαίρεσις, habet tantum XXXI. Atqui in anno Attico alij mensi competebat ἐξαίρεσις, alij ἄναρχοι ἡμέραι, vt postea suo loco declarabitur. Videmus tamen Ciceronem velle in Tetraeteride Syracusana vltimo mensi competere καὶ τὴν ἐξαίρεσιν, καὶ τὰς ἀνάρχους ἡμέρας. Vltimo enim mensi deputabantur illæ ὑπερβάλλουσαι ἡμέραι, vt auctor est apud Macrobium Glaucippus, qui de sacris Atheniensium scripserat. Ex hac exemtione contingebat annum quartum Tetraeteridis esse tantum dierum CCCLIX, præter ἀνάρχους ἡμέρας. Itaque in anno ἐξαιρεσιμαίῳ vna tribus XXXV tantum dies imperabat. Hoc plane est, quod dixit Harpocratio, πρυτανείαν esse tantum dierum triginta sex, aut triginta

A triginta quinque. Hoc modo fiebat, vt quarto quoque anno exacto nouilunium in caput anni quinti præcise incideret: quod necessario obseruabatur in Tetraeteride Elidensium, quam pleraque omnis Græcia, & Latium Olympiadem vocarunt. Quid est Tetraeteris Græca? Est interuallum quatuor annorum Græcorum inter duas coniunctiones siue syzygias Lunares interiectum. Nam primus tantum mensis Lunaris erat, & secundi πρώτῃ ἱσαμένου habebat merum nouilunium. in reliquis claudicabat ratio Lunæ, quod priorem epocham Luna anteuerteret diei semisse, & aliquot scrupulis præterea. Considerandæ igitur sunt variantiæ nouiluniorum in mensibus solidis. Ex his primum colligitur syzygiam Græcorum, esse dierum xxix. hor. xii. scrup. xxx. annum B vero Lunarem dierum 354. horarum 6. Et quatuor tales annos dierum 1417. & cum embolimo Lunari, dierum 1447. Deductis igitur diebus 29, horis 12, 30.' de mense solido, hoc est de diebus xxx. supersunt dies o. hor. 11. scrup. 30.' Porro prior annus excedit sequentem biduo propter αἰδέχους, siue ὑπερβαλλούσας ἡμέρας. Verbi gratia: duodecimus mensis anni primi habet terminum nouilunij in xxvi die. qui cum habeat appendices τὰς ὑπερβαλλούσας δύο, aufert à primo mense secundi anni biduum præter semissem diei, quo nouilunium mensis sequentis anteuertit nouilunium prioris. Itaque mensis primus secũdi anni propter ὑπερβαλλούσας proxime καὶ ἀμέσως præcedentes, & vnum fere diem, quo nouilunia priora à sequentibus anteuertuntur, ha-C bebit nouilunium triduo citius, quam duodecimus mensis prioris anni. Et sic duodecimus secundi detrahit biduum primo tertij, & duodecimus tertij primo quarti. Quo nomine confecimus tibi Tabellam, vt quota die mensis nouilunium fieret, possis citra laborem assequi. Quia igitur in diebus 1417. sunt 48 syzygiæ, necessario vltima erit triginta dierum. Rursus quia annus Græcus maior est Lunari octo diebus, necessario in primo anno erunt tredecim neomeniæ. Nam præter 354 dies, qui continent duodecim menses alternis plenos & cauos, octo dies supersunt, ita vt in primo die oporteat fieri nouilunium. Quia ve-D rò illi dies distributi sunt per totos menses, omnino secundus habebit duas neomenias, in ipsa scilicet νεομηνίᾳ, & in τριακάδι: quæ vere si qua alia, ἕνη καὶ νέα vocari potest: vt vides in Tabella, ex qua patet nouilunium committi ἐν πρώτῃ ἱσαμένου primi anni, ἐν ὀγδόῃ φθίνοντος secundi, ἐν πέμπτῃ μεσοῦντος tertij, ἐν ἑβδόμῃ ἱσαμένου quarti, & rursus ἐν πρώτῃ ἱσαμένου quinti, vt ab initio. Hæ sunt rationes Tetraeteridis Græcæ, quæ Elidensibus Olympias, Phocensibus Pythias, vocabatur.

NOVILVNIA IN MENSIBVS Tetraeteridis Græcæ.

Linea. mensium.	Annus primus.	Annus secundus.	Annus tertius.	Annus quartus.
1	1.	23	15	7
2	1.30	22	14	6
3	30	22	14	6
4	29	21	13	5
5	29	21	13	5
6	28	20	12	4
7	28	20	12	4
8	27	19	11	3
9	27	19	11	3
10	26	18	10	2
11	26	18	10	2
12	25	17	9	2

Quod ne veteres quidem explicarunt. Nam qui Olympiadem meram Lunarem constituunt, fortasse venia digni sunt, cum Censorinus ob diem ex quadrantibus quarto quoque anno excrescentem, quod Romani bisextum vocant eam institutam scribat: quasi vero Olympias, quam ex duabus Trieteridibus Lunaribus constare facit, etiam Solaris fuerit. quod perspicue falsum est. Nam vna Olympias sola nunquam cum Solis rationibus congruit, sed potius duæ: quæ quidem iunctæ Octaeterida constituunt. de qua nunc dicendum. A

DE OCTAETERIDE.

QVI primus Tetraeterida instituit, hoc vnum duntaxat spectauit, vt primus eius mensis incideret in verum mensem Lunarem, propter Olympicum agonem, qui semper fiebat in XV mensis, plenilunio. Sed hoc illi ad perfectionem deerat, nempe vt etiam cum Sole congrueret. Atqui id intra Tetraeterida contingere non potest, vt quæ dierum sit duntaxat 1447: accedente nimirum mense embolimo: Solaris vero Tetraeteris sit dierum 1461. Differentia dies XIIII. Esto nouilunium in XX Martij, quando epactæ sunt XI. Post quartum annum epactæ erunt XXV. Nouilunium VI Martij. Differentia vtriusque nouilunij, dies XIIII. vt autem duæ Tetraeterides ad pristinam epocham reuocentur, opus est intercalatione. Nam si, vt iam statuimus, primi anni epactæ fuerint XI, noni anni epactæ erunt IX, quæ conuenient vicesimæ secundæ Martij. Ita interuentu embolismi annus summouebitur in pristinum situm. Nam absque embolismo foret, neomenia noni anni deprehenderetur in XIX Februarij; Ita fere semper mensem ciuilem plenum alternis Tetraeteridibus intercalabant. quod interuallum nos quidem Octaeterida vocauimus. Nam certum est, nullam eiusmodi æquabilium annorum Octaeterida institutam ante Cleostratum, qui primus omnium æquabilem Octaeterida cum Lunari comparauit: & postea Calippus decem & nouem Tetraeteridas, quæ quidem sunt anni 76, cum totidem annis Lunaribus, quorum viginti octo erant embolimæi, comparauit: idque tempus iustam anni & Lunæ periodum esse iudicauit, vt suo loco dicetur. B C D

DE MENSIBVS ATTICIS.

ANTEQVAM annorum Græcorum, præsertim Attici, methodum aperiamus, quam ne in somnis quidem odoratus est Gaza,

A illud merito in dubium vocari poſſit, an recte habeat ordo menſium Atticorum ita, vt ab ipſo doctiſſimo Gaza proditus eſt. Primum enim illud omnino falſum eſt, quod ipſe multum æſtuans nobis perſuadere conatur, Antheſterionem ſecundum menſem Autumni fuiſſe, vt Mæmacterionem primum eiuſdem quadrantis autumnalis. vtrumque enim falſum conuincit priſcorum ſcriptorum auctoritas, & quod Antheſterion ſecundus autumnalis quadrantis fuerit, & quod Mæmacterion primus. Nam de Antheſterione multa aduerſantur. Sed antequam de Antheſterione loquamur, locus poſtulat, vt quot Διονύσια Athenis fuerint, dicamus: quia ad hanc rem nonnihil faciunt, & lectori imperito imponere poſſunt. Trina igitur fuere Liberalia Athe-
B nis. Prima, menſe Poſideone, quæ dicta Διονύσια κατ' ἀγροὺς, aliter Λήναια. Secunda διονύσια τὰ κατ' ἄστυ, menſe Elaphebolione. Heſychius: Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο· τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος (τὸ δὲ πάλαι Ληναιῶνος) τὰ δὲ ἐν ἄστει, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος. Scribit enim Thucydides αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν Πλειστόλα Σπάρτης ἐφορεύοντος, Ἀρτεμισίου τετράδι φθίνοντος, Ἀλκαίου δ' Ἀθήνησιν ἄρχοντος, ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος.

De his manifeſto ſentit Seneca his Anapæſtis:

Nos Cadmeis orgia ferre
C *Tecum ſolita condita ciſtis,*
Cum iam pulſo ſidere brumæ
Tertia ſoles euocat æſtas:
Et ſpicifera conceſſa Dea
Attica Myſtas claudit Eleuſin.

Quibus notatur tempus fuiſſe circa finem hiemis, & præterea τριετηρικὰ fuiſſe: quæ & dicebantur minora myſteria. Nam maiora myſteria erant Pentaeterica: de quibus idem Seneca Hercule Furente.

Quantus Eleum coit ad Tonantem,
Quinta cum ſacrum reuocauit æſtas;
Quanta, cum longæ redit hora noctis,
D *Creſcere & ſomnos cupiens quietos*
Libra Phœbeos tenet æqua currus,
Turba ſecretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare Myſtæ.

In Hippolyto.

Iam quarta Eleuſin dona Triptolemi ſecat,
Paremque toties libra compoſuit diem.

Nimirum fiebant τῇ εἰκάδι βοηδρομιῶνος, post confectum ſidus æquino- A
ctij autumnalis, quinto anno redeunte. Galenus loquens περὶ τοῦ τῆς ἐλαίας
σπέρματος: ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ μὲν ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριός ἐστιν, ἐν
Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ Μυστήρια. Philoſtr. v. 56. de
Bætica prouincia: γεωργίας τε πάσης μεστὴν εἶναι, καὶ ὡρῶν, οἷαι τῆς Ἀττικῆς αἱ
μετόπωροί τε καὶ μυστηριώτιδες. μυστηριώτιδας ὥρας vocat autumnale tem-
pus. Idem libro IIII. 46. ἐς δὲ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας περὶ Μυστη-
ρίων ὥραν ἅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατα Ἑλλήνων πράττουσι, &c. Poſtea ἦν
οἱ μὲν Γυμνοὶ ἐθέρισαν (καὶ γὰρ τὸ μετόπωρον ἀήλιον τοῖς Ἀθηναίοις,) &c. Poſtea:
μυηθῆναι δέ με ὁ δεῖνα (προγνώσει χρώμενος, ἐς τὸν μετ' ἐκεῖνον ἱεροφάντην, ὃς μετὰ
τέτταρα ἔτη τοῦ ἱεροῦ προὔστη.) Infra eodem anno, ſequente vere: ἐπιπλῆξαι δὲ λέ-
γεται περὶ Διονυσίων Ἀθηναίοις, ἃ ποιεῖται σφίσιν ἐν ὥρᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος. Tertia B
Διονύσια dicebantur ἀνθεστήρια. de quibus prouerbium: Θύραζε Κᾶρες.
οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια. Heſychius, Ἀνθεστήρια, Διονύσια. Hæc ſunt, quæ ad rem
pertinent; nimirum ita dicta, quod Antheſterione inſtaurarentur: &
dicebantur Διονύσια τὰ ἀρχαῖα, item Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις. Thucydides
libro II. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστί, καὶ τὰ ἔξω πρὸς
τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό, τε τοῦ Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον,
καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ
ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. Fuiſſe autem annua docet Demoſthenes
κατὰ Νεαίρας; Καὶ διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστη-
σαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται,
τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Hunc igitur Antheſterionem, qui ab C
Antheſteriis Dionyſiis dictus, aio fuiſſe alienum ab Autumno, vbi
eum collocat Gaza. Neque eſt, cur adeo Philoſtrato iniquus ſit, quod
Antheſterionem videatur in tempus veris reiicere. Neque enim ſolus
Philoſtratus hoc ſcripſit. Scribit idem & Appianus, cum dicit Cæſa-
rem dictatorem μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος à coniuratorum factione in ſenatu
oppreſſum & cæſum fuiſſe. Sed & Plutarchus grauiſſimus ſcriptor illi
obiiciendus, qui Athenas à Sulla captas prodit menſe Martio, eumque
menſem ἀνθεστηριῶνα Athenis dici. Idem etiam ſcriptor in Sympoſiacis
ita clare loquitur, vt per illum Gazæ muto eſſe liceat. Καὶ μὴν οἶνόν
γε νέον ἀπὸ πρωϊαίτατα πίνοντες Ἀνθεστηριῶνι πίνουσι μηνὶ μετὰ χειμῶνα. καὶ τὴν ἡμέ-
ραν ἐκείνην ἡμεῖς μὲν ἀγαθοῦ δαίμονος, Ἀθηναῖοι δὲ Πιθοιγίαν καλοῦσι. Men- D
ſem Ἀνθεστηριῶνα μετὰ χειμῶνα collocat, non ante hiemem, vt Gaza. Cum
igitur alterum menſem à Poſideone Gamelionem Gaza ita, vti debuit,
collocauerit, ſane tertius à Poſideone erit Antheſterion. proinde octauus
ab Hecatombæone. Harpocratio: Ἀνθεστηριὼν ὄγδοος μὴν ἐστὶ παρ'
Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσου. Ἱερὸς δὲ ἐν τοῖς τῆς συναγωγῆς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸν
διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε. Ne Gaza quidem, ſi reuiuiſcat, dubi-
tare poſſit, Antheſterionem menſem vernalem fuiſſe. Demoſthenes

περὶ

A περὶ στεφάνου. ἐπὶ ἱερέως Κλιναγόρου ἐαρινῆς Πυλαίας ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις. Subiicit Demosthenes: Λέγε δὴ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ταῦτα ἐγένετο. Χρόνοι. Ἄρχων Μνησιθείδης, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος ἕκτη ἐπὶ δεκάτη. Vides ἐαρινὴν πυλαίαν mense Anthesterione. quod non fieret, nisi Anthesterion fuisset ἐαρινὸς μὴν. Vnum locum producam, qui omnium instar esse poterat. Anno Nabonassari 465, Athyr die 29, ἀνθεστηριῶνος ὀγδόῃ, qui est Calippicus Anthesterion, Timocharis obseruauit mediam partem Lunæ in medium Pleiadum inductam. Tempus congruit Ianuarij vicesimæ nonæ. Itaque neomenia Anthesterionis Calippici illius anni incidit in XXIII Ianuarij, & sequenti anno post embolismum eadem neomenia incurrit in X Februarij. Et quid tergiuersamur? Annus ille erat quadragesimus

B septimus primæ periodi Calippicæ, cuius Hecatombæon cæpit tricesima Iunij, cyclo lunæ tertio. A quo capite ad 23 Ianuarij sunt dies 206 præcise, quæ sunt syzygiæ septem. Ergo Anthesterion est octaua syzygia ab Hecatōbæone. & proinde secundus mensis hibernus. Athenæus libro VIII Ἀνθεστηριῶνα, καὶ Ἐλαφηβολιῶνα coniungit. Κατὰ δὲ τὸν Ἀνθεστηριῶνα, καὶ Ἐλαφηβολιῶνα λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι, ὅτι ἀποπέμπει βολὴν τὴν ἀπόπυρον Ὀλυνθος. Expungatur igitur Anthesterion ex Autumno, quo illum traduxit Gaza, vir alioqui maximus. De Mæmacterione pene persuaserat mihi, post Boedromionem locandum esse. Gazæ enim quartus ab Hecatombæone est Mæmacterion, quintus Pyanepsio, sextus Anthesterion. Sed vt hoc penitus negem, facit primum Plutarchus,

C qui in Cæsare scribit Posideonem esse Ianuarium, quod confirmatur verbis Anacreontis apud Eustathium:

Μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηϊὼν ἕστηκε.
Νεφέλαι δ' ὕδατι βαρύνονται.
Ἄγριοι δὲ χειμῶνες παταγοῦσι.

Eiusmodi tempestates in Græcia non occurrunt, nisi confecto brumæ sidere. Idem Plutarchus περὶ ἴσιδος asserit Pyanepsionem esse Athyr Augustalem, hoc est Nouembrem. Et in Demosthene hos menses continuat Μεταγειτνιῶνα, Βοηδρομιῶνα, Πυανεψιῶνα, οὐ μὴν, inquit, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀπέλαυσε τῆς πατρίδος κατελθὼν ἀλλὰ ταχὺ τῶν ἑλληνικῶν πραγμάτων συντριβέντων, μεταγειτνιῶνος μὲν ἡ περὶ Κρανῶνα μάχη συνέπεσε, Βοηδρομιῶνος

D δὲ παρῆλθεν εἰς Μουνυχίαν ἡ φρουρά. Πυανεψιῶνος δὲ Δημοσθένης ἀπέθανε. Quod si Posideon est Ianuarius, (vt sane omnino verum est, cum Posideon semper post brumam inciperet,) Pyanepsion autem est Nouember; sane Decembri quis mensis congruere debeat, præter Mæmacterionem, non video. Nam inter Πυανεψιῶνα, καὶ τροπὰς χειμερινάς, id est, inter Πυανεψιῶνα, καὶ Ποσιδεῶνα, spatium aliquod interesse innuit Theophrastus περὶ κοκκυμηλέας Αἰγυπτίας disserens: vt scias continuatos non fuisse. Ἄρχεται δ' ἀνθεῖν μηνὸς Πυανεψιῶνος, τὸν δὲ καρπὸν πεπαίνει περὶ τροπὰς χειμε-

ἐριάς. Sane inter *αὔθιον καὶ πέπανσιν*, menſem intereſſe omnes conce- A
dent, id eſt, inter Pyanepſionem, & Poſideonem. Et quis menſis intercedet, præter Mæmacterionem? Præterea idem Plutarchus vocat Pyanepſionem *σπόριμον μῆνα*, & circa Vergiliarum occaſum collocat, cui adſtipulatur interpres Ariſtophanis, qui ait ruſticos in Attica *τὴν προηρόσιον θυσίαν* eo menſe immolare ſolitos. Quod ſi ante arationem & ſationem incipit Pyanepſion, manifeſtum eſt, eum menſem à Decembri abfuiſſe, & in Nouembrem conueniſſe. Diodorus Siculus libro III continuat hos duos menſes, Mæmacterionem & Poſideonem. *ἀπὸ γὰρ μηνὸς, ὃν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Μαιμακτηριῶνα, τὴν ἑπτὰ τὴν κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀστέρων δύσιν φασὶν ὁρᾶσθαι μέχρι τῆς πρώτης φυλακῆς. τῷ δὲ Ποσειδεῶνι μέχρι δευτέρας*. Et dubitamus adhuc? Harpocratio ita ſcribit: *μαιμακ-* B
τηριὼν ὁ πέμπτος μὴν παρ᾽ Ἀθηναίοις. Si Boedromion eſt tertius ab Hecatombæone, Poſideon autem ſextus, quartus inter Boedromionem & Mæmacterionem erit Pyanepſion. Ac ne quis errorem librarij putet apud Harpocrationem, ſubiicit: *ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Διὸς μαιμάκτου. μαιμάκτης δὲ ἐστὶν ὁ ἐνθουσιώδης καὶ ταραχώδης, ὥς φησι Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν. ἀρχὴν δὲ λαμβάνοντος τοῦ χειμῶνος ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ, ὁ ἀὴρ ταράττεται καὶ μεταβολὴν ἔχει*. Autumno præcipitato ſub ipſum initium hiemis ponit Mæmacterionem, quem in locum Pyanepſionem confert Gaza. Item Demoſthenes Olynth. III: *τότε τοίνυν μὴν ἦν Μαιμακτηριών*. Vlpianus in eum locum: *χειμέριος οὗτος ὁ*
μὴν, &c. Sed propter nomen & auctoritatem viri vix ab homi- C
nibus etiam doctis expreſſero, vt Gazam hic erraſſe fateantur, niſi illis teſtem locupletiſſimum obiecero. Timocharis igitur apud Ptolemæum anno Nabonaſſari 466, qui erat 48 Calippi, Thoth VII, *πυανεψιῶνος ϛ τελευτῶντος*, obſeruauit Lunam coniunctam Spicæ Virginis. Quod tempus conuenit diei octauæ Nouembris. Proinde Neomenia Pyanepſionis Calippici XVI Octobris. Hecatombæon autem illius anni cœpit XVIII Iulij. A XVIII Iulij, ad XVI Octobris, ſunt dies nonaginta: qui conſtituunt menſes Lunares Calippi tres præteritos, & neomeniam quarti ineuntis. Nam 89 dies ſunt menſes tres Lunares, quibus ſi adieceris neomeniam quarti menſis, fiunt dies 90. Ergo neomenia Pyanepſionis erat quarta à neomenia Hecatombæo- D
nis. Antecedit igitur Mæmacterionem Pyanepſio, & Poſideonem Mæmacterio: Gamelionem Poſideo, & Antheſterionem Gamelio. Reliquorum menſium ordo recte ſeruatur à Gaza, quod non operoſum erat: cum vno aut altero priſcorum Græcorum teſtimonio id colligi poſſit. Quare per quadrantes anni ita, vt tempora putabant Attici, digerendi ſunt menſes hoc modo. Male igitur menſes

autumna-

A autumnales & hiberni à Gaza digesti erant. quod in hoc mensium
Laterculo perspicere potes.

Laterculum mensium Atticorum secundum anni quadrantes.
ΘΕΡΙΝΟΙ ΜΗΝΕΣ.
Εκατομβαιών.
Μεταγειτνιών.
Βοηδρομιών.
ΟΠΩΡΙΝΟΙ ΜΗΝΕΣ.
Πυανεψιών.
Μαιμακτηριών.
Ποσειδεών.
ΧΕΙΜΕΡΙΝΟΙ ΜΗΝΕΣ.
Γαμηλιών.
Ανθεστηριών.
Ελαφηβολιών.
ΕΑΡΙΝΟΙ ΜΗΝΕΣ.
Μουνυχιών.
Θαργηλιών.
Σκιρροφοριών.

Partibus anni explicatis, superest, vt ad totum ipsum, hoc est, ad annum veniamus. Duo autem summa in eo disputanda sunt. Æquatio & caput periodi. Æquationem hoc in negotio Græci προσθαφαίρεσιν vocant, verbo ἐκ τῆς προσθέσεως καὶ ἀφαιρέσεως composito; quod elegantissimum verbum dissimulatum est apud Aristotelem Oecon. I. διόπερ δεῖ ποιεῖσθαι σκέψιν, καὶ διανέμειν τε, καὶ ἀπονέ-
B μειν κατ' ἀξίαν ἕκαστα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα, καὶ ἀργίαν καὶ κολάσεις, λόγῳ καὶ ἔργῳ μιμουμένους τὴν ἰατρῶν δύναμιν ἐν φαρμάκου λόγῳ, προσθεωροῦντας. Omnino enim legendum προσθαφαιροῦντας, non προσθεωροῦντας. Igitur πρόσθεσις fit in anno Attico aut dierum, aut mensis. Dierum, vt earum, quas ὑπερβαλλούσας καὶ ἀνάρχους dictas fuisse iam monuimus. Mensis, quem ἐμβόλιμον vocabant. Ἀφαίρεσις vero fit aut vnius diei, in anno quarto Tetraeteridis, aut ad summum bi-
C dui, vt Cicero docet. Diodorus Siculus ἐμβολισμοῦ καὶ ἀφαιρέσεως Græcorum, quæ sunt duæ partes æquationis anni Græcanici, ita meminit de Thebanis Ægypti loquens: ἐμβολίμους δὲ μῆνας οὐκ ἄγουσιν, οὐδ' ἡμέρας ὑφαιροῦσι καθάπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἑλλήνων. Ita ἐμβολισμὸς μηνὸς, & ὑφαίρεσις ἡμέρας sunt partes æquationis temporis ciuilis Græcorum. Æquationis igitur partes sunt tres, ὑπερβάλλουσαι, siue ἄναρχοι ἡμέραι, ἐμβόλιμος μὴν & ἐξαίρεσις. Quod αἱ ὑπερβάλλουσαι in exitum anni reiicerentur, & ratio ipsa postulat, & Glaucippus priscus scriptor apud Macrobium docet, quod supra strictim tetigimus. Sed Macrobius te-
D stem suum, quem producit, non intellexit, nec quæ essent illæ ὑπερβάλλουσαι, καὶ ὑπερβαίνουσαι ἡμέραι. Deprehenso autem periodi Atticæ initio, facile quis esset exitus anni, & in quod tempus conferendus sit, suo loco tractabitur. Supersunt duo, περὶ ἐμβολισμοῦ καὶ ἐξαιρέσεως. An scilicet eidem mensi embolismus & exæresis attributa. an vero vtriusque rei diuersi fuerint menses. Tria verba sunt, quæ vulgus confundit, ἐμβόλιμος, ἐμβολιμαῖος, ἐμβολισμός. Mensis, aut dies, qui intercalatur, ἐμβόλιμος, vt apud nos Bisextum est ἐμβόλιμος ἡ-

μος ἡμέρα. Annus, cui competit intercalatio, ἐμβολιμαῖος. Res ipsa, & actus, ἐμβολισμός. Ἐμβόλιμος μὴν Atheniensium erat Posideon. Id nos docet Ptolemæus, qui anno Nabonassari CCCLXVII, Θὼθ ιϛ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐάνδρου, μηνὸς Ποσιδεῶνος πρὸ ὀλίγου Lunam defecisse scribit. Ergo ἐμβολισμὸς incidit in illum annum, qui ab eo dicitur ἔτος ἐμβολιμαῖον, & mensis ἐμβόλιμος Posideon Metonicus prior. Nam in omni iusta ac legitima intercalatione, ex duobus cognominibus mensibus is est ἐμβόλιμος, qui prior est. Vt apud Hebræos, anno embolimæo ex duobus Adarin, is Adar est ordinarius, qui secundus est, in quo & ieiunium Ester obseruatur. Quod si Posideon Metonicus intercalatur, ergo & Tetraetericus. Subiecimus vero mensium Atticorum laterculum cum neomeniis Lunaribus comparatorum. Quod περὶ ἐμβολισμοῦ, ἐμβολίμου, ἐμβολιμαίου diximus, idem censendum περὶ ἐξαιρέσεως, ἐξαιρεσίμου, ἐξαιρεσιμαίου. Ἐξαιρέσιμος ἡμέρα est dies, qui eximitur. Ἐξαιρεσιμαῖος μὴν, mensis, in quem incidit ἐξαίρεσις ipsa. Mensis igitur Atheniensium ἐξαιρεσιμαῖος est Boedromion. Plutarchus συμποσιακῶν θ', segmento VI: καὶ ὁ Ὕλας ὥσπερ ἡδέων γενόμενος· ἐκεῖνο δέ σε, εἶπεν, ὦ Μενέφυλλε, λέληθεν, ὅτι καὶ τὴν δευτέραν Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξῃρήκαμεν, οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. Sed caussa ἐξαιρέσεως, quam ille reddit, tam ridicula, quam falsum, quod subiicit, eam diem ἐξαιρεῖσθαι non Lunæ caussa, hoc est eo nomine, vt annus cum Lunæ rationibus congruat, sed ob mythologiam. Quod sane verum fuerit, si & fabulæ veræ. Præterea & falsum, quod idem de eadē re loquens ἐν τῷ περὶ φιλαδελφίας ait: τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἀεὶ ἐξαιρεῖσθαι. Nam non ἀεὶ, sed semel in Tetraeteride. Verba eius hæc sunt: Ἀθηναῖοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἔριδος τῶν θεῶν μῦθον, ἀτόπως πλάσαντες, ἐπανόρθωμα τῆς ἀτοπίας οὐ φαῦλον ἐνέμιξαν αὐτῷ. τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷ Ποσειδῶνι πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν γενομένης τῆς διαφορᾶς. In sequentibus ob id censet ἐξαιρέσιμον fuisse, quod esset μία τῶν ἀποφράδων. Quod & ipsum vero aduersatur. Beauit tamen nos, cuius indicio mensem ἐξαιρεσιμαῖον cognoscimus. Quare anno quarto Tetraeteridis pro δευτέρα Βοηδρομιῶνος dicebant, τρίτη ἱσταμένου, quomodo & computatores nostri in ratione Lunæ vnum diem dissimulare præcipiunt: quem ipsi vocant Saltum Lunæ, Græcus computus ὑπέρβασιν σελήνης. At quare vltimam mensis potius non eximebant? Quia menses Attici, cum omnes fuerint τριακονθήμεροι, ij in tres δεκάδας diuidebantur

A B C D

LATERCVLVM NEOMENIARVM LVNARIVM in mensibus Atticis.

1	1.	23	15	7	ἑκατομβαιών.
2	1. 30	22	14	6	μεταγειτνιών.
3	30	22	14	6	βοηδρομιών.
4	29	21	13	5	πυανεψιών.
5	29	21	13	5	μαιμακτηριών.
6	28	20	12	4	ποσειδεών.
7	26	18	10	3	γαμηλιών.
8	25	17	9	3	ἀνθεστηριών.
9	25	17	9	2	ἐλαφηβολιών.
10	24	16	8	2	μουνυχιών.
11	24	16	8	1	θαργηλιών.
12	23	15	7	1	σκιρροφοριών.

A debantur. & tertiæ decadis dies retro καθ᾽ ἐξαίρεσιν numerabantur, δεκάτη, ἐνάτη, ὀγδόη, ἑβδόμη, ἕκτη τελευτῶντος. Quod ſi vltima exemta fuiſſet, quomodo XXI dies vocari potuiſſet δεκάτη φθίνοντος? Adde, quod ἕνη καὶ νέα erat ſacra. Propterea etiam neque πρώτην ἱσταμένου eximebant, quod omnes Kalendæ καὶ ἱερομηνίαι ſacræ eſſent. Itaque cum pro ſecunda die tertiam dicebant, nihil videbatur de menſe decedere. Nam ſi menſis eſt triginta dierum, is demum videtur eſſe integer, cui ἡ τριακὰς ἢ ἕνη ἢ νέα non deeſt. Cur Boedromione menſe potius, quam alio, ἐξαίρεσις fieret, equidem cum Plutarcho puto in cauſſa fuiſſe mythologiam illam contentionis Mineruæ cum Neptuno de Atticæ vindicatione. Sed ἐξαίρεσιν illam propter Lunam non fieri, id vero conſtanter B nego, atq; adeo pernego. At Plutarchus harum rerum vbique ſeſe imperitiſſimum prodit. Nam, vt diximus, in vna Tetraeteride, hoc eſt in diebus 1448, vel, ſi emboliſmus incideret, in diebus 1478, vna dies detrahenda erat, vt annus ſequens rediret in gratiam cum Luna, quod primus dies Tetraeteridis ſemper deberet incurrere in interlunium. Sed in 76 annis neceſſe erat, vt ex vna Tetraeteride non dies vnus, vt ſolet, ſed biduum eximeretur, idq; quater in illis 76 annis fieri ſolebat. Quod iam oſtendimus, & locus Ciceronis ex Verrinis id clare teſtatur. Sed puto Plutarchum ſentire, quando fit ἐξαίρεσις, eam ſemper τῇ δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος fieri, non alio menſe. fiebat enim anno quarto Tetraeteridos. Itaque Plutarchus pugnam Platæenſem, quam certum eſt conti- C giſſe in anno quarto Tetraeteridos Atticæ, vt alibi oſtendetur, confert in quartam Boedromionis in Ariſtide, in Camillo autem, in tertiam: vtrumque vere: quia πολιτικὸς erat τετρὰς, re vera τρίτη, propter τὴν ἐξαίρεσιν. Alia vero erat ratio ἐξαιρεσίμων ἡμερῶν in anno Lunari. Nam in quatuor annis Tetraeteridos fiebat vna, aut ad ſummum duæ ἐξαιρέσεις. In anno autem Lunari ſemper ſex. Nam cum menſes Lunares alternis pleni eſſent, & caui, omnes tamen τριακάδα habebant. Et propterea alternis vnus dies eximebatur, vt ſecunda ſecundi menſis non δευτέρα, ſed τρίτη vocaretur. & ita in reliquis. Ariſtoteles Oeconomicorum ſecundo, de Mnemone Rhodio tyranno Lampſaci: τῶν τε στρατευομένων παρήγγειλε τὰς σιταρχίας, καὶ τὸν μισθὸν ἐξ ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, φάσκων ταύταις D ταῖς ἡμέραις οὔτε φυλακὴν αὐτὸν οὐδεμίαν, οὔτε πορείαν, οὔτε δαπάνην ποιεῖσθαι, τὰς ΕΞΑΙΡΕΣΙΜΟΥΣ λέγων. Lampſacenorum igitur annus mere Lunaris erat: cuius pares menſes, quanuis caui eſſent, tamen τριακονθήμεροι putabantur: hoc eſt τριακάδα habebant. Milites autem quot menſibus ſtipendium accipiebant ratione triginta dierum etiam menſe cauo. At vafer tyrannus menſibus cauis rationē habebat τῆς ἐξαιρέσεως. Quod & ſequentia declarant. τόν τε πρὸ τοῦ χρόνον διδοὺς τοῖς στρατιώταις τῇ δευτέρᾳ τῆς νουμηνίας τὰς σιταρχίας τῷ μὲν πρώτῳ μηνὶ παρέβη τρεῖς ἡμέρας,

μέρας, τὰς δ' ἐχομένῳ πέντε. Τοῦτον δὲ τρόπον προῆγεν, ἕως εἰς τὴν τριακάδα ἦλθε. Prius, inquit, ſolebat poſtridie Kalendarum dare. Cum vero eſſet ἐξαιρέσεως, in qua pro ſecunda menſis tertiam putabant, 29 dies tantum ad ſecundam ſequentis putabat. Deinde, vt illiberalius faceret, aliud inſtitutum tenuit. Nam primo menſe 27 dierum metiebatur annonam: ſecundo 25, & ita deinceps hoc modo. 27.25.22.20.17.15.12.10.7.5.2.0. Sic integrum menſem lucrabatur. Luculentus eſt hic locus Ariſtotelis. A

DE PERIODO OLYMPICA.

VETVSTISSIMA res eſt apud Græcos quadrantis diei ſupra CCCLXV dies obſeruatio. Græcis conſultantibus quomodo rite ſacra obirent, reſponſum ab oraculo, vt κατὰ τὰ πάτρια ſacrificarent. Cum quærerent, quid eſſet κατὰ τὰ πάτρια θύειν, iterum reſponſum, κατὰ τρία. A peritis interpretatum, θύειν κατὰ τὰ πάτρια, & κατὰ τρία, eſſe θύειν κατ' ἐνιαυτὸν, κατὰ μῆνας, καθ' ἡμέρας. Si igitur annus Solaris tantum obſeruaretur, non per omnia ſatisfieret oraculo. Nam κατ' ἐνιαυτοὺς quidem ſacrificaretur, ſed non κατὰ μῆνας, καὶ καθ' ἡμέρας. Annus enim Solis tantum eſt, menſes Lunæ, dies vtriuſque ſideris. Viſum igitur illis peritis, vt optimæ maximæ Panegyrides, quales erant Olympiades, & Pythiades, menſe mero Lunari celebrarentur, & eæ certis circuitibus in orbem redirent, & metas Solis conſequerentur: quod vnico remedio emboliſmorum fit. Itaque ſtatuerunt annum duodecim plenorum menſium, cui appendices dies duos annectebant, quorum annorum quatuor iuſtam periodum conficere viſi ſunt ad neomeniam Lunæ adipiſcendam, detracto vno die de illis appendicibus. Hoc tempus Tetraeterida vocarunt. Ita Olympias, quæ debebat celebrari plenilunio, præciſe incidit in quintam decimã primi menſis. Et ſic κατὰ μῆνα ſacrificatur, quia κατὰ σελήνην. Rurſus quia interuentu embolimi menſis ſecunda Tetraeteris conſequitur curriculum Solis, ſic κατ' ἐνιαυτὸν videbantur ſacrificare, & proinde καθ' ἡμέρας, quia καὶ κατὰ σελήνην καὶ καθ' ἥλιον. Sed aliquanto poſt deprehenſum aliquot Octaeteridas, quæ ex duabus Tetraeteridibus componuntur, abundare diebus ſingulis ſupra rationes Solis. Itaque cum omnibus Tetraeteridibus ſinguli dies detraherentur, oportebat aliquando binos detrahi. Iſque annus, in quo hoc accidebat, vocatur à nobis διεξαιρεσιμαῖος. Cui enim menſi competebat ἐξαιρέσις vnius diei, eidem & bidui ἐξαιρέσις congruebat, vt diſerte nos docuit Cicero. Cum igitur peritiſſime ab aſtrologis & Hierophantis illa bidui exemptio fieret, primus omnium Calippus animaduertit in nouemdecim Tetraeteridibus, qui ſunt anni 76, quater biduum eximendum. B C D

A mendum. Vidit enim iniuſte quadrantem diei à Metone relictum, & 27760 dies, qui Metoni eſſent ſeptuaginta ſex anni, excedere annos totidem Solares vno die: vt veri 76 anni Solares ſint dierum 27759. Sed XIX Tetraeterides Græcæ, cum nouem menſibus plenis intercalaribus fiunt dies 27763: de quibus ſi detrahantur 27759 dies, relinquentur dies quatuor eximendi vltra XIX ἐξαιρεσίμους ordinarios. Iam 76 anni Græci ſunt dies 27360, quibus ſi adieceris 270 dies nouem menſium intercalarium, fient omnes dies 27630: qui detracti de 27759 diebus, relinquunt dies αἰάρχους, quos appendices vocauimus, 129. Illis 129. in 76 annos diſtributis, omnes XIX Tetraeterides quidem erunt ἐξαιρεσιμαῖοι, ſed quatuor inter illas διεξαιρεσιμαῖοι erunt iſtæ,
B prima, quinta, decima, quinta decima, hoc eſt annus quartus, viceſimus, quadrageſimus, ſexageſimus erunt διεξαιρεσιμαῖοι, ita vt nouilunia primi menſis Tetraeteridum mire quadrent: & ſane elegantiſſima ſit hæc forma in tanta ignoratione motus Lunaris. quod & quiuis deprehendere poſſit, qui volet periculum facere. Calippus quidem nihil in ea re innouauit, ſed, vt diximus, oſtendit tantum in nouemdecim Tetraeteridibus quatuor ἐξαιρέσεις fieri ſupra XIX ordinarias, quomodo 23 ἐξαιρέσεις totidem Tetraeteridibus competant. Ideo iuſtam periodum 76 annorum confecit, cui annorum ἐξαιρεσιμαίων & διεξαιρεσιμαίων notas appoſuit. Eamque periodum non ſolum Athenienſes, ſed & aliæ Græcæ nationes amplexæ ſunt. Antiquiſſima vero omnium Tetraete-
C ridum eſt Olympica. Ideo periodus Olympica ante omnes, & primo loco ponenda: præſertim cum reliquæ omnes ab hac deriuatæ ſint, vt ſuis locis oſtendetur. Merito igitur familiam ducet. Eius initium à diebus æſtiuis, teſte Cenſorino, & Statio, qui Solſtitium vocat annum Piſæum —*domus improba frangit*

Frigora; Piſæumque domus non æſtuat annum.

Id eſt: Ea domus non percipitur ſolſtitiali ſidere. Menſis enim primus Olympicus, in cuius quintamdecimam incidebat ludicrum Olympicum, incipiebat proxime poſt VIII Iulij, vt citima neomenia eſſet in IX Iulij, remotiſſima in VI Auguſti. Primum enim certamen Olympicum cōmiſſum anno periodi Iulianæ 3938, cyclo Lunæ quinto, Solis XVIII,
D Neomenia Ab Iudaici 2985 feria tertia, Iulij IX. Character enim fuit 3.3.905. Ideo nunquam citra illos fines inibat menſis Olympiadis, ſed ſerius. Et tunc fere cardines mundi, hoc eſt τροπαὶ, καὶ ἰσημερίαι conficiebantur in octauis partibus ſignorum. Nam VIII Iulij πλατικῶς tunc erat in octaua parte Cancri. Primus igitur agon Olympicus celebratus XXIII Iulij. Et omnes Græci τροπὰς θερινὰς collocant in VIII aut IX Iulij. Imo Ephorus apud Dionyſium Halicarnaſſenſem, IX Iulij vocat τροπὰς θερινὰς: male, vt videbimus. Nam primi menſis Elidenſis ſiue

Olympici, neomenia est in IX Iulij post Solstitium, quod statuebatur A in VIII, ita vt IX sit prima & citima neomenia, non autem Solstitium. Construatur igitur Tabula primi mensis Elidensium in annis totius periodi expansis. Primus ordo habeat numerum annorum periodi expan-

TABVLA NEOMENIARVM
PRIMI MENSIS ELIDENSIS
IN ANNIS PERIODI OLYMPICÆ.

	Anni periodi	Cyclus Lunæ	Dies collecti	Neomenia 1. mensis	ἐπακταὶ ὀλυμπ.	
	1	5	392	9 Iulij.	0	ἐμβολ.
	2	6	754	5 Aug.	27	
	3	7	1116	2 Aug.	24	
δωδεκαετ.	4	8	1476	29 Iul.	20	
	5	9	1838	24 Iul.	15	
	6	10	2200	21 Iul.	12	
	7	11	2562	18 Iul.	9	
ἐξαιρ.	8	12	2923	14 Iul.	5	
	9	13	3315	10 Iul.	1	ἐμβολ.
	10	14	3677	6 Aug.	28	
	11	15	4039	3 Aug.	25	
ἐξαιρ.	12	16	4400	30 Iul.	21	
	13	17	4762	26 Iul.	17	
	14	18	5124	23 Iul.	14	
	15	19	5480	20 Iul.	11	
ἐξαιρ.	16	1	5846	16 Iul.	7	
	17	2	6208	12 Iul.	3	
	18	3	6600	9 Iul.	0	ἐμβολ.
	19	4	6962	5 Aug.	27	
δωδεκ.	20	5	7322	1 Aug.	23	
	21	6	7686	27 Iul.	18	
	22	7	8047	24 Iul.	15	
	23	8	8409	21 Iul.	12	
ἐξαιρ.	24	9	8770	17 Iul.	8	
	25	10	9133	13 Iul.	4	
	26	11	9524	10 Iul.	1	ἐμβολ.
	27	12	9886	6 Aug.	28	
ἐξαιρ.	28	13	10247	2 Aug.	24	
	29	14	10609	29 Iul.	20	
	30	15	10971	26 Iu.	17	
	31	16	11333	23 Iul.	14	
ἐξαιρ.	32	17	11694	19 Iul.	10	
	33	18	12056	15 Iul.	6	
	34	19	12418	12 Iul.	3	
	35	1	12810	9 Iul.	0	ἐμβολ.
ἐξαιρ.	36	2	13171	4 Aug.	26	
	37	3	13533	31 Iul.	22	
	38	4	13895	28 Iul.	19	
	39	5	14257	25 Iul.	16	
δωδεκ.	40	6	14317	21 Iul.	12	

	Anni periodi	Cyclus Lunæ	Dies collecti	Neomenia 1. mensis	ἐπακταὶ ὀλυμπ.	
	41	7	14979	16 Iu.	7	
	42	8	15341	13 Iul.	4	
	43	9	15733	10 Iul.	1	ἐμβολ.
ἐξαιρ.	44	10	16094	5 Aug.	27	
	45	11	16456	1 Aug.	23	
	46	12	16818	29 Iul.	20	
	47	13	17180	26 Iul.	17	
ἐξαιρ.	48	14	1754	22 Iul.	13	
	49	15	17903	18 Iul.	9	
	50	16	18265	15 Iul.	6	
	51	17	18627	12 Iul.	3	ἐμβολ.
ἐξαιρ.	52	18	19017	7 Aug.	29	
	53	19	19379	3 Aug.	25	
	54	1	19741	31 Iul.	22	
	55	2	20103	28 Iul.	19	
ἐξαιρ.	56	3	20464	24 Iul.	14	
	57	4	20826	20 Iul.	11	
	58	5	21188	17 Iul.	8	
	59	6	21550	14 Iul.	5	
δωδεκ.	60	7	21940	10 Iul.	1	ἐμβολ.
	61	8	22302	4 Aug.	26	
	62	9	22664	1 Aug.	23	
	63	10	23026	29 Iul.	20	
ἐξαιρ.	64	11	23388	25 Iul.	16	
	65	12	23750	21 Iul.	12	
	66	13	24112	18 Iul.	9	
	67	14	24474	15 Iul	6	
ἐξαιρ.	68	15	24865	11 Iul.	2	ἐμβολ.
	69	16	25227	6 Aug.	28	
	70	17	25589	3 Aug.	25	
	71	18	25951	31 Iul.	22	
ἐξαιρ.	72	19	26312	27 Iul.	18	
	73	1	26674	23 Iul.	14	
	74	2	27036	20 Iul.	11	
	75	3	27398	17 Iul.	8	
ἐξαιρ.	76	4	27759	13 Iul.	4	

B

C

D

sorum

A ſorum: ſecundus cyclum Lunæ: tertius dies annorum Græcorum collectos: quartus locum neomeniæ in menſibus Iulianis. quintus & vltimus περιττὰς ἡμέρας in menſe Iuliano. περιτταὶ ἡμέραι in anno Iuliano eſt interuallum inter VIII Iulij, & neomeniam ſequentis Hecatombæonis Attici, aut primi menſis Elidenſis, ſiue Olympici, cuius nomen ignoramus. Itaque deprehenſo capite Hecatombæonis, quot περιτταὶ ἡμέραι ſuperſint de Scirrhophorione in anno Iuliano, nobis quidem deprehendere facile eſt, qui rationem tantum habemus anni noſtri Iuliani. Sed Elidenſes Hierophantæ, quos Βασίλας vocabant, intercalabant diem inter VIII & IX Iulij, fine quarti anni Solaris, diebus 400 ante biſextum Iulianum. Ideo quartus annus Olympicus Solaris incipiebat 122 die poſt biſextum Iulianum, & quintus quadringentis diebus. Quare in anno quarto ipſi ponebant 21 περιττάς, cum in anno Iuliano ſint tantum 20, propter biſextum Iulianum. Annus igitur primus Olympiadicus eſt embolimæus, dierum 392. de quibus detracto anno Solari, nempe 365 diebus, remanent περιτταὶ ἡμέραι 27. Itaque Scirrhophorion primus anteuertit Hecatombæonem primum diebus tribus. Annus ſequens cum 392 facit dies 754. qui de duobus annis Solaribus detracti relinquunt περιττὰς ἡμέρας 24. Scirrhophorion ergo ſecundus anteuertit primi Hecatõbæonis neomeniam ſex diebus. Rurſus tertius annus cum 754 diebus compoſitus facit dies 1116: qui de tribus annis Solaribus detracti relinquunt 21 περιττάς. cum tamen in
C Tabula ſint tantum 20, propter biſextum Iulianum. quatuor vero anni Iuliani, hoc eſt 1461 dies, de 1477 diebus detracti relinquerent 16 περιττάς. Sed quia ille annus eſt δισεξαιρεσιμαῖος, hoc eſt, duo dies de eo perimuntur, relinquet 15 περιττάς: vt eſt in Tabula. Quod autem prima Tetraeteris ſit δισεξαιρεσιμαῖος ita demonſtratur. Supra diximus 129 αἰδέρχους ἡμέρας tantum eſſe debere in 76 annis Græcis. quæ ſi in ipſos annos diſtribuantur, habebis $1\frac{13}{76}$ diei in ſingulos annos. Ita primus annus habebit vnum diem cum $\frac{13}{76}$ diei: ſecundus 2 dies cum $\frac{10}{76}$. tertius item duos cum $\frac{7}{76}$. quartus vnum cum $\frac{60}{76}$. Itaque primus, & quartus habent ſingulas διάρχους ἡμέρας: & proinde tota Tetraeteris eſt δισεξαιρεσιμαῖος. Sic progreſſus diei $1\frac{13}{76}$ oſtendet tibi quintam Tetraete-
D rida, decimam, quintamdecimam eſſe δισεξαιρεσιμαίους. Quod autem primus annus primæ Tetraeteridis non mutilaretur ſtatim vno die, ſed biduum in quarto anno perimeretur, docet nos, vt diximus, Cicero, qui ex eodem menſe extra ordinem vnum diem eximi ſolere ſcribit, ex quo ordinarius dies eximeretur. Ita habes elegantiſſimam periodum, cuius neomeniæ primæ omnium Tetraeteridum ſunt exactiſſime Lunares. Nam primo nouilunio deprehenſo, reliqua ſequentur, tanquam catena quædam. Propter incertas autem epochas annorũ in nationibus

Græcis, & diuersa principia tam mensium, quam annorum, Olympici ludi à præconibus denunciabantur. Pindarus Isthmico secundo : ὄντε καὶ κάρυκες ὡρᾶν ἀνέγνων σπονδοφόροι Κρονίδα Ζηνὸς Ἀλεῖοι Scholion : οἱ κήρυκες οἱ τὰς ὥρας καὶ τὸν καιρὸν τοῦ ὀλυμπιακοῦ ἀγῶνος ἐκήρυσσον, καθ᾽ ἃς ἐτελεῖτο. Ita vt verissima hæc sit periodus, ad quam cæteræ omnes Græcæ periodi directæ sunt, tanquam ad certam regulam, idque reuerentia cultus Olympici, mutatis tantum Tetraeteridibus, non autem nouiluniis. Nam omnes omnium periodorum anni conueniunt in cyclo Lunæ, non autem in tempore. Exemplum. Periodus Attica fingitur antiquior Olympica annis 38, qui sunt duo cycli. Itaque conueniet Attica cum Olympica cyclo, non tempore: quod ad methodum Attica fingitur antiquior, Olympica posterior, & annus primus Tetraeteridis Atticæ sit tertius Olympicæ. Scholiastes Pindari Olympico IX. 91. κατὰ μίαν ἡμέραν οἱ δύο ἐνίκησαν. ὁ μὲν Ἐφάρμοστος, Ὀλύμπια. ὁ δὲ Λαμπρόμαχος, Ἴσθμια. Semper celebrabantur eadem die eiusdem mensis. Celebrabantur autem Kal. Hyperberetæi æstiui. Ergo prioris tetraeteridis Festum cadebat in nouilunium: posterioris in plenilunium, quod incidebat in neomeniam mensis Isthmiaci, & XV mensis Elidensis. Idem tamen est situs annorum, eædem neomeniæ, vt alibi videbitur. Quare omnes periodi inter se differunt 19, aut 57, aut 38 annis, vno, tribus, aut duobus cyclis. Si periodus quædam differt ab Olympica vno cyclo, vicesimus alterutrius annus erit primus alterius, & ita quartus annus alterutrius Tetraeteridis erit primus alterius. Si differant duobus cyclis, tertius annus alterutrius Tetraeteridis erit primus alterius tetraeteridis. Si denique differant tribus cyclis, annus secundus alterutrius Tetraeteridis erit primus alterius. Sæpenumero Tetraeteris est dierum 1476. vt prima periodi. qui sunt omnino Lunares menses quinquaginta, quum tamen Tetraeteris Lunaris sit tantum mensium vndequinquaginta: Itaq; primo anno cycli Iudaici Ab mensis Olympicus habebit neomeniam in XI Iulij, cyclo Paschali quarto. quinto anno neomenia Ab erit in 28 Iunij. At mensis Olympicus erit non iam Ab, vt in priore Tetraeteride, sed in 28 Iulij, cyclo Paschali octauo. quare inter vtramque neomeniam sunt menses absoluti Lunares quinquaginta. Hoc est, quod voluit interpres Pindari in tertium Olympicum γίνεται δὲ ὁ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ τεσσαράκοντα ἐννέα μηνῶν. Ποτὲ δὲ διὰ πεντήκοντα. ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν τῷ Ἀπολλωνίῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ, τῷ Παρθενίῳ ἐπιτελεῖται. Hoc vult, aliquando celebratur τῆς ἑκατομβαιῶνι πρυτανείας, ποτὲ δὲ τῆς μεταγειτνιῶνι πρυτανείας. At mensis, quo celebrabatur, apud vulgus semper idem erat, puta Hecatombæon popularis, sed non semper Hecatombæon πρυτανείας. Ab vndecima autem mensis ad XVI per quinque dies certamen celebrabatur. Vnde πεμπταμέροις ἁμίλλαις dixit Pindarus

A rus Olympico v. Hoc etiam exemplo probatur nunquam anticipari κέντρον. Mensium vero Elidensium nonum Ἐλάφιον tantum reperi apud Pausaniam ἠλιακῶν α΄. κατ᾽ ἔτος δὲ ἕκαστον φυλάξαντες οἱ μάντεις τὴν ἐνάτην ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφίου μηνὸς κομίζουσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τὴν τέφραν. In Æquinoctium vernum eum incidere ait idem ἠλιακῶν β΄. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ θύουσιν οἱ Βασίλαι καλούμενοι τῷ Κρόνῳ κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἦρι Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις. Ergo idem erat cum Elaphebolione, & proinde nonus à primo solstitiali. Meminerunt etiam Scholia Pindari τοῦ Ἀπολλωνίου καὶ τοῦ Παρθενίου μηνός. Ode III Olymp. Γίνεται δὲ ὁ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ τεσσαράκοντα ἐννέα μηνῶν, ποτὲ διὰ πεντήκοντα. ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν τῷ Ἀπολλωνίῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ τῷ Παρθενίῳ ἐπιτελεῖται.

B DE PERIODO ATTICA.

PROXIMVM à periodo Olympica locum occupet Attica. sine cuius cognitione omne studium inutile est in ratione temporis Græci. Cum igitur de Anno Attico disputaremus, τοῦ ὅλου duas partes fecimus, τὴν προσθαφαίρεσιν, & caput periodi: quod duplicem interpretationem postulat. Nam videndum & a quo tempore, & a quo cyclo Lunæ deducendum. Cum autem naturalis ratio postulet, vt intercalatio in finem anni reiiciatur, recte illum anni mensem vltimum dicemus, qui intercalationi attributus est. Is vero est Posideon, vt antea demonstrauimus. Ergo Posideon est vltimus mensis, & Gamelion, qui proxime sequitur, princeps mensium. Quare initium C anni Attici incurrit in tempus brumæ. Cui rei adstipulatur Terentius, qui in palliata Apollodori ita loquitur: *Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui Incipere.* — quia scilicet priscus annus Atticus à bruma incipiebat. eamque Comœdiam sine dubio Apollodorus docuit Διονυσίοις κατ᾽ ἀγρούς, mense Posideone; qui proxime antecedit mensem brumalem. Atqui, inquies, Hecatombæon est mensis Olympiadicus, à quo Græci propter Olympiadem putant sua tempora. Fateor. Tamen nihilominus quod dixi, verum est. Nam contextus veteris anni Attici deducitur à bruma. Vulgus vero cæpit putare tempora ab Hecatombæone, propter Olympiadicum agonem, qui proximo post solstitium plenilunio celebrabatur. Itaque cum re D vera nullum sit anni principium φύσει, sed potius θέσει, vt in circulo: tamen liceat nobis principium naturale vocare id, vnde putantur anni ratiocinia. Nam quod de circulo proposuimus, id omnino dissimile est in Græca periodo, quæ principium naturale habet, vt in Laterculo nouiluniorum Tetraeteridis supra posito videre potuisti. Nam primum prima Tetraeteris consideranda in periodo: deinde primus annus in Tetraeteride: quæ cum quatuor annis constet, omnes diuersa habent nouilunia, & principium eiusdem Tetraeteridis constituitur

in eo nouilunio, vnde cætera nouilunia, quasi quædam Fati Chrysippei catena, deducuntur. Illud igitur tale principium nos naturale vocamus: alterum autem ab Hecatombæone, Populare dicatur. de quo principio Plato de Legibus sexto: ἐπειδὰν μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι. Quin etiam Dionysius ex Ephoro populariter Hecatombæonem constituit mensium principem in ratione temporum. Scribit enim Ilion captum τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος, ἑπτακαίδεκα ἡμέραις πρότερον τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Sic duplex initium anni Iudaici; naturale ab autumno. quia ab eo deducitur anni ratiocinium: alterum ciuile & Ecclesiasticum à Nisan. De naturali igitur principio loquimur, quod quidem, vt diximus, in bruma statuendum esse non solum rationes supra adductæ argumento sunt, sed & is, quem modo nominauimus, Dionysius. Is ait Ilion captum XVII diebus ante Solstitium, vicesima tertia Thargelionis. Ergo Solstitium fuit decima Scirrhophorionis. Post decimam Scirrhophorionis scribit superfuisse viginti dies anno complendo. περιῆσαν δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληρῶσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Si igitur post finem Scirrhophorionis secutum est proxime caput anni alterius: sane Scirrhophorion non habuit appendices ἀιδέχους ἡμέρας. Ergo Tetraeteris antiqua non instituebatur ab Hecatombæone. Nam, vt docebat Glaucippus, ὑπερβαλλούσαι ἡμέραι conferebantur in calcem anni. Scirrhophorion eas dies non habet apud Dionysium: ergo Scirrhophorion non est vltimus mensis anni. proinde neque Hecatombæon erit primus. Sequitur igitur eum mensem τὰς ὑπερβαλλούσας habuisse, qui erat vltimus in ratione periodi. Is autem est Posideon. quod cognouimus iam ex loco intercalationis. Ergo Posideon habuit τὰς ἀιδέχους, & conseqenter Gamelion proximus ab eo fuit mensis primus in ratione Tetraeteridis priscæ. Cum igitur Posideon habuerit τὰς ἀιδέχους ἡμέρας, quibus olim magistratus creabatur: non dubium est, quin, quandiu obtinuit, vt ante νουμηνίαν γαμηλιῶνος magistratus crearetur, Gamelion ipse esset caput anni. Sed postea reuerentia Olympici ludicri, Hecatombæon cæpit esse caput anni. His animaduersis, videndum, cui anno Olympico competat caput periodi Atticæ. Plutarchus scribit pugnam Chabriæ circa Naxum contigisse Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος, περὶ τὴν πανσέληνον. Hoc tempus confertur in annum primum Olympiadis centesimæ primæ apud Eusebiū, hoc est, in annum Iphiti 401. Quod si plenilunium contigit vicesima sexta Boedromionis: Ergo nouilunium fuit quartadecima aut tertiadecima mensis. Et quidem Boedromion est tertius mensis. Vt autem nouilunium incidat in XIIII aut XIII mensis, id vero non potest contingere, nisi anno Te-

A traeteridis tertio, & proinde annus primus Olympiadis est tertius Tetraeteridis Atticæ. Ergo, secundum ea, quæ in fine diatribæ de periodo Olympica demonstrauimus, periodus Attica differt ab Olympica duobus cyclis. Et ad methodum Atticæ periodi, 38 anni de periodo Olympica detrahendi erunt. Construximus igitur Tabulam eiusdem periodi instar Olympicæ, quam auximus omnibus neomeniis, & earum epochis in mensibus Iulianis: qua re nulla magis necessaria

TABVLA NEOMENIARVM ATTICARVM IN MENSIBVS IVLIANIS.

	Anni periodi	Ἑκατομβαιών.	μεταγειτνιών.	βοηδρομιών.	πυανεψιών.	μαιμακτηριών.	ποσειδεὼν α.	ποσειδεὼν ζ.	γαμηλιών.	ἀνθεστηριών.	ἐλαφηβολιών.	μουνυχιών.	θαργηλιών.	σκιροφοριών.	ἐπακταὶ ἡμέραι
	1	9 Iulij	8 Aug.	7 Sept.	7 Octo.	6 Nou.	6 Dec.	5 Ian.	6 Febr.	8 Mart.	7 April.	7 Maij	6 Iunij	6 Iulij	0
	2	5 Aug.	4 Sept.	4 Octo.	3 Nou.	3 Dec.	2 Ian.	0	3 Febr.	5 Mart.	4 April.	4 Maij	3 Iunij	3 Iulij	27
	3	2 Aug.	1 Sept.	1 Octo.	31 Oct.	30 No.	30 Dec.	0	31 Ian.	1 Mart.	31 Mar.	30 Apr.	30 Maij	29 Iunij	24
[illegible]	4	29 Iulij	28 Aug.	27 Sept.	25 Oct.	24 No.	24 Dec.	0	25 Ian.	24 Feb.	26 Mar.	25 Apr.	25 Maij	24 Iunij	20
	5	24 Iulij	23 Aug.	22 Sept.	22 Oct.	21 N.	21 Dec.	0	22 Ian	21 Feb.	23 Mar.	22 Apr.	22 Maij	21 Iunij	15
	6	21 Iulij	20 Aug.	19 Sept.	19 Oct.	18 Nou.	18 Dec.	0	17 Ian.	16 Feb.	18 Mar.	17 Apr.	17 Maij	16 Iunij	13
	7	18 Iulij	17 Aug.	16 Sept.	16 Oct.	15 Nou.	15 Dec.	0	16 Ian.	15 Feb.	16 Mar.	15 Apr.	15 Maij	14 Iunij	9
Ἐμβ.	8	14 Iulij	13 Aug.	12 Sept.	11 Oct.	10 Nou.	10 Dec.	0	11 Ian.	10 Feb.	12 Mar.	11 Apr.	11 Maij	10 Iunij	5
	9	10 Iulij	9 Aug.	8 Sept.	8 Oct.	7 Nou.	7 Dec.	6 Ian.	5 Febr.	7 Mart.	6 April.	6 Maij	5 Iunij	5 Iulij	1
	10	4 Aug.	3 Sept.	3 Octo.	2 Nou.	2 Dec.	5 Ian.	0	2 Feb.	3 Mart.	2 April.	2 Maij	1 Iunij	1 Iulij	28
	11	31 Iulij	30 Aug.	29 Sept.	29 Oct.	28 Nou.	28 Dec.	0	1 Febr.	2 Mart.	1 April.	1 Maij	31 Maij	30 Iunij	25
Ἐμβ.	12	30 Iulij	29 Aug.	28 Sept.	27 Oct.	26 No.	26 Dec.	0	27 Ian.	26 Feb.	28 Mar.	27 Apr.	27 Maij	26 Iun.	21
	13	26 Iulij	25 Aug.	24 Sept.	24 Oct.	23 Nou.	23 Dec.	0	24 Ian.	23 Feb.	25 Mar.	24 Apr.	24 Maij	23 Iun.	17
	14	23 Iulij	22 Aug	21 Sept.	21 Oct.	20 No.	20 Dec.	0	21 Ian.	20 Feb.	22 Mar.	21 Apr	21 Maij	20 Iun.	14
	15	20 Iulij	19 Aug.	18 Sept.	18 Oct.	17 Nou.	17 Dec.	0	18 Ian.	17 Feb.	18 Mar.	17 Apr.	17 Maij	16 Iun.	11
Ἐμβ.	16	16 Iulij	15 Aug.	14 Sept.	13 Oct.	12 Nou.	12 Dec.	0	13 Ian.	12 Feb.	14 Mar.	13 Apr.	13 Maij	12 Iun.	7
	17	12 Iulij	11 Aug.	10 Sept.	10 Oct.	9 Nou.	9 Dec.	0	10 Ian.	9 Feb.	11 Mar.	10 Apr.	10 Maij	9 Iunij	3
	18	9 Iulij	8 Aug.	7 Sept.	7 Oct.	6 Nou.	6 Dec.	5 Ian.	6 Febr.	8 Mart.	7 April.	7 Maij	6 Iunij	6 Iulij	0
	19	5 Aug.	4 Sept.	4 Octo.	3 Nou.	3 Dec.	2 Ian.	0	3 Febr.	4 Mart.	3 April.	3 Maij	2 Iunij	2 Iulij	27
[illegible]	20	1 Aug.	31 Aug.	30 Sept.	28 Oct.	27 Nou	27 Dec	0	28 Ian.	27 Feb.	29 Mar.	28 Apr.	28 Maij	27 Iun.	23
	21	27 Iulij	26 Aug.	25 Sept.	25 Oct.	24 No.	24 Dec.	0	25 Ian.	24 Feb.	26 Mar.	25 Apr.	25 Maij	24 Iun.	18
	22	24 Iuli.	23 Aug.	22 Sept.	22 Oct.	21 No.	21 Dec.	0	22 Ian.	21 Feb.	23 Mar.	22 Apr.	22 Maij	21 Iun.	15
	23	21 Iuli.	20 Aug.	19 Sept.	19 Oct.	18 Nou.	18 Dec.	0	19 Ian.	18 Feb.	19 Mar.	18 Apr.	18 Maij	17 Iun.	12
Ἐμβ.	24	17 Iuli.	16 Aug.	15 Sept.	14 Oct.	13 Nou.	13 Dec.	0	14 Ian.	13 Feb.	15 Mar.	14 Apr.	14 Maij	13 Iun.	8
	25	13 Iuli.	12 Aug.	11 Sept.	11 Oct.	10 No.	10 Dec.	0	11 Ian.	10 Feb.	12 Mar.	11 Apr.	11 Maij	10 Iun.	4
	26	10 Iuli.	9 Aug.	8 Sept	8 Octo.	7 Nou.	7 Dec	6 Ian.	7 Febr.	9 Mart.	8 April.	8 Maij.	7 Iunij	7 Iulij	1
	27	6 Aug.	5 Sept.	5 Octo.	4 Nou.	4 Dec.	3 Ian.	0	4 Febr.	5 Mart.	4 April.	4 Mai.	3 Iunij	3 Iulij	28
Ἐμβ.	28	2 Aug.	1 Sept.	1 Octo.	30 Oct.	29 Nu.	29 Dec.	0	30 Ian.	1 Mart.	31 Mar.	30 Apr.	30 Maij	29 Iun.	24
	29	29 Iulij	28 Aug.	27 Sept.	27 Oct.	26 No.	26 Dec.	0	27 Ian.	26 Feb.	28 Mar.	27 Apr.	27 Maij	26 Iun.	20
	30	26 Iulij	25 Aug.	24 Sept.	24 Oct.	23 No.	23 Dec.	0	24 Ian.	23 Feb.	25 Mar.	24 Apr.	24 Maij	23 Iun.	17
	31	23 Iuli.	22 Aug.	21 Sept.	21 Oct.	20 Nu.	20 Dec.	0	21 Ian.	20 Feb.	21 Mar.	20 Apr.	20 Maij	19 Iun.	14
Ἐμβ.	32	19 Iuli.	18 Aug.	17 Sept.	16 Oct.	15 No.	15 Dec.	0	16 Ian.	15 Feb.	17 Mar.	16 Apr.	16 Maij	15 Iun.	10
	33	15 Iuli.	14 Aug.	13 Sept.	13 Oct.	12 Nu.	12 Dec.	0	13 Ian.	12 Feb.	14 Mar.	13 Apr.	13 Maij	12 Iun.	6
	34	12 Iuli.	11 Aug.	10 Sept.	10 Oct.	9 Nou.	9 Dec.	0	10 Ian.	9 Febr.	11 Mar.	10 Apr.	10 Maij	9 Iun.	3
	35	9 Iuli.	8 Aug.	7 Sept.	7 Oct.	6 Nou.	6 Dec.	5 Ian.	6 Febr.	7 Mart.	6 April.	6 Mai.	5 Iunij	5 Iulij	0
Ἐμβ.	36	4 Aug.	3 Sept.	3 Octo.	1 Nou.	1 Dec.	31 Dec.	0	1 Febr	3 Mart.	2 April.	2 Maij.	1 Iunij	1 Iulij	26
	37	31 Iulij	30 Aug.	29 Sept.	29 Oct.	28 No	28 Dec.	0	29 Ian.	28 Feb.	30 Mar.	29 Apr.	29 Maij	28 Iun.	22
	38	28 Iuli.	27 Aug.	26 Sept.	26 Oct.	25 No.	25 Dec.	0	26 Ian.	25 Feb.	27 Mar.	26 Apr.	26 Maij	25 Iun.	19

in ratione temporum Atticorum. Adiecimus etiam πλειῶδας ἡμέρας: A quæ ſemper differunt, vt diximus, vnitate ab Olympicis in anno quarto, propter biſextum Iulianum, & biſextum Olympicum. Nunc eius fidem periclitemur. Repetatur exemplum proximum à nobis adductum. Annus 401 Iphiti, abiectis 76, quantum fieri poteſt, eſt 21. periodi Olympicæ ſextæ. de quibus ſi accommodata integra periodo, (vt fieri oportet, quoties maior numerus eſt, qui detrahitur, quam vn-

RESIDVVM TABVLÆ NEOMENIARVM ATTICARVM IN MENSIBVS IVLIANIS.

	Anni periodi.	Ἑκατομβαιών.	Μεταγειτνιών.	Βοηδρομιών.	Πυανεψιών.	Μαιμακτηριών.	Ποσειδεὼν α.	Ποσειδεὼν β.	Γαμηλιών.	Ἀνθεστηριών.	Ἐλαφηβολιών.	Μουνυχιών.	Θαργηλιών.	Σκιρροφοριών.	[illegible]
	39	25 Iulij	24 Aug.	23 Sept.	23 Octo.	22 Nou.	22 Dec.	0	23 Ian.	22 Feb.	23 Mar.	22 Apr.	22 Maij	21 Iunij	16
Δωδ.	40	21 Iulij	20 Aug.	19 Sept.	17 Oct.	16 No.	16 Dec.	0	17 Ian.	16 Feb.	18 Mar.	17 Apr.	17 Maij	16 Iunij	12
	41	16 Iulij	15 Aug.	14 Sept.	14 Oct.	13 No.	13 Dec.	0	14 Ian.	13 Feb.	15 Mar.	14 Apr.	14 Maij	13 Iunij	7
	42	13 Iulij	12 Aug.	11 Sept.	11 Oct.	10 No.	10 Dec.	0	11 Ian.	10 Feb.	12 Mar.	11 Apr.	11 Maij	10 Iunij	4
	43	10 Iulij	9 Aug.	8 Sept.	8 Oct.	7 Nou.	7 Dec.	6 Ian.	7 Febr.	8 Mart.	7 April.	7 Maij	6 Iunij	6 Iulij	1
Ἐξαιρ.	44	5 Aug.	4 Sept.	4 Octo.	2 Nou.	2 Dec.	1 Ian.	0	2 Febr.	4 Mart.	3 April.	3 Maij	2 Iunij	2 Iulij	25
	45	1 Aug.	31 Aug.	30 Sept.	30 Oct.	29 Nou.	29 Dec.	0	30 Ian.	1 Mart.	31 Mar.	30 Apr.	30 Maij	29 Iunij	23
	46	29 Iulij	28 Aug.	27 Sept.	27 Oct.	26 Nou.	26 Dec.	0	27 Ian.	26 Feb.	28 Mar.	27 Apr.	27 Maij	26 Iun.	20
	47	26 Iulij	25 Aug.	24 Sept.	24 Oct.	23 Nou.	23 Dec.	0	24 Ian.	23 Feb.	24 Mar.	23 Apr.	23 Maij	22 Iun.	17
Ἐξαιρ.	48	22 Iulij	21 Aug.	20 Sept.	19 Oct.	18 Nou.	18 Dec.	0	19 Ian.	18 Feb	20 Mar.	19 Apr	19 Maij	18 Iun.	13
ps	49	18 Iulij	17 Aug.	16 Sept.	16 Oct.	15 No.	15 Dec.	0	16 Ian.	15 Feb.	17 Mar.	16 Apr.	16 Maij	15 Iun.	9
	50	15 Iulij	14 Aug.	13 Sept.	13 Oct.	12 Nou.	12 Dec.	0	13 Ian.	12 Feb.	14 Mar.	13 Apr.	13 Maij	12 Iun.	6
	51	12 Iulij	11 Aug.	10 Sept.	10 Oct.	9 Nou.	9 Dec.	8 Ian.	9 Febr.	10 Mart.	9 April.	9 Maij	8 Iunij	8 Iulij	5
Ἐξαιρ.	52	7 Aug.	6 Sept.	6 Octo.	4 Nou.	4 Dec.	3 Ian.	0	4 Feb.	6 Mart.	5 April.	5 Maij	4 Iunij	4 Iulij	29
	53	3 Aug.	2 Sept.	2 Octo.	1 Nou.	1 Dec.	31 Ian.	0	1 Febr.	3 Mart.	2 April.	2 Maij	1 Iunij	1 Iulij	25
	54	31 Iulij	30 Aug.	29 Sept.	29 Oct.	28 Nou.	28 Dec.	0	29 Ian.	28 Feb.	30 Mar.	29 Apr.	29 Maij	28 Iun.	22
	55	28 Iulij	27 Aug.	26 Sept.	26 Oct.	25 Nou.	25 Dec.	0	26 Ian.	25 Feb.	26 Mar.	25 Apr.	25 Maij	24 Iun.	19
Ἐξαιρ.	56	24 Iulij	23 Aug	22 Sept.	21 Oct.	20 No.	20 Dec.	0	21 Ian.	20 Feb.	22 Mar.	21 Apr.	21 Maij	20 Iun.	14
	57	20 Iulij	19 Aug.	18 Sept.	18 Oct.	17 Nou.	17 Dec.	0	18 Ian.	17 Feb.	19 Mar.	18 Apr.	18 Maij	17 Iun.	11
	58	17 Iulij	16 Aug.	15 Sept.	15 Oct.	14 Nou.	14 Dec.	0	15 Ian.	14 Feb.	16 Mar.	15 Apr.	15 Maij	14 Iun.	8
	59	14 Iuli.	13 Aug.	12 Sept.	12 Oct.	11 Nou.	11 Dec.	0	12 Ian.	11 Feb.	12 Mar.	11 Apr.	11 Maij	10 Iun.	5
Δωδ.	60	10 Iuli.	9 Aug.	8 Sept.	6 Oct.	5 Nou.	5 Dec.	4 Ian.	5 Febr.	7 Mart.	6 April.	6 Maij.	5 Iunij	5 Iulij	1
	61	4 Aug.	3 Sept.	3 Octo.	2 Nou.	2 Dec.	1 Ian.	0	2 Febr.	4 Mart.	3 April.	3 Mai.	2 Iunij	2 Iulij	26
	62	1 Aug.	31 Aug.	30 Sept	30 Oct.	29 Nou.	29 Dec.	0	30 Ian.	1 Mart.	31 Mar.	30 Apr.	30 Maij	29 Iun.	23
	63	29 Iuli.	28 Aug.	27 Sept.	27 Oct.	26 Nou.	26 Dec.	0	27 Ian.	26 Feb.	27 Mar.	26 Apr.	26 Maij	25 Iun.	20
Ἐξαιρ.	64	25 Iuli.	24 Aug.	23 Sept.	22 Oct.	21 No.	21 Dec.	0	22 Ian.	21 Feb.	23 Mar.	22 Apr.	22 Maij	21 Iun.	16
	65	21 Iulij	20 Aug	19 Sept.	19 Oct.	18 Nou.	18 Dec.	0	19 Ian.	18 Feb.	20 Mar.	19 Apr.	19 Maij	18 Iun.	12
	66	18 Iulij	17 Aug.	16 Sept.	16 Oct	15 No.	15 Dec.	0	17 Ian.	16 Feb.	17 Mar.	16 Apr.	16 Maij	15 Iun.	9
	67	15 Iuli.	14 Aug	13 Sept.	13 Oct.	12 No.	12 Dec.	0	13 Ian.	12 Feb.	13 Mar.	12 Apr.	12 Maij	11 Iun.	6
Ἐξαιρ.	68	11 Iuli.	10 Aug.	9 Sept.	8 Oct.	7 No.	7 Dec.	6 Ian.	7 Febr.	9 Mart.	8 April.	8 Mai.	7 Iunij	7 Iulij	2
	69	6 Aug.	5 Sept.	5 Octo.	4 Nou.	4 Dec.	3 Ian.	0	4 Febr.	6 Mart.	5 April	5 Maij.	4 Iunij	4 Iulij	28
	70	3 Aug.	2 Sept.	2 Octo.	1 Nou.	1 Dec.	31 Dec.	0	30 Ian.	3 Mart.	2 April.	2 Maij	1 Iunij	1 Iulij	25
	71	31 Iuli.	30 Aug.	29 Sept.	29 Oct.	28 No.	28 Dec	0	29 Ian.	28 Feb.	29 Mar.	28 Apr.	28 Maij	27 Iunij	22
Ἐξαιρ.	72	27 Iuli.	26 Aug.	25 Sept.	24 Oct.	23 No.	23 Dec.	0	24 Ian.	23 Febr.	25 Mar.	24 Apr.	24 Maij	23 Iun.	28
	73	23 Iuli.	22 Aug.	21 Sept.	21 Oct.	20 Nou.	20 Dec.	0	21 Ian.	20 Feb.	22 Mar.	21 Apr.	21 Maij	20 Iunij	14
	74	20 Iuli.	19 Aug.	18 Sept.	18 Oct.	17 Nou.	17 Dec.	0	18 Ian.	17 Feb.	19 Mart.	18 April	18 Maij	17 Iunij	21
	75	17 Iulij	16 Aug.	15 Sept.	15 Oct.	14 No.	14 Dec.	0	15 Ian.	14 Feb.	15 Mar.	14 Apr.	14 Maij	13 Iun.	8
Ἐξαιρ.	76	13 Iuli.	12 Aug.	11 Sept.	10 Oct.	9 No.	9 Dec.	0	10 Ian.	9 Febr.	11 Mar.	10 Apr.	10 Maij	9 Iun.	4

de detra-

A de detrahitur) deducantur anni 38; relinquetur annus 59 periodi Atticæ in Tabula periodi. E regione annorum 59, in area Boedromionis, occurrit neomenia Boedromionis in 12 Septembris. Ergo vicesima sexta fuit in VII Octobris. quam non solum necessario fuisse plenilunium docet laterculus neomeniarum, sed etiam Tisri Iudaicus anni 3386. Cuius character 5 14. 55. Septembris XXIII, feria quinta, Cyclo Solis 26. Ideo plenilunium VII Octobris, feria quinta, vt erat propositum. Rursus annus ab Ilio capto erat 408 ante initium primæ Olympiadis. Deductis omnibus 76, remanent 28 anni. qui de 76 detracti relinquunt 48 annos absolutos periodi Olympicæ, quam fingimus tunc fuisse. Ergo 49 anno periodi Olympicæ captum

B est Ilion. Detractis ex methodo perpetua 38 annis, relinquitur annus vndecimus periodi Atticæ, in quo anno captum fuerit Ilion. Eum annum dicit Dionysius habuisse περιττὰς ἡμέρας εἴκοσι. Sed sine dubio aut ille fallitur, aut codex est mendosus, vbi est εἴκοσιν ἡμέραι, pro εἴκοσι μία ἡμέραι. Sane is est annus quem intelligebat Dionysius ex Ephoro. Ilion igitur captum Θαργηλιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος. Neomenia Thargelionis 31 Mai. Ideo XXIII Thargelionis congruebat vicesimæ secundæ Iunij, à qua ad IX Iulij, non XVII, vt vult Dionysius, sed XVI tantum dies erant. nisi forte ipse IX non autem VIII Iulij τροπὰς θερινὰς vocet. quod fieri potest. Tunc conueniet: & 20 fuerint περιτταὶ ἡμέραι. Quomodocumque res habet, vides & illum esse

C annum, quem habebat in animo Ephorus, & ad methodum perpetuam de periodo Olympica semper 38 deducenda, vt habeas annum periodi Atticæ. Anno secundo Olympiadis 75, id est, anno 298 Iphiti, Athenienses sextamdecimam Munychionis Dianæ consecrarunt, quod plena lampade, hoc est plenilunio, pugnatum est eo die illius anni nauali certamine ad Salamina. Deductis 76, quantum potest, de annis Iphiti 298, remanet annus 70 tertiæ periodi Olympicæ. Abiectis igitur ex perpetua methodo 38, remanet annus 32 periodi Atticæ, cuius Munychion 16 Aprilis. qui, propterea quod est vltimus Tetraeteridis, fere Lunaris est, vt ex Laterculo neomeniarum Lunarium perspici potest. Congruit ea neomenia Ijar Iudaico 3283,

D cuius character 5. 8. 124. decima septima Aprilis. Ergo Kalendis Mai plenilunium, in quas Kalendas incidit XVI Munychionis. Vide quam pulchre hæc respondent methodo. Plutarchi verba de ea re: τὴν δὲ ἕκτην ἐπὶ δέκα Μουνυχιῶνος Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεός. Illud autem tempus Eusebius recte confert in secundum annum Olympiadis 75. Quod si non fecisset, aut si omnes Chronologi tacuissent, tamen ex methodo id diuinari poterat. Quod autem Diodorus scribit Meto-

nem ob-

nem obſeruaſſe nouilunium primi ſui Hecatombæonis enneadecaete- A
rici σκιρροφοριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, anno quarto deſinente Olympiadis 86, ſcito, vt ſuo loco declarabitur, libro ſecundo, Metonem nouilunium anticipaſſe. Nullus enim σκιρροφοριὼν poteſt habere nouilunium in XIII, vt cognoſcis ex laterculo neomeniarum Lunarium Atticarum. Sed in XV aut XIIII Scirrophorionis poteſt nouilunium committi. Annus quartus Olympiadis 86, erat 344 ab Iphito: & proinde 40 periodi quintæ Olympicæ. Deductis 38, remanet annus ſecundus periodi Atticæ. Scirrhophorion III Iulij. Ab Iudaicus erat in XVI Iulij. At neomenia primi Hecatombæonis Metonici die XV. Itaque vno die anticipatum. In omnibus igitur mire conſtat
methodus: quam ſtudioſi Lectores in multis aliis exemplis pericli- B
tari poſſunt. Sed caueant, ne illis imponat Plutarchus, qui, vt alibi diximus, non raro in his rebus hallucinatur. Vno exemplo prudentior fieri poteſt Lector. Plenilunium eclipticum, quod contigit anno Iphiti 446, Dario ad Gaugamela profligato, Plutarchus confert in μυστηρίων tempus, hoc eſt, vt ipſe alibi interpretatur, εἰς τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Abiectis 76 omnibus ex 446, remanet annus 66 ſextæ periodi Olympicæ. Deductis 38, remanet annus 28 periodi Atticæ. Boedromion Kal. Octobris. Metagitnion Kal. Septembris. In cuius viceſimam, ſequente viceſima prima, incidit illud plenilunium. Ergo non τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, aut μυστηρίοις, vt vult Plutarchus, ſed τῇ
εἰκάδι Μεταγειτνιῶνος contigit defectus Lunaris. Plutarchus autem ha- C
bebat in animo Boedromionem Iulianum, cum hæc ſcriberet. Non enim raro ille confundit menſes Iulianos cum antiquis vagis: vt in anno Actiaco oſtendemus. Hæc ſatis fuerint de periodo Attica. Supereſt, vt reddamus rationem, quare quartum Boedromionem Tetraeteridis Atticæ ἐξαιρεσιμαῖον fecimus, & non ſecundum, aut tertium. Sane ſi nihil aliud, ratio ipſa docet in vltimo anno æquationem omnem fieri debere. Sed & id exemplis confirmatur. Plutarchus Platæenſem pugnam contigiſſe ait Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου τετράδι: eandem vero pugnam in Camillo ſcribit τρίτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου contigiſſe. Erat annus ſecundus Olympiadis 75, teſte
Euſebio: proinde ſeptuageſimus quartæ periodi Olympicæ, 32 D
autem Atticæ. Ergo Boedromion ille incidit in quartum annum Tetraeteridis Atticæ. Et quia Plutarchus tertiam vocat, quam antea quartam Boedromionis, non eſt dubium, quin Boedromion quartus fuerit ἐξαιρεσιμαῖος.

A ## DE PERIODO MACEDONICA ÆSTIVA.

Omnes ciuitates Græciæ periodum Olympiadicam ab initio amplexæ ſunt religionis cauſſa, mutato alias contextu, alias initio, cum aliæ ciuitates ab aliis menſibus anni, quam æſtiuis, aliæ ab alio anno, quam a primo Tetraeteridis, initium ſumerent. Ideo fiebat, vt apud diuerſas ciuitates idem menſis eaſdem ἀνάρχους ἡμέρας ſiue ὑπερβαλλούσας retineret. De hac varia initij capiendi licentia ac prope laſciuia ita ſcribit Plutarchus in Ariſtide: τὴν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀνωμαλίαν οὐ θαυμαστέον, ὅπου καὶ νῦν διηκριβωμένων τῶν ἐν ἀστρολογίᾳ μᾶλλον,
B ἄλλοι ἄλλην τὴν μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν. Athenienſes a diebus quidem æſtiuis incipiebant. ſed eorum menſes cum Elidenſium menſibus raro congruebant: imo nunquam neomeniæ menſium periodicorum congruebant, quatenus Athenienſium Tetraeteris incipiebat a tertio anno Olympiadicæ Tetraeteridis. Sic nunquam conuenient. Quia primus menſis vniuſcuiuſque Tetraeteridis tantum eſt Lunaris. At priſci Macedones nihil immutarunt in ſitu & contextu periodi Olympicæ. Atque, vt vno verbo dicam, eadem fuit Macedonica cum Olympica. Id docemur ex Decreto Athenienſium, quod in gratiam Hyrcani Iudæorum Pontificis Maximi emiſſum eſt. Ex quo hæc, quæ ad rem facere ſunt viſa, deprompſimus. Ἐπὶ πρυτάνεως, καὶ ἱερέως
C Διονυσίου τοῦ Ἀσκληπιάδου, μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος. Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἀλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας. Munychion iſte, quia eſt menſis πρυτανείας, vt verbis decreti expreſſum eſt, erat Calippicus, & Lunaris: Panemus autem Macedonicus. A Macedonibus enim ſubacti Athenienſes, annum eorum, vt & iugum, accipere coacti ſunt. Quia igitur viceſima ſexta Panemi periodici erat vndecima menſis Lunaris: Ergo nouilunium inciderat in ſextam decimam Panemi. In Laterculo menſium Lunarium Tetraeteridos Atticæ, Munychion periodicus, qui eſt Panemus Macedonicus, habet nouilunium in ſextadecima, in anno ſecundo Tetraeteridos Atticæ. Igitur an-
D no ſecundo Tetraeteridis emiſſum eſt illud Pſephiſma. Demonſtretur ex ratione temporum, in quæ conferendum eſt decretum. Erat enim, vt ſcribit Ioſephus, annus nonus ſacerdotij Hyrcani, quod ipſe, eodem auctore, iniuerat anno primo Olympiadis 177. Fuit igitur anno 714 Iphiti ad veris tempus decurrente; & proinde decimæ periodi Olympicæ triceſimo. Sed, vt diximus, Munychion incidit in annum ſecundum Tetraeteridis. Fuit igitur Tetraeteris illa Olympica, non Attica. & propterea tota periodus Macedonica mere Olympica,

pica,neque situ neque contextu mutato. cum enim Tetraeteris Attica incipiat à tertio anno Tetraeteridis Olympicæ, vt iam dictum est, semper annus secundus Atticus erit quartus Olympicus, & contra. Hinc sequitur omnino omnes Græcos, aut saltem maiorem eorum partem, in eodem mense τὰς ὑπερβαλλούσας ἡμέρας habuisse, hoc est in eo mense, qui sextus esset a Tropico æstiuo, vt ipsi loquebantur. Cum vero Philippus Rex Macedoniæ Amyntæ filius, Alexandri Magni pater, menses Metonicos in periodum Macedonicam recepisset, periti Macedonum in eius gratiam periodum nouam orsi sunt a diebus verni sideris, cuius initium caderet in annum septuagesimum secundum periodi Olympicæ, initio sumpto a Dæsio Macedonico, siue Munychione Attico, tam Metonis, quam Tetraeterico. Conueniunt enim in vnum neomenia periodica & Metonica: & fuit verus Nisan anni Iudaici 3437. Cuius character 7. 21. 68. feria prima, Martij vicesima sexta, cyclo Lunæ primo, Solis 22, anno periodi Iulianæ 4390. Et Hyperberetæus sequentis Olympiadis 114 cæpit in 24 Iulij. Quare, vt diximus, antecedens Panemus conuenit in 26 Martij. Hæc est periodus, quam Philippeam vocarunt ab ipso Philippo, qui tamen eius initium non vidit, vt neque filius eius Alexander autumnalem, quam illi instituerant Syromacedones. Nam vidit quidem finem, sed initium, quod eius cognomine fuit, non vidit. Menses periodi veteris Macedonicæ cum Atticis comparatos infra subiecimus.

A B C

MENSES Macedonum.	MENSES Atheniensium.
ὑπερβερεταῖος.	ἑκατομβαιὼν
δῖος.	μεταγειτνιὼν
ἀπελλαῖος.	βοηδρομιών.
αὐδυναῖος.	πυανεψιὼν
περίτιος	μαιμακτηριὼν
δύστρος.	ποσειδεών.
ξανθικὸς	γαμηλιὼν
ἀρτεμίσιος	ἀνθεστηριὼν
δαίσιος.	ἐλαφηβολιών.
πάνεμος	μουνυχιὼν
λῷος	θαργηλιὼν
γορπιαῖος.	σκιῤῥοφοριών.

PERIODVS MACEDONVM
ALEXANDREA AVTVMNALIS.

HACTENVS Macedones integra periodo Olympica vsi sunt: donec Syromacedones aliam in gratiam Alexandri constituerunt, quam ipse, vt iam à nobis indicatum est, non vidit, cum eius initium incidat in annum Iphiteum 465. Calippus Cyzicenus, vt iam diximus, cum ἐμβολισμοὺς καὶ διεξαιρέσεις in nouem octaeteridibus, & semisse, hoc est in XIX Tetraeteridibus fieri animaduertisset, anno 445 Iphiteo deprehendit Lunæ coitum cum Sole conuenire in epocham veterem Olympiadis, hoc est, in IX Iulij, anno sexagesimo quinto periodi Olympicæ, vicesimo septimo periodi Atticæ. Fuit enim Ab Iudaici anni 3430. cuius character 6.13.217. feria sexta, cyclo Solis XV, Lunæ D

A Lunæ XIII. Iulij nona. Igitur ſtatuit Hecatombæonem tam periodicum ſiue Tetraetericum, quam Lunarem in IX Iulij, & retexuit veterem ſitum Olympiadicæ, & Atticæ periodi. Nam pro ſexageſimo ſexto periodi ſextæ Olympiadicæ, & vigeſimo octauo Atticæ primum annum inſtituit periodi ſuæ. Reſtituit igitur hoc modo in priſcam epocham Olympicam neomeniam Lunarem: ſed non propterea hinc exorſus eſt periodum, ſed à Pyanepſione proximo, qui cæpit VII Octobris propter pugnam ad Arbela, quæ in id tempus incidit: eoque nomine periodum ſuam Alexandream vocauit. Et quidem veriſimile eſt ipſum non tacuiſſe, quaſi diuinitus Lunæ σύνοδον in veterem epocham Olympicam incurriſſe eo anno, quo Darium Alexander vicerit. Quod
B enim ab Autumno eam inſtituerit, docet nos Ptolemæus. Nam apud eum eclipſis Lunæ obſeruatur, Sole in Virgine poſito, anno quinquageſimo quarto ſecundæ periodi Calippicæ. Poſt menſes ſex altera eſt obſeruata, anno quinquageſimo quinto, Sole Piſces obtinente. En mutatio anni a Virgine ad Piſces. Rurſus eodem anno quinquageſimoquinto, tertia Eclipſis in Virgine facta. A Piſcibus ad Virginem non eſt facta anni mutatio. Non igitur cæpit a Solſtitio. A Virgine ad Piſces fit mutatio. Ergo ab Autumno. Quod autem a Cyclo Lunæ XIII cæperit, ita demonſtrabitur. Eclipſis trium prima incidit in XXII Septembris, anno LIIII deſinente, qui erat decimus cycli Lunaris. Ergo quinquageſimus quintus cæpit ab eodem cyclo decimo,
C & propterea primus cæpit a cyclo XIII: & conſequenter XII ad epocham Calippi autumnalem addenda, vt habeas cyclum Lunarem. Incipit igitur ab eodem Autumno, quo memorabilis clades Perſarum ad Arbela contigit. Atque ita quidem Calippus. Sed non tamen ideo obtinuit, vt ſtatim nomine Alexandri procederet. Cyclo enim Lunari vertente cæpta eſt putari, annis duodecim poſt mortem Alexandri, ideo, vt primus annus Tetraeteridis Alexandreæ cum primo Tetraeteridis Olympicæ concurreret: & pro anno nono periodi Iphiteæ diceretur primus Alexandreæ. Neque vero tantummodo in hoc mutatio facta, ſed etiam in menſibus. Tunc enim Hyperberetæus a diebus æſtiuis ad autumnales traductus eſt, & vt olim Olympia-
D dici, ita poſtea Alexandrei anni caput factus. Antiochus Magnus in reſcripto quodam de Iudæis, vt extat apud Ioſephum, annuas penſiones remittit illi genti in triennium, vſque ad Hyperberetæum menſem: vt omnino menſis, qui annum claudit, ſit is, qui Hyperberetæum antecedit: ἵνα δὲ, inquit, θᾶττον ἡ πόλις κατοικισθῇ, δίδωμι τοῖς τε νῦν, καὶ κατελευσομένοις, ἕως Ὑπερβερεταίου μηνὸς, ἀτελεῖς εἶναι μέχρι τριῶν ἐτῶν. Quod autem Antiochus Epiphanes Samaritanis ſcribens ita tempus notarit: ἑκατομβαιῶνος μηνὸς ιη, equidem ingenue fateor me non in-

telligere: Nisi, quod credo, fuerit is ἑκατομβαιὼν Calippicus Lunaris. & sane non dubito, quin verum sit. Porro hanc epocham Syri tenuerunt ad hunc vsque diem a mense Octobri Iuliano, propter veterem Hyperberetæum: eamque epocham Aliscandria vocant, id est Alexandream. Sed Arabes, & quædam aliæ nationes diu vsurparunt ab Elul, id est Septembri, propter Indictionem Constantinianam. Eaq; epoche vocata est illis תאריחדי אלקרנין تاريخ ذي القرنين Terich dilkarnain, hoc est ἐποχὴ τοῦ δικέρωτος. Alexandrum enim vocant δικέρωτα, vt infra dicetur. Quod autem Plutarchus in Alexandro scribit λῷον Macedonicum mensem esse eundem cum Hecatombæone, hoc verum fuerit, si λῷος Tetraetericus, Hecatombæon vero Lunaris, & Calippicus intelligatur. Nam secundo anno periodi Alexandreæ Hecatombæon Lunaris vel Calippicus occupabat Iulium, λῷος vero inuadebat Augustum. Nam menses Tetraeterici sunt tardiores Lunaribus in annis secundo, tertio, quarto Tetraeteridos.

MENSES PERIODI ALEXANDREÆ Syromacedonum.

ὑπερβερεταῖος	πυανεψιὼν
δῖος	μαιμακτηριὼν
ἀπελλαῖος.	ποσειδεών.
αὐδυναῖος	γαμηλιὼν
περίτιος	ἀνθεστηριὼν
δύστρος.	ἐλαφηβολιών.
ξανθικὸς	μουνυχιὼν
ἀρτεμίσιος	θαργηλιὼν
δαίσιος.	σκιῤῥοφοριών.
πάνεμος	ἑκατομβαιὼν
λῷος	μεταγειτνιὼν
γορπιαῖος.	βοηδρομιών.

B

DE PERIODO BITHYNORVM.

C

ANNO a Nabonassaro 840, Tybi II absoluto, Agrippa astrologus in Bithynia obseruauit Lunam iunctam cum australi succedente Vergiliarum, qui erat annus XII Domitiani, Metroi secundum Bithynos die VII. Tempus, XXIX Nouembris, anno Christi vulgari 92: Ergo neomenia Μητρῴου congruebat vicesimæ tertiæ Nouembris: & proinde mensis æstiuus 26 Iulij. Erat annus Iphiteus 868, & periodi duodecimæ Olympicæ 32. In qua mensis æstiuus ter competit vicesimæ sextæ Iulij, in annis 13, 30, 47. Sed cum annus propositus esset quartus Olympiadis, annum quoque Bithynicum aut quartum fuisse oportet Tetraeteridis Bithynicæ, aut secundum: quod aliter anni Olympici non vsurpantur in aliis periodis. Sed nullus quartus Olympiadicæ Tetraeteridis habet initium in 26 Iulij. Erit igitur annus 32 Olympiadicæ periodi, 30 autem

MENSES Bithyniorum.	MENSES Atheniensium.
ἀφροδίσιος	ἑκατομβαιὼν
δημήτριος	μεταγειτνιὼν
ἡραῖος.	βοηδρομιών.
ἑρμαῖος	πυανεψιὼν
μητρῷος	μαιμακτηριὼν
διονύσιος.	ποσειδεών.
ἡράκλειος	γαμηλιὼν
δῖος	ἀνθεστηριὼν
βενδιδαῖος.	ἐλαφηβολιών.
στράτειος	μουνυχιὼν
ἄρειος	θαργηλιὼν
περιέπιος.	σκιῤῥοφοριών.

D

Bithynicæ.

A Bithynicæ. Et propterea duo anni de Olympica periodo detrahendi ad methodum periodi Bithynicæ. Non dubium est, quin periodus hæc in gratiam Regum Bithyniæ constructa sit cum mensibus Calippicis: Nos autem subiecimus Laterculum mensium Bithynicorum, vt in manuscripto Græco reperi, eosque cum Atticis comparauimus:

DE PERIODO DELPHORVM PYTHICA.

PER octaeteridas tempora sua periodica transegisse Græcos, puto iam satis docilia ingenia capere posse. Sed εὐμεθοδευσίας gratia
B nos circuitum embolismorum, quæ est vera ἀποκαταστάσεως temporum, orbe annorum 76 peragimus. quo interuallo comprehenduntur octaeterides nouem cum dimidia, embolismi etiam nouem, quot scilicet sunt Octaeterides. Sane, vt Censorinus scribit, hunc circuitum vere annum magnum esse pleraque Græcia existimauit, quod ex annis octo vertentibus solidis eum constare existimarent. Adiicit idem scriptor, ob hoc multas in Græcia religiones hoc interuallo temporis summa cæremonia coli. Delphis quoque ludos, qui vocantur Pythia, post annum octauum olim instaurari solita. Verum quidem est de interuallo antiquorum Pythiorum. sed fallitur, cum existimat eam octaeterida meram Lunarem fuisse, quæ habuit τριακονθημέρους menses om-
C nes, vt iam declaratum a nobis. Nam Pythiorum vetus institutio, octaeteridis autem Lunaris recentissima, si quidem cum illorum ludorum origine comparetur. Fallitur præterea interpres Pindari, qui inter duo Pythia antiqua ponit interuallum annos solidos Solares nouem. Nam octaeteris dicta est etiam ἐννεαετηρὶς, quod nono quoque anno recurrat. Itaque caput dicitur ἐννεαετηρὶς: interuallum, ὀκταετηρὶς: quemadmodum interuallum duarum Olympiadum, τετραετηρὶς: caput vero vnius, πενταετηρίς. Quare & Olympias ipsa aliquando etiam Tetrapentaeteris dicta, vt est in Censorino Fr. Pithoei. Est enim initium quinti anni. quomodo etiam dicitur ab oraculo πεν-
D ταέτης ἐνιαυτός.

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
Κοινοδίκου φιλίας ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσιν,
Ἔς τ' ἂν πενταέτης ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Delphi igitur tres ἐννεαετηρίδας continuas celebrabant. Prima vocabatur Σεπτήριον, altera ἡρωΐς, tertia χάριλα, vt scribit Plutarchus, quæ nunquam mutatæ fuerunt. Quarta ἐννεαετηρὶς erat τῶν πυθίων, quæ postea in τετραετηρίδα redacta, vt Olympicus agon, anno, vt scribit

Pausanias, Olympiadis 48 tertio. quo Amphictyones fidicinæ artis, vt A antiquitus, præmia constituerunt, adiectis etiam artis tibicinæ. Nam non satis consulte Sophocles in Electra Pythicum agona dicit fuisse tempore Orestis, in eoq; Oresten curru deiectum periisse fingit. Sequenti Tettaeteride, qui erat annus Olympiadis 49 tertius, ἀγὼν ille στεφανίτης factus, vt Olympicus, vnde prima Pythias putari solet. Quare recte apud Eusebium anno III Olympiadis 49 prima Pythias attribuitur. Cui adstipulatur Scholiastes priscus Pindari in Pythionicarum III. καθίστατο δὲ, inquit, ὁ ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης. Si ab anno Iphiti 195 putatur Pythias, & annus primus 28 Pythiadis est annus 109 à prima Pythiade instituta, idem annus Py- B thicus erit 303 Iphiti. qui est annus tertius propositæ Olympiadis 76. Rursus idem Scholiastes XII Olympico: Ἐργοτέλης Κρὴς μὲν ἦν τὸ γένει, πόλεως Κνωσοῦ, ὃς ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα, καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐννάτην. Ergo Pythias celebrata 49. Olymp. Idem Scholiastes εἰδ’ Pythionicarum XIIII. γέγραπται μὲν ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάῳ Πολυμνήστου παιδὶ Κυρηναίῳ τῷ γένει τῆς Λιβύης (vide num melius τῷ γένει τε Λίβυι) νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα. ἔνιοι δὲ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Ἀλλ’ οὐκ ἔγραψεν εἰς τὴν Ὀλυμπιακὴν αὐτοῦ νίκην, καί τοι μετὰ τὴν Πυθικὴν γενομένην. Ait tricesimam primam Πυθιάδα esse priorem octagesima Olympiade. Nam tricesima prima Pythias celebrata est anno Iphiti 315, qui erat tertius Olympiadis septuagesimæ nonæ. C Ab annis igitur Iphiti aufer 194. Habebis annos Pythicos. Cœpit enim, vt diximus, primus ἀγὼν Pythiorum στεφανίτης anno Iphiti Olympiadico 195, periodi Iulianæ 4132, cyclo Lunæ decimo, Solis septimo decimo, sexta mensis, qui apud illos Βύσιος, apud Athenienses Thargelion dicitur. Nam τῇ ἕκτῃ τοῦ ἱσταμένου Apollinem natum volunt. quamuis Θαργήλια Athenis τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Θαργηλιῶνος celebrari solita scribit Plutarchus libro Symposiacon octauo, capite primo: vnde Apollo dictus sit ἑβδομαγενής. Pythiadum periodus ab initio Olympiadum contexta potest ab eo anno incipere, a quo Attica, hoc est a tertio Iphiti, cyclo Lunæ VII, Solis XX, tempore veris præcipitati. Pindarus Olympionicarum XIII. Πυθοῖ τ’ ἔχει σταδίου τιμὰν, διαύλου θ’ ἁλίῳ D ἀμφ’ ἑνί. Μηνός τέ οἱ τωὐτοῦ κρανααῖς ἐν Ἀθάναισι. Manifesto innuit eodem mense Panathenæa & Pythia instaurari solita. Quod si verum est, ergo Panathenæa Thargelione, non autem Hecatombæone celebrabantur: nisi forte dicamus aliud solenne Atticum hic intelligi. Et cur non hic aliud ludicrum a Panathenæis intelligamus, cum constet ex oratione κατὰ Τιμοκράτους Panathenæa celebrari solita τῇ δωδεκάτῃ Ἑκατομβαιῶνος, quemadmodum Olympiadem δωδεκάτῃ Ὑπερβε-

ῥεταίου

A ϛεταίῳ Macedonici? Vtrumque autem ludicrum tam Panathenaïcum,
quam Olympicum quatuor diebus transigebatur. Vltima dies ludicri
xv mensis, plenilunio. Atque hæc quidem dies vnica erat prisco so-
lenni dedicata. Sed postquam proposita fuerunt præmia saltus, disci,
pugilatus, Pancratij, & luctæ, triduum priscæ solennitati præposi-
tum est. Itaque iam a duodecima die mensis incipiebant, desinebant
in xv, quæ, vt diximus, erat plenilunium. Postridie autem, hoc
est, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, erat κρίσις. Proinde ἡ δωδεκάτη erat ἱερομηνία πρώ-
τη τῶν Παναθηναίων, quæ etiam dicebatur Κρῖνα, vt extat in eadem
oratione. Quintadecima erat magna ἱερομηνία. In Psephismate Ti-
mocratis Panathenæa coniiciuntur in δωδεκάτην πρυτανείας: hoc est, in
B duodecimam diem mensis Lunaris: nempe quia mensis primus Te-
traeteridis erat Lunaris merus, & conueniebat cum mense Prytanias.
Tamen vtvt hæc intelligamus, videtur ex his quoque colligi posse
Atticam periodum a tertio anno Tetraeteridis Olympiacæ cæpisse:
vt supra a nobis demonstratum est. An vero idem caput ea periodus
cum Attica habuerit, nimirum a Bruma, an a Solstitio, id vero nobis
hactenus incompertum est. Sed cum veteres scribant Apollinem
τῇ ἕκτῃ τῆς σελήνης, vt Herculem τῇ τετράδι natum, verisimile est pe-
riodum cœpisse a vere adulto: hoc est a mense secundo verno, eum-
que mensem, vt omnes primos Tetraeteridis, mere Lunarem fuisse.
Sed propius vero est, Apollinem natum septima Thargelionis in anno
C quarto Tetraeteridis Pythicæ, quo tempore nouilunium est secunda
Thargelionis. Quæ proculdubio vera est sententia. Nam Apollo di-
citur natus τῇ ἕκτῃ μηνὸς κατὰ σελήνην, vt fere omnes veteres prodiderunt.
Et tamen dicitur ἑβδομαγενής. Si natus est τῇ ἕκτῃ, quomodo igitur ἑβ-
δομαγενὴς dicitur? Iam caussam aperuimus. Natus est τῇ ἕκτῃ κατὰ σελή-
νην, sed τῇ ἑβδομάδι Θαργηλιῶνος ἱσταμένου: nempe τῇ ἕκτῃ τῆς πρυτανείας,
τῇ ἑβδόμῃ Θαργηλιῶνος Tetraeterici. Ergo Thargelia celebrabantur
τῇ ἕκτῃ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου. anni secundi Olympiadis: Pythia autem
diebus æstiuis tertij sequentis. Pythiorum ætate sua celebratorum me-
minit Plutarchus ἐν τῷ περὶ ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. Nemea autem &
Isthmia erant trieterica, non pentaeterica, vt auctor est Scholiastes
D Pindari. Quare fallitur Ausonius, qui Agonas quatuor omnes pen-
taetericos constituit.

Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis
Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo.

Aliud vero est quinquennium, aliud tempus quinquennale. Quin-
quennium est interuallum quinque annorum solidorum: quinquen-
nale est, quod quinto anno incipit. In eundem lapidem offendit
Ouidius, qui Olympiada ex solidis quinque annis constare dicit, vt

alibi ostendimus. Sed quare Latinis succenseamus, cum Pausanias scribat Olympicum agonem ob id ab Hercule διὰ πέμπτου ἔτους celebrari constitutum fuisse, quod ipse cum fratribus, essent numero quinque? Hoc verum poterat esse, si interuallum vnius Olympiadis essent anni quinque. Et Græci dicunt τὴν ὀλυμπιάδα διὰ πέντε ἐτῶν ἄγεσθαι, non autem μετὰ πέντε ἔτη. Quare non solum errauit Ausonius, quod Isthmia & Nemea post totidem annos cum Olympiade instaurari putat, sed etiam quod Olympiada vocat quinquennium. A

DE PERIODO THEBANA.

VETVSTISSIMORVM Bœotiorum annus cæpit a Vergiliarum ortu matutino, in Thargelione Attico. Hesiodus: B

Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
αἳ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
κεκρύφαται. αὖθις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται ——.

Dies viginti ante, quam Sol Taurum ingrediatur, & totidem post, assignat occultationi Pleiadum, & postea incipere dicit annum Thebanum: quamuis neque Proclus, neque eius Mastix Tzetzes mecum faciant. Sed clarius idem poëta alibi:

Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν C
ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰσόκεν αὖθις
γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ,
εὖτ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα.——

Manifesto vocat τετελεσμένον ἐνιαυτὸν ver adultum, nimirum ἀπὸ τῆς τῶν Πλειάδων ἐπιτολῆς: vt omnino videatur idem annus Hesiodeus cum Pythio Delphorum fuisse, nempe a Thargelione. Quare Virgilius præceptorem Hesiodum, vt in agricultura, ita in anni principio instituendo, sequitur:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus.— D

Neque enim hæc interpretes Virgiliani magis assequuntur, quam illa Hesiodea Proclus, & Tzetzes. Sed hæc ante tempora Olympica, siquidem Hesiodus vetustior prima Olympiade. Nunc loquendum de anno periodico Thebanorum, florentibus rebus Atheniensium, Laconum, & ipsorum Thebanorum. Is igitur capiebat initium μετὰ τροπὰς χειμερινάς. Arbitror igitur duodecimum, qui erat idem cum Posideone, τὰς ἀνάρχους ἡμέρας habuisse: quod fine anni magistratus crearetur

A crearetur. Plutarchus Pelopida: καί τοι χειμὼν ἦσαν αἱ περὶ τρο-
πὰς ἀκμαὶ· μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθίνοντος ὀλίγαι περιῆσαν ἡμέραι, καὶ
τὴν ἀρχὴν ἔδει παραλαμβάνειν ἑτέρους εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ πρώτου μηνὸς, ἢ
θνήσκειν τοὺς μὴ παραδιδόντας. Quare, vt dixi, ibi erant αἱ ὑπερβάλλουσαι
ἡμέραι, vt Athenis fine Posideonis. Cur enim alibi, si mensis sequens
est initium anni? Primus mensis dicebatur Βουκάτιος, respondens
Gamelioni Attico. Plutarchus ibidem: τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώ-
τῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι. Hunc
autem eundem, quem Hesiodus ληναιῶνα vocat, esse putat Plutar-
chus. Hesychius, Ληναιών. Οὐδένα μὲν τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν·
εἰκάζει δὲ Πλούταρχος Βουκάτιον. καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν, &c. Secundus men-
B sis erat Ἑρμαῖος. Sequitur apud Hesychium: ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς
μετὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστι. Καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄ-
γουσι. Septimus mensis Ἱπποδρόμιος, si Plutarcho homini Bœotio cre-
dimus: qui ait pugnam Leuctricam contigisse, Bœotiis Ἱπποδρομίου
μηνὸς, Atheniensibus Ἑκατομβαιῶνος ἱσταμένου τῇ πέμπτῃ. Nonus Πά-
νεμος respondens Boedromioni. Decimus Δαμάτριος idem cum
Pyanepsione. Vndecimus Ἀλαλκομένιος idem cum Mæmacterione.
Reliquos menses nondum reperi. Caput autem & situm huius pe-
riodi difficile est inuestigare, propter penuriam exemplorum. Plu-
tarchus in Aristide de pugna Platæensi: ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαν-
το τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετρά-
C δι τοῦ Πανέμου φθίνοντος. Erat annus secundus Olympiadis LXXV, &
proinde 298 Iphiteus, periodi Atticæ 32: cuius Boedromion XVII
Septembris, vtique ἐξαιρεσιμαῖος. ac propterea quarta Boedromio-
nis politica erat vera tertia: quod & ipse Plutarchus, tanquam inter-
pres nos docet in Camillo: Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μὲν Μαρα-
θῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν. Hic τρί-
την vocat, quam in Aristide τετράδα, nimirum propter ἐξαίρεσιν.
Boedromion illius anni XVII Septembris, & propterea ἡ τετρὰς, habi-
ta ratione τῆς ἐξαιρέσεως, hoc est, ἡ τρίτη, XIX Septembris. Ergo, cum
XIX Septembris fuerit XXVII Panemi Thebani, Neomenia Pane-
mi congruit vicesimæ quartæ Augusti. & proinde XXV Iulij fuerit
D neomenia mensis primi æstiui, quem Plutarchus dicit Hippodro-
mion a Thebanis nominari. Sed bis tantum mensis æstiui caput in
periodo Olympica incidit in XXV Iulij, nempe anno trigesimo nono,
& sexagesimo quarto. Annis igitur periodi Atticæ addenda sunt 32,
vt habeas annos periodi Thebanæ: aut de annis Olympiacis de-
ducendi sunt anni 6. & sic falsum fuerit, Panemum verum esse Boe-
dromionem, sed medium inter Metagitnionem & Boedromionem.
Rursus idem Plutarchus de pugna Leuctrica, quæ coniicitur in tem-

pus ſecundi anni Olympiadis 102 ita ſcribit : ἔτι μὲν συνέβη Βοιωτοῖς A Ἱπποδρομίου μηνὸς, ὡς δ᾽ Ἀθηναῖοι καλοῦσιν, Ἑκατομβαιῶνος ἱσταμένου πέμπτῃ. Manifeſtum enim, vt Ἑκατομβαιῶνος, ita etiam, Ἱπποδρομίου ἱσταμένου intelligi. Sed quia non appoſuit τὴν ποσταίαν τοῦ Ἱπποδρομίου, nihil poſſumus ſtatuere.

DE
PERIODO SYRACVSANA.

ANNO quarto Olympiadis 91, qui erat decimus nonus ab initio belli Peloponeſiaci, Demoſthene & Nicia Athenienſium du- B cibus bellum in Sicilia adminiſtrantibus, defecit Luna, nocte, quæ ſecuta eſt viceſimam ſeptimam Auguſti, anno periodi Iulianæ 4301. Et ſtatim nocte altera Nicias inhoneſte ſeſe recipiens ex ſuperſtitione defectus, hoſtibus ſe cum toto fere exercitu interficiendum obiecit. Polybius Excerptis libri IX. Καὶ μὴν Νικίας ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς δυνάμενος σώζειν τὸ περὶ τὰς Συρακούσας στράτευμα, καὶ λαβὼν τῆς νυκτὸς ἁρμόζοντα καιρὸν εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολεμίους, ἀποχωρήσας εἰς ἀσφαλὲς, κἄπειτα τῆς σελήνης ἐκλιπούσης, ὥς τι δεινὸν προσημαινούσης, ἐπέσχε τὴν ἀναζυγὴν, &c. Hæc autem eclipſis confertur a Plutarcho in Καρνείου μηνὸς τετάρτην φθίνοντος. & poſtea Carneum eundem cum Metagitnione facit. Erat annus periodi O- C lympicæ 60, ac propterea Atticæ viceſimus ſecundus : cuius Hecatombæon 25 Iulij : Metagitnion 24 Auguſti. Contigit igitur eclipſis nocte, quæ ſecuta eſt quartam diem Metagitnionis. hoc eſt, τετάρτη μεταγειτνιῶνος ἱσταμένου. iccirco neomenia Καρνείου incidit in Kalendas Auguſti. Fuit igitur Καρνεῖος illius anni aliquantum particeps Metagitnionis. ſed ipſe re vera eſt Hecatombæon Atticus. Vt autem neomenia Hecatombæonis incidat in 10 Iulij, hoc non poteſt contingere, niſi in anno periodi Olympicæ 60. Atqui is annus erat ſexageſimus periodi Olympiacæ. Ergo indubitate periodus Syracuſana eadem fuit cum Olympica. quam poſtea Archimedes menſibus Calippicis illuſtrauit, edito de ea re libro D cum fabrica Sphæræ, exemplo Eudoxi, & Calippi, quorum alter in ſua Octaeteride, alter in ſua periodo 76 annorum aliquot circulos excogitauit, vt illis τὰς ἀποκαταστάσεις τῶν φαινομένων ob oculos proponeret. In hoc nihil de ſuo attulit, præter fortaſſe maiorem, aut minorem numerum circulorum, vt facile eſt ab aliis inuenta expolire. Huius Sphæræ, præter vetuſtiſſimos, meminit & Claudianus lu-

A nus luculento epigrammate. Et ſane falluntur, qui ſcribunt, ſphæram ſiue στερεὰν, ſiue κρικωτὴν, ab Archimede inuentam : quo nihil falſius excogitari potuit. Propter vtilitatem periodi & ſphæræ πρᾶξιν, in memoriam tanti beneficij, Syracuſani tumulo Archimedis a Romanis militibus interfecti Sphæram inſculpi curarunt : quo indicio deprehenſus eius tumulus a Cicerone quæſtore, cum iam non ſolum neglectus, ſed & ignoratus ciuibus ſuis eſſet. Meminit periodi Archimedeæ & Virgilius:

In medio duo ſigna, Conon, & quis fuit alter,
Deſcripſit totum radio qui gentibus orbem,
Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet?

B Nam Archimedes deſcripſit Faſtos, quos adiunxit fabricæ Sphæræ, exemplo familiaris ſui Cononis Samij, quem cum ipſo Archimede coniunxit Virgilius. Orbis enim hic ſignificat periodum, vt Manilio de Metone loquenti Orbis eſt περίοδος ἐννεδεκαετηρική:

— *Cælumque nouum verſabit in orbem.*

Interpretes non bene aſſecuti ſunt mentem Virgilianam. Pappus vltimo libro ſcribit, ab Archimede in mechanicis nihil ſcriptum præter opus de Sphæra. At quanuis eum librum nobis eripuerit vetuſtas, tamen ſcimus, in eo opere non ſolum de fabricanda Sphæra periodica tractatum fuiſſe, ſed etiam faſtos annorum ſeptuaginta ſex illo libro
C complexum fuiſſe, nimirum Tempora, quæ meſſor, quæ curuus arator haberet: quod parapegma vocari alibi docemus. Porro Agragantinis erat idem menſis Καρνεῖος cum Syracuſanis communis, &, vt puto, geminus, vt Poſideon Athenis. Nam, ni fallor, δίμηνος Καρνεῖος eo nomine intelligitur in veteri inſcriptione Græca, ΕΚΤΑΣ. ΔΙΜΗΝΟΥ. ΚΑΡΝΕΙΟΥ. ΕΞΗΚΟΝΤΟΣ. hoc eſt, ſexta bimenſtris Carnei deſinentis. τοῦ ἕκτης διμήνου Καρνείου φθίνοντος.

DE PERIODO LACONVM.

D ANNO tertio Olympiadis octageſimæ nonæ ſub finem hiemis, vere ineunte, fœdus annorum quinquaginta inter Athenienſes & Lacedæmonios ictum eſt, quod tempus ita deſignat Thucydides; ſcribens τὰς σπονδὰς πεντηκοντούτεις initas fuiſſe, Πλειστόλα Σπάρτης ἐφορεύοντος, Ἀρτεμισίου τετράδι φθίνοντος, Ἀλκαίου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος. Erat annus LI periodi Olympicæ, XIII Atticæ. A periodo Olympica aufer 12. Erat enim annus 39 periodi Laconicæ. Elaphebolion XXV Martij. Ergo Artemiſius Laconicus XXIII Martij. In periodo Olympica hoc non accidit, niſi annis, 38, 63. Sed non cōgruit

gruit cum 38, quia is annus est secundus Tetraeteridis, hic vero est A tertius. Ergo annus Tetraeteridis Laconicæ idem fuit cum anno Olympicæ: ac proinde 12 addenda annis periodi Olympicæ, vt habeas annum Laconicum. Sed non propterea congruerit cyclo. Quare hæc ignota sunt nobis. Studiosi possunt menses Laconum ex veteribus scriptoribus colligere. Nam mihi quidem nullus succurrit, præter Phliasion. Stephanus in φλιοῦς. Ὠνόμασαι δὲ παρὰ τὸ φλεῖν, ὅ ἐστιν ἀκαρπεῖν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τῶν μηνῶν ἕνα Φλιάσιον καλοῦσιν, ἐν ᾧ τοὺς τῆς γῆς καρποὺς ἀκμάζειν συμβέβηκεν. Sed & Κάρνειος videtur esse mensis primus, in cuius πανσελήνῳ celebrabantur τὰ Κάρνεια. Euripides Alcestide:

Πολλάσε μουσοπόλοι
Μέλψουσι, καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν B
Χέλυν, ἔν τ' ἀλύροις κλείοντες ὕμνοις,
Σπάρτᾳ κυκλὰς ἁνίκα Καρνείου
Περινίσσεται ὥρα
Μηνὸς, ἀειρομένας
Παννύχου σελάνας.

Vulgo male editum κύκλος pro κυκλάς. Hic τὴν ὥραν κυκλάδα intelligit τὴν τετραετηρίδα, qua vertente recurrebat ἡ πανσέληνος in eandem diem eiusdem mensis. Poteris & aliarum nationum periodos conferre cum Olympica, quæ est certissima & exactissima omnium reliquarum regula.

C

PERIODVS SAMIORVM, ET ALIARVM GRÆCIÆ CIVITATIVM.

SAMIIS suis periodum instituit primus omnium Aristarchus, anno quinquagesimo periodi primæ Calippicæ, octo cyclis Metonicis post obseruationem solstitij a Metone & Euctemone factam, anno Iphiteo currente 496. Et propterea cum fuerit vltimus Olympiadis 124, & post mensem incipere debuerit Olympias 125, non est dubium, quin periodus Samiorum Aristarchea inde cœperit, hoc est, vt annus 41 periodi Olympicæ sit primus Samiæ. Accommodauit igitur illi menses Calippicos κατὰ σελήνην, & ita ciuibus suis proposuit, donec D quinquaginta septem post annis Conon popularis Aristarchi Fastos edidit, & parapegmata, hoc est, φαινομένων ἀποκαταστάσεις, illi periodo apposuit. Quod non obscure innuit Virgilius, *In medio duo signa, Conon*, &c. Sed clarius de Fastis & phænomenis Catullus ex Callimacho: *Qui stellarum ortus comperit atque obitus.* Porro & ad hoc exemplum reliquæ omnes ciuitates suas periodos habuerunt, & omnes τὰς αἰνάρχους ἡμέρας mensi vltimo autumnali annectebant. Neque ve-

A que vero impedit, quod legimus, magiſtratus alios aliis temporibus creari ſolitos. Nam ij menſes erant Lunares τῆς πρυτανείας. Sic Polybius de Ætolis lib. IIII. τὰς γὰρ ἀρχαιρεσίας Αἰτωλοὶ μὲν ἐποίουν μετὰ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν εὐθέως. Ἀχαιοὶ δὲ τότε περὶ τὴν πλειάδος ἐπιτολήν. Nota illud τότε. Hoc enim deſignat non ſemper eo tempore creari ſolitos, ſed ſine dubio ante brumam, ἐν ταῖς ὑπερβαλλούσαις ἡμέραις δύο. Sed & idem in V. manifeſte id docet: τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀράτου τοῦ νεωτέρου στρατηγίαν ἔτος ἐτύγχανε διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς πλειάδος ἐπιτολήν. οὕτω γὰρ ἦγε τοὺς χρόνους τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος.

DE ANNO COMMENTITIO
B HERODOTI.

NON mirum, ſi docti ætatis noſtræ viri, propter & librorum bonorum penuriam, & immania temporum interualla, aliquando pro veris & compertis rebus ridicula commenta, & coniecturarum ſomnia afferunt, cum etiam veteres de re præſenti aliquando verba facientes, non ſolum mendacium loqui, ſed etiam conſulto mentiri videantur. Eiuſmodi eſt, quod hiſtoriæ Græcæ pater Herodotus de anno Græco ſcribit, in illo ſcilicet poſt biennium confectum intercalari ſolitum, ita vt ſecundus annus Græcorum ſemper haberet dies 390, & omne biennium, 750. Primum enim cum ſcripſiſſet an-
C num Græcorum eſſe dierum 360, & 70 annos conſtare diebus 25200, ſi intercalatio non interueniat, ſubiicit, ſi quis velit eos annos ſecundum intercalationis Græcæ conſuetudinem accipere; ex 70 annis 35 fore embolimæos, & 35 menſes τριακονθημέρους, qui fiunt dies 1050. quos ad illos priores adiectos conſtituere ſummam annorum 70, dierum 26250. Addit præterea hoc ſolere fieri à Græcis, ἵνα αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον. & libro ſecundo: ἕλληνες, inquit, διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὡρέων εἵνεκεν. Locum plane intercalationis vtrobique deſignat, nempe alternis bienniis vertentibus. Quod eiuſmodi eſt, vt non ſolum propter abſurditatem explodendum ſit, ſed etiam tanquam temere pronuntiatum, prætereundum. Primum
D ὡρέων εἵνεκεν non opus erat tertio quoque anno ineunte intercalare. Nam ad Solis curriculum aſſequendum, biennio Græco deſunt dies decem cum ſemiſſe tantum, hic vero vndeuiginti cum ſemiſſe ſuperſunt, interuentu emboliſmi. Quare in duobus bienniis excurrent ſupra Solis ratiocinia dies ſolidi 39. & intra octo annos caput anni ſolſtitialis traductum erit in autumnum, & in 31 annis iterum accedet ad ſolſtitium, non tamen eadem die, qua antea, ſed longo adhuc interuallo. Deinde ponamus hoc Græcos factitaſſe, (vt non negamus potuiſſe

tuisse fieri) non igitur ὡρέων εἵνεκεν. Si non ὡρέων εἵνεκεν: ergo non fiebat omnino. A Nam omnis intercalatio fit ὡρέων εἵνεκεν. Quod si quis obiiciat Trieteridas Græcorum: ego respondeo, eas nihil ad formam anni, sed ad religiones tantum pertinuisse. Quare Nemeacus agon, Isthmiacus, Orgia Thebanorum, Dionysia ἐν Λίμναις anno tertio Tetracteridis celebrabantur, non autem ipsa peculiarem periodi Trietericæ formam constituebant: sed bis in iusta & legitima Tetraeteride obseruabantur. Quod igitur Herodotum mouerit, vt tam absurdam anni formam Græcis attribuerit, puto; quia quanuis annus esset dierum 354, tamen 360 dierum putabatur, cum omnes menses haberent τριακάδα, quanuis non omnes essent τριακονθήμεροι: quia ἐξαιρέσεις alternis interueniebat. Quod cum Herodotus non consideraret, putauit reuera annum non 354, sed 360 dierum fuisse. B Sed tamen non nego antiquitus eam anni formam in vsu fuisse, præsertim cum Geminus accuratissimus scriptor idem testetur, οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι, inquiens, τοὺς μῆνας τριακονθημέρους ἦγον, τοὺς δ' ἐμβολίμους παρ' ἐνιαυτόν. Postea subiicit ab hac anni forma destitisse victos veritate rei, & absurditate instituti. Nam apud illum παρ' ἐνιαυτὸν est, quod apud Herodotum διὰ τρίτου ἔτεος. Supersunt fortasse & plura, & maiora de anno Græco, quam ea, quæ in præsentem Diatribam coniecimus. Sed mihi plura hactenus aut meliora non succurrebant. Equidem ab æquis Lectoribus tantum, vt hæc boni consulant, non etiam vt laudent, expecto.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER SECVNDVS.

A ANNVM Græcum antiquitus Lunarem fuisse, vt alia temporum & mensium descriptio in Græcia non fuerit, quam quæ Lunæ rationibus congrueret, non solum recentiores homines scripserunt, sed non paucos veterum idem in literas retulisse tam compertum esse puto, quam falso eos sensisse conuincit ratio Tetraeteridum a nobis libro proximo disputata. Præterea ex eadem disputatione nostra satis constat naturale anni principium antiquitus non ab Hecarombæone, sed a Gamelione, & ex diebus bruma-
B libus duci solitum. Quandiu igitur Athenienses Gamelionem & temporibus auspicandis & rerum actibus principem mensem habuerunt, tunc semper Comiria magistratibus creandis in calcem Posideonis reiiciebant, vbi erant ἄναρχοι ἡμέραι δύο, extra ordinem mensium tricenariorum positæ, ita vt annus esset dierum non solum 360, proprer menses τριακονθημέρους, sed & 362, propter illas appendices ὑπερβαλλούσας, quæ, quia per illud biduum omnes magistratus annui abdicabantur, propterea dicebantur ἄναρχοι ἡμέραι. præterea quod in illis Comitia nouorum magistratuum creandorum habebantur, ideo ἀρχαιρεσίαι, etiam dicebantur. Atque hoc fuit quidem magistratibus
C creandis dicatum biduum, donec anni Lunaris formam Astronomi illorum temporum publicarunt. Tunc pro bruma, solstitium: pro Gamelione, Hecatombæonem vulgus principium anni cœpit statuere. & menses, in quibus singulis Comitia terna agebantur, quas κυρίας ἐκκλησίας vocabant, pro Tetraetericis, Lunares: pro solidis, alternis caui vsurpari cœpti. Quod vt planius intelligatur, sciendum Athenis duos summos senatus fuisse, alterum, τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, qui erant iudices vt plurimum rerum capitalium & quidem magni momenti: alterum

autem ordinariarum, ciuilium & bellicarum, & summæ denique rei- A
publicæ. Sed Areopagitarum consessus perpetuus erat. hic Sena-
tus quotannis sorte creabatur, olim vtique ἐν ὑπερβαλλούσαις ἡμέ-
ραις, postea anno Lunari admisso, in vltimis quatuor diebus an-
ni Lunaris, hoc est in illis quatuor, qui sunt supra 350. Decem
enim Tribus Attica habuit, quales Roma XXXV. Ex singulis Tri-
bubus quinquaginta magistratus sorte creati rebus gerendis admitte-
bantur. Ita ex decem Tribubus quinquageni Senatum Quingento-
rum constituebant, qui ab eo οἱ πεντακόσιοι dicebantur, item ἡ βουλὴ
τῶν πεντακοσίων. Porro vnaquæque tribus sorte vnum diem sum-
mam rem gerebat & imperabat. Ita cum per 354 dies, quot ni-
mirum habet annus Lunaris, singuli quinquaginta diem suam per B
orbem imperassent, fiebat, vt 35 dies ex toto anno vnaquæque Tri-
bus rerum potiretur: &, quia decem erant Tribus, sequitur, vt trecen-
tos quinquaginta dies simul omnes imperarent. Reliquæ sunt ex anno
Lunari ἀνάρχοι ἡμέραι quatuor. Hæ igitur quatuor dies vicem illarum
ὑπερβαλλουσῶν magistratibus creandis reseruatæ. Hoc ita esse, testis VI-
pianus Rhetor, vetus Demosthenis interpres ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος ἔχει
γοῦν, inquit, ὁ ἐνιαυτὸς κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον, τριακοσίας πεντήκοντα τέσ-
σαρας ἡμέρας. καὶ τὰς μὲν δ' ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρχαιρεσίας. ἐν
αἷς ἀνάρχος ἡ Ἀττικὴ ἦν. ἐν ταύταις προεβάλλοντο τοὺς ἄρχοντας. ἦρχον οὖν
οἱ πεντακόσιοι τὰς τριακοσίας πεντήκοντα ἡμέρας. Trecentos igitur &
quinquaginta dies simul imperabant, qui in decem Tribus diuisi dant C
vnicuiq; dies triginta quinque. Nam, exempli gratia, heri ἡ αἰαντὶς φυλὴ
imperabat, hodie ἡ κεκροπὶς, cras ἡ ἀκαμαντὶς. & sic deinceps vnaquæq;
suam ἐφημερίαν imperabat, prout sorte ducta erat. Neque sane quin-
quaginta simul imperabant, sed ex singulis Tribubus singuli sorte
ducti viri, qui dicebantur πρόεδροι. Illi enim Comitiis habendis præsi-
debant. Nam quingenti simul dicebatur ἡ τῶν πεντακοσίων βουλὴ, Tri-
bubus illis decem in vnum corpus confusis. Quinquaginta autem
per Tribus distincti dicebantur πρυτάνεις. Decem vero vocabantur
πρόεδροι, qui erant principes quadraginta nouem reliquorum, singuli
scilicet in sua Tribu. Nam vnus πρόεδρος erat quinquagesimus sui
corporis τῶν πρυτάνεων: vt in castris Romanis Decurio erat decimus D
illius decuriæ, cuius ipse caput erat. Menses igitur Lunares proprij
erant horum & omnium denique magistratuum, & dicebantur πρυ-
τανεῖαι. vt in lege Atheniensium apud Demosthenem, ἐν τῷ κατὰ Τιμο-
κράτους, ἐπὶ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ. Hoc est vndecima mensis
primi Lunaris, id est, Hecatombæonis Metonici. Dicebatur etiam,
ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτανευούσης
Πανδιονίδος. Neque enim est alius Hecatombæon, quam Lunaris, & eo
die

A dic ἡ ἀρχὴ pertinebat ad Tribum πανδιονίδα. Hoc est, is dies erat ἐφημερία τῆ πανδιονίδος φυλῆς. & τρεῖς ἐκκλησίαι κύριαι in omni prytania, sicue mense Lunari, agebantur ter stata die mensis, τῇ ἑνδεκάτῃ, τῇ εἰκάδι, τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ. Quare hæc anni forma tantum ad magistratus pertinebat. neq; ea vnquam populus vsus est, a quo menses τριακονθήμεροι, & Tetraeterides extorqueri nunquam potuerunt, ne tunc quidem, cum annus Lunaris ab Hipparcho emendatior editus esset. Primus itaq; mensis Hecatombæon fuit a solstitio. & quia per vndecim dies Hecatombæon huius anni anteuertebat caput præteriti, inde fiebat, vt sæpe Hecatombæon in Scirrhophorionē Tetraeteridis incideret, in quo sæpe πρυτάνεις & ἄρχοντες magistratum inibant. Demosthenes πρὸς Τιμόθεον. καὶ ὅτε

B ὁ χρόνος ἧκεν περὶ Θαργηλιῶνα μῆνα ἐπ' Ἀσεΐου ἄρχοντος. τοῦ δ' ὑστέρου ἔτους ἀφικομένου Φιλωνίδου, &c. Si Thargelion Tetraeteridis erat vltimus mensis anni πρυτανείας, ergo ὕστερον illud ἔτος incipiebat a Scirrhophorione, in quem incurrebat mensis Metonicus. Et reuera Scirrhophorion Metonicus illius anni, qui erat 62 periodi Atticæ, incidebat in 13 Thargelionis Metonici: Hecatombæon autem in 12 Scirrhophorionis. Idem Orator ἐν τῷ κατὰ Μειδίου τὴν τελευταίαν τοῦ Θαργηλιῶνος ait fuisse in negotio διαιτητῶν, vltimam anni; scilicet πρυτανείας. Φυλάξας, inquit, τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ Σκιρροφοριῶνος γενομένην, &c. Quem locum non assequitur interpres. Nam orator diserte indicat, Metonicum mensem πρυτανείας nunc in Scirrhophorio-

C nem popularem, nunc in Thargelionem incidere, ac consequenter Hecatombæonem Metonicum nunc in Scirrhophorionem Tetraeteridis, nunc in ipsum Hecatombæonem. Thucydides: Αἰνησίου ἐν Σπάρτῃ ἐφόρου, καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην, μηνὶ ἕκτῳ καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, &c. Ab initio statim Veris, hoc est, a Munychione, ait duos adhuc tantum superfuisse menses magistratui Pythodori. Desinebat igitur ille annus πρυτανείας in Scirrhophorione, & fere conueniebat anno Tetraeterico. Porro neomeniæ illæ dicebantur νουμηνίαι κατὰ σελήνην, ad differentiam τριακονθημέρων. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, inquit Thucydides, νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην, ὥσπερ καὶ μόνον δοκεῖ γίνεσθαι δυνατόν, ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν. Alibi:

D τοῦ δ' ἐπιγινομένου θέρους, εὐθὺς τοῦ τε ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἱσταμένου ἔσεισε. Νουμηνίαι hic intelliguntur Metonicæ, & πρυτανεῖαι. Cum autem menses Lunares alternis pleni & caui sint, semper pro δευτέρᾳ ἱσταμένου dicebant τρίτη ἱσταμένου, & quæ in illis mensibus cauis vocabatur ἑνδεκάτη πρυτανείας, ea re vera erat ἡ δεκάς. Huius rei rationem reddidimus in Boedromione ἐξαιρεσιμαίῳ, item in exemplo Oeconomicorum Aristotelis supra a nobis producto de Mnemone tyranno Lampsaceno. in quo diserte ostenditur sex dies de 360 alter-

nis eximi ſolitos, item τὴν τρίτην ἱσταμένου pro τὴν δευτέραν alternis menſibus dici ſolitum fuiſſe. Quare hic repetenda non ſunt. Sic Moſchopulus εἰς ἡμέρας Heſiodi 177. Ἀθηναῖοι τὴν τριακοστὴν φασιν ἐνάτην καὶ εἰκοστήν. Iudæi primum diem menſis caui dicunt ſecundum. Eſto exemplum de menſe Elul. Ita ſcribunt אנו עושין אלול ב׳ ימים יום ראשון ממלא חסרונו. Ita de omnibus cauis menſibus pronunciant. Dies, inquiunt, primus menſis caui compenſat defectum eius. Quia quum pro primo ponimus ſecundum, vltimus erit triceſimus, non XXIX. Et ita omnes menſes Iudæorum habent τριακάδα, quemadmodum & Græcorum. Diu autem menſibus Lunaribus vſi ſunt Græci, adeo vt Theon Arati interpres dicat ſuis temporibus etiamnum aliquot nationes Græcorum eam anni formam retinuiſſe. τούτῳ δὲ τῷ μηνὶ ἐχρῶντο πρὸς τὴν τῶν πολιτικῶν μερῶν διαγωγήν, καὶ νῦν ἔτι χρῶνται πολλοὶ τῶν ἑλλήνων.

DE OCTAETERIDE CLEOSTRATI.

PRIMVS Solon auctor fuit Athenienſibus τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν, vt ſcribit Laertius. Quod tamen fruſtra propoſuit, cum Athenienſibus menſes omnes pleni, καὶ τριακονθήμεροι agerentur. Tandem Cleoſtratus Tenedius Octaeteride Lunari edita, ab Athenienſibus ſcripto expreſſit, quod Solon eloquentia impetrare non potuerat. Cum enim iam omnibus perſuaſum eſſet, annum Lunarem eſſe dierum trecentorum quinquaginta quatuor, Solarem vero Lunari maiorem eſſe diebus vndecim præciſe cum quadrante, Cleoſtratus animaduertit octo Lunares annos cum totidem exceſſibus Solaribus conficere ſyzygias nonaginta nouem, id eſt dies 2922: quot ſcilicet diebus octo anni Solares conſtant. Ergo in octo annis Solaribus totidem ſyzygias præciſe tranſigi exiſtimauit: quarum ſyzygiarum quadraginta octo ſint cauæ, reliquæ plenæ καὶ τριακονθήμεροι. Atque hoc interuallo dierum & ſyzygiarum putauit τῶν φαινομένων ἀποκατάστασιν fieri, & Lunam cum Sole, itemque omnium φαινομένων ortus & occaſus ad idem punctum redire, a quo cœperint primum. Iſte autem Cleoſtratus (alibi Leoſtratum inuenio, ſed male, vt puto) primus Græcorum, & ſignorum partes in Zodiaco notauit, & initia Arietis ac Sagittarij, vt ex Plinio & Hygeno colligimus: idque circa Olympiadem LXI. Inſtituit autem caput Octaeteridis a brumalibus diebus neceſſario, tum quia eius caſtigator Harpalus poſtea idem tempus ſeruauit, tum quia ποσειδεὼν δεύτερος oſtendit Gamelionem hactenus fuiſſe menſem primum anni Attici, cum omnis intercalatio debeatur fini anni, Poſideon autem δεύτερος ſit intercalaris. Sed Brumam intelligendum eſt non ἀστρονομικῶς, ſed πολιτικῶς, quomodo dies ciuiles agebant Attici. Sæculo enim Iphiti, qui primam Olympiada inſtaurauit, æquinoctium vernum

A num conficiebatur in XXIIX Martij: Solſtitium Kalend. Iulij. Sed neomenia primi menſis Olympici incidit in IX Iulij, hoc eſt, in VIII, aut IX gradum Cancri. neque vnquam illam epocham anteuertebat. Quare primus omnium Cleoſtratus oſtendit Græcis popularibus ſuis cardines mundi eſſe in VIII partibus Signorum: idque omnis poſteritas credidit adeo, vt Soſigenes idem Cæſari, Cæſar poſteritati perſuaſerit. Quod ſi octauus gradus Cancri in VIII Iulij, ergo octauus gradus Capricorni in ſexta Ianuarij, cum interuallum ſit dierum 182, cum dimidio. Quod ſi primus annus Olympiadicus non fuiſſet intercalaris, neomenia menſis brumalis, qui eſt Gamelion Atticus, conueniſſet in VII Ianuarij, ſtatim poſt octauum gradum Capricorni. Nam a capi-B te Hecatombæonis ad caput Gamelionis, ſunt præciſe ſex menſes, & duæ præterea αἳ ἀρχαὶ ἡμέραι: qui fiunt dies 182, quot ſcilicet ab VIII gradu Cancri ad VIII Capricorni. Ergo citima neomenia menſis brumalis eſt in VII Ianuarij, quos fines nunquam ſuperabit; ſed emboliſmi interuentu in Februarium ſummouebitur. Omnes igitur menſes alternis ſunt pleni & caui: Ποσειδεὼν etiam δεύτερος plenus. Scripta eſt autem Octaeteris, vt diximus, anno ſecundo Olympiadis ſexageſimæ primæ, annis decem poſt obſeruatam ab Anaximandro obliquitatem Zodiaci. Erat cyclus Lunæ XIX, Solis VIII. anno Iudaico 3227, cuius Schebat 4.1.76. Ianuarij VIII, anno periodi Atticæ quinquageſimo ſecundo, ποσειδεῶνος ἔνη καὶ νέα. Hæc Octaeteris primum fuit initium an-C norum & menſium Lunarium πρυτανείας: quam ipſe cum Canone ſtellarum Orientium & Occidentium & earum ſignificationibus publicauit. Eum Canonem veteres Græci παραπήγματα vocant. Geminus: αἱ δὲ γινόμεναι προρρήσεις τῶν ἐπισημασιῶν ἐν τοῖς παραπήγμασιν οὐκ ἀπό τινων παρατηρημάτων γίνονται). Hic παραπήγματα vocat τὰς προρρήσεις τῶν ἐπισημασιῶν, *Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.* Vitruuius libro nono: *Quorum inuenta ſecuti, ſiderum ortus, & occaſus, tem-D peſtatumque ſignificatus Eudoxus, Euctemon, Calippus, Meto, Philippus, Hipparchus, Aratus, inuenerunt, cæterique ex aſtrologia, parapegmatorum diſciplinas inuenerunt, & eas poſteris explicatas reliquerunt. Quorum ſcientiæ ſunt hominibus ſuſpicienda, quod tanta cura fuerunt, vt etiam videantur diuina mente tem-*

OCTAETERIS CLEOSTRATI.

	Anni octaeteridis.	Cyclus Lunæ.	Litera Dominicalis.		Dies collecti.
Εμβολ.	1	18	E	8 Ianua.	384
	2	19	DC	27 Ian.	738
Εμβολ.	3	1	B	15 Ian.	1122
	4	2	A	3 Febr.	1476
	5	3	G	23 Ian.	1830
Εμβολ.	6.	4	FE	12 Ian.	2214
	7	5	D	30 Ian.	2568
	8	6	C	19. Ian.	2922

pestatum significatus post futuros ante pronunciare. Satis clare innuit, A
quid , sit παράπηγμα. In vulgatis editionibus Vitruuij legitur Eudæmon Callistus, Melo; pro quo correximus Euctemon, Calippus, Meto.

DE OCTAETERIDE HARPALI.

OCTAETERIDIS Cleostrateæ vitium cito deprehensum est, quod duæ Tetraeterides Olympicæ cum mense embolimo sint dierum solidorum 2924, Octaeteris autem Cleostrati dierum totidem, duobus minus. Atqui neomeniæ primæ Tetraeteridos,& tertiæ ineuntium incidunt in nouilunia, vt vberrime a nobis libro priore disputatum est. Quare neomenia Octaeteridis secundæ Cleostrateæ B
incidens in diem penultimum Tetraeteridis secundæ, anticipabit nouilunium biduo solido. Vitiosa igitur est Octaeteris Cleostrati. Cum igitur interuallum duarum Tetraeteridum inter duo nouilunia interiectum sit, non dubitauit Harpalus, quin illud sit ex iustis syzygiis compositum. Omne enim interuallum in idem punctum Lunæ desinens, a quo cæperat, est mere Lunare, hoc est meris mensibus Lunaribus constans. Nam nisi veteres Græci mensem Lunarem censuissent esse dierum 29, horarum 12 $\frac{1}{2}$. nunquam spatio dierum 2924 iustas syzygias Lunares fieri posse existimassent. Hoc modo annus Lunaris est dierum 354 horarum 12. qui dies & horæ octies multiplicata dant dies absolutos 2834. qui de 2924 detracti relinquunt 90 dies, qui sunt C
menses tres pleni embolimi. Quod si dies 2924 per 59 dies diuidantur, habebimus in duabus Tetraeteridibus quadraginta nouem paria mensium alternis plenorum & cauorum, cum diebus præterea triginta tribus, hoc est, quinquaginta menses plenos, vndequinquaginta cauos, & tres dies insuper. Igitur in Octaeteride, quæ constat duabus Tetraeteridibus Olympicis, sunt syzygiæ Lunares nonaginta nouem: quæ si essent omnes plenæ, fierent omnes dies 2970: de quibus detractis 2924 diebus duarum Tetraeteridum, remanent 46, differentia cauorum & plenorum mensium. Quadraginta igitur & sex menses caui sunt in Octaeteride: & proinde quinquaginta tres erunt pleni. quæ œconomia mensium immane quantum discrepat a Cleo- D
stratea. Nam in illa sunt menses alternis pleni, & caui: in hac tertius fere mensis est cauus, & aliquando quartus. Diuisis enim 99 per 46, remanent 2 $\frac{7}{46}$ id est duæ syzygiæ plenæ, cum $\frac{7}{46}$ vnius syzygiæ. Igitur tertius mensis duntaxat est cauus, idque donec ex $\frac{7}{46}$ consurgat integra syzygia. tunc enim non iam tertius, sed quartus mensis est cauus, vt & docet progressus arithmeticus, & potes ex subiecta tabella animaduertere.

ΜΗΝΕΣ

A

ΜΗΝΕΣ ΚΟΙΛΟΙ.

τὰ τῆς ὀκταετ.	μετὰ ἐτῶν						
ἐμβολ.	α	ἐλαφηβολ.	θαργηλ.	ἑκατομβ.	βοηδρομ.	μαιμακτ.	ποσειδ. β.
	β	ἐλαφηβ.	θαργηλ.	ἑκατομ.	βοηδρομ.	μαιμακτ.	
ἐμβολ.	γ	γαμηλ.	ἐλαφηβ.	σκιρροφ.	μεταγειτν.	πυανεψ.	ποσειδ. α.
	δ	γαμηλ.	ἐλαφηβ.	σκιρροφ.	βοηδρομ.	μαιμακτ.	
	ε	ἀνθεστηρ.	μουνυχ.	σκιρροφ.	βοηδρομ.	μαιμακτ.	
ἐμβολ.	ς	γαμηλ.	ἐλαφηβ.	θαργηλ.	ἑκατομ.	βοηδρομ.	ποσειδ. α.
	ζ	γαμηλ.	ἐλαφηβ.	θαργηλ.	ἑκατομ.	βοηδρομ.	ποσειδ.
	η	ἀνθεστηρ.	μουνυχ.	σκιρροφ.	μεταγειτν.	πυανεψ.	ποσειδ.

ΝΕΟΜΗΝΙΑΙ ΤΗΣ ΟΚΤΑΕΤΗΡΙΔΟΣ

ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΤΟΣ.

ΜΗΝΕΣ κατὰ σελήνην.	ἔτος πρῶτον.	ἔτος β.	ἔτος γ.	ἔτος δ.	ἔτος ε.	ἔτος ς.	ἔτος ζ.	ἔτος η.
γαμηλιών.	α γαμηλ.	κα ποσειδ.	η ποσειδ.	ι γαμηλ.	α γαμηλ.	κς ποσει.	ις γαμηλ.	ι γαμηλ.
ἀνθεστηριών.	α ἀνθεστ.	κγ γαμηλ.	η γαμηλ.	κ ἀνθεσ.	α ἀνθεστ.	κγ γαμηλ.	η ἀνθεσ.	ι ἀνθεσ.
ἐλαφηβολιών.	α ἐλαφη.	κγ ἀνθεσ.	η ἀνθεσ.	ζ ἐλαφ.	λ ἀνθεσ.	κγ ἀνθεσ.	η ἐλαφ.	ζ ἐλαφ.
μουνυχιών.	λ ἐλαφη.	κβ ἐλαφ.	ιδ ἐλαφ.	ζ μουνυχ.	λ ἐλαφ.	κβ ἐλαφ.	ιδ μουνυχ.	ζ μουνυχ.
θαργηλιών.	λ μουνυχ.	κβ μουνυχ.	ιδ μουνυχ.	ς θαργ.	κθ μουνυχ.	κβ μουνυχ.	ιδ θαργηλ.	ς θαργηλ.
σκιρροφοριών.	κθ θαργηλ.	κα θαργ.	ιδ θαργ.	ς σκιρρ.	κθ θαργ.	κα θαργ.	ιγ σκιρρ.	ς σκιρρ.
ἑκατομβαιών.	κθ σκιρροφ.	κα σκιρ.	ιγ σκιρρ.	ς ἑκατ.	κθ σκιρρ.	κα σκιρρ.	ιγ ἑκατ.	ε ἑκατ.
μεταγειτνιών.	κη ἑκατομβ.	κ ἑκατ.	ιγ ἑκατ.	ε μεταγ.	κη ἑκατ.	κ ἑκατ.	ιβ μεταγ.	ε μεταγ.
βοηδρομιών.	κη μεταγειτ.	κ μεταγ.	ιβ μεταγ.	ε βοηδρ.	κη μεταγ.	κ μεταγ.	ιβ βοηδρ.	δ βοηδρ.
πυανεψιών.	κζ βοηδρ.	ιθ βοηδρ.	ιβ βοηδ.	ε πυαν.	κζ βοηδ.	κ βοηδρ.	ια πυαν.	δ πυαν.
μαιμακτηριών.	κζ πυαν.	ιθ πυαν.	ια πυαν.	δ μαιμ.	κζ πυαν.	ιθ πυαν.	ια μαιμ.	γ μαιμ.
ποσειδεὼν α	κς μαιμ.	ιη μαιμ.	ια μαιμ.	γ ποσειδ.	κς μαιμ.	ιθ μαιμ.	ια ποσειδ.	γ ποσειδ.
ποσειδεὼν β	κς ποσειδ. α	ο	ι ποσειδ.	ο	ο	ιη ποσειδ.	ο	

Subiecimus præter ea Tabulam neomeniatum Lunarium ſecundum menſes anni politici æquabilis, id eſt ſecundum menſes Tetraetericos. Hæc enim eſt vera Harpaleæ Octaeteridis ψηφοφορία: quippe quæ nihil aliud eſt, quam menſium Lunarium cum æquabilibus D comparatio. Ideo neomeniam Lunaris Gamelionis cum neomenia Gamelionis æquabilis in primo anno compoſuimus: non quod ita fecerit Harpalus: (Nullus enim Gamelion æquabilis eo ſeculo Lunaris fuit:) ſed quia deprehenſo anno primo Octaeteridis Harpali, non operoſum erit diuinare quotæ diei Gamelionis æquabilis competat neomenia Gamelionis Lunaris. Nam ſi, verbi gratia, neomenia primi Gamelionis Lunaris Harpalei incidit in tertiam diem Gamelionis æquabilis, reliquæ omnes neomeniæ eundem pro-

greſſum ſeruabunt: puta per triduum omnes neomeniæ promouendæ A erunt. Sed non magis ſcimus epocham capitis illius Octaeteridis, quam patriam ipſius Harpali. Conſtat tamen initium feciſſe a bruma, vt eſt teſtis Feſtus Auienus in Arateis:

Non ego nunc longo redeuntia ſidera motu
In priſcas memorem ſedes. Habet iſta priorum
Pagina, & incerta rerum ratione feruntur.
Nam quæ ſolem hiberna nouem putat æthere volui,
Vt Lunæ ſpatium redeat, vetus Harpalus, ipſa
Ocius in ſedes, momentaque priſca reducit.

Ex quibus cognoſcimus & a bruma incepiſſe, & ἐννεαετηρίδα quo- B que vocaſſe, non, quod annis nouem ſolidis conſtaret, vt hallucinatur Feſtus, ſed quia nono quoque anno in orbem rediret: quemadmodum pentaeteris & trieteris dictæ ſunt, non a numero annorum, quibus conſtabant, ſed eorum, quibus ineuntibus ἀποκαλύψεως fiebat: quemadmodum quartanam febrem dicimus, non quod interualla habeat quaternum dierum, ſed quod quarto quoque die in orbem redeat. Igitur Harpali Octaeteris admiſſa fuit cum parapegmate & ſignificationibus ſtellarum, & hæc eſt periodus ſecunda πολιτείας, qua Athenienſes vſi ſunt. Plinius quoque ſignificationes ſiderum & tempeſtatum προρρήσεις ex Harpalo citat in indice libri XVIII: quæ non aliunde petitæ, quam ex eius parapegmate. Cum autem hæc Octaeteris ſit C dierum 2924: ipſi dies per octo diuiſi dant quantitatem anni ſecundum Harpalum, dierum 365 $\frac{1}{2}$ ſiue horarum æquinoctialium 12. Quare manifeſtum mendum eſt in Cenſorino, vbi diſſeritur de anni Solaris quantitate ſecundum Harpalum. Nam ibi legimus Harpalum definiſſe annum Solis dierum trecentorum ſexaginta quinque, & tredecim horarum præterea æquinoctialium. Omnino enim legendum duodecim horarum. Et ne quis dubitet, idem error eſt infra apud eundem, vbi dicit Arminon regem Ægypti annum ad tredecim menſes & quinque dies perduxiſſe. Annus Ægyptius non eſt tredecim, ſed duodecim menſium. Alioquin Octaeteridi Harpaleæ ſupereſſent horæ octo ſupra 2924. Atqui ita nulla fieret æquatio. Siquidem D omnis æquationis lex iubet nihil reliquum fieri de ratione horaria, aut ſcrupularia. Imo tantum abeſt, vt illarum octo horarum acceſſione rationes Solis cum Lunaribus parient, vt etiam ſine illis iuſto longior ſit Octaeteris, vt alibi demonſtratur. Hanc Octaeterida excluſit Enneadecaeteris Euctemonis, & Metonis: De qua proxime dicendum erat, niſi Eudoxi Octaeteris nos reuocaret, quæ Metonis quidem periodo poſterior eſt; propter cognationem autem materiæ in

continenti

A continenti reliquis Octaeteridibus subiiciendam esse arbitrati sumus. De ea igitur prius dicendum.

DE OCTAETERIDE EVDOXI.

EVDOXVS Cnidius, vir suo sæculo eruditissimus, & Mathematicorum princeps, in Ægyptum profectus, ibi annum & menses præterea integros quatuor, sacerdotibus & astrologis operam dedit, & Octaeterida suam conscripsit, vt docet nos Laertius: καὶ τέτταρας μῆνας πρὸς ἐνιαυτῷ διατρίψαντα αὐτόθι ξυρούμενον τὴν ἥβην (lego ὑπήνην) καὶ ὀφρῦν, τὴν ὀκταετηρίδα κατά τινας συγγράψαι. Is igitur cum in Ægy-
B pto esset anno tertio Olympiadis CIII, & eclipsium interualla, quas in monimentis suis notatas habebant Ægyptij, inter se compararet, deprehendit syzygiam secundum Harpalum propius abesse a vero, quam syzygiam secundum Octaeterida Cleostrateam. Nam syzygia secundum Harpalum est dierum 29, horarum æquinoctialium 12 $\frac{28}{33}$. At secundum Cleostratum totidem quidem dierum & horarum, sed & $\frac{26}{33}$ duntaxat vnius horæ. Ratio igitur differentiæ Harpaleæ ad rationem differentiæ Cleostrateæ est dupla quadripartiens tricesimas tertias. Quare cum maiuscula sit Harpalea, quam vera sit syzygia; putauit Eudoxus $\frac{4}{33}$ vnius horæ esse excessum Harpaleæ syzygiæ supra veram syzygiam Lunarem, quam definiuit 29 dierum, 12 horarum, $\frac{24}{33}$, vel, quod
C idem est, $\frac{8}{11}$ vnius horæ. Ideoque ratio differentiæ veræ syzygiæ, ad rationem Cleostrateæ differentiæ, est dupla. Cum igitur in Octaeteride sint syzygiæ nonaginta nouem, si in 29 dies 12 $\frac{8}{11}$ horæ ducantur, habebis modum vnius veræ Octaeteridis dies 2923, horas 12, qui est dimidius dies. Ideoque in duabus Octaeteridibus tres dies supererunt supra rationes Solis: & consequenter in viginti Octaeteridibus, quæ sunt ἑκκαιδεκαετηρίδες decem, superabunt dies triginta, qui est mensis integer. Quare Eudoxi periodus magna constat ex Octaeteridibus viginti, vel Heckædecaeteridibus decem, quarum vltima deminuenda sit diebus triginta. Et proinde tota periodus Eudoxi est dierum 58440. qui sunt præcise anni Iuliani 160 In annis igitur 160 melius putauit
D mensem omitti posse, quam diem in XIX annis Metonicis. Quod tamen ineptum est. & tam inconsulte ausus est introducere octaeterida post enneadecaeterida Metonicam, quam iuste Enneadecaeteris mendosa Metonis omni Octaeteridi prælata est. Cum igitur scripserit anno III Olympiadis CIII, cyclo Lunæ decimo sexto, Solis octauo, instituerit vero initium Octaeteridis a solenni Ægyptiaco, quod vocabant Ισια, vel Ισεια, quæ tunc incidebant in tempus sideris brumæ confectæ, vt odoramur ex Gemino, non difficile erit diuinare, quis dies

Iulianus

Iulianus illi tempori competat, ſi conſideremus, cui diei menſis αἰγύ- A
ιος Eudoxus in parapegmate ſuo aſſignauit diem brumæ. Nam cum Meto & Euctemon incipiant annum ſuum cæleſtem a XXVII Iunij, Brumæ autem diem centeſimum octageſimum ſecundum numerent a Solſtitio, Eudoxus quartum diem a bruma Euctemonis dixit eſſe verum diem brumæ, vt notatum eſt in Parapegmate Attico, cui congruit dies 28 Decembris. Si igitur Ἴσια tunc cadebant in brumam, ea neceſſe eſt incidiſſe in 28 Decembris, quamuis verus dies brumæ incidiſſet in 27. Erat annus Nabonaſſari 383. Neomenia Toth 23 Nouembris, feria prima. Neomenia Paophi 23 Decembris. Ergo Ἴσια in VI Paophi. Sed duo aduerſantur. quorum alterum eſt, quod non in menſe Paophi videntur fuiſſe Ἴσια, ſed in menſe Athyr: qui, poſteaquam B
fixus fuit, incidit in Nouembrem Iulianum. Atqui in Nouembrem Iulianum conferũtur Iſia a veteri poeta in deſcriptione menſium, quam reperies in Catalectis noſtris. Ibi enim de Nouembri ita ſcriptum eſt:

Carbaſeo poſt hunc artus indutus amictu
Memphidos antiquæ ſacra, Deamque colit.
A quo vix auidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Deuotuſque ſacris incola Memphidiis.

Manifeſto Iſia ſunt in Athyr, non in Paophi. Alterum eſt, quod Geminus reprehendens ſui ſæculi errorem, qui ſemper aſſignabat brumam Iſiis in anno vago Nabonaſſari, ait ante 120 annos brumam incidiſſe in Iſia. Ergo a tempore Eudoxi ad tempus illud, quo ſuum li- C
brum ſcribebat Geminus, interſunt anni tantum 120. Proinde ille annus a Nabonaſſaro fuerit 503. Ita Geminus fuerit longe antiquior Hipparcho. quod non puto. longe enim poſterior videtur. Ad priorem quidem dubitationem reſpondere poſſumus, ſolenne Memphiticum Nouembris non eſſe Ἴσια, ſed εὕρεσιν Ὀσίριδος. Nam ἀφανισμὸς Ὀσίριδος celebrabatur XVII Athyr, teſte Plutarcho, hoc eſt XIII Nouembris: item εὕρεσις Ὀσίριδος eodem menſe celebrabatur, vt conſtat ex Kalendario ruſtico, quod exſtat Romæ, in quo in menſe Nouembri cui Athyr reſpondet, feſtum EVRESIS notatum eſt. Τῆς εὑρέσεως Rutilius Numatianus meminit in ſuo Itinerario:

Et tum forte hilares per compita ruſtica pagi D
Mulcebant ſacris pectora feßa iocis.
Illo quippe die tandem renouatus Oſiris
Excitat in fruges ſemina læta nouas.

Paulo ante indicauerat ſe ſoluiſſe poſt ortum Pleiados. Aperte notat illam εὕρεσιν celebrari menſe Nouembri. Et præterea erant alia ſolennia Iſidis: vt ISIDIS NAVIGIVM menſe Martio apud idem Kalendarium & Lactant. & Apul. lib. XI. item SACRVM PHARIÆ,

ET

A et sarapia menſe Aprili. Ad alteram autem dubitationem nihil quod reſpondeamus, habemus. Sed vtcunque hæc fuerint, Eudoxus ſumſit initium Octaeteridis ſuæ a proximo nouilunio poſt 28 Decembris, hoc eſt a Scebat Iudaici anni 3396, cuius character 3. 23. 726, feria quarta, Decembris XXXI, cum iam tamen neomenia Poſideonis embolimi Metonici moraretur priſcam epocham die vno, & tunc eſſet in Kal. Ianuarij. Igitur inde Octaeterida ſuam incepit, Ποσιδεῶνος δευτέρου ἔνη καὶ νέα: cuius caput poſt annos Iulianos 161 præcipitatur vſque in 30 Ianuarij. Sed ἐξαιρέσει triginta dierum iterum in vltimam Decembris reditur: & ita rationes Solis cum Lunaribus æquantur.

B ELENCHVS OCTAETERIDIS.

Ne hoc quidem modo conſtant rationes Lunares. Proxime quidem abeſt a vero ἑκκαιδεκαετηρὶς Eudoxi. Nam vera ἑκκαιδεκαετηρὶς Iudaica eſt dierum 5847, vt & Eudoxea, & præterea horæ 1. 414, quo exceſſu ſuperat Eudoxeam. Sed ſyzygia non eſt præciſe accepta dierum 29, horarum 12, $\frac{8}{11}$: vel, quod idem eſt, dierum 29 $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{33}$. (Nam tam dies 29 hor. 12 $\frac{8}{11}$, quam dies 29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{8}$ Octaeteridis ſyzygiam conſummant. Error autem eſt in Gemino $\frac{8}{17}$ pro $\frac{6}{17}$, vt hoc obiter moneam.) Syzygia enim præciſe eſt dierum 29, hor. 12 $\frac{793}{1080}$. Quare vera ὑπεροχὴ Solaris anni ſupra Lunarem erit dierum 10, horarum 21.
C 204. quæ omnia ſi octies multiplicentur, fient dies 87, horæ 2, 472. qui quidem dies non conſummant menſes tres Lunares. Ideo in octo annis non poſſunt intercalari menſes tres: quod ex enneadecaeteride probatur. Nam in octo enneadecaeteridibus fiunt intercalationes quinquaginta ſex: in XIX autem Octaeteridibus fiunt quinquaginta ſeptem. Vnus igitur menſis abundat poſt annos 152; non autem, vt voluit Eudoxus, poſt annos 160. Et cur illi diſplicuit Enneadecaeteris Metonis, non poſſum cōminiſci: niſi quia ſemper ſincerum volumus vas incruſtare, & potius reprehendere, quam diſcere. Octaeterida autem Eudoxi Doſitheus Archimedis familiaris correxit, & iterum cum parapegmate caſtigatiore edidit. Vnde quoties veteres ἐν ἐπισημασίαις τῶν φαινομένων
D Doſitheum teſtem producunt, ſcito eſſe ex Eudoxi quidem Octaeteride & parapegmate, ſed a Doſitheo correctis. Parapegma cum Octaeteride Lucanus vocat faſtos, vel, vt ipſe loquitur, faſtus. *Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* Geminus poſtquam ex Doſithei parapegmate quædam produxit, ſtatim ſubiicit etiam teſtimonium ex Eudoxo. Sed vtrumque eſt Eudoxi; prius quidem ex poſteriore editione Doſithei, poſterius autem ex priore Eudoxi. Quare multi veterum octaeterida Eudoxi Doſitheo attribuunt, teſte Cenſorino.

ſorino. Illuſtrauit etiam eandem Octaeterida commentario & expoſitione Eratoſthenes Cyrenæus. Porro de Octaeteride ita legitur apud Cenſorinum: *Hunc quoque circuitum vere annum magnum eſſe pleraque Græcia exiſtimauit, quod ex annis vertentibus ſolidis conſtaret, vt proprie in anno magno fieri par eſt. Nam dies ſunt ſolidi vno minus centum, annique vertentes ſolidi octo.* Hæc a librariis mutilata ita ſunt ſupplenda: *Nam dies ſunt ſolidi ducenti nongenti viginti duo, menſes vno minus centum, &c.* Plinius vero de Octaeteride intelligit, cum ſcribit libro XVIII, XXV cap. *Indicandum eſt & illud. tempeſtates ipſas ardores ſuos habere quadrinis annis, & eaſdem non magna differentia reuerti ratione Solis: octonis vero augeri eaſdem, centeſima reuoluente ſe Luna*, &c. Hoc enim ex parapegmatis Eudoxi & Doſithei hauſit, quæ quidem erant edita vna cum octaeteride Eudoxea.

DE ANNO MAGNO METONIS, SIVE ENNEADECAETERIDE.

QVIS ſtatus anni Lunaris Athenienſium eſſe potuerit, cum ad Canonas Octaeteridis deſcriberetur, ex comparatione vtriuſque octaeteridis Tetraetericæ & Lunaris Harpaleæ, ſcire potuiſti. Quamuis enim initia & tempus inſtitutæ Octaeteridis πρυτανείας Harpaleæ ignoramus, tamen in quadraginta annis magnam turbationem nouiluniorum neceſſario conſecutam eſſe, potes ex eadem comparatione colligere. Itaque Ariſtophanes Olympiade 88, Amynia prætore, Nephelas docens inducit Lunam cum Athenienſibus expoſtulantem, quod menſes ad Lunam non deſcriberent, ſed ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν ait. Nam putantes ſe ſolennes cultus & ferias ex Lunæ & Octaeteridis obſeruatione obire, eas alieno tempore anni imprudenter celebrabant. Quod plane anomaliæ octaeteridis congruit: donec Metonis anno ſuccedente ea penitus deſita eſt. Theophraſtus περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων. διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγένηνται κατὰ τόπους τινὰς ἀστρονόμοι ἔνιοι, οἷον Ματρικέτας ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ τοῦ Λεπετύμνου, καὶ Κλεόστρατος ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἴδης, καὶ Φαεινὸς Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ Λυκάμβη τοῦ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε. παρ' οὗ Μέτων ἀκούσας τὸν τοῦ ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐνιαυτὸν συνέταξεν. ἦν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος. Metonigitur Pauſaniæ filius, vt tunc captus erat Græcorum, inſignis Mathematicus floruit ineunte bello Peloponneſiaco, vir non ſolum peritia motuum cœleſtium, ſed & aquiliciis, & librationibus nobilis. Itaque & fontes induxit Athenis, vt auctor eſt Phrynichus Comicus μονοτρόπῳ.

Τίς ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντιδῶν;

Μέτων

A Μέτων ὁ Λευκονοιεὺς, ὅδ᾽ ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Quare huc alludens Manilius noster in Apotelesmatis, sub Aquario Aquilices & Astronomos ait nasci:

Ille quoque, inflexa fontem qui proiicit vrna,
Cognatas tribuit iuuenilis Aquarius artes
Cernere sub terris; vndas inducere tectis. &c.
Quippe etiam mundi faciem, sedesque mouebit
Sidereas, cœlumque nouum versabit in orbem.

Non est locus nobilior in toto Manilio, quamuis olim eum non satis B capiebamus. Veteres, quæ fuit eorum hac in re imperitia, putabant omnium motuum cœlestium & mundi ipsius integram conuersionem fieri, quando Sol & Luna in idem tempus recurrebant, in quo antea deprehendebantur, & quamdiu Octaeteridis fides suspecta non fuit, eam esse mensuram ἀποκαταστάσεως τοῦ πόλου non solum vulgus, sed & docti credebant. Itaque Festus Auienus ex Græcorum libris dixit:

Non ego nunc longo redeuntia sidera motu
In priscas memorem sedes.—

Innuit, vt vides, de ortu & occasu τῶν μορφώσεων annuo. Nam si qua C est varietas, eius ἀποκαταστάσεων, quantocunque tempore illa reditura sit; omittit dicere. Subiicit:

—Habet ista priorum
Pagina, & incerta rerum ratione feruntur.

Diuersa de istis scriptorum & Astronomorum iudicia, & libros exstare dicit:

Nam quæ Solem hiberna nouem putat æthere volui,
Vt spatium Lunæ redeat, vetus Harpalus, ipsam
Ocius in sedes, momentaque prisca reducit.

Putat ἀποκαταστάσεων inerrantium fieri, ita vt sidera, vt ipse loquitur, in D priscas sedes longo motu redeant. Putat, inquam, hoc accidere, quandocunque spatium Lunæ redit. Ipse interpretatur mentem suam: Quando, inquit, Luna in sedes & momenta prisca reducitur. Quod interuallum, inquit, Harpalus annorum nouem esse decreuit, sed male, cum ocior sit iusto ista periodus. Aperte igitur censet, conuersionem cœli vniuersalem fieri, quando neomenia redit in eandem diem, & horam, in qua antea fuit. Subiicit Festus Auienus, hanc pe-

riodum ob breuitatem fallere, ideoque ei decennium additum a A
Metone. & veram ἀποκατάστασιν τῶν φαινομένων intra ἐννεαδεκαετηρίδα fieri. De hallucinatione Festi ſuper nomine Enneaeteridos, ſupra dictum eſt. Aratus quoque volens oſtendere omnium inerrantium ἐποχὴν Solem ipſum eſſe, abſurde quidem, ſed tamen eius rei cauſam confert ad cyclum Metonis. quo interuallo, δύσεων καὶ ἀνατολῶν τῶν φαινομένων fiat reſtitutio, orbis, & conuerſio quædam mundi vniuerſalis. Ita enim canit elegantius, quam verius:

> Γινώσκεις τάδε καὶ σύ. τὰ γὰρ συναείδεται ἤδη
> Ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο.

Quem locum ſummum virum Theonem ex toto aſſecutum non B
eſſe mirum non eſt, cum Hipparchus, & poſt eum Aſtronomiæ Apollo Ptolemæus, quantitatem anni Tropici ex neomeniarum reſtitutione collegerint, quam reſtitutionem Hipparchus recte cenſet poſt annos 304 ſtatim fieri. Sed de his libro quarto amplius. Apertius vero Diodorus Siculus docet illos veteres, τὰ φαινόμενα ἀποκαθίστασθαι illis nouemdecim annis vertentibus, putaſſe. Libro enim duodecimo de illis nouemdecim annis loquens ita ſcribit; ἐν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα τὴν ἀποκατάστασιν ποιεῖται, καὶ καθάπερ ἐνιαυτοῦ τινὸς μεγάλου τὸν ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει. διὸ καί τινες αὐτὸν Μέτωνος ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι. δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐν τῇ προῤῥήσει καὶ προγραφῇ ταύτῃ θαυμαστῶς ἐπιτετευχέναι. τὰ γὰρ ἄστρα τήν τε κίνησιν, καὶ τὰς ἐπιση- C
μασίας ποιεῖται συμφώνως τῇ γραφῇ. διὸ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι τῇ ἐννεαδεκαετηρίδι οὐ διαψεύδονται τῆς ἀληθείας. Quid melius potuit verſus Arateos interpretari? Sed fallitur Diodorus. Nam ἐννεαδεκαετηρίς, quæ illius temporibus obtinebat, erat Calippica, non autem Metonica: cum Metonica plus quam quinque diebus, Calippica vno fere die illo ſæculo iam anteuertiſſet, quo hæc ſcribebat Diodorus. Idem ſcriptor libro ſecundo eadem repetit, loquens de enneadecaeteride gentium Hyperboreorum: λέγεται δὲ καὶ τὸν θεὸν (Apollinem) δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾶν εἰς τὴν νῆσον, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις ἐπὶ τέλος ἄγονται. καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μέγαν ἐνιαυτὸν. ὀνο- D
μάζεσθαι. Huius meminit & Ælianus libro decimo. Nunc quid velit Manilius per te ipſe potes intelligere. Ait Metonem cœlum verſaſſe in nouum orbem, hoc eſt, conuerſionem mundi καὶ ἀποκατάστασιν nouo orbe & noua periodo τῆς ἐννεαδεκαετηρίδος definiuiſſe, cum orbis vetus Harpali mendoſus, & fallax tempore deprehenſus ſit. Hoc eſt quod dicit, verſare cœlum in nouum orbem. Et nouum

orbem

A orbem periodum Metonicam intelligit, comparatione veteris, quam Octaeterida Harpali esse ostendit Festus Auienus. Enneadecaeteris igitur Metonis celeberrima multis quidem nominibus commendatur: sed eam parum hactenus notam fuisse, argumento sunt ij, qui eandem penitus cum cyclo Paschali, & nostro vulgari, quem numerum aureum vocamus, definiunt. Tantum enim septem embolismos, & nouemdecim annos cum nostro numero aureo communes habet, in reliquis immane quantum differt. Nam neque idem situs embolismorum, neque eadem anni Solaris quantitas: cum Cyclus Metonis sit absolute dierum 6940, discedens à iusta periodo horis 7. 26.′ 56.″ 40.‴ Vnde in annis 76 mora-
B tur Lunæ curriculum die vno, horis 5. 47.′ 46.″ 40.‴ In annis denique 304 Luna anteuertit primam epocham Metonicam diebus solidis quinque. Annos autem embolimæos septem aut eorum situm, scire non possumus priusquam epocham cycli ipsius & caput indagemus. Veteres Græci à bruma, vt cognoscimus ex octaeteridibus Cleostrati & Harpali, tempora sua ordiebantur, & eos secuti Romani, quod facilius a decrementis vmbræ horas obseruarent, brumæ confecto die, quam ab incrementis, solstitio. Quare omnia horologia Græcorum semper ad rationes brumæ referebantur, vt & Romana: donec primus omnium Meton noster à capite anni populari, aut potius ab eius
C epocha, horologium describere instituit, hoc est à solstitio. Vnde ipsum organon ἡλιοτρόπιον vocarunt Græci, a solstitij obseruatione. Quod instrumentum nobilissimum, atque priscorum hominum obseruationes longe subtilitate vincens, ipse in Comitio Athenarum dicauit, vt testis est priscus scriptor Philochorus apud interpretem Aristophanis ὀρνίθων, instar ἡλιοτροπίου Pherecydis, quod in Scyro insula patria sua auctor dedicauit. Itaque videtur non solum a solstitio caput Enneadecaeteridis suæ deduxisse, sed etiam ab eo tempore, quo Heliotropium suum dicauit. Idem Scholiastes Aristophanis assentitur quidem Philochoro de Heliotropij positu: sed de tempore refragatur. Philochorus enim
D censebat Metonem ante Pythodorum Archontem Heliotropium posuisse. ipse post Pythodori magistratum aut saltem in magistratu ipso, non autem ante magistratum, positum contendit. Verba Grammatici de Metone hæc sunt: ὁ δὲ Φιλόχορος ἐν Κολωνῷ μὲν αὐτὸν οὐδὲν λέγει θεῖναι, ψευδῶς δὲ πρὸ Πυθοδώρου ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ ἐκκλησίᾳ, πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν τῇ πνυκί. Lege: οὐδὲν λέγει θεῖναι. ἐπ' Αψεύδους δὲ τοῦ πρὸ Πυθοδώρου. Sane verum est adhuc

ſub magiſtratu Apſeudis illud Heliotropium dedicaſſe, & ſolſtitium A obſeruaſſe 27 Iunij, diebus 36 ante neomeniam ſequentis Hecatombæonis Tetraeterici. Itaque adhuc erat in magiſtratu Apſeudes: cui in ſequenti anno ſucceſſit Pythodorus. Parum igitur abeſt, quin & a Solſtitio cyclum ſuum incepiſſe, & circa tempora Pythodori Heliotropium ſtatuiſſe credamus, optimi ſcriptoris auctoritate moti. Sed de Solſtitio cur dubitem, cum auctorem locupletem habeam Feſtum Auienum? qui poſt eos verſiculos a nobis paulo ante adductos ſubiicit, loquens de Harpalo:

Illius ad numeros prolixa decennia rurſum
Adieciſſe Meton Cecropea dicitur arte,
Inſeditque animis. Tenuit rem Græcia ſolers B
Protinus, & longos inuentam miſit in annos.
Sed primæua Meton exordia ſumpſit ab anno,
Torreret rutilo cum Phœbus ſidere Cancrum:
Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
Et cum cæruleo flagraret Sirius aſtro.

A ſolſtitio igitur duxit citimum nouilunium. Remotiſſimum vero ſtatuit ad æſtus maximos Caniculæ. Iam igitur conſtat de exordio periodi Metonicæ. De tempore, hoc eſt anno obſeruati a Metone ſolſtitij, item de tempore & epocha ipſius Solſtitij, habemus plene apud Ptolemæum, libro III, qui ait diſerte Solſtitium a Metone & Eucte- C mone obſeruatum anno Nabonaſſari 316, Phamenoth XXI, mane. Tempus congruit XXVII Iunij, cyclo Lunæ VII, cyclo Solis XXVI, feria prima, anno quarto Olympiadis 86 deſinente, præfecto Athenis Apſeude, T. Verginio, Proculo Geganio Macerino coss. qui erat tertius annus periodi Atticæ. Scirrhophorion III Iulij. Ergo Neomenia Hecatombæonis Metonici σκιρροφοριῶνος τρίτη ἐπὶ δέκα. Diodorus libro duodecimo: ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δ' ἐν ἀστρολογίᾳ ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις σκιρροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης. Proinde Θαργηλιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος obſeruatum Solſtitium a Metone. & proximo πρυτανείας Hecatombæone Pythodo- D rus iniuit magiſtratum, nouem menſibus ante initia belli Peloponneſiaci. Hæc igitur eſt Epocha cycli Metonici, non autem IX Iulij, vt ſolebant vetuſtiores: neque octaua pars Cancri, vt Cleoſtratus. Quare mirari ſatis non poſſum, cur Columella dixerit, ſe, auctore Metone, ſolſtitium in octaua parte Cancri, ſicut alia κέντρα in octauis partibus ſignorum ſuorum, ſtatuere, cum res ipſa eum

ſatis

A satis refellat. Cur enim potius Columellæ de Metone, quam Metoni ipsi credam? De modo Enneadecaeteridis Metonicæ scribit Censorinus: *Præterea sunt anni magni complures: vt Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis vndeuiginti constituit. eoque Enneadecaeteris appellatur: & intercalatur septies: in eoque anno sunt dierum sex millia, & quadringenti quadraginta.* Legendum: *in eoque anno sunt dierum sex millia & noningenti quadraginta.* Nam ex notis vulgaribus fluxit error, dierum sex millia, & CCCC XL. Deest enim IↃ nota quingentorum. Cum 5940 dies comprehenderet Enneadecaeteris Metonica, ea nullo modo potuit congruere cum vera enneadecaeteride Lunari; vt infra demon-
B strabitur. Seruata epocha in XXVII Iunij, facile embolismorum situs & tempora deprehendemus. Nulla enim Neomenia Hecatombæonis Solstitium anteuertebat. Quocirca secundus, quintus, octauus, decimus, tertiusdecimus, sextusdecimus, decimus octauus anni erant embolimæi; contra quam censent docti homines nostri temporis. Cum autem periodus ipsa 6940 diebus præcise explicaretur, in illis erant anni Lunares XIX, menses τριακονθήμεροι septem, dies quatuor, scrupula nulla. Quare propter illos quatuor dies abundantes, quatuor quoque anni erant ὑπεξήμεροι; dierum scilicet 355, vt postea videbimus. Anni autem Lunaris modus, secundum Metonem, est dierum 354 $\frac{4}{19}$, aut $\frac{16}{76}$. Neomenia prima Heca-
C tombæonis Metonici fuit Iulij XV. Quare cyclus Metonis constat non ex enneaeteride & decade, vt voluit Festus Auienus, sed ex Octaeteride & Hendecaeteride. Nam nullæ aliæ partes sunt, enneadecaeteridis, quæ propius absint a modulo anni Solaris: nec quæ melius in se cohæreant. Quod enim Octaeteridi superest supra rationes Solis, id deest Hendecaeteridi, & contra. Sed cum Meto videret accurata obseruatione septimam diem Hecatombæonis vicesimi Tetraeterici semper in nouilunium concurrere; (verbi gratia, incipiat primus Hecatombæon IX. Iulij, vt in principio periodi Atticæ; vicesimus incipiet in Kal. Augusti, & in VII mensis erit nouilu-
D nium; id quod me tacente indicat laterculus mensium Tetraetericorum antea a nobis propositus) cum igitur hoc videret Meto, animaduertit in hoc interuallo contineri duas Octaeteridas Harpali. id quod & puero procliue: item dies 1092. Sed ij dies est triennium Harpaleum, vel Cleostrateum, hoc est tres anni Lunares cum vno mense intercalari pleno. Duæ autem Octaeterides siue Harpaleæ, siue Tetraetericæ sunt dies 5848. quibus si adieceris 1092, consurget summa dierum 6940. Igitur iustam periodum confici posse ex duabus

Harpali Octaeteridibus & triennio Lunari exiſtimauit. Rurſus in A duabus Octaeteridibus, ſex ſunt emboliſmi; in triennio vnus. Ergo ſeptem emboliſmi tranſigentur in ea periodo: & fient omnes ſyzygiæ 235: quia in duabus Octaeteridibus ſunt 198, & in triennio Lunari 37. atque adeo decemnouem annis tota periodus explicabitur. Vnde eam ἐννεαδεκαετηρίδα vocauit. Si igitur omnes menſes 235 huius periodi eſſent τριακονθήμεροι, & pleni, ij fierent dies 7050. De quibus ſi detrahantur dies 6940, quantitas nempe huius periodi, relinquentur menſes caui 110, qui debentur huic periodo: & proinde reliqui 125 erunt pleni. Longe igitur maior erit numerus plenorum, quam cauorum: neque erunt alternis pleni & caui, vt nec in Harpali Octaeteride erant alter- B nis pleni & caui. Si igitur 235 in 110 diſtribuantur, habebimus ſyzygias 2. dies $4\frac{1}{11}$. Eæ enim in 110 multiplicatæ faciunt 235 ſyzygias præciſe: quas intelligimus omnes plenas. Itaque poſt duas ſyzygias & dies $4\frac{1}{11}$, vtendum erit ἐξαιρέσιμ, vt pro 4 menſis, dicatur quinta. Item eodem modo poſt quatuor ſyzygias, pro quintæ ſyzygiæ octaua dicetur nona. & ita progrediendo erogabis omnes ἐξαιρέσιμους, donec vltima ſyzygia ſit caua, & pro eius triceſima, dicatur prima Hecatombæonis primi ſecundæ periodi. Id quod in conſpectu tibi dedimus in duabus ſequentibus Tabulis: in quarum priore omnes ſyzygiæ cum characteribus ſuis notatæ ſunt. Nam Cella, quæ habet tres numeros, ea indicat menſem cauum. C Puta in primo anno, tertio menſe, in cella habes $^{4\,5}_{4}$ Duo priores numeri ſignificant pro 4 menſis, dicendum 5: vel, vt Græci loquuntur pro τετάρτη ἱσαμένου, πέμπτη ἱσαμένου. Ideo menſis eſt cauus. Inferior autem numerus eſt feria, vel character neomeniæ. Quæcunque autem neomeniæ habent vnum numerum, eæ ſunt plenorum menſium. Reliqua facilia ſunt. Ex quibus vides ἐξαίρεσιν non fieri in vno die, ſed provt coniugatio duarum ſyzygiarum poſtulat. Poſt binas enim ſyzygias fit ἐξαίρεσις, donec numerus ex $\frac{1}{11}$ accreſcens addat diem prioribus diebus quatuor. Quare in omni vndecima ſyzygia accreſcit dies vnus. Inſigniter autem fallitur Geminus, priſcus & eruditus auctor, qui ſcribit Me- D tonem diuiſiſſe 6940 dies per 110 ſyzygias: & quia 110 in 6940 continentur ſexageſies ter, propterea cenſet Metonem ſtatim poſt 63 dies ἐξαίρεσιν τῶν ἡμερῶν feciſſe. Hoc enim ratio ipſa confutat. Nam 63 dies ſunt ſyzygiæ 2, & dies præterea 3. quæ omnia in 110 ducta producunt ſyzygias, 220, dies 330. hoc eſt ſyzygias vndecim, quæ cum 220. ſyzygiis compoſitæ dant tantum 231.

ſyzygias

A

TABVLA CHARACTERISMI NEOMENIARVM ENNEADECAE-TERIDIS METONICÆ.

	Ἑκατομβαιών.	Μεταγειτνιών.	Βοηδρομιών.	Πυανεψιών.	Μαιμακτηριών.	Ποσειδεὼν α.	Ποσειδεὼν β.	Γαμηλιών.	Ἀνθεστηριών.	Ἐλαφηβολιών.	Μουνυχιών.	Θαργηλιών.	Σκιρροφοριών.	Dies collecti.	[illegible]	[illegible]
1	7	2	4. 5 4	5	8. 9 7	1	0	12. 13 3	4	16. 17 6	7	20. 21 2	3	355	12	5
ἐμβ. 2.	24.25 5	6	28. 29 1	2	4	2. 3 6	7	6. 7 2	3	10. 11 5	6	15. 16 1	2	739	25	11
3	19. 20 4	5	23. 24 7	1	27. 28. 3	4	0	6	1. 2 1	2	5. 6 4	5	9. 10 7	1093	37	17
4	1	13. 14 3	4	17. 18 6	7	21. 22 2	0	3	25. 26 5	6	30. 1 1	2	4	1448	49	22
ἐμβ. 5.	4. 5 6	7	8. 9 2	3	12. 13 5	6	16. 17 1	2	20. 21 4	5	24. 25 7	1	28. 29 3	1831	62	29
6	4	6	2. 3 1	2	6. 7 4	5	0	10. 11 7	1	15. 16 3	4	19. 20 6	7	2186	74	34
7	23. 24 2	3	27. 28 5	6	1	1. 2 3	0	4	5. 6 6	7	9. 10 2	3	13. 14 5	2560	86	40
ἐμβ. 8.	6	17. 18 1	2	21. 22 4	5	25. 26 7	1	3	30. 1 5	6	4. 5 1	2	8. 9 4	2924	99	46
9	5	12. 13 7	1	16. 17 3	4	20. 21 6	0	7	24. 25 2	3	28. 29 5	6	1	3279	111	51
ἐμβ. 10.	2. 3 3	4	6. 7 6	7	10. 11 2	3	15. 16 5	6	19. 20 1	2	23. 24 4	5	27. 28 7	3662	134	58
11	1	3	1. 2 5	6	5. 6 1	2	0	9. 10 4	5	13. 14 7	1	17. 18 3	4	4017	136	63
12	21. 22 6	7	25. 26 2	3	30. 1 2	6	0	1	4. 5 3	4	8. 9 6	7	12. 13 2	4372	148	69
ἐμβ. 13.	3	16. 17 5	6	20. 21 1	2	24. 25 4	5	28. 29 7	1	3	2. 3 5	6	6. 7 1	4755	161	75
14	2	10. 11 4	5	15. 16 7	1	19. 20 3	0	4	23. 24 6	7	27. 28 2	3	5	5110	173	80
15	1. 2 7	1	5. 6 3	4	9. 10 6	7	0	13. 14 2	3	17. 18 5	6	21. 22 1	2	5464	185	86
ἐμβ. 16.	25. 26 4	5	30. 1 7	1	3	4. 5 5	6	8. 9 1	2	12. 13 4	5	16. 17 7	1	5848	198	92
17	20. 21 3	4	24. 25 6	7	28. 29 2	3	0	5	2. 3 7	1	6. 7 3	4	10. 11 5	6202	210	98
ἐμβ. 18.	7	15. 16 2	3	19. 20 5	6	23. 24 1	2	27. 28 4	5	7	1. 2 2	3	5. 6 5	6586	223	104
19	6	9. 10 1	2	13. 14 4	5	17. 18 7	0	1	21. 22 5	4	25. 26 6	7	30. 1 2	6940	235	110

D

ſyzygias plenas. Itaque calculus deſinet in ducenteſima prima ſyzygia. Reliquæ igitur quatuor erunt continue plenæ, & duæ primæ ſequentis anni erunt & ipſæ plenæ. Ita fient ſex continue plenæ ſyzygiæ. Quod eſt abſurdum. Porro adiunximus Tabellam characteriſmi periodorum, qui chara-

TABELLA Characteriſmi periodorum.

Enneadecaeterides.	Character Enneadec.	
I	5	0
II	1	19
III	4	38
IIII	7	57
V	3	76
VI	6	95
VII	2	114

TABVLA NEOMENIARVM METONICARVM IN MENSIBVS IVLIANIS. A

Anni Enneadecaeteridis.	Cyclus Lunae.	Litera Domin.	ἑκατομβαιών.	μεταγειτνιών.	βοηδρομιών.	πυανεψιών.	μαιμακτηριών.	ποσειδεὼν α	ποσειδεὼν β	γαμηλιών.	ἀνθεστηριών.	ἐλαφηβολιών.	μουνυχιών.	θαργηλιών.	σκιῤῥοφοριών.
1	7	C	15 Iul.	14 Aug.	13 Sept.	12 Oct.	11 Nou.	10 Dec.	o	9 Ian.	7 Feb.	9 Mar	7 April.	7 Mai.	5 Iunij.
ἐμϐ. 2	8	B	5 Iul.	3 Aug.	2 Sept.	1 Oct.	31 Oct.	30 No.	29 Dec.	28 Ian.	26 Febr.	28 Mar.	26 Apr.	26 Mai.	24 Iun.
3	9	A	24 Iul.	22 Aug.	21 Sept.	20 Oct.	19 No.	18 Dec.	o	17 Ian.	16 Febr.	16 Mar.	15 Apr.	14 Mai.	13 Iun.
4	10	G F	12 Iul.	11 Aug.	9 Sept.	9 Oct.	7 Nou.	7 Dec.	o	5 Ianu.	4 Febr.	5 Mart	4 April.	3 Mai.	2 Iun.
ἐμϐ. 5	11	E	2 Iulij.	31 Iulij.	30 Aug.	28 Sept.	28 Oct.	26 No.	26 Dec.	24 Ian.	23 Febr.	24 Mar.	23 Apr.	23 Maij	21 Iun.
6	12	D	20 Iul.	19 Aug	18 Sept.	17 Oct.	16 Nou.	15 Dec.	o	14 Ian.	12 Febr.	14 Mar.	13 Apr.	12 Mai.	10 Iun.
7	13	C	10 Iul.	8 Augu.	7 Sept.	6 Oct.	5 No.	5 Dec.	o	3 Ian.	2 Febr.	2 Mar.	8 April.	30 Apri.	30 Mai.
ἐμϐ. 8	14	B A	28 Iun.	28 Iulij	26 Aug.	25 Sept.	25 Oct.	23 No.	22 Dec.	21 Ian.	20 Feb.	21 Mar.	20 Apr.	19 Mai.	18 Iun.
9	15	G	17 Iul.	16 Aug	14 Sept.	14 Oct.	12 Nou.	12 Dec.	o	10 Ian.	9 Febr.	10 Mar.	9 Apr.	8 Maij	7 Iun.
ἐμϐ. 10	16	F	7 Iul.	5 Aug.	4 Sep.	3 Octo.	2 Nou	1 Dec.	31 Dec.	29 Ian.	28 Febr.	29 Mar.	28 Apr.	27 Mai.	26 Iun.
11	17	E	25 Iul.	24 Aug.	23 Sept.	22 Oct.	21 Nou.	20 Dec.	o	19 Ian.	17 Febr.	18 Mar	16 Apr.	16 Mai.	14 Iun.
12	18	D C	14 Iul.	12 Aug.	11 Sep.	10 Oct.	9 Nou.	8 Dec.	o	7 Ian.	6 Febr.	7 Mart.	6 April.	5 Maij.	4 Iun.
ἐμϐ. 13	19	B	3 Iulij	2 Aug.	31 Aug.	30 Sep.	29 Oct	28 No.	27 Dec.	26 Ian.	24 Feb.	26 Mar.	25 Apr.	24 Mai.	23 Iun.
14	1	A	22 Iul.	21 Aug.	19 Sept.	19 Oct.	17 Nou.	17 Dec.	o	15 Ian.	14 Feb.	15 Mar.	14 Apr.	13 Maij.	12 Iun.
15	2	G	12 Iul.	10 Aug.	9 Sept.	8 Oct	7 Nou.	6 Dec.	o	5 Ian.	3 Febr.	4 Mar.	2 April.	2 Maij.	31 Mai.
ἐμϐ. 16	3	F E	30 Iun.	29 Iulij	28 Aug.	26 Sep.	26 Oct.	25 No.	24 Dec.	23 Ian	21 Febr.	23 Mar.	21 Apr.	21 Mai	19 Iun.
17	4	D	19 Iul.	17 Aug.	16 Sep.	16 Oct.	14 No.	13 Dec.	o	12 Ian.	11 Febr.	12 Mar.	11 Apr.	10 Mai.	8 Iun.
ἐμϐ. 18	5	C	8 Iul.	7 Aug.	5 Sept.	5 Oct.	3 Nou	3 Dec.	1 Ianu	31 Ian.	1 Mar.	31 Mar.	30 Apr.	29 Mai.	28 Iun.
19	6	B	27 Iul.	26 Aug.	24 Sept.	24 Oct.	22 Nou	22 Dec.	o	20 Ian.	19 Feb.	20 Mar.	19 Apr.	18 Mai.	17 Iun.

cterismus cum charactere neomeniæ compositus dabit feriam Neomeniæ. Exempli gratia. Volo scire feriam neomeniæ Metagitnionis Metonici in anno decimo periodi quintæ. In Tabella characterismi enneadecaeteridis, siue periodi quintæ, habes 3. Ille character seruit toti periodo, & cum 4 charactere Metagitnionis anni decimi, abiectis septenariis, vbi opus erit, dat feriam secundam neomeniæ Metagitnionis. Adiecimus præterea Tabulam neomeniarum Metonicarum in mensibus Iulianis, vt citra laborem eas inuenire queas. Exemplum: Anno Nabonassari 366, Θὼθ κϛ, secundum Athenienses autem Φανοστράτου ἄρχοντος, μηνὸς Ποσειδεῶνος, defecit Luna. Tempus XXII Decembris, sequente XXIII, feria secunda, sequente tertia, cyclo Solis XIX, Lunæ X VIII, anno periodi Iulianæ 4331. Erat annus Iphiti 394. Abiectis ex methodo perpetua annis 344, remanet annus quinquagesimus Metonis, id est duodecimus tertiæ periodi, cuius periodi tertiæ character 4 cum 6 charactere Posideonis anni XII compositus, abiectis 7, dat feriam 3. D

In Ta-

A In Tabula neomeniarum in annis Iulianis, Posideonis neomenia VIII Decembris, feria secunda. Ergo quintadecima Posideonis, sequente sextadecima, contigit Deliquium. Eodem anno tam Nabonassari, quam Metonis, defecit idem sidus φαρμουθὶ κδ, sequente κε, μηνὸς Σκιρροφοριῶνος. Tempus XVIII Iunij, sequente XIX, feria quinta, sequente sexta. Character 4 periodi tertiæ cum charactere 2 Scirrhophorionis in anno 12, dat feriam VI characterem neomeniæ Scirrhophorionis: quæ cum ex altera tabula sit in 4 Iunij, feria quinta, cyclo Solis XX, Eclipsis contigit rursus XV mensis, sequente XVI. Denique anno sequente Nabonassari, & tertiodecimo tertiæ periodi Metonicæ idem sidus defecit Θωὺθ ις, sequente
B ιζ, secundum Athenienses Εὐάνδρου ἄρχοντος, μηνὸς Ποσειδεῶνος προτέρου. Tempus XII Decembris, feria septima, sequente prima. Regularis 4 cum 4 compositus, abiecto septenario, dat feriam primam neomeniæ Ποσειδεῶνος προτέρου. Ergo Luna defecit XIIII mensis, sequente XV. &c. Rursus anno secundo primi Metonici cycli, ineunte bello Peloponnesiaco, diebus æstiuis, νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην, vt loquitur Thucydides, defecit Sol. Hæc eclipsis contigit anno Iphiti 346, periodi Iulianæ 4283, Augusti tertia die, feria quarta, cyclo Solis 27, Lunæ 8, anno Nabonassari 317, Pachon VIII, anno vno, & diebus 37, post obseruatum a Metone Solstitium. In Tabula neomeniarum habes in secundo anno Metonis νουμηνίαν μεταγειτνιῶνος III Augusti. Quod
C conuenit cum Thucydide, qui vocauit νουμηνίαν κατὰ σελήνην. neque de alia neomenia intelligit, quam Metonica. quæ etiam erat neomenia Elul Iudaici anni 3330: cuius character 4.17.609, eadem feria, vt vides. Rursus annus erat 42 periodi quintæ Olympiacæ, & ideo quartus Atticæ. Cuius Hecatombæon cæpit 29 Iulij. Ergo defecit Sol ἑκατομβαιῶνος τῇ ἕκτῃ ἱσταμένου. Rursus Thucydides scribit de anno octauo belli Peloponnesiaci: τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς, ὅτε ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν, καὶ αὐτοῦ μηνὸς ἱσταμένου ἔσεισε. Contigit ille defectus Solaris Augusti XVI, feria quinta, anno periodi Iulianæ 4290. Erat annus Iphiteus 353, quadragesimus nonus periodi quintæ Olympicæ, ideo vndecimus Atticæ. Hecatombæon III Augusti. Ergo XIIII con-
D tigit nouilunium. Rursus erat nonus annus Metonicus. Metagitnion XVI Augusti. Conuenit ergo. Elul quoque Iudaicus 3338 non aduersatur. Fuit enim 4. 21.580. feria quinta. Quod autem supra diximus, quando in cella caui mensis scriptum est 4. 5, id significare pro quarta mensis, dicendum esse, quinta mensis, noli putare ita a vulgo vsurpari solitum. Nam πολιτικῶς omnis mensis caui δευτέρα dicebatur τρίτη. Sed intelligendum est Metonem tantum dixisse quartam pro quinta, methodi caussa, vt hoc modo non ad arbitrium, sed

ad pro-

ad progreſſum numerorum ſyzygias erogaret. Statim autem poſt obſeruationem Solſtitij Metonici hic magnus annus receptus non fuit. A Nam quarto anno ab eius editione Ariſtophanes docuit νεφέλας, ἄρχοντος Ἀμυνίου, cum adhuc Athenienſes Octaeterida ſuam mordicus retinentes τὰς ἡμέρας οὐκ ἦγον κατὰ τὴν σελήνην, ἀλλὰ ἄνω τε καὶ κάτω ἐκυδοιδόπων. Sed non multo poſt receptum fuiſſe teſtatur Auienus.

—Tenuit rem Græcia ſolers
Protinus, & longos inuentam miſit in annos,
Inſeditque animis.

& celebritatem eius ignorare vtique non poſſumus, Arato canente,

—Τὰ γὰρ συναείδεται ἤδη
Ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. B

Neomeniæ vero Metonicæ, & Calippicæ aliquando neomenias Tetraeteridum anteuertunt menſe integro, vt ex Demoſthene ſupra annotauimus: aliquando paucioribus diebus. Præterea omnes πρυτανεῖαι apud Oratores Græcos ſunt Metonicæ, præterquam ſi quæ ſunt veterum legum & ſanctionum. Nam illæ ſunt Octaetericæ, cuiuſmodi quædam extant ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, quas non dubito eſſe Harpaleas. Deprehenſo igitur apud Demoſthenem anno Iphiti, qui incurrit in annum propoſitum πρυτανείας, abiice annos Iphiti 344 pro perpetua methodo, vt iam diximus. Reſiduum ſunt anni Metonis. Deinde vide quotus annus ille ſit a Solſtitij Metonici obſeruatione: & confer illum in lineam μεταπτώσεως, in numerum annorum ſcilicet collectorum præciſum, ſi fieri poteſt: ſin aliter in proxime minorem. Columella, ſiue verſus Dierum oſtendet, quot dies accreuerunt epochæ Metonis. quos dies μεταπτώσεως adiice neomeniæ priſcæ Metonis. Habebis diem neomeniæ Metonicæ in anno propoſito. Exemplum. Anno Chriſti vulgari 1582, æſtiuis diebus iniit annus Iphiti Olympiadicus 2358. Abiectis 344, reſident anni Iuliani a Solſtitio Metonis, 2014. Proxime minor numerus annorum collectorum in linea μεταπτώσεως, 1824. & e regione dies μεταπτώσεως 30. Deductis 1824, de 2014, remanet 190. E regione eorum, in propoſita linea μεταπτώσεως, ſunt dies 3.7′. 38. Qui cum triginta illis dant μεταπτώσεως Metonicæ dies 33.7′.38. Annus propoſitus Metonis, eſt, vt vides, vltimus cycli, in quo neomenia Hecatombæonis à Metone conſtituta fuit C D

LINEA μεταπτώσεως Metonicæ.

Anni collecti.	Dies.	Scru. diar.	Momenta.
19	0	18	57
38	0	37	38
57	0	56	19
76	1	15	0
95	1	33	57
114	1	52	38
133	2	11	19
152	2	30	0
171	2	40	57
190	3	7	38
209	3	26	19
228	2	45	0
247	4	3	57
266	4	22	38
285	4	41	19
304	5	0	0
608	10	0	0
1216	20	0	0
1824	30	0	0
2432	40	0	0
2736	45	0	0

Iulij

A Iulij xxvii. Adiice ergo 33 μεθεπιδόσεως ad xxvii Iulij. Peruenitur ad xxix Augusti, feria quarta. Tanta labes rationum Metonicarum facta est ab initio huius cycli ad nostra tempora. Ex his vides, qua via insistendum sit in neomeniis Metonis apud Demosthenem, & alios priscos Rhetores inuestigandis. Annus enim Solis Metonicus, præter 365 dies cum quadrante, habet $\frac{5}{19}$, vt autem Hipparchus dicit, $\frac{1}{76}$. Verba Hipparchi apud Ptolemæum, ex eo libro, quem περὶ ἐνιαυσίου χρόνου scripserat: ὁ ἐνιαυτὸς κατὰ τοὺς περὶ Μέτωνα, καὶ Εὐκτήμονα περιέχει ἡμέρας τξε δ″, καὶ ος μιᾶς ἡμέρας, &c. Nam si in 76 annis Iulianis accrescit vnus dies Metoni, annus ergo Metonis habuerit $\frac{1}{76}$ diei præter 365 $\frac{1}{4}$ diei. Huic consentanea scribit Censorinus Fr. Pithoei, annum Me-

B tonis Solarem fuisse dierum ccclxv, & præterea dierum quinque partis vndeuicesimæ. Item Geminus de periodo Metonis: ἐν δὲ τῇ περιόδῳ ταύτῃ δοκοῦσιν οἱ μὲν μῆνες καλῶς εἰλῆφθαι, καὶ οἱ ἐμβόλιμοι συμφώνως τοῖς φαινομένοις διατετάχθαι. ὁ δὲ ἐνιαύσιος χρόνος ἐκ πλειόνων ἐτῶν παρατετηρημένος συμπεφώνηκεν, ὅτι ἐστὶν ἡμερῶν τξε, ἐννεακαιδεκάτων ε. Hac ratione in annis xix Metonis Solaribus intercalatur bisextum quinquies: quarto, octauo, duodecimo, sextodecimo, decimonono. & nihil relinquitur de ratiocinio scrupulario. Quare vt cyclus Solis Iulianus propter quadriennia æquabilia, quater septem annorum duntaxat est: sic Metonicus cyclus Solis propter inæqualitatem interuallorum bisexti, nouemdecies septem annorum est. neque feriæ

C restituuntur ante exitum anni 133. Si quæ de hoc magno anno Metonis a nobis ignorata vel omissa sunt, ea studiosis colligenda relinquimus. Tamen ea, quæ diximus, satis esse puto & ad doctrinam anni Metonici explicandam, & ad eorum iudicia castiganda, qui a nostro Lunari differre non putant.

DE CYCLO METONIS PHILIPPEO.

Pavcis ante excessum Philippi annis, qui contigit Olympiade cxi, instituta est periodus in gratiam Philippi, cuius initium incidit anno tertiodecimo ab eius morte, qui erat mortis Alexandri

D eius filij primus: ita vt hoc initium neque ipse, neq; eius filius viderint. Admissi iam erant eo viuente menses Metonici, qui & ab omnibus Græcis miro consensu recepti sunt, vt docet Festus Auienus:

—tenuit rem Græcia solers

Protinus, & longos inuentam misit in annos.

Neque solum hæc noua periodus in gratiam Philippi instituta, sed & menses Lunares sua serie luxati. Pro Dæsio enim nonus mensis Peritius sumptus, adeo vt neomenia Lunaris Peritij conueniret in Dæsium

Tetrae-

Tetraetericum. Huius mutationis mentionem facit Rex ipſe epiſtola ad Peloponneſios: quæ ἐν τῷ περὶ στεφάνου extat. συνωσῖτε,

	MENSES Tetraeterici.	MENSES METONICI.	
ἑκατομβ.	Δαίσιος	Περίτιος	ἐλαφηβολιών
μεταγειτ.	Πάνημος	Δύστρος	μουνυχιών
βοηδρομιών.	Λῷος.	Ξανθικός.	θαργηλιών.
πυανεψ.	Γορπιαῖος	Ἀρτεμίσιος	σκιρροφοριών
μαιμακτ.	Ὑπερβερεταῖος	Δαίσιος	ἑκατομβαιών
ποσειδεών.	Δῖος.	Πάνημος.	μεταγειτνιών.
γαμηλιών	Ἀπελλαῖος	Λῷος	βοηδρομιών
ἀνθεστηρ.	Αὐδυναῖος	Γορπιαῖος	πυανεψιών
ἐλαφηβολιών.	Περίτιος.	Ὑπερβερεταῖος.	μαιμακτηριών.
μουνυχιών	Δύστρος	Δῖος	ποσειδεών
θαργηλ.	Ξανθικός	Ἀπελλαῖος	γαμηλιών
σκιρροφ.	Ἀρτεμίσιος.	Αὐδυναῖος.	ἀνθεστηριών.
	MACEDONICI	PHILIPPEI	ATTICI

Linea annorum	CYCLVS METONIS PHILIPPEVS.	
1	26 Martij	ἐμβολ.
2	13 Aprilis	
3	3 Aprilis	ἐμβολ.
4	21 Aprilis	
5	10 Aprilis	
6	31 Martij	ἐμβολ.
7	18 Aprilis	
8	7 Aprilis	
9	28 Martij	ἐμβολ.
10	15 Aprilis	
11	5 Aprilis	ἐμβολ.
12	23 Aprilis	
13	12 Aprilis	
14	2 Aprilis	ἐμβολ.
15	20 Aprilis	
16	9 Aprilis	
17	30 Martij	ἐμβολ.
18	17 Aprilis	
19	6 Aprilis	

inquit, μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τετταράκοντα, τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λώου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι, Βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι Πανέμου. Eo nomine poſuimus menſes Tetraetericos Macedonicos comparatos cum Philippeis Lunaribus, ſiue Metonicis, & Metonicos Macedonicos cum Metonicis Atticis. Subiecimus etiam filum cycli Metonis Philippei cum epochis neomeniarum in menſibus Iulianis.

DE PERIODO CALIPPI
ATTICA SOLSTITIALI.

ANTIQVISSIMA fuit fere apud omnes nationes opinio de modo anni Solaris, quod ſcilicet trecentis ſexaginta quinque diebus cum quadrante explicaretur, nequis forte putet noſtrum annum non ſolum a C. Iulio Cæſare publicatum, ſed etiam excogitatum eſſe. Is eam anni formam, quam omnes ſciebant quidem, ſed quam in ciuiles vſus admiſerat hactenus nemo, indixit. Ita vt vſum eius edicto Cæſaris, ſcientiam autem antiquorum, qui eam conſeruarunt, monumentis debeamus. Hinc nonnulli veterum prodidere, Olympiadem illius diei gratia inſtitutam, qui quarto quoq; anno vertente intercalabatur. Nam cum annum dierum tantum 360 haberent, ſingulorum bienniorum exitu alternis x & xi dies intercalabant, vt annus ad principia ſua rediret. Itaq; biennium Tetraetericis ſacris, quadriennium vero Olympicis claudebant. Atque hoc tandiu obtinuit, donec Tetraeteridum principia in nouilunia conferrentur, quomodo libro proximo de-

A mo demonstrauimus. Nam antiquiorem esse anni Solaris cognitionem apud Græcos, quam putauit Strabo, facile conuincit Romanorum consuetudo, qui propter quadrantem anni prius intercalationem instituerunt, quam vllus Græculus in Ægyptum peregrinaretur. Verba eius optimi scriptoris huc propterea adduximus, quia ad rem valde pertinere videntur. Ita enim libro XVII de Ægyptiis loquitur: οὗτοι δὲ τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου παραδεδόασιν. ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ ἄλλα πλείω, ἕως οἱ νεώτεροι ἀστρολόγοι παρέλαβον παρὰ τῶν ἑρμηνευόντων εἰς τὸ ἑλληνικὸν τὰ τῶν ἱερέων ὑπομνήματα. καὶ ἔτι νῦν παραλαμβάνουσι τὰ ἀπ' ἐκείνων, ὁμοίως καὶ τὰ τῶν χαλδαίων. Ab Ægy-
B ptiis & Chaldæis accepisse quidem fateor, sed χθὲς ἢ πρώην, vt vult Strabo: id vero non ego, sed consuetudo ipsa Græcorum refellit. Nam qui certo die τροπὰς sciebant designare, quomodo id poterant sine 365 dierum numero, & quadrantis præterea accessione? Quare vetustissima est hæc ἄῤῥητος καὶ πατροπαράδοτος de anni Solaris quantitate doctrina. Calippus igitur, siue Callippus (vtrumque reperio) Cyzicenus Mathematicus, cuius Aristoteles in libris primæ Philosophiæ meminit, cum videret quadrantem integrum Metoni supra rationes Solis abundare in exitu Enneadecaeteridis, atque hinc progressu temporis magnam turbationem in anni statu consequi, animum ad anni emendationem appulit, rem pulcherrimam aggressus. vt non minor illi
C laus ex castigatione, quam Metoni ex inuentione accesserit. Sciunt enim omnes studiosi, quanto in pretio eius periodus fuerit, saltem quibus Ptolemæus notus sit. Sed non meliore iudicio de periodo Calippi, quam de Metonis Enneadecaeteride, pronuntiare solent. Quia, inquiunt, in quatuor annis vnus dies de ratiociniis Solis resultat ex quatuor diei quadrantibus consurgens, propterea cyclus Lunaris quadruplicandus, vt Solis ψηφισμοὶ cum illis Lunæ congruant: cum hoc interuallo tam Solis, quam Lunæ motus emendationem, qua vix exactior haberi possit, sortiantur. Nihil magis a vero alienum legere memini. Quid est æquatio Lunæ cum Sole? Est eo epilogismos Lunæ deducere, vt nulli scrupuli, si fieri possit; sin aliter, vt saltem quam
D paucissimi Lunari ratiocinio reliqui fiant. Quo pauciores igitur Lunæ relinquentur scrupuli, eo præcisior erit æquatio. Contra, quo maior summa scrupularia, eo longius æquatio abscedit a vero. Maxime præcisa æquatio Lunæ cum Sole fit in nouemdecim annis Solaribus Iulianis. Et tunc minor est Lunæ epilogismus Solari hora 1. 26.' 56.'' 40.''' Hic est excessus Solis supra Lunam in diebus 6939, horis 18: qui sunt anni nouemdecim Iuliani. In quatuor itaque cyclis excessus Solis supra Lunam erit horarum 5. 47.' 46.'' 40.''' Non igitur præcisior

est ratio quatuor cyclorum, quam vnius : imo ὑπεροχὴ longe maior. A
Qui talia scribunt, nunc primum poterunt discere quid sit periodus Calippica. Periodus igitur Calippica, est orbis annorum sex & septuaginta, quo absoluto Calippus putauit nihil reliquum fieri de scrupulis Lunæ cum rationibus Solis: ita vt fini dierum 27759, nulla supersit ὑπεροχὴ ἡλιακὴ supra Lunam. Nam annus Solaris censebatur 365 dierum cum quadrante. qui quadrans a Metone neglectus anteuertebat epochas anni Metonici in 76 annis die vno. Quare Calippus de anno Metonis detraxit quadrantem, & ex quatuor periodis Metonicis, de quibus singuli quadrantes diurni detracti sunt, composuit periodum suam. Quatuor periodi Metonicæ sunt dierum 27760. Detractis quatuor quadrantibus, erit tota periodus dierum 27759: qui B
fiunt anni Ægyptiaci 76, dies 19: hoc est anni Iuliani 76. Et quia quatuor periodis Metonicis constat, vno die minus, in vna autem periodo Metonica sunt syzygiæ 235, necessario in quatuor erunt 940. quæ si essent omnes plenæ, καὶ τριακονθήμεροι, essent dies 28200: de quibus si detrahantur dies 27759: remanebit excessus syzygiarum plenarum, nempe 441. Totidem enim syzygiæ cauæ erunt: quas ita in totam periodum dispensauit. Vidit in Cyclo Metonis 110 cauas syzygias esse. Quæ quia, vt vidimus, erogatæ sunt per binas syzygias, & dies quaternos : hoc si fiat in quatuor cyclis, erunt syzygiæ 880, dies 1760. qui dies in menses plenos redacti, & cum 880 mensibus compositi faciunt syzygias 938, dies 20. qui quidem dies viginti C
rursus in 440 cauos menses erogati dant $\frac{1}{22}$. Itaque si post 22 coniugationes Lunares & toties 4 dies, detrahatur vnus dies, erunt 938 syzygiæ, ita vt duæ supersint, quarum altera plena erit, altera caua: & ita, vt in Metonis cyclo, facile colligetur, qui menses caui, qui pleni erunt. Construximus igitur Tabulam Neomeniarum omnium totius periodi, cum characteribus suis. Si enim meministi quæ in Metonica periodo annotauimus, non opus habes iterum monitore. Cellæ enim hic, vt apud Metonem, quæ tres numeros habent, eæ indicant menses cauos. Superiores bini numeri excedentes sese vnitate indicant pro priore numero dierum mensis, posteriorem sumendum. Si enim inuenis 24 25. intelligis nimirum, pro vicesima quarta mensis dicen- D
dum vicesimam quintam. Inferior numerus notat characterem neomeniæ, siue regularem, qui cum regulari periodi currentis compositus, abiectis septem, vbi opus erit, dabit characterem siue feriam neomeniæ. Denique methodus hic, vt in Metonica periodo, eadem est. Orsus est autem periodum suam ab octauo Hecatombæone Metonico periodi sextæ, 28 Iunij, qui est dies proximus post Solstitium a Metone & Euctemone obseruatum. Quod enim a Solstitio cæperit, fidem

A fidem fecerit primum institutum ipsius Calippi, qui ea mente prouinciam aggressus est, vt Metonis annum iam labantem fulciret: & propterea sumpsit proximam post solstitium neomeniam, quæ tum opportune statim post confectum solstitium contigit: quanquam ea neomenia anticipata sit, cum vera neomenia Tamuz Iudaici 3431, cuius character 3.22.13. sequenti die iniuerit, feria quarta. Sed annus octauus cycli Metonis orditur Hecatombæonem a 28 Iunij: quod Calippus rectum esse putauit: & facile potuit notare quadrantem diei a Metone neglectum, cum intercalatio diei ex quadrantibus consurgentis fieret inter 27, & 28 Iunij. Deinde Ptolemæus aperte scribit, obseruationem solstitij ab Aristarcho factam incurrere annum Calippi quin-
B quagesimum iam desinentem. Ita enim libro tertio de Hipparcho scribit: συγκρίνας τὴν ὑπὸ Ἀριστάρχου τετηρημένην θερινὴν τροπὴν τῷ ν̄ ἔτει λήγοντι τῆς πρώτης κατὰ Κάλλιππον περιόδου. Primus igitur annus periodi Calippicæ est embolimæus. Alioqui secundi anni neomenia anteuerteret epocham Solstitij diebus vndecim. Quod ne fieret, religiose cauebant Attici. Nullius enim Hecatombæonis neomenia apud eos anteuertebat sedem solstitij. Embolismi autem Calippici locum in Posideone non fuisse, patet ex XXXVI anno periodi; qui est embolimæus, cuius neomenia apud Ptolemæum circiter finē Nouembris cadit, non autem circiter finem Decembris; quod quidem contingere debebat, si Posideon alter intercalatus fuisset: &, quod magis ad conjectu-
C ram facit, neomenia Elaphebolionis illius anni, cæpit Februarij 22, non autem Martij 23: quod locum habebat, si Posideon intercalatus fuisset. Rursus 47 anno embolimæo periodi, Anthesterionis neomenia competebat diei 22 Ianuarij: anno autem sequente, nempe 48, Pyanepsionis neomenia contigit XVI Octobris. Interuallum dies 266: qui sunt præcise menses nouem Lunares. Pyanepsion igitur fuit decimus ab Anthesterione. Atqui est nonus. Intercalatum igitur fuit inter Anthesterionem, & Pyanepsionem. At cui mensi magis competit intercalatio; quam Scirrhophorioni, qui est terminus anni solstitialis Atheniensium, & πρυτανείας? Intercalatus igitur fuit Scirrhophorion alter in fine an-
D ni. Adiecimus etiam laterculum characteris periodorum Calippi. Characteres vocamus regulares, qui cum regulari, siue charactere neomeniarum compositi dant feriam neomeniæ. Si enim vis habere feriā neomeniæ Pyanepsionis in anno quadragesimo nono periodi tertiæ, acceptum regularem 4, respondentem tertiæ periodo in Laterculo, compone cum 4 charactere Pyanepsionis. Is compositus e regione anni 49 in Tabula

Laterculus characteris periodorum.

Periodi.	Character periodi.
I	3
II	7
III	4
IIII	1
V	5
VI	2
VII	6

neome-

neomeniarum, in areæ communi angulo ſub Pyanepſione, dabit ſe- A
riam primam neomeniæ ipſius Pyanepſionis. Sed experiamur ex Pto-
lemæo. Anno Nabonaſſari 466, Timocharis obſeruauit Lunam cum
ſpica Virginis coniunctam, Θωὺθ ζ̄, anno primæ periodi Calippicæ 48,
Πυανεψιῶνος ς̄ φθίνοντος. Tempus Iulianum huic congruens, Nouem-
bris VIII, feria VI. Ergo neomenia Pyanepſionis feria tertia, Octo-
bris quintadecima. Periclitare in Tabula. Compone Regularem 3
reſpondentem primæ periodo in Laterculo cum 7 charactere Pyane-
pſionis, è regione 48 anni. Habebis 3 feriam, vt propoſitum erat. Con-
uenit igitur. Et character Marcheſvvan Iudaici 3479 idem præſtat.
Fuit enim 3.7.598. Rurſus anno Nabonaſſari antecedente 465, Ἀθὺρ
κθ̄, Calippi autem 47, Ἀνθεστηριῶνος η̄, idem Timocharis obſeruauit B
mediam partem Lunæ in medium Pleiadum inductam. Tempus Iu-
lianum, Ianuarij XXIX, feria tertia, cyclo Solis VII. Regularis primæ
periodi, nempe 3 cum 7 charactere Antheſterionis in anno 47 com-
poſitus dat feriam tertiam, vt propoſuit Timocharis: & conuenit cum
charactere Scebat Iudaici 3478. Fuit enim 3.13.22. Ianuarij XXII.
Anno Nabonaſſari 454, Τυβὶ ῑ exacto, ſequente ς̄, Periodi Calippi-
cæ 36, ἐλαφηβολιῶνος ιε̄, idem Timocharis obſeruauit coniunctio-
nem Lunæ cum Spica. Tempus Iulianum, Martij IX, feria ſeptima.
Ergo neomenia Elaphebolionis XXIII Februarij, feria ſeptima. Regu-
laris 3 primæ periodi cum 4 regulari Elaphebolionis in anno 36 com-
poſitus dabit propoſitam feriam ſeptimam: qui tamen non conuenit C
cum charactere 1.10.599 Adar Iudaici 3467, feria prima, 24 Fe-
bruarij. Denique eodem anno antea idem Timocharis obſeruauit
Lunam tangentem Septentrionalem earum ſtellarum, quæ ſunt in
fronte Tauri, Paophi XVI, Poſideonis XXIII, feria quinta. Tempus XX
Decembris. Ergo XXVIII Nouembris neomenia Poſideonis, feria
quarta. Quod falſum eſt. Nam hoc modo interuallum a Neomenia
Poſideonis, ad neomeniam Elaphebolionis, hoc eſt a 28 Nouembris,
ad 23 Februarij, fuerit dierum duntaxat 87. qui ſunt minores tribus ſy-
zygiis ſaltem vno die. Error igitur eſt in Codice Ptolemæi, quanquam
cum charactere Iudaici Caſleu 3467 conuenit: qui fuit 3.20.380,
feria quarta. Sed in Calippi methodo fuerit feria ſecunda, Nouem- D
bris 26. Nam 3 character periodi primæ cum 6 regulari Poſideonis
in anno 36 compoſitus, abiecto ſeptenario, dederit feriam ſecundam.
Neceſſe igitur omnino erratum fuiſſe.

TABVLA

A

TABVLA NEOMENIARVM PERIODI CALIPPICÆ.

Ann. periodi.	Cyclus Lunæ.	Ἑκατομβαιών.	Μεταγειτνιών.	Βοηδρομιών.	Πυανεψιών.	Μαιμακτηριών.	Ποσειδεών.	Γαμηλιών.	Ἀνθεστηριών.	Ἐλαφηβολιών.	Μουνυχιών.	Θαργηλιών.	Σκιροφοριών.	Ἐμβόλιμος.	Dies collecti.	Syzygiæ collectæ.	Menses caui.	Cyclus Solis.	Neomenia Ecatombæonis.
ἐμβολ. 1	14	7	1	(4. 5) 3	5	(8. 9) 7	1	(12. 13) 3	4	(16. 17) 6	7	(20. 21) 1	3	(24. 25) 1	384	13	6	B	28 Iun.
2	15	6	(28. 29) 1	2	4	(2. 3) 6	7	(6. 7) 1	3	(10. 11) 5	6	(14. 15) 1	2	0	739	25	11	A G	16 Iulij
ἐμβολ. 3	16	(18. 19) 4	5	(22. 23) 7	1	(26. 27) 3	4	(30. 31) 6	7	2	(4. 5) 4	5	(8. 9) 7	2	1123	38	17	F	6 Iul.
4	17	(12. 13) 3	4	(16. 17) 6	7	(20. 21) 2	3	(24. 25) 5	6	(27. 28) 1	2	4	(1. 2) 6	0	1477	50	23	E	25 Iul.
5	18	7	(5. 6) 2	3	(9. 10) 5	6	(13. 14) 1	2	(17. 18) 4	5	(21. 22) 7	1	(25. 26) 3	0	1831	62	29	D	14 Iulij
ἐμβολ. 6	19	4	(29. 30) 6	7	2	(3. 4) 4	5	(7. 8) 7	1	(11. 12) 3	4	(15. 16) 6	7	(19. 20) 2	2215	75	35	C B	2 Iul.
7	1	3	(23. 24) 5	6	(27. 28) 1	2	4	(1. 2) 6	7	(5. 6) 1	3	(9. 10) 5	6	0	2570	87	40	A	21 Iul.
8	2	(13. 14) 1	3	(17. 18) 4	5	(21. 22) 7	1	(24. 25) 3	4	(28. 29) 6	7	2	(2. 3) 4	0	2924	99	46	G	11 Iulij
ἐμβολ. 9	3	5	(6. 7) 7	1	(10. 11) 3	4	(14. 15) 6	7	(18. 19) 2	3	(22. 23) 5	6	(26. 27) 1	2	3308	112	57	F	30 Iun.
10	4	(30. 1) 4	5	7	(4. 5) 2	3	(8. 9) 5	6	(12. 13) 1	2	(16. 17) 4	5	(20. 21) 7	0	3662	124	58	E D	18 Iul.
ἐμβολ. 11	5	1	(24. 25) 3	4	(28. 29) 6	7	(2. 3) 3	5	(6. 7) 1	6	1	(10. 11) 1	4	(14. 15) 6	4046	137	64	C	7 Iul.
12	6	7	(18. 19) 2	5	(21. 22) 5	6	(25. 26) 1	2	(29. 30) 4	5	7	(3. 4) 2	5	0	4401	149	69	B	16 Iul.
13	7	(7. 8) 5	6	(11. 12) 2	3	(15. 16) 4	5	(19. 20) 7	2	(23. 24) 3	4	(27. 28) 6	7	0	4755	161	75	A	26 Iul.
ἐμβολ. 14	8	2	(1. 2) 4	5	(5. 6) 7	2	(9. 10) 3	4	(13. 14) 6	7	(17. 18) 2	3	(21. 22) 5	6	5159	174	81	G F	4 Iul.
15	9	(25. 26) 2	2	(29. 30) 4	5	7	(3. 4) 1	5	(7. 8) 1	6	(11. 12) 2	2	(15. 16) 4	0	5493	186	87	E	23 Iul.
16	10	5	(18. 19) 7	1	(22. 23) 3	4	(26. 27) 6	7	(30. 1) 2	3	5	(4. 5) 7	2	0	5848	198	93	D	12 Iul.
ἐμβολ. 17	11	(8. 9) 2	4	(12. 13) 6	7	(16. 17) 2	3	(20. 21) 5	6	(24. 25) 1	2	(28. 29) 4	5	7	6202	210	98	C	2 Iul.
18	12	(2. 3) 2	3	(6. 7) 5	6	(10. 11) 1	2	(14. 15) 4	5	(18. 19) 7	1	(22. 23) 3	4	0	6586	223	104	B A	10 Iul.
19	13	(26. 27) 6	7	(30. 1) 2	3	5	(4. 5) 7	2	(8. 9) 3	4	(12. 13) 6	7	(15. 16) 2	0	6940	235	110	G	9 Iul.
ἐμβολ. 20	14	3	(19. 20) 5	6	(23. 24) 1	2	(27. 28) 4	5	7	(1. 2) 2	5	(5. 6) 3	6	(9. 10) 3	7324	248	116	F	28 Iun.
21	15	2	(13. 14) 4	5	(17. 18) 7	1	(21. 22) 2	4	(25. 26) 6	7	(29. 30) 2	3	5	0	7679	260	121	E	17 Iul.
ἐμβολ. 22	16	(3. 4) 7	1	(7. 8) 3	4	(11. 12) 6	7	(15. 16) 2	3	(19. 20) 5	6	(23. 24) 1	2	(27. 28) 4	8062	273	128	D C	6 Iul.
23	17	5	7	(2. 3) 2	3	(5. 6) 5	6	(9. 10) 1	2	(12. 13) 4	5	(16. 17) 7	1	0	8417	285	133	B	24 Iul.
24	18	(20. 21) 3	4	(24. 25) 6	7	(28. 29) 2	3	5	(2. 3) 7	1	(6. 7) 3	4	(10. 11) 6	0	8771	297	139	A	14 Iul.
ἐμβολ. 25	19	7	(14. 15) 2	3	(18. 19) 5	6	(22. 23) 1	2	(26. 27) 4	5	(30. 1) 7	1	3	(4. 5) 5	9155	310	145	G	3 Iul.
26	1	6	(8. 9) 1	3	(12. 13) 4	5	(16. 17) 7	1	(20. 21) 2	4	(24. 25) 6	7	(28. 29) 2	0	9509	322	151	F E	21 Iul.
27	2	3	5	(2. 3) 7	1	(6. 7) 3	4	(10. 11) 6	7	(13. 14) 2	3	(17. 18) 5	6	0	9864	334	156	D	10 Iul.
ἐμβολ. 28	3	(21. 22) 1	2	(25. 26) 4	5	(29. 30) 7	1	3	(3. 4) 5	6	(7. 8) 1	2	(11. 12) 4	5	10248	347	162	C	30 Iun.
29	4	(15. 16) 7	1	(19. 20) 3	4	(23. 24) 6	7	(27. 28) 2	3	5	(1. 2) 7	1	(5. 6) 3	0	10602	359	168	B	19 Iul.
ἐμβολ. 30	5	4	(9. 10) 6	7	(13. 14) 2	3	(17. 18) 5	6	(21. 22) 1	3	(25. 26) 4	5	(29. 30) 7	2	10986	372	174	A G	7 Iul.
31	6	5	(3. 4) 5	6	(6. 7) 1	2	(10. 11) 4	5	(14. 15) 7	2	(18. 19) 3	4	(22. 23) 6	0	11340	384	180	F	26 Iul.
32	7	7	(26. 27) 2	3	(30. 1) 5	6	1	(4. 5) 3	4	(8. 9) 6	7	(12. 13) 2	3	0	11695	396	185	E	15 Iul.
ἐμβολ. 33	8	(16. 17) 5	6	(20. 21) 1	2	(24. 25) 4	5	(28. 29) 7	1	3	(2. 3) 5	6	(6. 7) 1	2	12079	409	191	D	5 Iul.
34	9	(10. 11) 4	5	(14. 15) 7	2	(18. 19) 3	4	(22. 23) 6	7	(26. 27) 2	3	(30. 1) 5	6	0	12433	421	197	G B	13 Iul.
35	10	1	(3. 4) 3	4	(7. 8) 6	7	(11. 12) 2	3	(15. 16) 5	6	(19. 20) 1	2	(23. 24) 4	0	12787	433	203	A	2 Iul.
ἐμβολ. 36	11	5	(27. 28) 7	1	3	(2. 3) 5	6	(5. 6) 1	2	(9. 10) 4	5	(13. 14) 7	1	(17. 18) 3	13171	446	209	G	Ka. Iul.
37	12	4	(21. 22) 6	7	(25. 26) 2	3	(29. 30) 5	6	1	(3. 4) 3	4	(7. 8) 6	7	0	13526	458	214	F	20 Iul.
38	13	(11. 12) 2	3	(15. 16) 5	6	(19. 20) 1	2	(23. 24) 4	5	(27. 28) 7	1	(30. 1) 3	4	0	13880	470	220	E D	9 Iul.

B

C

D

RESIDVVM TABVLÆ NEOMENIARVM A

PERIODI CALIPPICÆ.

Anni periodi.	Cyclus Lunæ.	ἑκατομβαιών.	μεταγειτνιών.	βοηδρομιών.	πυανεψιών.	μαιμακτηριών.	ποσειδεών.	γαμηλιών.	ἀνθεστηριών.	ἐλαφηβολιών.	μουνυχιών.	θαργηλιών.	σκιροφοριών α.	σκιροφοριών β.	Dies collecti.	Syzygiæ collectæ.	Menses caui.	Cyclus Solis.	Neomenia Hecatombæonis.	
ἐμβολ. 37	24	6	4.5 – 1	2	6.9 – 4	5	12.13 – 7	1	16.17 – 3	4	20.21 – 6	7	24.25 – 2	1	14264	483	226	C	28 Iun.	
40	15	18.19 – 5	6	1	2.3 – 1	4	6.7 – 6	7	10.11 – 2	1	14.15 – 5	6	18.19 – 1	0	14618	495	232	B	17 Iulij	
ἐμβολ. 41	16	2	22.23 – 4	5	26.27 – 7	1	30.1 – 3	4	6	4.5 – 1	2	8.9 – 4	5	12.13 – 7	15002	508	238	A	6 Iul.	
42	17	1	16.17 – 3	4	10.11 – 6	7	24.25 – 2	3	27.28 – 5	6	1	1.2 – 3	4	0	15357	520	243	G F	24 Iul.	
43	18	5.6 – 6	7	9.10 – 2	3	13.14 – 5	6	17.18 – 1	2	21.22 – 4	5	25.26 – 7	2	0	15711	532	249	E	14 Iulij	
ἐμβολ. 44	19	29.30 – 3	4	6	3.4 – 1	2	7.8 – 4	5	11.12 – 7	1	15.16 – 3	4	19.20 – 6	7	16095	545	255	D	3 Iul.	
45	1	23.24 – 1	3	27.28 – 5	6	2	1.2 – 3	4	5.6 – 6	7	9.10 – 2	3	13.14 – 5	0	16449	557	261	C	22 Iul.	B
46	2	6	17.18 – 2	3	21.22 – 4	5	24.25 – 7	1	28.1 – 3	4	6	2.3 – 1	2	0	16804	569	266	B A	10 Iulij	
ἐμβολ. 47	3	6.7 – 4	5	10.11 – 7	1	14.15 – 3	4	18.19 – 6	7	22.23 – 2	3	26.27 – 5	6	1	17188	582	272	G	30 Iun.	
48	4	3.4 – 3	4	4.5 – 6	7	8.9 – 1	3	12.13 – 5	6	16.17 – 1	2	20.21 – 4	5	0	17542	594	278	F	19 Iul.	
ἐμβολ. 49	5	24.25 – 7	1	28.29 – 3	4	6	2.3 – 1	2	6.7 – 4	5	10.11 – 7	1	14.15 – 3	4	17926	607	284	E	8 Iul.	
50	6	18.19 – 6	7	22.23 – 2	3	25.26 – 5	6	29.30 – 1	2	4	3.4 – 6	7	7.8 – 2	0	18280	619	290	D C	16 Iul.	
51	7	3	11.12 – 5	6	15.16 – 1	3	19.20 – 4	6	23.24 – 7	1	27.28 – 3	4	6	0	18633	631	295	B	15 Iul.	
ἐμβολ. 52	8	1.2 – 1	2	5.6 – 4	5	9.10 – 7	1	13.14 – 1	4	17.18 – 6	7	21.22 – 2	3	25.26 – 5	19018	644	301	A	5 Iul.	
53	9	6	29.30 – 1	2	4	3.4 – 6	7	7.8 – 2	3	11.12 – 4	6	15.16 – 1	2	0	19373	656	307	G	23 Iul.	
54	10	18.19 – 4	5	22.23 – 7	2	26.27 – 3	4	30.1 – 6	7	2	4.5 – 4	5	8.9 – 7	0	19727	668	313	F E	12 Iul.	
ἐμβολ. 55	11	1	12.13 – 3	4	16.17 – 6	7	20.21 – 2	3	24.25 – 5	6	28.29 – 1	2	4	2.3 – 6	20111	681	319	D	Ka. Iul.	
56	12	7	6.7 – 2	3	10.11 – 5	6	14.15 – 1	2	18.19 – 4	5	22.23 – 7	1	26.27 – 3	0	20465	693	325	C	20 Iul.	
57	13	4	30.1 – 6	7	2	4.5 – 4	5	8.9 – 7	1	12.13 – 3	4	16.17 – 6	7	0	20810	705	330	B	9 Iul.	C
ἐμβολ. 58	14	19.20 – 2	3	23.24 – 5	6	27.28 – 1	2	4	1.2 – 6	7	5.6 – 2	3	9.10 – 5	6	21204	718	336	A G	28 Iun.	
59	15	13.14 – 1	2	17.18 – 4	5	21.22 – 7	1	25.26 – 3	4	29.30 – 6	7	2	3.4 – 4	0	21558	730	342	F	17 Iun.	
ἐμβολ. 60	16	5	7.8 – 7	1	11.12 – 3	4	15.16 – 6	7	19.20 – 2	3	23.24 – 5	6	27.28 – 1	2	21942	743	348	E	6 Iun.	
61	17	4	1.2 – 6	7	5.6 – 2	3	9.10 – 3	6	13.14 – 1	2	17.18 – 4	5	21.22 – 7	0	22296	755	354	D	25 Iul.	
62	18	1	24.25 – 3	4	28.29 – 6	7	2	2.3 – 4	6	6.7 – 7	1	10.11 – 3	4	0	22651	767	359	C B	13 Iul.	
ἐμβολ. 63	19	14.15 – 6	7	18.19 – 2	3	22.23 – 5	6	26.27 – 1	2	30.1 – 4	5	7	4.5 – 2	3	23035	780	365	A	3 Iul.	
64	1	8.9 – 5	6	12.13 – 1	2	16.17 – 4	5	20.21 – 7	1	24.25 – 3	4	28.19 – 6	7	0	23389	792	371	G	22 Iul.	
65	2	2	2.3 – 4	5	6.7 – 7	1	9.10 – 3	4	13.14 – 6	7	17.18 – 2	3	21.22 – 5	0	23743	804	377	F	11 Iul.	
ἐμβολ. 66	3	6	25.26 – 1	2	29.30	5	3.4 – 7	2	7.8 – 3	4	11.12 – 6	7	15.16 – 2	3	24127	817	383	E D	19 Iun.	
67	4	5	19.20 – 7	1	23.24 – 3	4	27.28 – 6	7	2	1.2 – 4	5	5.6 – 7	2	0	24481	829	388	C	18 Iul.	
ἐμβολ. 68	5	9.10 – 3	4	13.14 – 6	7	17.18 – 2	3	21.22 – 5	6	25.26 – 1	2	29.30 – 4	5	7	24866	841	394	B	8 Iul.	
69	6	3.4 – 2	3	6.7 – 5	6	10.11 – 1	2	14.15 – 4	5	18.19 – 7	2	22.23 – 3	4	0	25220	854	400	A	27 Iulij	D
70	7	26.27 – 6	7	30.1 – 2	3	5	4.5 – 7	1	8.9 – 3	4	12.13 – 6	7	16.17 – 2	0	25574	866	406	G F	15 Iul.	
ἐμβολ. 71	8	3	20.21 – 5	6	24.25 – 1	2	28.29 – 4	5	7	2.3 – 2	3	6.7 – 5	6	10.11 – 1	25958	879	412	E	4 Iun.	
72	9	2	14.15 – 4	5	18.19 – 7	2	22.23 – 3	4	26.27 – 6	7	30.1 – 2	3	5	0	26313	891	417	D	23 Iul.	
73	10	3.4 – [illegible]	1	7.8 – 3	4	11.12 – 6	7	15.16 – 2	3	19.20 – 5	6	23.24 – 1	2	0	26667	903	423	C	13 Iul.	
ἐμβολ. 74	11	27.28 – 4	5	7	1.2 – 2	3	5.6 – 5	6	9.10 – 1	2	13.14 – 4	5	17.18 – 7	1	27051	916	429	B A	Ka. Iul.	
75	12	11.12 – 3	4	25.26 – 6	7	29.30 – 2	3	5	3.4 – 7	1	7.8 – 3	4	11.12 – 6	0	27405	928	435	G	20 Iul.	
76	13	7	15.16 – 2	3	19.20 – 5	6	23.24 – 1	2	27.28 – 4	5	30.1 – 7	1	3.4 – 3	0	27759	940	441	F	9 Iul.	

A

DE PERIODO LVNARI CALIPPICA AB AVTVMNO.

Calippvm periodum ſuam in gratiam Alexandri inſtituiſſe, ſatis libro priore demonſtratum. Exorſus enim fuit a neomenia πυανεψιῶνος; quæ incidit in VI Octobris. Nam eo anno Hecatombæon Calippicus erat in IX Iulij, feria VI. Eſt enim vltimus annus Periodi Calippicæ æſtiuæ, ſiquidem fingamus illam periodum multis ſæculis ante obtinuiſſe. In Tabula Neomeniarum Hecatombæonis, annus vltimus periodi incipit in 9 Iulij, cyclo Lunæ 13. Atqui ea eſt vera epocha Olympica, vt alibi diſputatum eſt. Hoc mouit Calippum, vt totam periodum Olympicam retexeret. Et B præterea Boedromion Calippicus cæpit ſexta Septembris; feria ſecunda: in cuius medio defecit Luna, eadem feria: & poſtea copiæ Perſarum ab Alexandro victæ. Incipit igitur illa periodus Lunaris a Pyanepſione, VI Octobris, quæ erat ἔνη καὶ νέα Boedromionis Tetraeterici noui, ſiue Calippici, quinta autem veteris Boedromionis Attici Tetraeterici, & viceſima Apellæi periodi Macedonicæ antiquæ. In qua nihil puto innouatum præter menſes Macedonum, cum pro Audynæo autumnali Hyperberetæus antea ſolſtitialis in eius locum ſucceſſit: quod in honorem Alexandri factum. Præterea neque locus menſis intercalaris mutatus, cum is menſis Macedonicus, qui ab Hyperberetæo putatus reſpondet Scirrhophorioni Attico, C fuerit ſedes emboliſmi, vt in periodo Attica. Anno 54 ſecundæ periodi fuit Eclipſis Lunæ, Nabonaſſari 547, Meſori 16, feria VI, Sole in Virgine ſito. Tempus 22 Septembris, cyclo Lunæ 10, cyclo Solis 5. Anno 55 periodi ſecundæ, Nabonaſſari 548, Mechir 9, feria 2, iterum Luna defecit, Sole in Piſcibus collocato. Tempus, 19 Martij, cyclo Lunæ XI, Solis VI. Denique eodem anno 55, eodem etiam Nabonaſſari, Meſori 5, feria 3, Luna tertium defecit, Sole XV Virginis obtinente. Tempus XI Septembris. Videmus hic a Virgine ad Piſces mutationem anni D factam, a Piſcibus ad Virginem non factam. Ergo annus cæpit ab Autumno: & proinde periodi annus primus a cyclo Lunæ XIII, non a XIIII, vt annus primus periodi Atticæ. Sed quare Ptolemæus menſes ſubticuit, qui alibi tam curioſe illos citare ſolet? Sane vera & indubitata

MENSES MACEDONICI.	MENSES ATTICI.
ὑπερβερεταῖος. δῖος ἀπελλαῖος.	πυανεψιών μαιμακτηριών ποσειδεών.
αὐδυναῖος περίτιος δύστρος.	γαμηλιών ἀνθεστηριών ἐλαφηβολιών.
ξανθικός. ἀρτεμίσιος δαίσιος πρότερος δαίσιος δεύτερος.	μουνυχιών θαργηλιών σκιρροφοριών πρότερος σκιρροφοριών δεύτερος.
πάνεμος λῷος γορπιαῖος.	ἑκατομβαιών μεταγειτνιών βοηδρομιών.

tata caussa est, quod metuit, ne si menses Macedonici, ita vt a Calippo A transpositi fuerant, citarentur, hoc confusionem lectori pareret. Quod sane euitari non poterat. Sed nos reddamus his Eclipsibus menses suos. Anno 54 periodi Calippi Atticæ, Hecatombæon fuit 12 Iulij, in litera D. Fuit ergo feria IV, cyclo Solis V. quæ cum characterismo Boedromionis composita dat feriam VII neomeniæ Boedromionis, die IX Septembris. Incidit ergo Eclipsis in XIIII Boedromionis Atheniensibus, Macedonibus autem noui Gorpiæi. Rursus quarta feria cũ quinta characterismi Elaphebolionis composita, abiecto septenario, dat feriam secundam Elaphebolionis, vel noui Dystri Macedonici in V Martij. Igitur Neomenia Elaphebolionis, aut Dystri fuit in V Martij, & proinde Eclipsis XV Elaphebolionis, aut Dystri in anno 54 Attico, 55 B Macedonico. Deniq; Hecatõbæon 55 anni Attici & Macedonici Kalendæ Iulij, feria prima: quæ cum 3 charactere Boedromionis componit feriam 4 neomeniæ Boedromionis Attici, Gorpiæi autem noui in 29 Augusti. Ergo Eclipsis 14 Boedromionis, aut Gorpiæi. Rursus anno 37 tertiæ periodi defecit Luna 607 Nabonassari, Tybi die 2, sequente 3, feria 3, anno periodi Iulianæ 4573. Tempus 27 Ianuarij. Initium illius anni cyclo Solis 8. Neomenia Hecatombęonis 20 Iulij, feria secunda. quæ composita cũ 2 charactere Gamelionis, dat feriam quartam neomeniæ Gamelionis in 14 Ianuarij, cum litera Dominicalis esset D C. Ergo Eclipsis incidit in 14 Gamelionis vel Audynæi noui. Quod autem notauimus de mensibus Tetraetericis apud Macedonas C obseruatis, id est, quod Syromacedones duplici anno vterentur, mensium τριακονθημέρων & Lunarium, vt solebant Attici, præter alia, quæ firmandæ opinionis adducere poteramus, fidem fecerit locuples testis Iosephus, qui ita scribit ὑπερβερεταίου τῇ δεκάτῃ κατὰ σελήνην νηστεύουσι. Dixit Hyperberetæum κατὰ σελήνην, quia erat ὑπερβερεταῖος τετραετηρικὸς τριακονθήμερος μὴ κατὰ σελήνην. Ita etiam Thucydides dixit νουμηνίαν κατὰ σελήνην, quia scilicet alia erat νουμηνία μὴ κατὰ σελήνην, vtpote tetraeterica mensis τριακονθημέρου. Ex quibus etiam verbis Iosephi manifestum est ipsis Iudæis mensium Macedonicorum appellationem in vsu fuisse in contractibus scilicet, in quibus vtebantur æra Macedonica.

DE PERIODO SYROMACEDONVM ALEXANDREA. D

BENE quidem Calippus, qui excessum vnius diei in 76 annis Metonicis primus deprehendit, indicauit, & emẽdauit. Sed ad œconomiam cauorũ mensium instituendã, tantisper sustinere, donec 64 dies transigantur, hoc vero est vim ipsi motui sideris facere. Nam hoc pacto duo menses pleni statim in capite anni continuantur: cum tamen ab initio cuiuscunque periodi Lunaris duo menses primi minores sint, quam sexa-

A quam ſexaginta dies; ſcrupulis diurnis 56 fere, qui proxime abſunt a magnitudine iuſti diei. Atqui alternatio plenorum & cauorum menſium magis & motui ſideris, & vſui politico, & captui plebis accommodata eſt: quamquam non ſemper continuari poteſt illa alternatio; cum longe plures ſint pleni menſes in periodo iſta, quam caui. Nam 499 ſunt pleni, 441 autem caui. Ad quos cauos menſes diſpenſandos non erunt expectandi dies 64, vt in periodo Calippica, & Metonica; quandoquidem hoc alienum eſt a motu ſideris, & vſu politico: ſed alia potius via tentanda. In Periodo Calippica ſunt dies 27759, ſyzygiæ 940: quas ſi in dies periodi diſtribueris, erit interuallum vnius ſyzygiæ, dies 29, $\frac{499}{940}$ vnius diei. Si igitur primum menſem anni plenum, vti ratio
B poſtulat, inſtituamus, ſecundum autem cauum, alternatio æquabiliter procedet, donec ex exceſſu ſcrupulorum 940 ſupra diem vnum, componatur dies ſolidus, qui faciat annum communem ὑπερήμερον, hoc eſt dierum 355, embolimæum autem dierum 385, ita tamen, vt tametſi ille exceſſus vnius diei incidat in medium annum aut menſem, reiiciatur in calcem tam menſis, quam anni. His ita animaduerſis repetenda ſunt, quæ libro priore diximus de anno populari Græcorum. Annus popularis omnium Græcorum conſtabat menſibus omnibus plenis, cum appendice bidui, quas ἀνάρχους ἡμέρας vocabant. & cum primi Hecatombæonis neomenia incideret ſemper in nouilunium, neomenia item quinti conueniebat rurſus in nouilunium. Hoc ſpa-
C tium Tetraeterida vocabant. Itaque quoties de illo populari anno Græcorum loquemur, vocabimus annum æquabilem, vel menſes Tetraetericos. Erat autem & alius annus mere Lunaris, quem πρυτανείας vocabant, ab auctoribus primum Octaeteridum inſtitutus, deinde ab Enneadecaeteridibus Metonicis, Calippicis, & Hipparchicis reformatus. Primus omnium Calippus vidit in 76 annis æquabilibus, 940 ſyzygias comprehendi præciſe, vt putauit. ideoq; periodũ totidem annorum inſtituit, Atticam quidem a Solſtitio, Alexandream vero ab Autumno. Iam alibi diximus Hyperberetæum æquabilem traductum a Macedonibus a IX Iulij, ad VII Octobris: hoc eſt ex Audynæo factum Hyperberetæum. Græci enim in Macedonia hanc periodum re-
D nouarunt, quam annis XIX ſolidis antea inſtituerat Calippus. Itaque cum ipſorum annus inciperet a menſe Olympiaco, cuius citima epocha erat in IX Iulij, ibi ſtatuerunt neomeniam Hyperberetæi periodici in coitu luminarium neomeniæ Ab Iudaici 3449, cuius character 2. 5. 812, feria ſecunda, IX Iulij, cyclo Solis VI, Lunæ XIII. Conuenerunt igitur ambæ neomeniæ tam æquabiles, quam Lunares menſis Hyperberetæi, idq; XIX annis vertentibus poſt cladem ad Arbela. Itaque viſum Syromacedonibus Audynæum in Hyperberetæum mutare, atq;

hinc

hinc periodum æquabilem auſpicari, quam Græci Macedones in Ma- A
cedonia tribus menſibus antea incipiebant. Fuit enim mere Olympica, vt toties diximus. Quare Hyperberetæus æquabilis primus periodi incidit in VIII Octobris. quod eſt κέντρον μετοπωρινὸν veterum Græcorum; Hyperberetæus autem Lunaris in Septembrem: quomodo primus Hecatombæon Calippi æquabilis incidebat in 16 Iulij, Lunaris autem in 28 Iunij. Itaq; finis anni Solaris Syromacedonum incidebat in VI Octobris, ibique intercalatio fiebat. Eorumque annus popularis nunquam hos fines anteuertebat. Quo factum, vt anno Iuliano recepto, Syromacedones, & reliqui Syri incipiant annum ſuum ab Octobri ad hanc vſque diem, propter diem VII Octob. in qua erat κέντρον μετοπωρινόν: Iudæi quoque anni illius Solaris veſtigia ſeruent. Sed hæc ita fuerint, B
ſiquidem Calippi annum Tetraetericum reformatum ſequamur. Alioquin Hyperberetæus Olympicus cæpit VIII, non VII Octob. vt lib. IV explicatur. Duplex igitur periodus Macedonum fuit, æquabilis, & Lunaris, qualis erat periodus πρυτανείας Athenis: & proinde duplex Hyperberetæus, æquabilis in Octobri, Lunaris in Septembri. cuius neomenia in primo anno periodi incidit in neomeniam Boedromionis anni XIX primæ periodi Calippicæ, feria quinta, Septembris VI. Hinc conſurgit initium celeberrimæ huius periodi, qua mera Lunari Syromacedones, Chaldæi, Iudæi, Hagareni, & reliqui Arabes vſi ſunt. Annus primus eſt embolimæus, quartus, ſeptimus, nonus, duodecimus, quintuſdecimus, decimus ſeptimus, C
& ita deinceps in reliquis tribus cyclis. ὑπερήμεροι autem anni ſunt in tota periodo quindecim. Septuaginta ſex enim anni Lunares ſimplices fiunt dies 26904. qui de diebus totius periodi 27759 detracti relinquunt dies 855. qui ſunt viginti octo menſes pleni embolimæi, & quindecim dies præterea: qui quidem dies annos totidem ὑπερημέρους faciunt: qui ex progreſſu ſyzygiarum, id eſt ex compoſitione dierum $29\frac{499}{940}$ conſurgentes faciunt hos annos periodi ὑπερημέρους, 3, 10, 14, 19, 24, 30, 35, 40, 44, 51, 56, 60, 65, 70, 76. Nunc videamus, vbi ſedes emboliſmi, & cui menſi attributa fuit. Lyſias præfectus Syriæ libro ſecundo Macabæorum anno 148 Seleucidarum (qui tamen vere 150 erat) ſcribit Iudæis ſe deſideria eorum a Rege impetraturum. Epiſto- D
lium, quod ſcribit, datum eſt menſe Dioſcuro. Is menſis non eſt inter menſes Macedonum ordinarios. Fuit igitur embolimus. Nam & annus ille eſt embolimæus, nempe ſeptuageſimus quartus periodi: & ratio nominis valde rei accommoda, vt menſis geminus dicatur Dioſcuros, quemadmodum Caſtores ſiue Διόσκουροι Gemini dicuntur. Poſtquam igitur Lyſias impetrauit a Rege Iudæorum poſtulata; reſcribit Rex tum ipſi Lyſiæ, tum Iudæis, menſe Xanthico. En intercalatum

A latum inter autumnum & Xanthicum, & quidem longe ante Xanthicum. Non enim tam repentino ea impetrari potuerunt. Retinuerunt igitur Syromacedones veterem ſitum emboliſmi in menſe brumali, qui reſpondet Poſideoni Attico, & Scebat Syriaco. Moſes Meredinæus ſacerdos Syrus, inquit Andreas Maſius, dixit illum menſem geminum Teboch vocatum. De quo cum ſcripſiſſem venerabili & doctiſſimo viro Ignatio Patriarchæ Antiocheno, mirum quanto riſu exceperit tum nomen Moſis Meredinæi, tum eius ſententiam. Maſius vero mirifice hallucinatur, cum putat menſes Syrorum Chriſtianorum mere Lunares eſſe. Ait ſe reperiſſe ſcriptum in libris Syrorum, Bar Cepha deceſſiſſe anno Alexandri 1224, die XIII Scebat, Sabba-
B to. Sane is erat annus Chriſti vulgaris 913, cuius XIII Februarij erat Sabbatum. Maſius tamen putat & illum annum Chriſti 914, & Scebat illum Lunarem eſſe. Vtrumque vero falſum. Hæc igitur eſt epocha Alexandri, quam annos Alexandri Syri Chriſtiani, Arabes vero nunc Terich Aleſcandriæ, nunc Terich dilkarnain vocant, id eſt ἐποχὴν τῶν δικέρωτος. Alexandrum enim δικέρωτα vocant: quod ita ſculperetur in nummis Cyrenæorum. Porro alibi notamus Syros quidem Chriſtianos hanc epocham ab Octobri incipere, propter ſitum antiqui Hyperberetæi æquabilis, id eſt propter κέντρον μετοπωρινὸν in VII Octobris fixum. Arabas autem a Septembri, propter indictiones Conſtantinianas: niſi mauis propter annos Diocletiani, quorum caput a 29
C Auguſti, ita vt September totum pene Thoth Diocletiani vindicet ſibi: vtroſque autem nomine Alexandri, quamuis duodecim annis ſolidis a morte Alexandri cœperit.

Menses Syrorum	
ܬܫܪܝ ܩܕܝܡ	Tiſrin prior
ܬܫܪܝ ܐܚܪܝ	Tiſrin poſterior
ܟܢܘܢ ܩܕܝܡ	Canun prior
ܟܢܘܢ ܐܚܪܝ	Canun poſterior
ܫܒܛ	Schebat
Mensis Embolimus.	
ܐܕܪ	Adar
ܢܝܣܢ	Niſan
ܐܝܪ	Iijar
ܚܙܝܪܢ	Haziran
ܬܡܘܙ	Tamuz
ܐܒ	Ab
ܐܝܠܘܠ	Ilul.

D

Laterculus characteriſmi periodorum Syriacarum.

Periodi	Regulares
I	5
II	2
III	6
IIII	3
V	7
VI	4
VII	1

A

TABVLA PERIODI SYRORVM

ALEXANDREÆ.

	Anni periodi	Cyclus Lunæ	Character anni	Cyclus Solis		[illegible]	
ἐμβολ.	1	13	5	G	6 Sept.	31	
	2	14	4	F	25 Sept.	12	
	3	15	1	E	14 Sept.	23	[illegible]
ἐμβολ.	4	16	6	D C	3 Sept.	34	
	5	17	5	B	22 Sept.	15	
	6	18	2	A	11 Sept.	26	
ἐμβολ.	7	19	6	G	31 Aug.	37	
	8	1	5	F E	18 Sept.	19	
ἐμβολ.	9	2	2	D	8 Sept.	29	
	10	3	1	C	26 Sept.	11	[illegible]
	11	4	6	B	16 Sept.	21	
ἐμβολ.	12	5	3	A G	4 Sept.	33	
	13	6	2	F	23 Sept.	14	
	14	7	6	E	12 Sept.	25	[illegible]
ἐμβολ.	15	8	4	D	2 Sept.	35	
	16	9	3	C B	20 Sept.	17	
ἐμβολ.	17	10	7	A	9 Sept.	28	
	18	11	6	G	28 Sept.	9	
	19	12	3	F	17 Sept.	20	[illegible]
ἐμβολ.	20	13	1	E D	6 Sept.	32	
	21	14	7	C	25 Sept.	12	
	22	15	4	B	14 Sept.	23	
ἐμβολ.	23	16	1	A	3 Sept.	34	
	24	17	7	G F	21 Sept.	16	[illegible]
	25	18	5	E	11 Sept.	26	
ἐμβολ.	26	19	2	D	31 Aug.	37	
	27	1	1	C	19 Sept.	18	
ἐμβολ.	28	2	5	B A	7 Sept.	30	
	29	3	4	G	26 Sept.	11	
	30	4	1	F	16 Sept.	21	[illegible]
ἐμβολ.	31	5	6	E	5 Sept.	32	
	32	6	5	D C	23 Sept.	14	
	33	7	2	B	12 Sept.	25	
ἐμβολ.	34	8	6	A	2 Sept.	35	
	35	9	5	G	20 Sept.	17	[illegible]
[illegible]	3′	10	3	F E	9 Sept.	28	
	37	11	2	D	28 Sept.	9	
	38	12	6	C	17 Sept.	20	

B

	Anni periodi	Cyclus Lunæ	Character anni	Cyclus Solis		[illegible]	
ἐμβολ.	39	13	3	B	6 Sept.	31	
	40	14	2	A G	24 Sept.	13	[illegible]
	41	15	7	F	14 Sept.	12	
ἐμβολ.	42	16	4	E	3 Sept.	34	
	43	17	3	D	22 Sep.	15	
	44	18	7	C B	10 Sep.	27	[illegible]
ἐμβολ.	45	19	5	A	31 Aug.	37	
	46	1	4	G	19 Sep.	18	
ἐμβολ.	47	2	1	F	8 Sept.	29	
	48	3	7	E D	26 Sep.	11	
	49	4	4	C	15 Sep.	22	
ἐμβολ.	50	5	1	B	5 Sept.	32	
	51	6	7	A	23 Sept.	14	[illegible]
	52	7	5	G F	12 Sept.	25	
ἐμβολ.	53	8	2	E	1 Sept.	36	
	54	9	1	D	20 Sept.	17	
ἐμβολ.	55	10	5	C	9 Sept.	28	
	56	11	4	B A	27 Sept.	10	[illegible]
	57	12	2	G	17 Sept.	20	
ἐμβολ.	58	13	6	F	6 Sept.	32	
	59	14	5	E	25 Sep.	12	
	60	15	2	D C	13 Sept.	24	[illegible]
ἐμβολ.	61	16	7	B	3 Sept.	34	
	62	17	6	A	22 Sept.	15	
	63	18	3	G	11 Sept.	26	
ἐμβολ.	64	19	7	F E	30 Aug.	38	
	65	1	6	D	18 Sept.	19	[illegible]
ἐμβολ.	66	2	4	C	8 Sept.	29	
	67	3	3	B	27 Sept.	1.0	
	68	4	7	A G	15 Sept.	22	
ἐμβολ.	69	5	4	F	4 Sept.	23	
	70	6	3	E	23 Sept.	14	[illegible]
	71	7	1	D	13 Sept.	24	
ἐμβολ.	72	8	5	C B	1 Sept.	36	
	73	9	4	A	20 Sept.	17	
ἐμβολ.	74	10	1	G	9 Sept.	28	
	75	11	7	F	28 Sept.	9	
	76	12	4	E D	16 Sept.	21	[illegible]

C

D

En Tabulam periodi Syromacedonum, quæ etiam Chaldæis, & Iudæis communis fuit cum parapegmate φαινομένων, quod veteres παράπηγμα ἀστέρων vocauerunt. In Tabula sunt sex ordines, primus annorum

A annorum periodi, secundus cycli Lunaris, tertius characterismi neomeniæ primi mensis, quartus cycli Solis, quintus epochæ neomeniarum primi mensis in anno Iuliano; sextus ἀριθμῶν ἡμερῶν, quæ sunt dies inter neomeniam primi mensis & κέντρον μετοπωρινὸν interiectæ. κέντρον autem μετοπωρινὸν alibi monuimus esse VII Octobris: quæ fuit sedes bisexti Antiochenis, Chaldæis, & Iudæis.

DE PERIODO CHALDÆORVM ALEXANDREA.

B VETVS est opinio, quicquid Græci in Mathematicis præstiterunt, id totum Chaldæis & Ægyptiis accepto referendum. Quod partim verum, partim falsum. Græci priscas obseruationes eclipsiũ a Chaldæis, figuras Geometricas ab Ægyptiis acceperunt. Sed eos neque astrologiam Chaldæi; neque Geometriam Ægyptij docuerunt. Quæcunque enim Thales & Pythagoras ab Ægyptiis ἀναπόδεικτα didicerunt, ea Plato, & post Platonem alij demonstrarunt. Idem de astrologia dicas licet. Nam quæ Timocharis a Chaldæis obseruata accepit, ille popularibus suis Græcis Geometrice demonstrauit. quæ autem ipse inchoata reliquit, ea Hipparchus expoliuit. Quæ denique Hipparcho ignorata; ea nouissimus veterum Ptolemæus in lucem protulit. Hæc incrementa, hi gradus iri melius proficien-
C di ostendunt Græcos nihil perfectum ab exteris accepisse: sed eos illa ita excoluisse, vt non amplius Græci ἐν σοφίᾳ παῖδες essent, quod ille Ægyptius exprobrat apud Herodotum, sed potius magistros suos anteirent sapientia. Notum ex iis, quæ hoc, & superiore libro disputata sunt, quantum Græci illi veteres hallucinati sint in motu Lunæ deprehendendo, & quam diu frustra rem tentarint, dum non inueniunt modum curriculi Lunaris spatia finiendi, donec Tetraeterida Octaeteris, Octaeterida Enneadecaeteris, illam periodus Calippica, Calippicam postremo Hipparchea emendauit, vt vltima ita omnium optima, & verissima. Hæc manifesto declarant gradatim quidem mathematica animis Græcorum insinuasse, nullo Chal-
D dæo, nullo Ægyptio præeunte: ipsos vero Chaldæos duntaxat memoriam defectuum Solarium & Lunarium monimentis literarum conseruasse, quorum caussas Græci quæsiuerint, quas ab ipsis Chaldæis discere non potuerint; cum eas ipsi ignorarent. Cum igitur ipsi Chaldæi antiquitus mensibus mere Lunaribus vterentur, nulla peritia motus sideris hoc faciebant, sed tantum obseruatione τῆς φάσεως, cum longo rei vsu didicissent Lunam curriculum in vndetriginta, aut ad summum, triginta diebus conficere solere: neque prius

neomeniam in vsum politicum ederent, quam φάσιν obseruassent. A Quod adeo verum est, vt etiam hodie omnes Muhamedani, quanquam habent periodum annorum, & characterismos mensium in Almenichiis suis descriptos, tamen non prius neomeniam admitti volunt, quam, siquidem fieri possit, Lunam nascentem contemplati sint: qua conspecta statim neomeniam indicunt. Idem faciebant & veteres Iudæi, vt alibi demonstrabitur. Idem denique, quod iam tetigimus, factitabant Chaldæi, qui ex obseruatione φάσεως duos menses nunc cauos, nunc plenos continuabant. Itaque satis erat incerta apud illos neomeniarum ratio, donec a Græcis periodum Calippicam, & cyclos enneadecaetericos didicerunt, anno decimonono post epocham Calippi, hoc est vicesimo anno primæ periodi Calippicæ, & secundo periodi B Alexandreæ, cyclo Solis septimo, Lunæ quarto decimo, anno periodi Iulianæ 4403, proxime ante epocham æquinoctij autumnalis. Neomenia Tisri Iudaici 3451. 4. 4. 827. Septembris 25. Pyanepsion Calippicus anni 20, feria quarta, XXV Septemb. Itaq; conuenit cum Iudaico. quæ caussa fuit, vt eo anno potius periodum suam ordirentur, quam superiore, in quo neomenia remotissima fuit ab æquinoctio. Præterea annus Lunaris commodius incipere visus est Orientalibus veteribus ab autumno, quam aliunde, quia dimidium anni Lunaris sunt dies 177. ab autumnali autem æquinoctio, ad vernum, sunt dies 178. Itaque si a die sequente æquinoctium cœpit prima neomenia, septima incidet in æquinoctium vernum. Et sine dubio hanc commo- C ditatem spectarunt veteres illi in capite anni instituendo. Igitur prima neomenia primi Hyperberetæi Chaldaici conuenit in neomeniam Hyperberetæi secundi Seleucidarum. Denique nihil differt hæc periodus a Syromacedonica, neque situ embolismorum, neque epocha neomeniarum, sed numero annorum duntaxat, & mensis embolimæi ordine. Nam hæc periodus incipit a secundo anno Seleucidarum. hoc est Hyperberetæus primus Chaldæorum est Hyperberetæus secundus Syromacedonum. Embolimus autem mensis non sextus a Solstitiali mense, vt in periodo Syromacedonica, sed vltimus anni, hoc est proximus ante Hyperberetæum. Anno enim 82 Chaldæorum, Xanthici neomenia cœpit quatuor diebus ante Kal. Martias, anno D Iuliano bisextili. Est autem Xanthicus septimus mensis. Erat autem annus VII secundæ periodi Syromacedonum, vtique embolimæus. Septimo mense aut sexto non est intercalatum. Ergo fine anni intercalatum est. Hæc periodus Chaldaica celeberrima apud Græcos & Romanos fuit: quia proposita fuit cum doctrina ortuum & occasuum τῶν φαινομένων, & eorundem significationibus. quod παράπηγμα vocatum fuisse supra diximus. Itaque cum in significationibus stellarum

A larum Columella, & Plinius producunt teſtes Chaldæos, aut Aſſyrios,

1	ܬܫܪܝ	Tiſri	ὑπερβερεταῖος	0
2	ܡܪܚܫܘܢ	Marcheſwan	Δῖος	2
3	ܟܣܠܘ	Caſlew	ἀπελλαῖος	3
4	ܛܒܬ	Tebeth	αὐδυναῖος	5
5	ܫܒܛ	Scebat	περίτιος	6
6	ܐܕܪ	Adar	δύστρος	1
7	ܢܝܣܢ	Niſan	ξανθικός	2
8	ܣܝܘܢ	Siwan	ἀρτεμίσιος	4
9	ܐܝܪ	Iijar	δαίσιος	5
10	ܬܡܘܙ	Thamuz	πάνεμος	7
11	ܐܒ	Ab	λῷος	1
12	ܐܝܠܘܠ	Elul	γορπιαῖος	3
	ܐܝܠܘܠ ܠܐܚܪܢܐ	Elul alter.	γορπιαῖος δεύτερος.	5

aut dicunt eam ſtellam oriri, occidere mane aut veſpere in Chaldæa, aut Aſſyria, noli dubitare ea omnia ex parapegmate huius periodi deſumpta eſſe; & Syromacedonas quidem vtroque anno, æquabili ſcilicet & mere Græco, item Lunari vſos fuiſſe, exemplo Athe-
C nienſium, Macedonum, & reliquorum Græcorum, qui duplici anno vtebantur, vt diximus, vulgus quidem populari æquabili, magiſtratus vero Lunari, quem Attici ἔτος κατὰ σελήνην, item ἔτος πρυτανείας vocabant. Sed Chaldæos vſos non dubito vnico tantum Lunari, vt fecerunt etiam Iudæi, qui tum primum ſcriptum annum habere cæperunt, cum antea vſurparent ex obſeruatione aut alio modo. Vtrique tamen tam Iudæi, quam Chaldæi hac periodo retenta retinuerunt epocham anni Solaris ineuntis quidem ἀπὸ τοῦ κέντρου μετοπωρινοῦ, in VII Octobris, deſinentis vero in VI. Itaque eandem epocham hactenus retinent Iudæi, vt ſequenti capite dicetur. Nunc periclitemur fidem periodi Chaldaicæ, ex iis, quæ legimus
D apud Ptolemæum. Anno Nabonaſſari 512, Thoth IX, Chaldæorum vero 75, δίου ιδ, Sol deprehenſus in 5. 10′ Scorpij. Tempus, annus periodi Iulianæ 4477, Octobris 29, feria quinta, cyclo Solis 25. Ergo neomenia Dij fuit feria ſexta. Annus 75 Chaldæorum, vt iam didiciſti, eſt 76, & vltimus periodi primæ Syromacedonum. Hyperberetæus 16 Septembris, feria quarta. Ergo in Tabula periodi e regione 76 anni 4 compoſita cum charactere Δίου 2, poſito in Tabula menſium dabit feriam VI, vt propoſitum fuit. cui conuenit Marche-

ſvvan Iudaicus anni 3525. cuius character 6.5.375. Rurſus anno Nabonaſſari 519, Tybi 14, Chaldæorum vero 82, ξανθικοῦ ῑ, Sol obtinebat 6.10′ Piſcium. Tempus annus periodi Iulianç 4485, Kalendæ Martię, feria quarta. Ergo neomenia Xanthici fuit feria ſeptima. Annus 82, abiectis 76, eſt ſextus ſecundæ periodi Chaldaicæ, & proinde ſeptimus ſecundæ Syromacedonicæ. Hyperberetæus 31 Auguſti, feria tertia, cyclo Solis IIII. quæ compoſita cum regulari Xanthici 2 in Tabula menſium, dabit feriam quintam in neomenia Xanthici. Erratum igitur biduo: & proinde apud Ptolemæum legendum Ξανθικοῦ Z, non autem Ξανθικοῦ E. de quo dubitari non debet. Conueniet etiam cum Adar gemino anni 3532: cuius character 5.12.178. Poſtremo anno Nabonaſſari 504, Thoth 27, ſecundum Chaldæos 67, ἀπελλαίου ῑ, Sol erat in 24. 50′ Scorpij. Tempus annus periodi Iulianæ 4469, Nouembris 18, feria prima, cyclo Solis 17. Ergo neomenia Apellæi 14 Nouembris, feria quarta. Hyperberetæus autem anni 68 Syromacedonici 15 Septembris feria ſeptima. Ergo neomenia Apellæi feria tertia, non quarta: cui conuenit character Caſleu anni 3517. Fuit enim 3.5.421. Itaque error eſt in Codice Ptolemæi, ῑ pro ϛ. Hactenus quæ habuimus de anno Chaldaico. Quod autem apud Cenſorinum de Chaldaica Dodecaeteride ſcriptum extat, quanuis ad hanc rem nihil pertinet, tamen, quia res ſcitu digniſſima viſa eſt, eam nolui præterire. Verba Cenſorini: *Proxime hanc magnitudinem, quæ vocatur Dodecatteris, ex annis vertentibus duodecim. Huic anno Chaldaico nomen eſt: quem Genethliaci non ad Solis Lunæque curſus, ſed ad obſeruationes alias habent accommodatum: quod in eo dicunt tempeſtates frugumque prouentus, ac ſterilitates, item morbos ſalubritateſq; circumire.* Hęc vetus ſcriptor Cenſorinus. Intelligit autem Dodecaeterida, quam etiamnum retinent Chaldæi, Perſæ, Sinę, Indi, Chataij, Turcæ, Syri, Arabes, Totari, ſiue Tartari. Ea vocatur شايكون Schaichun. Putant re vera ſterilitates, morbos, prouentus cum ea redire, vt ſcripſit Cenſorin. Ideo ſingulos annos Dodecaeteridis animalium nominibus appellant, quæ affectum eius anni indicent. puta annum peſtilentem vocant annum Serpentis. annum fertilitatis, Leporem. annum bellicorum tumultuum, Equum. annum felicis agricolationis, Taurum. annum famis, Murem. Non ſolum autem Cenſor. declarat Genethliacorum propriam fuiſſe dodecaeterida, ſed etiam Marcus Polus Venetus l. 2. c. 25. Sciendum vero æram Tartarorum per Dodecaeteridas procedere. Primus annus Leonis titulo notatur; ſecundus Bouis: tertius Draconis; quartus Canis: & ita deinceps, donec duodecim anni explicentur. Quare aliquis interrogatus à Genethliaco de anno natali, reſpondet ſe natum, verbi gratia, anno Leonis, illa die, nocte, & hora, & momento. Idq; diligenter

a patribus

A a patribus notatur edito in lucem puero, & in libro aliquo ſcribitur. Explicito animali duodecimo, hoc eſt, anno duodecimo, rurſus ad primum ſignum, hoc eſt, Leonem reditur. Hæc diſerte Polus Venetus. Ex quibus non ſolum docetur vſus Dodecaeteridos; ſed etiam apparet non per omnia illas nationes in nominibus animalium conuenire. Nam Bos ſiue Taurus, eſt quidem ſecundus annus tam in Tartarica, quam in noſtra Dodecaeteride. Sed Draco eſt tertius Tartaricæ, cum ſit quintus noſtræ. Canis eſt penultimus noſtræ,& quartus Tartaricæ. Leo vero eſt primus Tartaricæ, qui in noſtra nuſquam locum habet. Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir perfectiſſimus, neque enim aliter eum vocare poſſum, cum fuerit doctrinæ, virtutumque omnium B abſolutiſſimum exemplar, is igitur ſummus vir ad me ſcribens anno Chriſti 1581, monebat eum annum eſſe ſextum illius Dodecaeteridis, & cognominem Serpentis. Adducerem etiam eius verba, niſi vererer ea deterere culpa ingenij. Neque enim Latine aſſequar, quæ ille eleganṫiſſime idiomate ſuo Arabico proſecutus eſt. Subiiciam tamen Diagramma illius periodi dodecaetericæ, quinque linguis primum ab illo perſcriptum, & Latine a nobis deinde redditum.

NOMINA ANNORVM SCHAICHVN
SIVE DODECAETERIDOS CHALDAICÆ.

Latini.		Syri	Arabes	Turcæ	Perſæ	Chatai & Iegurzi.
C MVS	I	ܥܘܩܒܪܐ	فار	سيجان	موش	زه
TAVRVS	II	ܬܘܪܐ	بقر	صغر	كاو	جيو
PARDVS	III	ܢܡܪܐ	نمر	بارس	دوز	دم
LEPVS	IIII	ܐܪܢܒܐ	ارنب	طاوشان	خركوش	ساو
DRACO	V	ܬܢܝܢܐ	تمساح	لو	نهنك	جن
SERPENS	VI	ܚܘܝܐ	خيّة	بيلان	مار	صر
EQVVS	VII	ܣܘܣܝܐ	فرس	ات	اسب	وو
D OVIS	VIII	ܥܪܒܐ	غنم	قوين	كوسفند	وي
SIMIA	IX	ܩܘܦܐ	قرد	ميمون	حمدونه	شن
GALLINA	X	ܬܪܢܓܘܠܬܐ	دجاجة	داقوق	مرغ	يوو
CANIS	XI	ܟܠܒܐ	كلب	ايت	سك	شو
PORCVS.	XII	ܚܙܝܪܐ	خنزر	طغور	خوس	جاذي

Gauiſi itaque ſumus ea quæ legeramus de hac Dodecaeteride apud A
Cenſorinum, Polum Venetum, & alios, per omnia conuenire deſcriptioni Ignatij Patriarchæ. Sed non poſſum me continere, quin proferam in medium ſuſpicionem meam de anno Chaldaico & hac Dodecaeteride. Arbitror enim antiquos Chaldæos primum annum Calippicæ ſuæ periodi à primo illius Dodecaeteridis incepiſſe: &, niſi me fallit coniectura, propterea diſtuliſſe computum ſuum in ſecundum annum periodi Syrorum, quia videtur ille annus periodi ſecundus, primus fuiſſe Dodecaeteridos. Neque dubito, quin verum ſit. Ita annus Chriſti 1581, qui erat 1892 Syrorum, 1891 Chaldæorum, erat non ſextus, ſed ſeptimus illius periodi. Et noli dubitare de hac re. Nam certo certius Chaldæos in Thematibus genethliacis nulla alia epocha B
annorum vſos, quam Syromacedonica, de qua locuti ſumus. Et poteſt fieri annum ſeptimum Dodecaeteridos incepiſſe in medio anno Chriſti 1581, Ignatium autem tunc ad me ſcripſiſſe eodem anno, antequam ſextus ad finem decurriſſet.

DE PERIODO IVDÆORVM ALEXANDREA.

DICI non poteſt, quantum inter ſe velitentur veteres Magiſtri Hebræorum, cum ad illum locum Exodi XII peruenerunt: Hic menſis erit vobis initium menſium. Nemo eorum eſt, C
quotquot in illum locum ſcripſerunt (ſunt autem infiniti) qui non anſam arripiat de veterum Hebræorum anno diſputandi. Omnium conſenſus vnus, Lunarem eum fuiſſe. Et ſane verum dicunt. ſed mira diſſenſio in neomeniis determinandis, cum alij ex obſeruatione, alij ex ſcripto, quod vocant חשבון, indici ſolitas prodant. & rurſus vtrum ἀπὸ τῆς φάσεως, an ἀπὸ τῆς συνόδου, inſtituerentur, dubitant. In hoc opinionum biuio, quis intendet digitum? Confugiendum ad vetuſtiora eius gentis monumenta. In Pandecte Digeſtorum Thalmudicorum, Capite Ros haſchana, omnino ſcriptum eſt, antiquitus neomenias ἀπὸ τῆς φάσεως indici ſolitas: ad eamque rem teſtes & ſpeculatores idoneos delegatos, ſcelerum & vitiorum puros, non D
ebrioſos, non aleones, non nocturnos præmiatores: de quarum perſonarum delectu longas diatribas inſtituunt. Cum igitur reuerſi renunciarent ſe Lunam naſcentem vidiſſe, tum a iudicibus ſucclamabatur מְקֻדָּשׁ מקודש, Sanctificata eſt, Sanctificata eſt Neomenia. Subaudiendum enim חדש. eoque nomine etiam hodie in Ritualibus Iudæorum extat carmen Lunæ viſæ ſanctificandæ. Lunam viſam Arabes vocant هلال, Halil: a qua omnes Mahumedani neomenias inſtituunt,

A tuunt, non ἀπὸ τῆς συνόδου. vox هلال vel هلل est ἐξαυγασμός. اجتماع est σύνοδος. vocant etiam τὴν φάσιν رويا Renunciata Lunæ visione, (ita loquitur Vitruuius) statim neomenia tubæ clangore indicebatur. Quia igitur ab obseruatione neomenia instituebatur, proprerea non raro accidebat, vt duo menses nunc caui, nunc solidi, continuarentur, pro ratione τῆς φθάσεως, aut τῆς ὑστερήσεως τῆς φάσεως: vt non immeriro proprer hanc anomalian dictum sit de Luna פַּעַם בַּאֲרוּכָּה פַּעַם בִּקְצָרָה. τότε μὲν ὑπολειπομένη, τότε δὲ ὑποφθάνουσα. Hoc verisimile est locum habuisse in vetustissimis Hebræis, quibus adhuc ratio motus & curriculi Lunaris ignota erat. Non enim porerant, nisi ex obseruatione, suas neomenias in vulgus publicare. Sed puto hoc magis inter Iudices ipsos
B quam apud populum obtinuisse, & potius Ecclesiasticas, quam politicas neomenias fuisse. Alioqui quomodo tot millia Iudæorum tantis locorum interuallis dissita, in vallibus depressis, in locis Seprentrionalibus, in quibus raro nascens Luna oculis hominum potestatem suæ speciei facit propter interuenrum nubilorum, Lunam nascentem intueri, aut a Iudæa nuncium exspectare potuissenr? Oportet igitur eis aliquid præscripsisse, quod sequerentur in neomenia statuenda, cum Lunam nascentem videre aut rempestates, aut familiaria regionum nubila impedirent. Quare concludimus, eos longe ante tempora Messiæ designatam in libris anni formam habuisse: vr & hodie non solum ipsi Iudæi, sed etiam Samaritæ habent: quam vtrique עבור vo-
C cant, hoc est, ἐμβολισμόν. Qui fit, vt Samaritani, qui ab hinc plusquam bis mille annis nihil commune cum Iudæis nec diuini, neque humani habent, habeanr ramen idem nomen Hebræum, quo eandem rem norent? Sane hoc non fierer, nisi res vetustissima esset. עִבּוּר igirur proprie est ἐμβολισμός. Sed, vt dixi, anni ratio in libros redacta & scripto concepta, ita ab vtraque natione vocatur. Cui rei etiam fidem facit, quod in eodem capire Rosch haschana scriptum extat, Iudices, cum de neomenia speculatum homines delegarent, ipsos inante צורת הַלְּבָנָה habuisse, id est figuram Lunæ, quod inrelligo ψηφοφοειδῆ σεληνιακῶν συνόδων; ad quam nimirum confugerent, quoties nubila, aut imbres visionem Lunæ oculis inuiderent. Sane magna me huius rei incessit
D admiratio, quomodo hoc fieri posset omni tempore. Nam Luna pauculis horis a coitu videri potest, quanquam raro, idq; potius cum est in Ariete quam alias. Sequentis neomeniæ φάσις sæpenumero secundo die a coitu apparebit. Ita mensis instituendus foret vnius & triginta dierum. quod est absurdum in anno Lunari. Sed textus Thalmud eodem capite dicit, vbi rricesima prima nocte Luna se videndam negaret, tunc neomeniam definiri solitam. quod sane alias computus ex scripto promittere poterat. Igitur בֵּית דִּין, hoc est collegium vel

consistorium iudicum solum neomenias indicendi ius habebat : ad A
quod etiam pertinebat ius ἐμβολισμοῦ, hoc est, menses intercalandi. Quamuis enim status ex scripto esset situs embolismi, tamen propter quasdam caussas insuper habebatur. vt nos docuit summus Magister Moses filius Maimon in sua Iad, capite in Kiddusch Haccodesch: על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל האביב ועל פירות האילן. Propter tres casus intercalabant in anno, propter epocham anni solaris, propter fruges maturas, & propter fructus arborum. Subiicit: אם ראו בד שעדיין לא הגיע האביב אלא עדיין אפל הוא ולא צמחו פירות האילן שדרכן לצמח בזמן הפסח סומכין על שני סימנין אלו ומעברין את השנה ׃ ואף על פי שהתקופה קודמת לששה עשר בניסן הרי הן מעברין כדי שיהיה האביב מצוי להקריב ממנו עומר התנופה בששה עשר בניסן וכדי שיהיו הפירות צומחין כדרך כול. Si iudices animaduertissent nondum B
maturas esse fruges, sed adhuc serotinas esse, neque fructus arborum, quibus mos est tempore Paschali florere: illis duobus argumentis nitebantur, & intercalabant in anno. Ac quanquam epocha anni anteuertebat sextam decimam mensis Nisan, tamen intercalabant, vt frumentum maturum esset, ex quo offerretur manipulus in XVI Nisan, & vt fructus florerent more omnium. Sed ad hanc rem faciebat epistolium a Iudicibus ad Galilæos & Transiordanianos missum, quod cum multis aliis vetustatis monumentis in hanc materiam congesseramus. quæ omnia in Gallia reliquimus. neque nobiscum huc vlla studiorum præsidia attulimus. In illa epistola redditur ratio, quare ex Nisan Adar secundum facere deberent: nimirum pro- C
pter fruges nondum maturas, & eas caussas, quas supra adduximus. Pene iisdem verbis reperias apud eundem Mosem: בית דין מחשבין ויודעין אם תהיה תקופת ניסן בששה עשר בניסן או אחר זמן זה מעברין אותה השנה ויעשו אותו ניסן אדר שני כדי שיהיה הפסח בזמן האביב ועל סימן זה סומכין ומעברין ואין חוששין לסימן אחר
Iudices computo inito sciebant si Tekupha Nisan esset in sextadecima Nisan, aut post: & intercalabant in eo anno, mutato Nisan in Adar geminum, nimirum vt Pesach incideret in tempus frugum maturarum : & cum huic signo inniterentur, ita intercalabant, neque alius vllius signi rationem habebant. Eadem hæc omnia reperies in Thalmud. Ex quibus manifestum est, fieri posse, vt duo anni deinceps intercalarentur : quod in Thalmud de Rabbi Akiba scriptum legimus, qui duos continuos annos intercalauit. Nam supra dictum est, D
etiamsi sextadecima Nisan peruenisset ad Tekupham, tamen intercalari solitum. Si Tekupha Nisan erat in VIII Aprilis; cum cyclus esset IX, eo anno Tekupha incidebat in Pascha, & tamen ille mensis vocabatur Adar posterior, & Nisan incipiebat in 23, aut 24 Aprilis. Sed paragrapho tertio adducuntur aliæ necessitates intercalandi, propter ἐπιχειμασίδω, propter tempestates, propter pontes euersos, propter diluuia, & pluuias, quando scilicet populus Hierosolyma
conuenire

A conuenire non poterat: item propter fornaces, quæ agno assando construebantur, dirutas: & propter alia, quæ prudens linquo iis, quod illa ex Mose filio Maimon, aut ex Thalmud petere possunt in capite Pesach. Iudæi igitur simul cum iugo Seleucidarum eorum annum & epocham acceperunt, non tamen ἀπὸ τῆς φάσεως, vt hodie Hagareni, & vt ipsimet Iudæi sæpe antea potuerunt facere, ex obseruatione τῆς φάσεως, καὶ τοῦ φεγγαρίου, sed ἀπὸ τῆς συνόδου: vt habes supra in periodo Syromacedonum. Est enim eadem periodus Syromacedonica, Chaldaica, Iudaica, vt diximus: cui additæ sunt περιτταὶ ἡμέραι, vt sciatur interuallum, quod est a neomenia Tisri, ad κέντρον μετεωρινόν, id est, Tekupham, nempe ad 7 Octobris, quod erat principium periodi Seleucidarum, siue Syroma-

B cedonum, vt toties demonstratum est. Nam quatuor quadrantum diei maximam rationem habebant Iudæi, habentque hodie, vt suo loco ostendetur in Computo Iudaico. Quare Tekupha Tisri erat in septima Octobris: Tekupha Tebeth in septima Ianuarij: Tekupha Nisan in octaua Aprilis: Tekupha Thamuz in o-

C ctaua Iulij: omnes in litera G. Præterea adiecimus hic laterculum characterismi mensium Iudaicorum tam in anno communi, quam embolimæo.

TABVLA CHARACTERISMI MENSIVM IVDAICORVM.

	Communis.			Embolimæus,		
	Defectiuus.	Ordinarius.	Abundans.	Defectiuus.	Ordinarius.	Abundans.
TISRI.	0	0	0	0	0	0
MARCHESWAN.	2	2	2	2	2	2
CHASLEV.	3	3	4	3	3	4
TEBETH.	4	5	6	4	5	6
SCHEBAT.	5	6	7	5	6	7
ADAR PRIOR.	0	6	0	7	1	2
ADAR POSTE.	7	1	2	2	3	4
NISAN.	1	2	3	3	4	5
IIAR.	3	4	5	5	6	7
SIWAN.	4	5	6	6	7	1
THAMVZ.	6	7	1	1	2	3
AB.	7	1	2	2	3	4
ELVL.	2	3	4	4	5	6

Sed in vtraque differentia anni sunt ternæ præterea differentiæ. Nam annus, siue communis sit, siue embolimæus, est aut ordinarius, aut abundans, aut defectiuus. Ordinarius communis 354 dierum, embolimæus 384. Abundans & defectiuus vocantur, prout vnus dies accessit, aut decessit. Sedes autem ἐξαιρέσεως est semper in Caslevv. Nam cum Caslevv sit ordinarie plenus, extra ordinem fit cauus, & locus προσθέσεως est in Marchesvvan, qui ordinate est cauus,

D extra ordinem plenus. Differentiæ hæ nascuntur ex superstitione characterismorum Tisri & Nisan. Nam characterismus Tisri nunquam potest esse aut feria prima, aut quarta, aut sexta. Characterismus Nisan nunquam potest esse feria secunda, neq; quarta, neque sexta. Hinc colligitur tantum hos characterismos competere neomeniæ quidem Tisri, ferias 2, 3, 5, 7: Neomeniæ Nisan, 1, 3, 5, 7. Hinc rursus colligitur, cum character Tisri est feria quinta, nunquam annum communem esse defectiuum, nunquam Embolimæum ordinarium. Cum est feria

tertia

tertia, neq; communis, neque Embolimæus vnquam est defectiuus, A neque communis vnquam abundans. Cum feria est secunda, nunquam communis aut embolimæus est ordinarius, vt neque cum feria est septima. Alioqui Nisan incurreret in ferias, 2, 4, 6. Hæc periodus quam proposuimus, cum loqueremur de anno Syromacedonico, non solum vtilis est ad annos Iudaicos notandos, sed etiam sine illa nunquam illos deprehendere poteris. Hac Iudæi vsque ad tempora Constantini Magni & infra illa tempora vsi sunt, cum iam Luna biduum veterem epocham anteuertisset. Et hanc quidem epochen vocant æram contractuum, vel מנין שטרות. Nunc tempus est, vt eius fidem periclitemur. Primum igitur de translatione characterismi Tisri, quod quidam Rabbini dicunt post Thalmuldis editionem excogitatum esse, B & quidam ex nostris sibi persuaserunt, omnino vtrosque ratio fugit. Antiquitus enim & sub Seleucidis vsurpatum. Anno passionis Dominicæ Neomenia Nisan incidit in Sabbatum: cum tamen eius character ex hodierno epilogismo sit 5.19.95, feria sexta. Sed id demonstrandum ex fide nostræ periodi Seleucidarum. Erat annus Contractuum, siue Alexandreus 344: & proinde quadragesimus annus periodi quintę. Tisri 24 Septembris, feria quarta: quæ mutata in quintam in anno communi ordinario dat feriam septimam neomeniæ Nisan. Rursus anno Christi vulgari 70 neomenia Nisan fuit Kal. Aprilis, teste Iosepho. Nam quartadecima Nisan conueniebat cum quartadecima mensis Iuliani. Erat annus primus sextæ periodi Contractuum, Tisri C 6 Septemb. feria quarta, cyclo Solis 22. Ergo mutata in quintam cum characterismo feriæ Nisan composita in anno Embolimæo defectiuo dabit feriam primam Neomeniæ Nisan in Kal. Aprilis, Cyclo Solis 23. In vtroque igitur exemplo translatio feriæ fuit politica. Imo nunquam ex epilogismo hodierno illam neomeniam reperire possis. Nam vt Iudæi hodie putant, fuerit Neomeniæ Nisan characterismus 6.19.409, Sabbato, vltima Martij. Quo epilogismo si vsi fuissent illis temporibus, neomenia Nisan, vt vides, fuisset in feria septima, non, vt Iosephus vere scribit, in feria prima. Sed & fidem huius excellentissimæ periodi pluribus argumentis muniamus. Iosephus scribit, ante initia belli Iudaici, hoc est, circa annum Christi vulgarem 67 plus minus, multa portenta visa: inter quæ narrat de fanatico quodam mira; D quæ ex illo petas licet: idque accidisse, quo tempore Pascha, hoc est, quartadecima Nisan, conueniebat cum 8 Aprilis. Hoc non potuit accidere, nisi cum cyclus Lunæ esset 9, anno Christi 65, biennio ante initia belli Iudaici. quod mirifice menti Iosephi conuenit. Erat annus contractuum 376. & consequenter 72 periodi. Tisri Kal. Septembris, Sabbato, cyclo Solis 17. Quare Neomenia Nisan in anno embolimęo

A bolimæo, feria tertia; Martij xxvi. at ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων viii Aprilis, vel Xanthici Iuliani, vt propositum est apud Iosephum. Hoc etiam conuenit epilogismo hodierno. Nam character Nisan fuisset 2,21.723; feria tertia, vt iam dictum est, anno Iudaico vulgari 3825. Vides, quam certa sit fides methodi. Sed nihil agimus, nisi porro confirmemus. Idem Iosephus ait M. Tullio Cicerone, C. Antonio coss; Hierosolyma capta a Pompeio fuisse ἐν τῇ νηστείᾳ, hoc est xvii Thamuz. Dion narrans hunc casum ait eam diem Sabbatum fuisse. neque more Gentium quoduis solenne Iudaicum Sabbatum vocat: sed adeo Sabbatum fuisse dicit, vt hinc disputandi occasionem aucupet, quare a Planetis nomina diebus indita sint. Tempus a Iosepho
B designatur, cum ait vicesimum septimum annum fuisse ante consulatum M. Vipsanij Agrippæ, & L. Caninij Galli. Illud par Consulum confertur in annum nonum Iulianum. Fuit ergo cyclus Lunæ tertius. Sed falsum est, interfuisse xxvii annos a captis Hierosolymis a Pompeio, ad eadem a Sosio capta. vno enim anno plus dicit, cum vicesimum septimum annum pro viginti sex annis dicit: vt contra Gregorius Turonensis semper dicit vicesimum sextum annum, pro eo qui vicesimus septimus erat. Annus captorum Hierosolymorum a Pompeio in periodo Iuliana 4651. Rursus annus captorum Hierosolymorum a Sosio 4677. Differentia, anni xxvi solidi, non vtique xxvii, vt voluit Iosephus. Erat annus xxi periodi quartæ
C Contractuum, ordinarius communis. Tisri xxvi Septembris, feria v, cyclo Solis ii. quæ quidem feria cum charactere Thamuz coniuncta dat feriam quintam. Ergo xvii fuit Sabbatum, vt voluit Dio. Sed quid magis periodo nostræ fauet, quam exemplum apud Iosephum illustre sane, & quod sine piaculo præteriri non potest? Refert igitur ille optimus scriptor ex Nicolao Damasceno, ea; quæ contigerunt Iudæis & eorum Ethnarchæ Hyrcano, initio imperij Antiochi eius, qui σιδήτης dictus est. Antiochus igitur σιδήτης obsedit Hyrcanum, anno primo eius sacerdotij. Fœdus deinde icit cum eo post σκηνοπηγίαν. Hyrcanus secutus est Regem Antiochum in expeditionem in Parthos. Forte incidit festum Iudaicum, quo Hyrcano obiecta est religio iter facere.
D Adit Regem: contendit ab eo, ne eo die expeditio suscipiatur, aut exeatur: quod sibi homini Iudæo non liceret patrio festo aliquid facere, aut iter suscipere. Iudæorum enim ἑορτὰς ἀνεκδημήτους, καὶ ἀνεξοδεύτους εἶναι. Impetrat a Rege. Verba Damasceni: τρόπαιον δὲ στήσας Ἀντίοχος ἐπὶ τῷ Λύκῳ ποταμῷ, νικήσας Ἰνδάθην τὸν Πάρθων στρατηγόν, αὐτόθι ἔμεινεν ἡμέρας δύο, δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου, διά τινα ἑορτὴν πάτριον, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν. Ecce duo continua solennia, aut saltem duo continui feriati dies, propter quos abstinetur ab opere. Iosephus interpretans

terpretans verba Damasceni subiicit: ταῦτα μὲν οὐ ψεύδεται λέγων. ἐνέστη γὰρ A ἡ πεντηκοστὴ ἑορτὴ μετὰ τὸ σάββατον. Duo igitur festiui dies, Sabbatum & Pentecoste. Sexta Sivvan est semper Pentecoste. Quod si Pentecoste secuta est Sabbatum, id est, si quinta Sivvan fuit Sabbatum, ergo neomenia Sivvan fuit feria tertia. Nunc inuestigandum est tempus. Hyrcanus anno primo sacerdotij sui obsessus fuit ab Antiocho statim post cædem patris Simonis. Simon autem interfectus fuit mense Adar, anno contractuum 177, Anno Sabbatico. Igitur 177 annus Antiochenus erat Sabbaticus, anno Iudaico hodierno 3626. Anno autem sequente 178, Antiochus fœdus iniuit cum eo, solenni σκηνοπηγίας. Sequenti æstate, vt diximus, neomenia Sivvan incidit in feriam tertiam. Videamus, an periodus nostra hoc promittat. Annus 178 contractuum B est 26 periodi Tisri, 31 Augusti, feria 3. Erat annus embolimæus ordinarius. Ex laterculo characterismi mensium habes feriam tertiam in neomenia Sivvan. quod erat propositum. ψηφοφορία hodierna Iudaica hoc præstare non posset post annos Christi, quia vna periodus Hipparchea a Seleucidarum epocha iam præterierat, & Luna in anteriora vnum diem solidum enisa erat. Quid opus est pluribus hanc periodum commendare? Iam tuto potest Lector omnia gesta Machabæorum ad suas epochas & verum diem referre, si diligenter methodum nostram tenuerit, ac comperendinationes neomeniæ Tisri obseruauerit.

C

DE PERIODO HIPPARCHI ET VERO ANNO LVNARI.

HIPPARCHVS, quem & ἄνδρα φιλαλήθη Ptolemæus, & Plinius consiliorum naturæ participem vocant, non solum multa emendauit in motuum cœlestium doctrina, sed etiam ex Chaldaicis obseruationibus & Calippicis rationibus, cum veris & mediis syzygiis collatis, primus ex Græcis deprehendit μετάπτωσιν cursus Lunaris intra quatuor periodos Calippicas fieri. Quod illi facile fuit, cum eo tempore menses Calippici in vsu essent. Obseruauit enim non raro Lunam duobus trientibus diei sæculo suo priscas Calippi neomenias anteuertere. Vixit autem ille, & floruit etiam post CC annum D Calippi. Vnde si intra CC annos μετάπτωσις duorum trientium fieri solet, in CCC igitur fiet vnius solidi diei. Quatuor autem periodi Calippicæ CCCIIII annis explicantur. Quare si intra illud interuallum quatuor periodorum παράλλαξις fit, resoluendum erit illam quantitatem temporis in tot syzygias, quot constant XVI cycli ἑκκαιδεκαετηρικοί, qui constituunt quatuor periodos Calippicas. Quatuor periodi

Calip-

A Calippicæ ſunt dierum 111036. quos dies, vno minus, ſi diſtribueris in 3760 ſyzygias, fiet vna ſyzygia dierum 29 $\frac{1993}{3760}$. Quæ ſunt, præter dies 29, ſcrupula diei pluſquam 31.′ 51.″ 42.‴ 7.⁗ hoc eſt, horæ 12. 44.′ 41.″ 6.‴ Cyclus autem Hipparchi erit dierum 6939 $\frac{11}{16}$. Comparatione igitur cyclorum XVI Metonis, Calippi & Hipparchi factą, non magnus labor eſt differentiam eorum conſtituere. Scribit igitur Hipparchus ἐν τῷ περὶ ἐνιαυσίου χρόνου. Ἡμεῖς δὲ μῆνας μὲν ὅλους εὑρίσκομεν, περιεχομένους ἐν τοῖς ιθ' ἔτεσιν, ὅσους κἀκεῖνοι (intelligit Metonem & Calippum) τὸν δ' ἐνιαυτὸν ἔτι καὶ τὸ λ' τεταρτημορίου ἔλαττον ἐπιλαμβάνοντα μάλιστα μέρος μιᾶς ἡμέρας. ὡς ἐν τοῖς τ' ἔτεσιν ἐλλείπειν παρὰ

B μὲν τὸν Μέτωνα ἡμέρας πέντε, παρὰ δὲ τὸν Κάλιππον ἡμέραν μίαν. Malim legere ἐν τδ' ἔτεσιν, potius quam ἐν τ' ἔτεσιν. Neque aliter ſcripſit Hipparchus. Sed in ratione μεταπτώσεως ἐνιαυσίας ipſe & Ptolemæus contenti ſunt CCC annis. Hoc potes ex collatione ipſa trium magnarum periodorum colligere. Magna periodus Hipparchi dierum 111035. Cui reſpondent Metonis dies 111040. Differentia V dies. Rurſus differentia

C 111035 Hipparchi, & 111036 Calippi, dies vnus.

Cycli Hipparchi.		Cycli Calippi.		Cycli Metonis.
Dies collecti.	Scrupula. 16	Dies collecti.	Scrupula.	Dies collecti.
6939	11	6939	45	6940
13879	6	13879	30	13880
20819	1	20819	15	20820
27758	12	27759	0	27760
34698	7	34698	45	34700
41638	2	41638	30	41640
41577	13	48578	15	48580
55517	8	55518	0	55320
62457	3	62457	45	62460
69396	14	69397	30	69400
76336	9	76337	15	76340
83276	4	83277	0	83280
90215	15	90216	45	90220
97155	10	97156	30	97160
104095	5	104096	15	104100
111035	0	111036	0	111040

Quin etiam codex Cenſorini manuſcriptus ait annum Metonis Solarem fuiſſe dierum 365, & dierum item quinque partis vndeuiceſimæ. Quinque dies fiunt horæ 120. Reſolutæ in 19 dant horas 6 $\frac{6}{19}$. Duc igitur dies 365, horas 6. $\frac{6}{19}$. in 304. Habebis dies 111040. Periodus igitur Hipparchea conſtat quatuor periodis Calippicis, vno die minus; quemadmodum periodus Calippica quatuor Metonicis; vno item die minus. In periodo Calippica, præter annos quadraginta octo communes, & 28 embolimæos, ſunt etiam, vt dixi, quindecim ὑπερήμεροι, id eſt, quorum σκιῤῥοφοριὼν eſt plenus, vel vterque Scirrhophorion eſt plenus, ſi eſt annus

D embolimæus. Annus autem vltimus, ſiue 76, eſt ὑπερήμερος. Igitur cum periodus Hipparchea conſtet ex quatuor periodis Calippicis, debet habere quater quindecim annos ὑπερημέρους. Sed vltimus annus, hoc eſt trecenteſimus quartus, non erit ὑπερήμερος. Et ita in periodo Hipparchea ſunt anni ὑπερήμεροι vndeſexaginta. Cum igitur prima neomenia periodi Calippicæ cæperit in 29 Iunij, prima neomenia quintæ periodi aſcendet in 28 Iunij, quod annus vltimus quartæ periodi Calippicæ non fuerit ὑπερήμερος, vt in prioribus tribus, ſed die-

rum duntaxat 354. incipit autem hæc nobilissima periodus anno Nabonassari 606, neomenia Thoth, cum Tisri anni 3619 esset 6.18. 601. in vltima Epagomenon, sequente neomenia Thoth, feria sexta, sequente septima, 28 Septembris. Æquinoctium autem tunc erat in 26 Septembris, ex obseruatione ipsius Hipparchi, eodem anno. Hoc est verum caput periodi Hipparcheæ. in qua neomenia Pyanepsionis Calippici, aut Hyperberetæi noui in vnum conuenerunt cum neomenia Thoth Nabonassari, 36 anno tertiæ periodi Calippicæ, cuius Hecatombæon Kal. Iulij, feria secunda, quæ cum charactere Pyanepsionis composita dat feriam septimam neomeniæ Hyperberetæi, aut Pyanepsionis in ipsa neomenia Thoth, biduo post æquinoctium autumnale. Ab obseruatione Timocharidis, qua coniunctio Lunæ cum Spica Virginis deprehensa est, ad obseruationem Hipparchi, qua non solum Lunæ coniunctionem cum Spica, sed etiam æquinoctium autumnale indagauit, anni sunt 152, quæ sunt periodi Calippicæ absolutæ duæ, cum Timocharidis obseruatio in 36 annum primæ periodi, Hipparchea autem in 36 secundæ inciderit. Hinc facile fuit obseruare μετάπτωσιν Pyanepsionis Metonici, Calippici, & veri. Edidit & ipse Hipparchus hanc periodum cum parapegmate, ex quo Plinius, & Columella ἐπισημασίας τῶν φαινομένων non raro producunt.

A

B

DE PERIODO ARABVM HAGARENORVM.

QVEMADMODVM ex periodo Olympica omnium Græciæ populorum periodos propagatas fuisse priore libro vidimus, ita ex periodo Hagarena omnium Arabiæ populorum annos & epochas profectas fuisse, iisdem argumentis probari potest, quibus & de Græcorum annis a nobis disputatum est. Latissime enim patet Arabum appellatio, quorum vnum nomen, cognomina autem infinita. Sed præcipui sunt Hagareni, & Saraceni. Hagareni etiam ab

0	ربيع الاول	*Rabiu prior*
2	ربيع الاخر	*Rabiu posterior*
3	جمادى الاول	*Giumediju prior*
5	جمادى الاخر	*Giumediju posterior*
6	رجب	*Regebu*
1	شعبان	*Saabenu*
2	رمضان	*Ramadhanu*
4	شوال	*Schevvalu*
5	ذو القعدة	*Dulkaidathi*
7	ذو الحجة	*Dulhagiathi*
1	محرم	*Muharramu*
3	صفر	*Tzepharu*

C

D

A Hebræis dicuntur חַגְרִים ab ancilla Saræ vxoris Abrahami, & ab Arabibus ipsis عرب الهجري Erabelhagiari. Dicuntur etiam المهجرين Elmagarin. & fortaſſe inde Græcis recentioribus μαγαρίζειν pro μαομετίζειν, & μαγαρισμὸς pro μαομετισμός. Sed dubitari poteſt. Nam μαγαρισμὸς hodie in idiotiſmo Græco eſt Macula, σπίλος. At aliud Magar lingua Turcica. Hoc enim nomine Hungaros omnes comprehendunt. Et quidem ſcriptores recte Hagarenos ab Hagar, ſed inepte Saracenos a Sara. Neque enim etymon, neque historia conuenit Nam verum eſſet Saracenos ab illa dictos, ſiquidem ipſa Saraca, non Sara dicta fuiſſet. Sed neque vlla historia illorum iudiciis fauet. Cur enim ab ea Arabes dicti Saraceni, quibus nunquam imperauit, quos B non genuit? Saraceni igitur etiam hodie a vicinis dicuntur السرق Eſſarak, hoc eſt ληστρικοὶ καὶ νομαδικοὶ, vt vere ſunt. In 37 Geneſeos in Targum Hieroſolymitano סַרְקָאֵי pro Arabibus. Hagareni igitur ciuiliores reliquis fuerunt: quorum arx munitiſſima Petra: omneſque eorum principes ſiue φύλαρχοι Aretæ dicti, vt Ægyptiorum Ptolemæi. Vſi ſunt anno Seleucidarum, vt mihi videtur, accuratiſſimo, cum neomeniæ menſium cum rationibus Lunæ congruerent. Menſium princeps, ſine dubio, fuit Rabiu prior, vt Syrorum Tiſri prior. Sed Syrorum initium ab æquinoctio autumni, horum a verno: quod non tacuit Simplicius. Menſem geminum intercalarem non habebant. ſed in prima intercalatione menſis ſecundus erat primus menſis, in ſecunda C intercalatione menſis tertius itidem erat primus anni: quæ quidem deſultoria intercalatio redibat in orbem poſt tres periodos Calippicas, qui ſunt anni abſoluti 228, cycli Metonici duodecim. Exemplum: Incipiat annus a Ramadhan. Proxima intercalatione Ramadhan, qui annum ducebat, erit anni vltimus & tertius decimus. ſequens vero annus incipiet a ſequenti menſe, puta a Sceval. & hic Sceval erit tantiſper caput anni, donec altera intercalatione fiat tertius decimus anni, ſequenti menſi, nempe ipſi Dulkaidathi tranſcripto munere ſuo annum ducendi. Ita omnes menſes tanquam lampada decurſu ſibi tradent, donec poſt 84 emboliſmos, Ramadhan redeat in caput anni, & in eandem epocham Solarem. Nam Ramadhan D quidem alias redibit in caput anni, ſed non in eandem epocham, ſiue in eundem cyclum Lunæ, niſi poſt 228 annos Solares. Conſtruximus igitur tabulam periodi Hagarenæ, vt eſſet exemplum reliquarum Arabicarum periodorum, quemadmodum Olympica erat Canon reliquarum Græciæ.

TABVLA PERIODI MAGNÆ HAGARENORVM. A

	Anni periodi.	Cyclus Lunæ.	Character anni.	Cyclus Solis.		Periodus prima.	Periodus secunda.	Periodus tertia.	
	1	14	1	F	31 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal	
	2	15	5	E	20 Martij	Sephar.	Giumadi posterior	Scewal	ἐμβ.
ἐμβολ.	3	16	3	D C	9 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal	
	4	17	2	B	28 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi	
	5	18	6	A	17 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi	
ἐμβολ.	6	19	3	G	6 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi	B
	7	1	2	F E	24 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi	
ἐμβολ.	8	2	6	D	13 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi	
	9	3	5	C	1 April.	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam	ἐμβ.
	10	4	3	B	11 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam	
ἐμβολ.	11	5	7	A G	10 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam	
	12	6	6	F	29 Martij	Giumadi posterior	Scewal	Sephar	
	13	7	3	E	18 Martij	Giumadi posterior	Scewal	Sephar	ἐμβ.
ἐμβολ.	14	8	1	D	8 Martij	Giumadi posterior	Scewal	Sephar	
	15	9	7	C B	16 Martij	Regeb	Dulkaidathi	Rabie prior	
ἐμβολ.	16	10	4	A	15 Martij	Regeb	Dulkaidathi	Rabie prior	
	17	11	3	G	3 April.	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior	
	18	12	7	F	23 Martij	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior	ἐμβ.
ἐμβολ.	19	13	5	E D	12 Martij	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior	
	20	14	4	C	31 Martij	Ramadhan	Muharam	Giumadi prior	
	21	15	1	B	20 Martij	Ramadhan	Muharam	Giumadi prior	
ἐμβολ.	22	16	5	A	9 Martij	Ramadhan	Muharam	Giumadi prior	C
	23	17	4	G F	27 Martij	Scewal	Sephar	Giumadi posterior	ἐμβ.
	24	18	2	E	17 Martij	Scewal	Sephar	Giumadi posterior	
ἐμβολ.	25	19	6	D	6 Martij	Scewal	Sephar	Giumadi posterior	
	26	1	5	C	25 Martij	Dulkaidathi	Rabie prior	Regeb	
ἐμβολ.	27	2	2	B A	13 Martij	Dulkaidathi	Rabie prior	Regeb	
	28	3	1	G	1 April.	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben	
	29	4	5	F	21 Martij	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben	ἐμβ.
ἐμβολ.	30	5	3	E	11 Martij	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben	
	31	6	2	D C	29 Martij	Muharam	Giumadi prior	Ramadhan	
	32	7	6	B	18 Martij	Muharam	Giumadi prior	Ramadhan	
ἐμβολ.	33	8	3	A	7 Martij	Muharam	Giumadi prior	Ramadhan	
	34	9	3	G	27 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal	ἐμβ.
ἐμβολ.	35	10	7	F E	15 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal	D
	36	11	6	D	2 April.	Rabie prior	Regeb	Dulkaidarbi	
	37	12	3	C	23 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi	
ἐμβολ.	38	13	7	B	12 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidarhi	

RESI-

A Residvvm tabvlæ magnæ periodi Hagarenorvm.

	Anni periodi.	Cyclus Lunæ.	Character anni.	Cyclus Solis.		Periodvs prima.	Periodvs secunda.	Periodvs tertia.
	39	14	6	A G	30 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi
	40	15	4	F	20 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi
ἐμβολ.	41	16	1	E	9 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi
	42	17	7	D	28 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam
	43	18	4	C B	16 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam
ἐμβολ.	44	19	2	A	6 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam
B	45	1	1	G	25 Martij	Giumadi posterior	Scewal	Sephar
ἐμβολ.	46	2	5	F	14 Martij	Giumadi posterior	Scewal	Sephar
	47	3	4	E D	1 April.	Regeb	Dulkaidathi	Rabie prior
	48	4	1	C	21 Martij	Regeb	Dulkaidathi	Rabie prior
ἐμβολ.	49	5	5	B	10 Martij	Regeb	Dulkaidathi	Rabie prior
	50	6	4	A	29 Martij	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior
	51	7	2	G F	18 Martij	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior
ἐμβολ.	52	8	6	E	7 Martij	Sahaben	Dulchagiathi	Rabie posterior
	53	9	5	D	26 Martij	Ramadhan	Muharam	Giumadi prior
ἐμβολ.	54	10	2	C	15 Martij	Ramadhan	Muharam	Giumadi prior
	55	11	1	B A	2 April.	Scewal	Sephar	Giumadi posterior
	56	12	6	G	23 Martij	Scewal	Sephar	Giumadi posterior
ἐμβολ.	57	13	3	F	12 Martij	Scewal	Sephar	Giumadi posterior
	58	14	2	E	31 Martij	Dulkaidathi	Rabie prior	Regeb
	59	15	6	D C	19 Martij	Dulkaidathi	Rabie prior	Regeb
C ἐμβολ.	60	16	4	B	9 Martij	Dulkaidathi	Rabie prior	Regeb
	61	17	3	A	28 Martij	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben
	62	18	7	G	17 Martij	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben
ἐμβολ.	63	19	4	F E	5 Martij	Dulchagiathi	Rabie posterior	Sahaben
	64	1	3	D	24 Martij	Muharam	Giumadi prior	Ramadhan
ἐμβολ.	65	2	1	C	14 Martij	Muharam	Giumadi prior	Ramadhan
	66	3	7	B	2 April.	Sephar	Giumadi posterior	Scewal
	67	4	4	A G	21 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal
ἐμβολ.	68	5	1	F	10 Martij	Sephar	Giumadi posterior	Scewal
	69	6	7	E	29 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi
	70	7	5	D	18 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi
ἐμβολ.	71	8	2	C B	7 Martij	Rabie prior	Regeb	Dulkaidathi
	72	9	1	A	26 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi
ἐμβολ.	73	10	5	G	15 Martij	Rabie posterior	Sahaben	Dulchagiathi
D	74	11	4	F	3 April.	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam
	75	12	1	E D	22 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam
ἐμβολ.	76	13	5	C	11 Martij	Giumadi prior	Ramadhan	Muharam

Vtilitates huius magnæ periodi Hagarenæ passim in doctrina Hegiræ patebunt. Sed vnam de multis proponemus. Volo scire, mensi Iuliano proposito quotus mensis Hegiræ competat, aut contra. Anno Christi Dionysiano currenti adde semper 311. Abiectis omni-

bus 228, relinquuntur anni periodi: qui, si excedent 76, pertinent ad A
secundam periodum Calippicam; qualium tres constituunt totam periodum Hagarenam: si excedant 152, reliqui pertinent ad tertiam Calippicam periodum, vt alibi quoque ostendetur. Propositus esto annus Christi 1597, in quo volo scire cui mensi Iuliano congruat Muharram Hegiræ. Adiectis 311, vt præceptum est, & abiectis octo periodis magnis, relinquuntur anni 84, hoc est, annus octauus periodi secundę Calippicæ. Sub Titulo secundæ periodi, & laterali anno octauo, occurrit mensis vernalis Hagarenus Sahaben XIII Martij. Muharram est sextus a Sahaben. Ergo sextus mensis Iulianus a Martio, hoc est, Augustus, vindicat mensem Muharram. Proinde Muharram anni Christi 1597 incipiet mense Augusto Iuliano, conueniens in Elul Iudaicum. B

DE PERIODO SAMARITANORVM.

PERIODVS, cuius antea exemplum dedimus, potest deduci ab anno primo Seleucidarum, nimirum a vere sequente, quanquam neomeniæ anticiparint vnum diem. Sed dedita opera hoc fecimus, vt ratio annorum cum reliquis nationibus conueniret. Prima, vt puto, aut celeberrima mutatio incidit in initium Herodis Magni, hominis Idumæi. qui cum regnum a Romanis accepisset, eorum quoque annum amplexus Iudæis edicto publicauit, annis 38 C
ante epocham Christi vulgarem, cyclo Lunæ primo, anno Iuliano septimo, periodi Hagarenæ quadragesimo quinto. E cuius regione neomenia Giumadi posterioris incidit in 25 Martij, vbi æquinoctium statuerat Cæsar. Quanquam vero minime dubium est, multis nationibus in vsu periodum Hagarenam fuisse: earum tamen duæ præcipuæ sunt, quarum ratio nobis habenda, Samaritana, & Indica. Quod igitur Samaritani periodo Hagarena vsi sint, fidem fecerit appellatio Arabica mensium Lunarium, manifestum veteris anni Hagareni argumentum, & præterea periodus 210 annorum Arabicorum, qua vtuntur. Duplex illis annus est: Ciuilis Solaris Iulianus a 29 Augusti incipiens, quod est caput anni Ægyptiaci: Item Ecclesiasticus D
Lunaris a syzygia verna. Menses prorsus ad numerum dierum Iulianæ formæ descripti, cum appellatione veterum mensium Iudaicorum: quorum primus Elul, a 29 Augusti, vt dixi, triginta dierum, vt September noster. secundus Tisri a 28 Septembris vnius & triginta dierum, vt October Iulianus: & ita deinceps. Mensis primus Ciuilis vernus Adar a 26 Februarij: cuius mensis Lunaris semper dicitur

Dulcha-

A Dulchagiathi, vt secundus Muharram incidens in mensem Paschalem. Subiecimus igitur tibi exemplum anni Samaritani, qui conueniebat in annum Christi 1584, vt mihi a Samaritanis Ægyptiensibus in Galliam transmissum fuit.

COMPVTVS ANNI SAMARITANI
CONVENIENTIS IN ANNVM CHRISTI CIƆ. IƆ. LXXXIIII, QVI ERAT SEXTVS CVRRENS Hebdomadis Samaritanæ.

COMPVTVS ANNI אחרד.

B

Nouilunium ELHAGIATHI supra x. hor. & dimidium, & decimam partem, a die II, III in VI: ADAR. V.XXXI.

Nouilunium MVHARRAM supra III hor. & dimidium, & decimam partem a nocte IIII in PESACH IIII NISAN I. XXX

Nouilunium TZEPHAR supra VI hor. trientem & decimam partem a nocte in IIII IIAR V. XXXI

Nouilunium RABIE supra X hor. & tricesimam partem decimæ, a nocte VII, I, in III SEBIN VI. XXX

Nouilunium RABIE supra XI hor. & tricesimam partem quintæ, a nocte II in II THAMVZ. I. XXXI

C Nouilunium GIVMADI supra XI hor. & dimidiam & tricesimam quintæ a die III, IIII AB. IIII. XXXI.

NEOMENIÆ SEPTIMI(anni) IN SEMITA. חסכור

Nouilunium GIVMADI supra IX hor. & tricesimam partem, a nocte V, in XXX AB IIII. XXXI

Nouilunium REGEB supra VIII hor. & trientem & tricesimam partem quintæ, a die VI, VII in solenni (σκηνοπηγίας) XXIX ILVL. VII. XXX. סכור

Nouilunium SAHABEN supra V hor. & tricesimam quin-

D tæ, a nocte in XXVIII TISRI II. XXXI.

Nouilunium RAMADHVN supra quinque hor. & tricesimam decimæ, a die II in XXVI MARSCHBAN. V.XXX

Nouilunium SCEWAL supra V hor. & tricesimam decimæ a nocte IIII, in XXVI CASLIM VII. XXXI

Nouilunium ELKAIDATHI, supra III hor. & tricesimam partem, a nocte V, in XXIIII TIBETH III. XXXI.

 A

ILVL. TISRI. MARCHESCHBAN
CASLIM. TEBITH. SCEBAT.
ADAR. NISAN. IIAR.
SEBIN. THAMVZ. AB.
ADAR POSTERIOR.

Ita vertimus ex Samaritanorum ſchedio. Sciendum vero hunc annum, qui incidebat in 1584 Chriſti, notari ab illis 210 periodi hebdomadicæ Lunaris Hagarenorum, qui anni Lunares putantur ab editione anni Iuliani. Sed multa a nobis ignorantur, & niſi ipſi Samaritani docuerint, perpetuo ignorabimus. Primum neſcimus hunc B computum Lunarem. Deinde non ſatis confidimus nos fideliter iſtam ψηφοφορίαν expreſſiſſe. Quod potuimus, præſtitimus. Expectamus aut meliore ingenio, qui hæc nobis interpretentur; aut meliore fato, qui plura a Samaritis habere poterunt. Cur in octauo menſe, & in Titulo ſecundo ſit סכות ſcio, vt inquit ille, iuxta cum ignariſſimis. Nam סֻכּוֹת quidem, id eſt σκηνοπηγίαν, eſſe ſcio. Sed quare in titulo? Nam quod Succoth poſitum in ſecundo menſe, cauſa in promptu eſt: quia videlicet σκηνοπηγία nunc in Ilul, nunc in Tiſri incidit. vt in illo anno 1584 Chriſti σκηνοπηγίαν ſerius celebrarunt, quam Iudæi, vno menſe, ſecuti veterem cyclum Chriſtianorum. Nam proprius menſis Tabernaculorum eſt Tiſri; C ideo a Samaritanis ille menſis dicitur חג, id eſt, ſolenne σκηνοπηγίας, quemadmodum Niſan dicitur פֶּסַח quod ille menſis proprius eſt Paſchalis ſolennitatis, non autem Adar, quanquam in ipſum Adar aliquando Paſcha incidat. In hoc etiam diagrammate habes numerum dierum vniuſcuiuſque menſis Iuliani. vt, verbi gratia, in Adar appoſiti ſunt numeri I. XXXI. quia Adar eſt XXXI dierum, nempe Martius. ſed vnitas, quæ præcedit, ſunt concurrentes, ſiue regulares menſium, vt puto. & ita in reliquis. Subiecimus etiam Tabellam nouiluniorum, vt in vno conſpectu omnia habeas, cum momentis ſuis. Horam fecimus momentorum 1800, vel 300, quia Iudaica momenta 1080 non admittebant omnes diuiſiones. D Itaque in primo nouilunio cum in Diagrammate ſuperiore notatum ſit eſſe dimidium horæ, & decimam partem horæ ſupra X horas: hoc plane exprimitur per $\frac{180}{300}$. & ita in reliquis.

TABEL-

A TABELLA NOVILVNIORVM SAMARITANORVM IN ANNO CHRISTI cIↄ. Iↄ. LXXXIIII.

Menſes Lunares.	Feria.	Horæ.	Seru. pula. 1800		Menſes Samarit. Iulian.		Menſes Iuliani Samarit.	Neomenia in menſibus Iul.	Feria Neomeniarum.
Dulchagia	2. 3	10.	180	D	Adar 6	3 Martij	Adar	26 Feb.	5
Muharram	4	3.	180	N	Peſah Niſan 4	1 April.	Niſan	29 Martij	1
Sephar	6	6.	130	N	Iiar 4	1 Maij	Ijar	28 April.	3
Rabie prior	7. 1	10.	1	D	3 Siban.	31 Maij	Siban	29 Maij	6
Rabie poſterior	2	11.	2	N	Tamuz 2	29 Iunij	Tamuz	28 Iunij	1
B Giumedi prior	3. 4	11.	152	D	Ab 1	28 Iulij	Ab	29 Iulij	4
Giumedi poſterior	5	9.	10	N	Ab 30	27 Aug.	Ilul	29 Aug.	7
Regeb	6. 7	8.	152	D	Hag Ilul 29	26 Sept.	Tiſri	28 Septem.	2
Sahaben	1	5.	2	N	Tiſri 28	25 Octobr.	Marcheſban	29 Octobr.	5
Ramadhan	2	5.	1	D	Marcheſban 28	23 Nouemb.	Caſlim	28 Nou.	7
Schevval	4	5.	1	N	Caſlim 26	23 Decem.	Tebith	29 Decem.	3
Dulkaida.	5	3.	10	D	Tebeth 24	21 Ianuarij	Scebat	29 Ian.	6

In prima columna habes menſes Lunares Samaritarum: in ſecunda feriam, horas, & momenta horaria neomeniæ. Vbi autem eſt duplex feria, ſignificat transferri a priore ad ſecundam. vt in prima neomenia, feria transfertur a ſecunda ad tertiam: quia dies ciuilis putatur a principio noctis. Quare vbi calculus peruenit ad 18 horas, tunc C præterierit meridies, & transfertur neomeniæ feria in ſequentem. Sic in menſe primo horæ 10 cum horis noctis fiunt 22 horæ. Quare feria a ſecunda ad tertiam transfertur. In quo conuenit illis cum Iudæis. Iſtam autem ψηφοφορίαν Lunæ penitus ignoro, cum omni ratione aſtronomica careat. Sequuntur literæ D. N: quarum prior ſignificat Diem, altera Noctem. Itaque prima neomenia fuit feria ſecunda, ſequente tertia, horis diei 10, momentis 180. ſecunda neomenia fuit feria quarta, hora tertia noctis, momentis 180: & ita in aliis. Sequuntur epochæ neomeniarum in menſibus ſolaribus Samaritanorum, & Iulianis. Sexto loco indicatur neomenia menſis Solaris Samaritani, cui D diei menſis Iuliani congruit. In poſtrema columella ſunt feriæ, quibus notatæ ſunt neomeniæ menſis Samaritani. Verbi gratia, neomenia Adar Solaris Samaritani cæpit 26 Februarij, feria quinta, in litera A, quandoquidem litera Dominicalis Romana erat D, cyclo Solis 25. Hic manifeſto animaduertimus Paſcha ſemper in Solari Niſan, Scenopegian in Solari Tiſri celebrari. Ideo in toto cyclo diſceditur a Iudæa conſuetudine ſaltem ſepties. Præterea notandum, eos non curare tranſlationes Iudaicas. Nam cum Paſcha incurrat ſemper in Muharram Lu-

ram Lunari, hoc anno neomenia Muharram cæpit a feria quarta, quæ A tamen in menſe Paſchali reiicula eſt in ratione Iudaica. Rurſus pleni & caui menſes non alternant. Nam Muharram & Sephar pleni, vterque autem Rabie eſt cauus continuo, vt ambo Giumedi ſunt & ipſi continenter pleni: Regeb autem & Sahaben caui. Reliqua de hoc anno alibi dicentur.

DE ANNO ARABICO SOLVTO EPOCHÆ IVLIANÆ.

QVINTVS Curtius de Indis loquens libro VIII ita ſcribit: Menſes in quinosdenos deſcripſerunt dies. Anni plena ſpatia ſeruantur. B Lunæ curſu notant tempora, non, vt plerique, cum orbem ſidus impleuit, ſed cum ſe curuare cæpit in cornua: & iccirco breuiores habent menſes, qui ſpatium eorum ad hunc Lunæ motum dirigunt. Hæc Curtius. Sane verum eſt breuiores menſes eſſe, quam aliorum, cum quinisdenis tantum diebus conſtent. Sed quomodo a Luna corniculata, ſi non etiam a plenilunio alternatim? & ſi a plenilunio, quomodo conſtant ea, quæ dicit, non ab eo tempore putari, cum impleuit orbem ſidus? quid enim aliud eſt; quam a plenilunio? Rurſus, ſi quinideni dies menſi attribuuntur, quomodo conſtanter ſeruabitur ille numerus, vt tandem rationes Lunæ non labaſcant, ſiquidem Lunares menſes alternis pleni & caui? De his rebus ita temere etiam doctiſſimi veterum pronunciare ſolent. C Si igitur ſemper a Luna corniculata, ergo menſes non quinis diebus, vt perperam ſcribit auctor alioquin facundiſſimus, ſed tricenis & vndetricenis alternatim conſtabant. Et ſane ὁ μακαρίτης Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir eximiæ doctrinæ & probitatis, ſcribebat olim mihi Indos & Sinas annum ad Lunæ curſum deſcribere, eorumque neomenias putari من روية الهلال, id eſt, ἀπὸ τοῦ φάσεως φεγγαρίου. Auguſtiniani Monachi, qui primi omnium Europæorum annis ſuperioribus certa de regno Sinarum reportarunt, ſcribunt Sinis (quos ineptiſſime omnes Hiſpani Chinas vocant) omnes neomenias feſtiuas eſſe, in eiſque exercitum ſemper recenſeri & luſtrari: initium vero anni eſſe a neomenia Martij; D item eo anno, quo ipſi fuerunt in Sinarum regno, qui putabatur a Chriſto 1575, neomeniam fuiſſe in III Septembris. Denique plenilunia illis omnia ſacra eſſe, in eiſque epulas publicas celebrari. Itaque eodem anno 1575, XX Auguſti ſe ſplendidiſſimo epulo acceptos, quod ea dies ſacrata eſſet plenilunio. At non ſolum Sinæ, ſed & reliqui omnes tam Indi, quam ſupra Indiam, menſibus Lunaribus tempora ſua deſcribunt, vt Iaponenſes, de quibus Aloiſius Froes Ieſuita

A anno 1565 in quadam epistola sua ex insula Iapan ita scribit: Incidit meus aduentus in ipsum noui anni initium: quod hac hieme Iaponij a Kal. Februariis annum auspicati sunt. Varius est enim in his regionibus anni cursus: longe alia, quam apud nos ratio temporum, atque descriptio. Vetus est autem gentis mos, vt anno ineunte, ab die nono Lunæ, adusque vicesimum, Regni proceres & Bonziorum principes ad regem quisque suum salutandum non sine donis accedat. Ex his, & Augustinianorum verbis, constat omnes tractus Orientales anno Lunari vti, sed & Iaponensium annum vagum esse, vt Arabum: præterea plenilunia vbique obseruari, & tempus rerum agendarum esse a nona Luna crescente, ad tertium quadrantem. Sane B neomenia Augusti conuenit cum neomenia Giumedi prioris anni Arabici 983, feria septima, Augusti VI. propterea XX Augusti fuit plenilunium: vt fieri potuerit, quod ipsi Augustiniani subiiciunt, neomeniam sequentem fuisse 3 Septembris: cum a XXI Augusti ad eam diem, sint 14 dies. Sed ciuiliter neomenia Giumedi posterioris fuit Septembris V, feria secunda. Non solum hæc, quæ iam adduximus, probant Indorum annum Lunarem esse, sed & Polus Venetus id quoque testatum reliquit, de prouincia Tangut ita loquens: Totum anni circulum per Lunationes computant: nec alios habent menses, aut hebdomadas, quam Lunares. Sed si neomeniæ Sinarum cum Arabicis congruunt, non videntur tamen Iaponensium cum illis C paria facere. Nam neomenia Februarij anni 1565, quæ incidit in Kalendas, feria V, præcessit feriam Regeb Arabici die vno, in anno Hegiræ 972. Nicolaus Contius Venetus in Itinerario suo scribit æram Indorum ab Octauio Cæsare deduci: & quo anno illa scribebat, qui erat Christi 1400, eum fuisse dicit secundum Indos 1490. Sane anno 1400 cæpit annus Hegiræ 803, Augusti XXII, feria prima. Differentia igitur Hegiræ, & annorum Indicorum, 687: qui anni simplices Lunares, cum octo syzygiis, quæ a fine Decembris anni præteriti, ad Augustum mensem fluxerunt, conficiunt annos absolutos Iulianos 666. Annus primus Hegiræ est 622 currens Christi. Aufer annos 621 preteritos ab annis 666. Remanent anni 45: quæ est differentia primi Ianuarij D Iuliani, & Ianuarij annorum Christi. Ergo Indi non ab Octauio Cæsare, sed a Iulio Cæsare annos suos putant. Annus confusionis incidit in annum periodi Iulianæ 4668, cyclo Solis 20, Lunæ 13. Erat annus Seleucidarum 268, a Septembri, & proinde 38 periodi secundæ magnæ Hagarenorum (quæ constat tribus periodis Calippicis:) idque a Martio. Rabie prior 12 Martij, feria quinta. Muharram, vndecimus a Rabie priore, fuit feria VI, Kal. Ianuarij primis, cyclo Solis 21, litera dominicali priore C. Hagareni vero antiquitus

feriam

feriam sextam sacram habent, propter Venerem, quam impense A colebant, CHOBAR vocantes. Inde orsi sunt annum suum, qui in diem sacrum, & caput annorum Iulij Cæsaris inciderit. Atque hæc est, sine dubio epoche Indorum ab Hagarenis accepta. vt appareat annum solutum Arabicum antiquiorem esse, quam ab Hegira. Nam tum primum non cyclis decemnouennalibus, sed annis simplicibus Lunaribus cæptum est tempora describere. Est autem eorum annorum triginta periodus iusta, quantum ad Lunæ ratiocinia: quantum ad feriarum orbem, septies triginta annorum: vt tota magna periodus constet 210 annis Arabicis. Tunc enim feria redit in orbem. & neomenia Muharram anni 211 incipit ab eadem feria, a qua neomenia primi anni de annis 210 cæperat. Quod si ab illa neomenia, id est a feria B sexta, hodie Indi annos suos solutos putant, multum a veris ratiociniis medij motus Lunaris eos desciscere necesse est, propter caussas non paucas, sed propter duas præcipuas. Prior est, quod nouilunium Muharram Kalendarum Iulianarum fuit secundum Iudæos 7. 1. 940. Erat enim Schebat anni 3716. Ergo non fuit feria VI, sed VII. Et propterea vno die medias coniunctiones anteuertunt. Altera caussa est, quod post annos 2102 Arabicos nouilunia anticipabunt vnum diem: quod annus tricesimus relinquat momenta 360, quæ in annis 2102 consurgunt in horas 24. Itaq; hodie illa epocha anteuertit nouilunia biduo. Iam enim agitur annus Indorum 1690: qui aufert diem fere: siquidem post annos 12 conflatus erit dies integer. Cum igitur C magna periodus Indorum incipiat a feria VI, vt & periodus Muhamedanorum, eadem sunt vtriusq; ratiocinia in feriarum doctrina. Experiamur igitur. Annus primus Hegiræ, vt diximus, est 688 Indorum: & proinde est 58 magnæ periodi, cuius character est feria 3. At medium nouilunium Ab Iudaici anni 4382 fuit 4. 7, 112, Iulij 14. cum tamen prima neomenia Hegiræ sit feria VI. Rursus anno hoc Christi 1594, quo hæc scribebamus, cæpit annus Hegiræ 1003, Septembris 6, feria sexta. Tisri Iudaicus anni 5355, est 5, 3, 904. erat annus Indicus 1690, & propterea 10 periodi magnæ, feria 3. Ergo biduum anticipauit, propter scrupula, quæ anno tricesimo negliguntur. Sed de his alibi plenius in anno Muhamedico. Nunc quomodo annis Iulianis datis Arabici D fiant, & contra, quomodo dati Arabici in Iulianos conuertantur, aperiam. Sunto anni dati Iuliani 666, a Kalendis Iulianis primis. Volo eos in Arabicos redigere. In linea cyclorum Iulianorum præcise non inuenio. Accipio proxime minorem numerum 456. quo de 666 deducto, remanent 210. Proximo minore 209 deducto, remanet annus vnus. Ita tres numeri sunt, qui datam summam conficiunt 456, 209, 1. quibus respondent anni Arabici 470, 215, cum mensibus

quatuor,

A quatuor, & annus vnus simplex. Summa: anni Arabici 686, & menses 5 iam lapsi de anno 687 inchoato. Conuersa doctrina vtendum, si dati anni Arabici in Iulianos conuertendi sint. Rursus esto datus annus Indorum 1690, cuius Mucharram ostẽdendus sit in mensibus Iulianis. Anni Arabici 1690 sunt anni Iuliani 1639 cum 9 mensibus Arabicis, vtique putandi a Kalendis primis Iulianis. Tabula periodi Hagarenorum incipit ab epocha Seleucidarum. Interuallum ab ea epocha ad primas
B Kalendas Iulianas, anni 265, cum quatuor fere mensibus. Neglectis mensibus, iungantur anni 265 cum 1639. Fiunt omnes anni 1904. a Seleucidarum epocha: de quibus si deduxeris 1824, nempe octo periodos magnas annorum 228, remanebunt 80 anni periodi nonæ: id est, annus quartus periodi secundæ, cuius neomenia mense Martio in Regeb. A Regeb Muharram est mensis septimus. Ideo Muharram anni propositi 1690 incidet in mensem septimum a Martio, hoc est in Septembrem. Sed de hoc plenius alias in anno Muhammedico, & in Computo Samaritano.

Cycli Iuliani.	Anni Arabici.	Menses Arabici.	Numerus cyclorum.
19	19.	7	1
38	39.	2	2
57	58.	9	3
76	78.	4	4
95	97.	11	5
114	117.	6	6
133	137.	1	7
152	156.	8	8
171	176.	3	9
190	195.	10	10
209	215.	5	11
228	235.	0	12
456	470.	0	24
684	705.	0	36
912	940.	0	48
1140	1175.	0	60
1368	1410.	0	72
1596	1645.	0	84
1824	1880.	0	91
2052	2115.	0	98
2280	2350.	0	105
4560	4700.	0	112

C

DE ANNO IVDÆORVM NOVITIO.

IAM manifesta erat bidui προέμπτωσις, in periodo Seleucidarum Iudaica, cum post imperium Constantini Cæsaris, Romani ab Indictionibus Constantinianis, idque a 24 Septembris, tempora sua putare instituissent. Tunc enim plusquam duæ periodi Hipparcheæ a Seleucidarum initio fluxerant, & propterea duos dies Luna anteuerterat pristinam sedem. Anno enim Christi 344, qui erat Seleucidarum 656, & quadragesimus octauus post duas periodos Hipparcheas, Tisri Iudæorum Alexandreus erat in 26 Septembris, feria 4: cum tamen ex e-
D pilogismo hodierno neomeniæ character 2, 4, 204 statueret caput mensis in 24 Septembris. En labes bidui. Nondum enim rationem Calippicam de sede solicitauerant Iudæi, sed eam adhuc incolumem seruauerant. Sero tandem cognito errore periodi Calippicæ ratiocinia abdicarunt, & ad tutiora præsidia confugerunt, adhibita in auxilium astrologia, ad cuius examen rationes mensium exigentes deprehenderunt labem, quæ ex cyclorum enneadecaetericorum successione fit. Nam cum mensis Lunaris constet diebus 29, horis 12, scrupulis

793, qualium tota hora est 1080, cyclus autem componatur ex 235 A
syzygiis, manifestum est cyclum integrum dierum 6939, hor. 16, scrup. 595 esse. Enneadecaeteris autem Iuliana est dierum 6939, horarum 18, o. de quibus deducta Lunari Enneadecaeteride, remanet ὑπεροχὴ Solaris supra Lunam dierum o, 1, 485. sexdecim vero ὑπεροχαὶ sunt dierum o, 23, 200. hoc est diei vnius, scrupulis 880 minus. Post 16 igitur cyclos, Lunæ fiet προέμπτωσις in anno Iuliano, hoc est a VII Octobris, in qua erat κέντρον μετοπωρινόν. Quare cum in anno 48 periodi Calippicæ a neomenia Hyperberetæi Seleucidarum, ad Tisri, vndecim dies περιτταὶ putarentur, duodecim περιτταὶ putandæ fuerint: & post alteros sexdecim cyclos tredecim
περιτταί. & ita deinceps in omnibus primis mensibus totius periodi. B
Dolendum igitur erat non solum quod pauciores dies, quam opus erat, a neomenia Hyperberetæi, ad neomenias Tisri putabantur, sed etiam quod alias Tekuphas ab Alexandro, alias a Cæsare haberent: & cum quatuor Tekuphis annus explicetur, octo numerarent. Castigatio igitur eiusmodi adhibita. Tekupha Tisri Iuliana XXIIII Sept. Neomenia Hyperberetæi Alexandrei vel κέντρον μετοπωρινόν, VII Octobris. Interuallum, 13 dies. Tot dies eximendi sunt de anno Solari, vt respondeat æquinoctio Iuliano. Iam diximus excessum enneadecaeteridis Iulianæ supra Lunarem esse hor. 1, 485. Ergo ducentarum sexdecim excessus erit dierum 13 hor. 1. Qui sunt anni
4104, quo interuallo Luna anteuertit pristinam Seleucidarum epo- C
cham septimæ Oct. cyclo Lunæ 3. Vt igitur idem cyclus Lunæ in eundem Solis redeat, opus est periodo annorum 532, ducto scilicet cyclo annorum 28 in cyclum annorum 19. vt autem feriæ neomeniarum in orbem redeant, hoc vero non continget, nisi post 13 cyclos. Ductis igitur annis 532, in 13, fiet magna periodus annorum 6916. Quia igitur diuisis annis 4104 per 19, remanet nihil, per 28, remanet 16, per 247, qui sunt cycli 13, remanent 148, per 7, supersunt 2: manifestum est annum 4105 ineuntem fore primum cycli Lunæ, 17 Solis, 149 periodi terdenariæ, tertium Sabbaticum. Hæc vniuersa simul non competunt, nisi anno Christi 344. Itaque cum annus Christi
344 sit 4105 iniens a Tisri periodi maximæ annorum 6916, ergo D
annus natalis Christi, vt vulgus putat, fuerit 3760 eiusdem periodi, & annus Seleucidarum 3450. Iam nouilunij sedem tenemus, abiectis 13 diebus προεμπτώσεως de 37, qui a Kalend. putandi sunt. Remanent enim 24 a Kalendis, quæ erat sedes æquinoctij autumnalis Cæsariani. Cyclus Lunæ, vt diximus, erat 3, Solis 1. Erat igitur feria secunda. Nouilunium a meridie 23, horis 10, 204, Hierosolymis, quanquam ex epilogismis Prutenicis fuerit a media no-

A dia nocte, 22 die exacta, horis 22. 2.′ 39.″ Hoc est post meridiem diei 23. horis 10.$\frac{47}{1080}$. Maior igitur calculus Iudæorum scrupularius Prutenico momentis 157. Sed Iudæi, qui anno Lunari vtuntur, eius initium protinus capiunt ab ineunte nocte. Itaq; nouilunium fuit hora 4,204, ab initio noctis. Porro cyclorum 216, per quos Luna dies 13 anticipauit, character est 6, 23, 0. hoc est feria 6, horæ 23. scrupula, seu momenta nulla. Atqui nouilunium incidit die 23, sequente 24, feria 2, horis 4, scrup. 204. Ergo ad characterem, 6, 23, 0, apponendus character epochæ 2, 5, 204. Et ita fiet character 2, 4, 204 nouilunij Tisri, in anno Christi 345 ineunte. Igitur 2, 5, 204 erit perpetuus character epochæ Iudaicæ: ita vt ante 4104 annos nouilunium contige-
B rit in VII Octobris; quod est κέντρον μετοπωρινὸν Seleucidarum, feria 2, cyclo Solis primo, Lunæ tertio, anno periodi Iulianæ 953. Quamuis vero epocha huius noui Computi incidit in annum Christi 344, tamē fieri potest, vt aliquot annis posterius institutus sit. Neq; magis necesse, vt anno Christi 344 cæperit, quam annis ante 4104, cum ex anno periodi Iulianæ 953 initium capiat. Hunc Computum Iudæi vocant עִבּוּר, id est, ἐμβολισμόν. Rabbi Moses filius Maimon in præclaro suo opere IAD, capite de mense sanctificando: חֶשְׁבּוֹן שֶׁאָנוּ מְחַשְּׁבִים הַיּוֹם הוּא הַנִּקְרָא עִבּוּר Computus, quo hodie computamus, is est, quem EMBOLISMVM vocamus. Neque vero solum ille Rabbinus, sed & omnes deinceps asserunt, institutum post editionem Talmud. At Iudæi iam
C ab illis temporibus, & fortasse ante Christum, putarunt, putantque hodie, diem VII Octobris fuisse primum mundi conditi: eoque nomine Computus iste vocatur חֶשְׁבּוֹן מִבְּרִיאַת הָעוֹלָם: Computus à conditu mundi. In quo ridiculi sunt, cum hic annorum epilogismus minor sit iusto annis paulo minus ducentis. Præterea quomodo poterit esse prima dies a conditu rerum, cum ea fuerit prima feria? at huius computi prima dies est feria secunda. Viden' manifestam repugnantiam? Sed maiorem risum tollunt, cum primum mensem diluuij statuunt in eadem VII Octobris, secundum autem in VI Nouembris: & in XVII mensis, quæ incidebat in XXII Decembris, volunt diluuium cæpisse, vt habetur Geneseos VII, 11. ac propterea institu-
D tam fuisse הַשְּׁאֵלָה: vnde vides quanta rerum ignoratione laborabant iam tum ipsi, quia Græcorum, & Gentilium, vt ipsi vocant, literas contemnerent: quas si legissent, nunquam neomeniam Hyperberetæi Syromacedonum diem primum mundi esse existimassent. Cum igitur Iudæi a septima hora æquinoctiali meridiana putent dies suos, necesse est in reliquis mensibus horas esse inæquales, & minimas quidem totius anni in Tebeth, longissimas in Tamuz. Constat tamen computus astronomicus, si epilogismo Iudaico sex horæ

 addan-

addantur. Tunc enim horæ æquales in totum annum putabuntur A
a meridie, quæ eſt epocha ἐν πινακικοῖς ψηφισμοῖς veterum aſtro-
nomorum vſitatiſſima, & omnium tutiſſima. Cyclus vero eorum
a priſco Alexandreo non differt, niſi capite aut initio, quatenus cy-
clus Alexandreus incipit a tertiodecimo, hodiernus autem a tertio.
In emboliſmis vero conueniunt, ita vt citimus Tiſri ſit in cyclo 19, &
proxime citimus in octauo. Quare in illis Paſcha anteueniebat epo-
cham vernam tam ſub Seleucidis, quamdiu vſi ſunt periodo Calip-
pi Alexandrea, quam in hoc Computo. Propterea contingebat eos, in
cyclis octauo, & decimo nono, Paſcha bis in eodem anno celebrare.
Id quod tangit Imperator Conſtantinus apud Euſebium in quadam
ad epiſcopos epiſtola: & repetitur in veteribus Canonibus. εἴ τις πρεσ- B
βύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ
Ἰουδαίων ἐπιτελέσοι, καθαιρείσθω. Non enim hoc ſemper fiebat, ſed bis in an-
nis XIX, & VIII. imo & de VIII cyclo dubitari poteſt temporibus Ni-
ceni concilij, cum æquinoctium ſtatueretur in XXI Martij. Tunc enim
poterat Paſcha in ipſam XXI incidere. Quod autem diximus horas
inæquales intelligi πολιτικῶς in hoc computo, cum tamen ἀστρονομικῶς
ſint æquinoctiales, hoc etiam ad ipſas Tekuphas extenditur, quæ
putantur per duodenas horas, a principio noctis, aut diei, quamuis
ipſarum ratiocinia putentur per horas æquales. Et quemadmodum
ratiocinia neomeniarum incipiunt a Tiſri, ita etiam ratiocinia Teku-
pharum a Niſan, vbi biſextum collocatur inter 25, & 26 Mar- C
tij. Nam initium anni Solaris Iuliani ipſis eſt ſemper a 26 Martij
in litera A, in hodierno computo. Intercalant autem, anno integro
poſt biſextum noſtrum. Anno Chriſti 1592, qui erat Iudaici com-
puti 5352, intercalatum eſt in anno Iuliano. Erat enim annus bi-
ſextilis. Anno ſequenti, Iudaico autem 5353, intercalatum eſt inter
25, & 26 Martij. Itaq; annis Iudaicis per quatuor diuiſis, ſi vnitas remã-
ſerit, ſcito in eo anno intercalatum eſſe. Et ſane cum annus primus hu-
ius Computi fuerit primus cycli Solis in anno 935 periodi Iulianæ, ſe-
quenti anno periodi Iulianæ, nimirum 954, intercalatum eſſe intelli-
gendum eſt κατὰ πρόληψιν ante 26 Martij. Et quia ipſa viceſima ſexta dies
eſt caput anni Solaris, Tekupha incipiet a principio noctis, ſequenti an- D
no a media nocte, tertio a Sole oriente, quarto a meridie, quinto, in an-
no biſextili Iudaico, iterum a principio noctis. At Tekupha Tiſri
ſemper progreditur per horas 9, aut 3. Itaque ſemper ante biſextum
Iudaicum Tekupha Tiſri eſt nouem horarum nocturnarum: vt
erat anno correctionis 4105. Anticipationis enim dies, vt di-
ximus, conflati erant 13, cum hora: qui erant demendi a Ka-
lendis Septembris ad Tekupham Hyperberetæi: hoc eſt, a Kalen-
dis Septembris, ad Tekupham Hyperberetæi, erant dies 37, cum

A hora, vel 36 dies cum 25 horis. Nunc, vt inueniam nouem horas Tekuphæ Constantinianæ, hoc est in 24 Septembris, oportet necessario, vt præter 24 dies Septembris, relinquantur horæ 4, 876, quæ cum epocha neomeniæ anni 4105 horarum 4, 204, faciat 9 horas Tekuphæ. Igitur, vt hoc possit fieri, de diebus 36, horis 25 demendi erunt dies 12, horæ 20, momenta 204, vt relinquantur de diebus Septembris, dies 24, horæ 4, momenta 876. quæ cum horis & scrupulis neomeniæ anni 4105, nempe cum 4, 204, componant horas 9 Tekuphæ Tisri nocturnas. Hinc vides, quare a computo reiiciendi sint dies 12, 20, 204, quoties inuestiganda est Tekupha. Quod tamen Iudæi ignorant, vt alia multa, quæ illorum
B intererat eos potius scire, quam nos. Et mirum est, Iacob filium Asser in libro magno, cui titulum fecit Via Vitæ, capite 428, scribere, ad inuestigationem Tekuphæ Tisri, de cyclis Tekupharum deducendos dies 10, horas 21, momenta 204. cum dies 12, non autem 10, horæ item 20, non autem 21 sint deducendæ. Atqui dies 10, horæ 21, scrupula 204 est excessus Solis supra annum Lunarem. Quod si dies illi 12 cum horis 20, 204 non essent deducendi, alia via ad inuestigationem Tekupharum aggrediendũ esset. Nam 3 horæ, momenta 876 tantum addenda forent ad nouilunium, non autem dies detrahendi. Primum nouilunium Computi est 2, 5, 204. Additis horis 3, 876, fiunt horæ 9 Tekuphæ primi Tisri. Secundum nouilunium accidit horis 14, 0.
C Quibus adde excessum vnius anni. Fiunt dies 11, 11, 204. Postremo adiice horas 3, 876. Fiunt horæ 15. Id est hora tertia diei, Tekupha nempe secundi Tisri. Nunc ad methodum aggrediamur. Syzygia Lunaris est dierum 29, horarum 12, momentorum 793. De quibus diebus 29, deductis omnibus septenariis, remanet character vnius mensis 1, 12, 793. id est feria prima, horæ 12, momenta $\frac{793}{1080}$. Quare si semper hæc componas ita, vt ex momentis horas facias, quando excedent 1080, ex horis dies, cum excesserint 24, ex diebus autem semper abiicias septenarios omnes, inuenies anni communis characterem 4, 8, 876. embolimęi autem 5, 21, 589. Quare character cycli vnius erit 2, 16, 595, nempe coniunctis vna 12 annis communibus, & septem em-
D bolimęis. His ita in infinitum propagatis, si vis scire nouilunium Tisri, videndum quot cycli & quot anni de reliquo cyclo currente pręterierunt. His omnibus aggerendus est character primi Tisri, 2, 5, 204. Et prodibit neomenia Tisri. Quod vt facilius assequare, duas Tabulas construximus. In priore continentur anni 114 expansi, qui sunt sex cycli, incipientes a primo nouilunio Tisri. Secundus annus ergo compositus ex charactere vnius anni communis, & charactere primi Tisri, hoc est ex 2, 5, 204, & 4, 8, 876, dabit characterem

6. 14. 0. cui si iterum adiicias characterem anni communis, componet characterem Tisri tertij, 3, 22, 876. Huic si adieceris 5, 21, 589, characterem anni embolimæi, conflabitur character Tisri quarti 2, 20, 385. Hoc continue procudendo, propagabitur tota Tabula annorum expansorum. In altera Tabula continentur anni collecti per senos cyclos sine charactere, vt apparet: hoc est sine nouilunio primi Tisri. Cum igitur voles scire neomeniam Tisri propositi, si numerus annorum maior fuerit, quam 114, accipe proxime minorem in Tabula annorum collectorum, & characterem ei respondentem compone cum charactere respondenti annis reliquis in Tabula annorum expansorum. Exemplum: Annus Iudaicus 5355 cæpit hoc Septembri Iuliano. Volo scire characterem neomeniæ eius Tisri. Accipe proxime minorem in tabula annorum collectorum, nempe 5244. Cuius character est 7, 8, 60. Reliquos 111 quære in Tabula annorum expansorum. E quorum regione character 4, 19, 844 cum 7, 8, 60 compositus dabit characterem Tisri anni 5355 ineuntis, 5, 3, 904, hoc est feriam quintam, horas 3, 904, post Solem occasum. Sed si horæ fuerint 18, aut amplius, tunc transfertur feria. vt si fuerint 7, 18, 304, tunc pro septima feria accipe primam. Cum enim Iudæi putent a principio noctis, hora decima octaua perueniet ad meridiem. Ita vt ille dies iam censeatur transisse. VI enim horæ duntaxat supersunt ad principium noctis. Sed non satis est characterem Tisri adipisci, nisi epocha ipsius in mense Iuliano deprehenditur. Eius rei gratia epactas vnicuique anno expanso congruentes apposuimus, vt earum officio citra vllam molestiam locum neomeniæ Tisri in mense Iuliano inuenire possis. Coniunge epactas annorum 5244, & 111, simul: id est, 15, 22, 925, & 16. 15, 1020. Componuntur dies 32, horæ 14, momenta 865. Et quia numerus hic excedit Syzygiam integram, nempe dies 29, 12, 793, deductis illis, remanebunt epactæ Tisri anni dati dies 3, 2, 72. In Tabella Epactarum Tisri inuenio epactam 3 bis, nempe e regione quartæ Octobris, & e regione quintæ Septembris. Sed nullus Tisri hodie incipit ab Octobri. Ergo erit in Septembri. Sed quia epactæ vno die serius aut citius nouilunium indicare sæpe solent, vide quæ sit feria Tisri. Est autem propositi anni neomeniæ feria quinta. Diuide annum Iudaicum per 28. Reliquum est annus Cycli Solis Iulianus. Itaque anni 5355 cyclus Solis est Septimus. ideo litera dominicalis F. Igitur Tisri incidit in literam C. quæ cum sit e regione epactæ, quæ congruit anno proposito, sine dubio Tisri anni huius 1594, qui est Iudaici 5355, cæpit in quinta Septembris. Hæc methodus elegantissima est: quæ nunquam

A

TABVLA NOVILVNIORVM TISRI IN ANNIS EXPANSIS CYCLORVM VI.

	Anni expansi	Cyclus Lunæ	Nouilunium Tisri: Feria	Horæ	Scrupula 1080	Epactæ Tisri: Dies	Horæ	Scrupula 1080
	1	3	2.	5.	204	0.	0.	0
	2	4	6.	14.	0	10.	21.	204
Emb.	3	5	3.	22.	876	21.	18.	408
	4	6	2.	20.	385	3.	2.	899
B	5	7	7.	5.	181	14.	0.	23
Emb.	6	8	4.	13.	1057	24.	21.	227
	7	9	3.	11.	566	6.	5.	718
Emb.	8	10	1.	20	362	17.	2.	922
	9	11	6.	17.	951	28.	0.	46
	10	12	4.	2.	747	9.	8.	537
Emb.	11	13	1.	11.	543	20.	5.	741
	12	14	7.	9.	52	1.	17.	152
	13	15	4.	17.	928	12.	11.	356
Emb.	14	16	2.	2.	724	23.	8.	560
	15	17	1.	0.	233	4.	16.	1051
	16	18	5.	9.	29	15.	14.	175
Emb.	17	19	2.	17.	905	26.	11.	379
	18	1	1.	15.	414	7.	19.	870
Emb.	19	2	6.	0.	210	18.	16.	1074
	20	3	4.	21.	799	0.	1.	485
C	21	4	2.	6.	595	10.	22.	689
Emb.	22	5	6.	15.	391	21.	19.	893
	23	6	5.	12.	980	3.	4.	304
	24	7	2.	21.	776	14.	1.	508
Emb.	25	8	7.	6.	572	24.	22.	712
	26	9	6.	4.	81	6.	7.	123
Emb.	27	10	4.	12.	957	17.	4.	327
	28	11	5.	10.	466	28.	1.	531
	29	12	6.	19.	262	9.	9.	1022
Emb.	30	13	4.	4.	58	20.	7.	146
	31	14	3.	1.	647	1.	18.	637
	32	15	7.	10.	443	12.	12.	841
Emb.	33	16	4.	19.	239	23.	9.	1045
D	34	17	3.	16.	828	4.	18.	456
	35	18	1.	1.	624	15.	15.	661
Emb.	36	19	5.	10.	410	26.	12.	864
	37	1	4.	7.	1009	7.	21.	275
Emb.	38	2	1.	16.	805	18.	18.	479
	39	3	7.	14.	314	0.	2.	970
	40	4	4.	23.	110	11.	0.	94
Emb.	41	5	2.	7.	986	21.	21.	298
	42	6	1.	5.	495	3.	5.	781
	43	7	5.	14.	291	14.	2.	993
Emb.	44	8	2.	23.	87	25.	0.	117
	45	9	1.	20.	676	6.	8.	608
Emb.	46	10	6.	5.	472	17.	5.	812
	47	11	5.	2.	1061	28.	2.	1016
	48	12	2.	11.	857	9.	11.	427
Emb.	49	13	6.	20.	653	20.	8.	631
	50	14	5.	18.	162	1.	20.	42
	51	15	3.	2.	1034	12.	14.	246
Emb.	52	16	7.	11.	834	23.	11.	450
	53	17	6.	9.	343	4.	19.	941
	54	18	3.	18.	139	15.	17.	65
Emb.	55	19	1.	2.	1015	26.	14.	269
	56	1	7.	0.	524	7.	22.	760
Emb.	57	2	4.	9.	320	18.	19.	964
	58	3	3.	6.	909	0.	4.	375
	59	4	7.	15.	705	11.	1.	579
Emb.	60	5	5.	0.	501	21.	22.	783
	61	6	3.	22.	10	3.	7.	194
	62	7	1.	6.	886	14.	4.	398
Emb.	63	8	5.	15.	682	25.	1.	602
	64	9	4.	13.	191	6.	10.	13
Emb.	65	10	1.	21.	1067	17.	7.	217
	66	11	7.	19.	576	28.	4.	421
	67	12	5.	4.	372	9.	12.	912
Emb.	68	13	2.	13.	168	20.	10.	36
	69	14	1.	10.	757	1.	21.	527
	70	15	5.	19.	553	12.	15.	739
Emb.	71	16	3.	4.	349	23.	12.	939
	72	17	2.	1.	938	4.	21.	346
	73	18	6.	10.	734	15.	18.	550
Emb.	74	19	3.	19.	530	26.	15.	754
	75	1	2.	17.	39	8.	0.	165
Emb.	76	2	7.	1.	915	18.	21.	369
	77	3	5.	23.	424	0.	5.	860
	78	4	3.	8.	220	11.	2.	1064
Emb.	79	5	7.	17.	12	22.	0.	188
	80	6	6.	14.	205	3.	8.	679
	81	7	3.	23.	401	14.	5.	883
Emb.	82	8	1.	8.	193	25.	3.	7
	83	9	7.	5.	786	6.	11.	498
Emb.	84	10	4.	14.	582	17.	8.	702

A

RESIDVVM TABVLÆ NOVILVNIORVM TISRI IN ANNIS EXPANSIS PER SENOS CYCLOS.

	Anni expāſi.	Cyclus Lunæ.	Nouilunium Tiſri Feria	Horæ	Scrupula 1080	Epactæ Tisri Dies	Horæ	Scrupula 1080.
	85	11	3.	12.	91	28.	9.	906
	86	12	7.	20.	967	9.	14.	17
Emb.	87	13	5.	5.	763	20.	11.	921
	88	14	4.	3.	272	1.	22.	1012
	89	15	1.	12.	68	12.	17.	136
Emb.	90	16	5.	20.	944	23.	14.	340
	91	17	4.	18.	453	4.	22.	111
	92	18	2	3.	249	15.	19.	1035
Emb.	93	19	6.	12.	45	26.	17.	159
.	94	1	5.	9.	634	8.	1.	650
Emb.	95	2	2.	18.	430	18.	22.	854
	96	3.	1.	15.	1019	0.	7.	265
	97	4	6.	0.	815	11.	4.	469
Emb.	98	5	3.	9.	611	22.	1.	673
	99	6	2.	7.	120	3.	10.	84

	Anni expāſi	Cyclus Lunæ	Nouilunium Tiſri Feria	Horæ	Scrupula 1080.	Epactæ Tisri Dies	Horæ	Scrupula 1080.
	100	7	6.	15.	996	14.	7.	288
Emb.	101	8	4.	0.	792	25.	4.	492
	102	9	2.	22.	401	6.	12.	983
Emb.	103	10	7.	7.	93	17.	10.	107
	104	11	5.	4.	686	28.	7	311
	105	12	3.	13.	482	9.	15.	802
Emb.	106	13	7.	22.	278	20.	12.	1006
	107	14	6.	19.	867	2.	0.	417
	108	15	4.	4.	663	12.	18.	621
Emb.	109	16	2.	13.	459	23.	15.	825
.	110	17	7.	10.	1048	5.	0.	236
	111	18	4.	19.	844	15.	21.	440
Emb.	112	19	2.	4.	644	26.	18.	644
	113	1	1.	2.	149	8.	3.	55
Emb.	114	2	5.	10.	1025	19.	0.	259

B

nunquam tibi imponet, modo rite, & ordine præſcripto feceris. Sed non deterior eſt altera, quam afferemus. Epactas, quas collegiſti, C aufer a diebus 36, 23, 1080. Reliqui erunt dies a Kalendis Septembris. Ergo epactas, quas collegiſti, nempe 32, 13, 380, aufer a 36, 23, 1080. Remanent dies 4, 10, 700. Itaque nouilunium Tiſri anni 5355 accidit poſt 4 diem a Kal. Septembris: & quia eſt feria quinta, erit ergo in v. Septembris. Hæc methodus meo iudicio melior eſt altera: quia expeditior. Supereſt doctrina Tekupharum, quam nobis promptum eſt ſcire, qui Iuliana forma vtimur: modo neomeniæ Tiſri ſedem in menſe Iuliano ſtatuere ſciamus. Semper enim Tekupha Tiſri eſt 24 Septembris. Sed ne quid doctrinæ Computi Iudaici deſit, id quoque nobis tractandum. Quod facilius erit ex his duabus Tabulis, quam ex aliis Computis Iudaicis. Anno- D rum 5254, & III. epactæ ſimul compoſitæ, vt iam vidimus, conflant dies 31, 37, 380. ex illis ſemper abiice dies 12, 20, 204. ſupererunt dies 19, horæ 17, 176. quibus adiice horas & ſcrupula nouilunij Tiſri. Conſiunt dies 19, 21. Igitur Tekupha Tiſri anni 5355 incidit in diem 20, hora 21, ab initio noctis, id eſt, hora 9 diei. Nunc de tranſlationibus feriarum in neomenia Tiſri dicendum. Tranſlatio feriæ triplex eſt, aut Lunaris, aut politica, aut mixta. Lunaris, quando epilogiſmus attigit

A TABVLA ANNORVM COLLECTORVM PER SENOS CYCLOS.

Anni collecti.	CHARACTER annorum collectorum. Feria	Horæ	Scrupula 1080.	EPACTÆ TISRI Dies	Horæ	Scrupula 1080.	Anni collecti.	CHARACTER annorum collectorum. Feria	Horæ	Scrupula 1080.	EPACTÆ TISRI Dies	Horæ	Scrupula 1080.
114	2.	3.	330	0.	8.	750	3534	3.	6.	510	11.	5.	570
228	4.	6.	660	0.	17.	420	3648	5.	9.	840	11.	14.	240
342	6.	9.	990	1.	2.	90	3762	7.	13.	90	11.	22.	990
456	1.	13.	240	1.	10.	840	3876	2.	16.	420	12.	7.	660
570	3.	16.	570	1.	19.	510	3990	4	19.	750	12.	16.	330
684	5.	19.	900	2.	4	180	4104	6.	23.	0	13.	1.	0
798	7.	23.	150	2.	12.	930	4218	2.	2.	330	13.	9.	750
912	3.	2.	480	2.	21.	600	4332	4.	5.	660	13.	18.	420
1026	5.	5.	810	3.	6	270	4446	6.	8.	990	14.	3.	90
1140	7.	9.	60	3.	14.	1020	4560	1.	12.	240	14.	11.	840
1254	2.	12.	390	3.	23.	690	4674	3.	15.	570	14.	20.	510
1368	4.	15.	720	4.	8.	360	4788	5.	18.	900	15.	5.	180
1482	6.	18.	1050	4.	17.	30	4902	7.	22.	150	15.	13.	930
1596	1.	22.	300	5.	1.	780	5016	3.	1.	480	15.	22	600
1710	4.	1.	630	5.	10.	450	5130	5.	4	810	16.	7.	270
1824	6.	4.	960	5.	19.	120	5244	7.	8.	60	16.	15.	1020
1938	1.	8.	210	6.	3.	870	5358	2.	11.	390	17.	0.	690
2052	3.	12.	540	6.	12.	540	5472	4.	14.	720	17.	9.	360
2166	5.	14.	870	6.	21.	210	5586	6.	17.	1050	17.	18.	30
2280	7.	18.	120	7.	5.	960	5700	1.	21.	300	18.	2.	780
2394	2.	21.	450	7.	14.	630	5814	4.	0.	630	18.	11.	450
2508	5.	0.	780	7.	23.	300	5928	6.	3.	960	18.	20.	120
2622	7.	4.	30	8.	7.	1050	6042	1.	7.	210	19.	4.	870
2736	2.	7.	360	8.	16.	720	6156	3.	10	540	19.	13.	540
2850	4.	10.	690	9.	1.	390	6270	5.	13.	870	19.	22.	210
2964	6.	13.	1020	9.	10.	60	6384	7.	17.	120	20.	6.	960
3078	1.	17.	270	9.	18.	810	6498	2.	20.	450	20.	15.	630
3192	3.	20.	600	10.	3.	480	6612	2.	23.	780	21.	0.	300
3306	5.	23.	930	10.	12.	150	6726	7.	3.	30	21.	8.	1050
3420	1.	3.	180	10.	20.	900	6840	2.	6.	360	21.	17.	720

TABELLA EPACTARVM TISRI.

Dies Septembris	Litera Dominic. in Septembri.	Epactæ Septem.	Dies Octobris.	Litera Dominic. in Octobri.	Epactæ Octobris.
1	F	7	1	A	6
2	G	6	2	B	5
3	A	5	3	C	4
4	B	4	4	D	3
5	C	3	5	E	2
6	D	2	6	F	1
7	E	1	7	G	0
8	F	29			
9	G	28			
10	A	27			
11	B	26			
12	C	25			
13	D	24			
14	E	23			
15	F	22			
16	G	21			
17	A	20			
18	B	19			
19	C	18			
20	D	17			
21	E	16			
22	F	15			
23	G	14			
24	A	13			
25	B	12			
26	C	11			
27	D	10			
28	E	9			
29	F	8			
30	G	[illegible]			

Dies Augusti.	Litera Dominic. in Augusto.	Epactæ Augusti.
22	C	17
23	D	16
24	E	15
25	F	14
26	G	13
27	A	12
28	B	11
29	C	10
30	D	9
31	E	8

attigit horas 18. Nam omnes Orientales nationes, Indi, Sinæ, Chataij, veteres Aſſyrij; Syri, Chaldæi, Arabes, Damaſceni, calculum Lunæ a meridie inſtituunt: diem ciuilem autem a Sole occaſo.

D Eo pacto nunquam variat neomenia Lunaris, quacunque cœli inclinatione habitas. Nam tuus meridianus eſt ſemper idem, cum ortus & occaſus diuerſi diuerſa conſtituant diei ciuilis initia & exitus, & inæquales horas ciuiles faciant. Nam æſtate longiores ſunt dies, breuiores noctes.in bruma, aliter. Meridiani vero tui punctum idem eſt in tua habitatione: cum meridies cuiuſcunq; diei ſit dimidium, & ſexta hora

hora ſecundum veteres. Quare ab epocha conſtante & fixa ducitur A
epilogiſmus aſtronomicus; ab inconſtanti autem, dies ciuilis. Vnde inter calculi aſtronomici, & diei ciuilis initia ſunt ſemper interiectæ horæ ſex inæquales. Quare in fine horæ ſextæ a meridie tu putas initium primæ diei ciuilis, cum de calculo Lunæ aſtronomico iam ſex exactæ ſint. quas quidem ſex horas ipſi non numerant, vt ſupra diſerte explicatum eſt. Eſto, exempli gratia, nouilunium Iudaicum 6.7.804, principium horarum ſeptem, momentorum 804, capiendum non a meridie, ſed ab occaſu. A meridie enim eſſet 6.13.804, vt pote cum ſex horis minus putent. Ideo cum calculus peruenit ad 18 horas, tum vtique ἀστρονομικῶς 24 horæ ſunt abſolutæ, cum tantum 18 πολιτικῶς putentur. Porro τὸ νυχθήμερον Hebræorum diui- B
ditur in duas partes : in עֶרֶב, veſperam : & in בֹּקֶר, manę. Præterea neomeniam politicam putant ab initio noctis. Quare neceſſe eſt, vt calculus Lunaris ſemper incidat in eam partem, quæ dicitur עֶרֶב, quæ eſt ab occaſo Sole, ad orientem. Atqui 18 hora a meridie putata deſinit in ortum Solis, & initium בֹּקֶר. Non igitur poteſt attribui τῷ עֶרֶב præterito. Ergo transfertur in ערב ſequens. Tranſlatio politica fit, ne duo dies feriati ſimul continuentur, vt plenius infra dicetur. Annus Lunaris communis diuiditur in duos ſemiſſes æquales, ſingulos dierum 177. Nam in anno æquabili a Tiſri ad Niſan ſunt 177, totidem a Niſan ad Tiſri. In anno intercalari, a Tiſri ad Niſan 207. Nam intercalatur ſolidus Adar prior. A Niſan, C
ad Tiſri 177. Sed non ſemper a Tiſri ad Niſan ſunt 177 dies in anno communi, neque in anno embolimæo 207. Sed in anno communi etiam aliquando aut 176, aut 177. in anno embolimæo aut 206, aut 208. Cum annus communis habet 176, aut embolimæus 206, dicitur annus defectiuus. cum habet 177, aut 207, dicitur annus ordinarius. cum habet 178, aut 208, annus ſuperfluens, aut abundans. Ita fiunt anni communis tria genera : totidem anni embolimæi. Anni communis trium generum characteres ſunt, 3, 4, 5. Hoc eſt: Anni communis differentia ſunt dies 3 defectiui : aut 4, æquabilis : aut 5, abundantis. Embolimæi characteres ſunt 5, 6, 7. Exempl. Anno Iudaico 5340 neomenia Tiſri cœpit feria ſecunda. Neomenia ſequentis anni 5341 D
cœpit feria 7. Differentia, dies v. Ergo dictus annus 5340 eſt communis abundans. Vterque enim eſt communis, cum alter ſit primus cycli, alter ſecundus. Porro primus abundans eſt, quia habet differentiam, v dies : quæ eſt longiſſima differentia anni communis. Proinde ille annus habuit dies 355. Vnde ὑπερήμερος vocari poteſt. Rurſus annus 5342, eſt tertius cycli, & conſequenter Embolimæus. Eius neomenia incepit feria tertia. Sequentis anni, qui erat quartus cycli, erat fe-

ria ſecun-

A ria secunda. Differentia, dies VI. Est igitur annus æquabilis embolimæus. Sic in aliis. Quare autem aliis annis decedat dies, aliis accedat, alij anni æquabiles sint, hæc causa est: quod nimirum nunquam voluerint neomeniam Tisri statui in prima, quarta & sexta feria: neque neomeniam Nisan in prima, quarta, sexta; ne duæ festiuitates simul concurrant, vt in computo explicabitur. Si igitur, verbi gratia, nouilunium Tisri fuerit, 1, 5, 570, quamuis nullus est excessus horarum 18; vt propter illum Astronomica translatio fieri debeat: tamen, quia Tisri nunquam incipit feria prima, transfertur, & fit ὑπέρθετος ἡμέρα, traducenda in feriam secundam. Annus vero ille, cui hoc accidit, iam non 354 dierum erit, sed 353 duntaxat. In anno igitur de-
B fectiuo, sicut apud Athenienses ἐξαίρεσις fiebat mense Boëdromione, ita apud Iudæos, eadem ἐξαίρεσις fit in Casleu: qui, cum sit solidus mensis, tunc fit cauus. Contra, anno abundante, πρόσθεσις fit in Marchesvvan: qui cum sit natura cauus, tunc extra ordinem fit solidus: Hoc modo in anno defectiuo, tres continui menses caui sunt; Marchesvvan, Casleu & Tebeth. In anno abundante item continui solidi tres: Tisri, Marchesvvan, Casleu. Quis est annus defectiuus? qui habet Casleu cauum. Quis annus abundans? qui habet Marcheschvvan solidum. Quis æquabilis? qui habet Marchesvvan cauum, Casleu solidum. Translationes igitur, καὶ ὑπερθέσεις ἡμερῶν sunt causa ἐξαιρέσεως, aut προσθέσεως. Politica ὑπέρθεσις, de qua nunc loquimur,
C & secunda est ordine, fit propter ferias reiiculas, & non idoneas capiti anni & neomeniæ Nisan. Ferias reiiculas Tisri Hebræi notant his tribus numeris אדו, Aleph est prima feria, Daleth quarta, Wau sexta. Feriæ reiiculæ Nisan, בדו, Badu: feria secunda, quarta, sexta. Mixta translatio est, quæ ex vtroque genere composita est, ex astronomica & politica. Exemplum: Anno primo cycli, qui erat 5340, nouilunium Tisri fuit, 1, 23, 1079. Hæc neomenia non solum πολιτικῶς transferenda propter Adu, (quod scilicet habet vnam ex feriis Adu. Habet enim feriam primam) sed etiam ἀστρονομικῶς propter excessum horarum. In hoc enim nouilunio excessus 18 horarum est. Rursus Translatio aut in sequentem diem fit, aut in perendinum. Quod accidit, cum trans-
D latio astronomica incurrit in vnam ex Adu, aut Badu. Exemplum: Esto neomenia proposita 3, 19, 453. Propter nouilunium vetus, quod excedit 18, est transferenda in sequentem. Sed sequens est feria quarta, & non idonea. Itaque comperendinetur, & pro quarta statuatur quinta. Propter hanc comperendinationem, neomenia Iudaica abest a coniunctione media triduo solido. Politica translatio est vnius generis. Nam feria transfertur, aut comperendinatur πολιτικῶς tantum in Tisri quidem propter ADV, in Nisan autem propter BADV.

Astrono-

Aſtronomicæ vero tranſlationis cauſſa triplicis generis eſt. Prima eſt, יח, IAH, hoc eſt, 18 horæ. de qua ſatis iam dictum. Secunda גטר״ד, GATRAD, in anno communi. Cum enim in anno communi nouilunium fuerit 3, 9, 204; hoc vocant גטר״ד, GATRAD. Si enim illud nouilunium retineatur in anno communi, pro anno ſequenti epactis anni communis, nempe 4, 8, 876, ad 3, 9, 204 adiectis, conſurget nouilunium anni ſequentis 7, 18, 0. Quod cum ἀστρονομικῶς transferendum ſit propter יח, igitur transferetur in feriam primam. Sed illa feria reproba & reiicula eſt, propter ADV. Comperendinetur igitur, & ſtatuatur in feria ſecunda. Quoties igitur incidit nouilunium 3, 9, 204 aut maius eo, pro feria tertia comperendinetur caput anni in feriam quintam. Tertia cauſſa ὑπερβάσεως ἀστρονομικῆς, בט״ו תקפ״ט, BATV TAKPHAT poſt emboliſmum. cum ſcilicet annus, qui proxime emboliſmum ſequitur, habuerit neomeniam 2, 15, 589. nam ita poſito nouilunio, annus antecedens habuerit nouilunium 3, 18, 0. quod ſcilicet cognoſces, charactere anni embolimæi 5, 21, 589, de 2, 15, 589 deducto. At iam dictum eſt 3, 18, 0, eſſe reiiculum tum ἀστρονομικῶς, tum πολιτικῶς. Quoties igitur aut in anno communi 3, 18, 0, aut poſt annum embolimæum, ſecuta fuerit neomenia 2, 15, 589, in vtroque caſu tertia feria in quintam erit comperendinanda, & tunc in vtroque caſu annus erit defectiuus; ne annus embolimęus ſit 386 dierum, communis autem 356. Hactenus de Tranſlationibus. Sed quamuis expeditiſſimũ neomeniarum computum inſtituerimus, aliam tamen methodum excogitauimus. Sciãt igitur ſtudioſi adoleſcentes, in 247 annis, hoc eſt, cyclis XIII, omnes neomenias in eaſdem ferias recurrere. Nam periodus Iudaica eſt annorum 6916, qui per 28 diuiſi dant 247 annos, in quibus fit orbis neomeniarum & feriarum, ſicut feriarum tantum in 28 annis Solaribus.

A B C D

INDEX CHARACTERVM TISRI ET QVALITATVM ANNI

	Anni Cycli Iudaici.	0.	19.	38.	57.	76.	95.	114.	133.	152.	171.	190	209.	228
	1	1	2	3	1	2	4	2	3	1	2	3	5	6
	2	6	1	2	3	1	2	4	2	6	1	2	3	5
Emb.	3	5	6	4	7	3	1	8	4	5	6	1	8	3
	4	1	2	3	5	6	1	2	3	1	2	4	2	3
	5	3	1	2	3	5	6	1	2	3	1	2	4	2
Emb.	6	7	6	1	8	3	5	6	4	7	3	1	8	4
	7	5	8	4	2	3	1	2	3	5	6	1	2	3
Emb.	8	3	5	8	4	7	6	1	8	3	5	6	4	7
	9	6	1	2	3	5	8	4	2	3	1	2	3	5
	10	5	6	1	2	3	5	8	4	2	3	1	2	3
Emb.	11	3	5	6	4	8	3	5	8	4	7	6	1	8
	12	3	1	2	3	2	3	1	2	3	5	8	4	2
	13	2	3	1	2	4	2	6	1	2	3	5	8	4
Emb.	14	4	7	6	1	8	4	5	6	1	8	3	5	8
	15	3	5	8	4	2	3	1	2	4	2	3	1	2
	16	2	3	5	8	1	2	3	1	2	4	2	6	1
Emb.	17	1	8	3	5	6	4	7	6	1	8	4	5	6
	18	4	2	6	1	2	3	5	8	1	2	3	1	2
Emb.	19	8	4	5	6	1	8	3	5	6	4	7	3	1

A

LATERCVLVM NEOMENIÆ MENSIVM EX QVALITATE ANNI.

	Characterani.	Qualitas anni.	Tisri.	Marchesvvan.	Chaslev.	Tebeth.	Schebath.	Adar embol	Adar ordinar.	Nisan.	Iiar.	Sivvan.	Thamuz	Ab.	Elul.
COMMVNES ANNI.	1	A	2	4	6	1	2		4	5	7	1	3	4	6
	2	O	5	7	1	3	4		6	7	2	3	5	6	1
	3	A	7	2	4	6	7		2	3	5	6	1	2	4
	4	D	2	4	5	6	7		4	3	5	6	1	2	4
	5	O	3	5	6	1	2		4	5	7	1	3	4	6
	6	D	7	2	3	4	5		7	1	3	4	6	7	2
	8	A	5	7	2	4	5		7	1	3	4	6	7	2
B EMBOLIMÆI ANNI.	1	A	2	4	6	1	2	4	6	7	2	3	5	6	1
	3	A	7	2	4	6	7	2	4	5	7	1	3	4	6
	4	D	2	4	5	6	7	2	4	5	7	1	3	4	6
	5	O	3	5	6	1	2	4	6	7	2	3	5	6	1
	6	D	7	2	3	4	5	7	2	3	5	6	1	2	4
	2	A	3	5	7	2	3	5	7	1	3	4	6	7	2
	8	A	5	7	2	4	5	7	2	3	5	6	1	2	4

laribus. Abiice igitur ab annis Iudaicis omnia 247, donec aut 247 tantum supersint, aut minus. Coniice annos in frontem Indicis sequentis. Et si quidem præcise fuerint, is est annus vltimus cycli, non in eo versu, cui prænotatus est, sed in præcedenti. Exemplum: Abiectis omnibus 247 de annis Iudaicis propositis, relinquantur 114. Is est annus C vltimus versus non vtique septimi, cui prænotatus est, sed sexti, vbi est 95. Eiusque character in calce eiusdem versus sexti est 8. Est enim annus cycli vltimus. Sic si præcise remanent 19, eius character est in calce primi versiculi e regione anni 19. Estque is character 8. Vel breuius. Tametsi præcise numerus inuenitur, tamen aufer proxime minorem. Ita 95 de 114 demti relinquunt 19 sub columna 95. Quod si numerum præcise non inuenis, accipe proxime minorem. Residuum sume in latere Indicis, in annis cycli Iudaici. Exemplum. Abiectis 247 omnibus de annis propositis 5334 periodi Iudaicæ, relinquantur, verbi gratia, 147. Numerus proxime minor est 133. Residuum 14 anni. Quos à latere Indicis persequens peruenio ad versum, cui D prænotatus est numerus proxime minor 133. Vbi in cella communi offert sese 6 character anni 147 propositi. Annus est embolimæus, vt non solum scis ex Indice, sed etiam, quia est quartusdecimus cycli. Confer in Laterculum mensium annorum Embolimæorum. In versu primo characterum anni reperis primum characterem 6. in secundo versu literam D. quæ significat annum illum esse defectiuum. Sequuntur deinde omnes neomeniæ mensium. Puta Tisri illius anni incipit feria 7. Marchesvvan feria 2. & cætera. Rursus

proponatur annus Iudaicus præſens, quem Iudæi ipſi notant eſſe ordi- A narium. Abiectis omnibus 247, relinquantur 168. Numerus proxime minor in fronte Indicis 152. quo de 168 abiecto, remanent 16. Eſt ergo annus cycli ſextuſdecimus: qui eſt annus communis, vt ex Indice ſcis, & ex cyclo ipſo. In Indice e regione anni 16, in cella communi ſub numero 152, quem abieci ex æra propoſita, offertur character 2, qui in Laterculo annorum communium dat literam O. quæ notat annum eſſe ordinarium, & ſequentem feriam Tiſri quintam, vt ſupra notatum eſt. Eſt enim character illius Tiſri 5, 3, 904. Eandem conſtantiam methodi in quouis anno propoſito experieris. Nihil eſt breuius & expeditius hoc compendio: quod quidem in gratiam bonorum adoleſcentum excogitauimus. Sane hoc poſſumus B conſtanter affirmare, non vulgari diligentia, & induſtria indicem & laterculum conſtructum fuiſſe. Cum dico neomeniarum ferias in orbem redire periodo 247 annorum, intelligo feriam, non autem horas. Nam in decem millibus aut amplius annorum, nunquam reperies duas neomenias, feria, horis, & ſcrupulis inter ſe conuenientes.

DE ANNO VETERVM HEBRÆORVM AVTVMNALI.

DISERTE expreſſum eſt Exodi XII, autumnale fuiſſe caput anni Hebræorum, quia ex autumnali mutari in vernum præcipitur: C item XXIII capite, ſolenne Scenopegiæ confertur in finem anni. Annus igitur incipiebat ab autumno, ſiquidem exitus anni eſt in autumno. Igitur fine anni, vt ſolet, intercalabatur menſis. Ideo eueniebat, vt primus menſis nunc in Tiſri hodiernum, nunc in Marcheſvvan incideret. Coniecimus igitur in vnum cyclum caput primi menſis autumnalis, cum hodiernis nominibus: cuius cycli initium a mundo deduci debebat; ſed nos à primo anno Iudaico ordimur illum, cuius primus annus incidit in tertium cycli Lunaris, vt ex antecedenti capite cognoſcere licet. Hic igitur cyclus locum habet D a primo anno Iudaico ad tempus Exodi, quod incidit in annum Iudaicum 2264, anno cycli Iudaici tertio: ac propterea primus menſis congruebat Marcheſvvan hodierno. Proxime minor numerus in Tabula annorum Iudaicorum collectorum eſt 2166, & reliqui ſunt expanſi 98, quibus

CYCLVS VETERVM Hebræorum.

Anni cycli Iudaici.	
1	Tiſri
2	Tiſri
3	Marcheſwan
4	Tiſri
5	Marcheſwan
6	Marcheſwan
7	Tiſri
8	Marcheſwan
9	Tiſri
10	Marcheſwan
11	Marcheſwan
12	Tiſri
13	Marcheſwan
14	Marcheſwan
15	Tiſri
16	Marcheſwan
17	Marcheſwan
18	Tiſri
19	Marcheſwan

A competit neomenia Tisri 2, 0, 401. epactæ autem 28, 22, 882. cyclus Solis erat 24. Ergo neomenia Tisri incidit in literam G. Epactæ vero 28, in Tabella Epactarum Tisri congruunt diei nonæ Septembris. Sed primus mensis erat Marchesvvan, vt patet ex cyclo hic proposito. Si igitur characterem vnius mensis 1, 12, 876 cum 2, 0, 401 composueris, habebis primum mensem Hebræorum illius anni, nempe 3, 13, 114, Octobris VIII: qui erat proximus a die æquinoctij. Ergo addito charactere sex mensium, habebis septimum mensem, hoc est Nisan hodiernum illius anni, 5, 17, 552. Aprilis secunda. Ex quo tempore mensis septimus cæptus est putari primus, & post eum institutum intercalari. Hoc est, vetus mensis sextus, duodecimus fuit, & B inter decimum, & vndecimum mansit sedes embolismi in hunc vsque diem.

Satis autem constat ex iis, quæ supra à nobis demonstrata sunt, inuentum Græcorum esse cyclum Lunarem. Auctor enim eius Meto. Ideo veteres Hebræi non poterant ex scripto neomenias notare, aut ex computo: sed ex obseruatione. Quin ne horarum quidem vlla apud eos mentio. Nam diem, id est, τὸ νυχθήμερον, in XXIIII horas partiri & Græcorum est commentum, & longe post tempora Solonis in Heliotropiis Græcorum notatum, & tandem sub Romanorum imperio ad Iudæos a Romanis translatum. Itaque antiquior, vt mea fert opinio, feriarum appellatio a planetis, quam vt ab horis, quæ singulæ C Planetam suum sibi vindicant, nominatæ sint. Ideo libro primo huius operis aliam eius rei caussam proposuimus. quæ si morosis non placet, sequantur per me licet tritam & vulgarem horarum planetariarum appellationem. Nam scio, quam difficile sit tot Aristarchis satisfacere. Porro ab Exodo, ad tempora Sedekiæ vltimi Regis, potes tuto æra Iudaica vti. Neque vnquam errabis.

DE ANNO HEGIRÆ.

Ex iis, quæ antea a nobis accurate de anno Hagareno inuestigata sunt, satis constat, quæ fuerit ratio embolismi in mensibus desultoriis, cum Hagareni mensem geminum non intercalarent, vt D Iudæi geminum Adar, Athenienses ποσιδεῶνα δεύτερον: sed is, qui primus anni fuerat, in embolismo fiebat postremus anni: ita vt idem mensis annum aperiret & clauderet, quasi quidam Ianus Patulcius, & Clusius. Et contra qui secundus fuerat, is erat caput anni post embolismum. Satis de hac re suo loco supra dictum est. Hoc anno Cilices siue Caramanni, & quædam aliæ Muhammedicæ nationes ad memoriam proauorum nostrorum vsi sunt: cuius rei vestigia non solum in libris Mussulmanorum, sed & apud quosdam Turcas hodie su-

persunt, qui mera periodo Hagarena Calippi vtuntur, cum tamen interea constet illis ratio anni Hegiræ, non minus, quam aliis Mussulmanis. Quemadmodum vero Muharram primarum Kalendarum Iulianarum apud Orientales periodi Hagarenæ nexibus solutus est: ita etiam idem Muharram apud Petræos Hagarenos cæpit annum vagum ducere, quo tempore Muhammedes pseudopropheta, ridicula lege sua publicata, coactus est fugam sibi consciscere, vt fit in nouis rebus, præsertim in illis, quæ ad θρησκείαν pertinent. Quo nomine Epocha Muhammedis vocatur Hegirathi, hoc est διωγμὸς ὑπὲρ τῆς θρησκείας. Hoc enim significat هجرة, a verbo هجر, hoc est ἐκδιώκεσθαι ὑπὲρ τῆς θρησκείας. quod verbum frequentissimum occurrit in Alcorano. Et Arabes ipsi scribunt hanc تاريخ, hoc est, ἐποχὴν, esse من هجرة محمد من مكة a fuga Muhammedis ex Mecha. Quia vero Muhammedes simia Christianorum est in multis, is principium æræ suæ eadem appellatione notauit, qua Christiani suam a Diocletiano. Vt enim æra Diocletiani dicta est ÆRA MARTYRII, ita etiam Æra Muhammedis dicta est Hegira. quod nihil aliud est, quam martyrium, aut διωγμὸς ὑπὲρ τῆς θρησκείας. Incidit autem tempus illius auspicatissimæ fugæ in XVI Iulij, anno Christi 622, feria VI: anno autem Alexandreo 933, & proinde vicesimo primo periodi quintæ Hagarenæ. Caput anni erat Ramadhan, 20 Martij, feria septima, cyclo Solis XV. Ergo Muharram quintus a Ramadhan cæpit in feria VI, Iulij XVI, vt diximus: cum tamen Ab Iudaicus anni 4382 biduo integro anteuerterit neomeniam Hagarenam, feria quarta, Iulij XIIII. Character eius 4, 7, 112. Quod autem ineunte Hegira cæpta est retexi vetus periodus Hagarena 228 annorum, illustre exemplum habemus in natali impuri Muhammedis. Natus est enim XII die Rabie prioris, feria secunda. Obiit vero eadem die eiusdem mensis, anno Hegiræ X, auctore Chronologo Sarraceno ad calcem Alcorani addito, vt taceam consensum omnium Muhammedanorum. Vixit annos LXIII Arabicos solidos, auctore eodem Chronologo. Obiit igitur anno Christi 631, circa XVI, aut XVII Iunij. Anni illi LXIII Arabici ab anno Christi 631 in anteriora retexti, desinunt in anno Christi 570. Erat annus Seleucidarum 881, & proinde 197 quartæ magnæ periodi Hagarenæ, hoc est, 45 annus tertiæ periodi Calippicæ, cuiusmodi tribus constat tota Periodus. In Tabula periodi Hagarenæ, sub titulo tertiæ periodi, & laterali anno 45, occurrit mensis vernalis Hagarenorum Sephar XXV Martij, feria III, cyclo Solis XIX. Ergo neomenia Rabie prioris, feria V, Aprilis XXIIII: & consequenter XII Rabie feria secunda, V. Mai. Natus ergo Planus ille quinta Mai, anno Christi 570. At in anno soluto hoc nullo modo contingere potest. Vt enim neomenia Rabie prioris in an-

A in anno soluto incidat in feriam quintam necesse est, vt neomenia Muharram sit feria secunda. A x anno Hegiræ 63 annis Arabicis retro retextis, occurret annus 158 periodi hebdomadicæ annorum 210; de qua suo loco dicetur. Atqui si fingamus annum Arabicum semper solutum fuisse, Muharram non cæpit feria secunda, nisi anno 154, aut 162 periodi Hebdomadicæ: quod valde recedit ab interuallo vitæ Muhammedis 63 annorum. Quare manifesto sequitur ineunte Muhammedismo, periodum Hagarenam solutam fuisse. Diximus anno x Hegiræ illum obiisse, teste eodem Chronologo, & recepta antiquitus Muhammedanorum opinione, feria secunda, XII Rabie prioris: vt omnino ex eo colligatur 63 annos Arabicos vixisse. Oportebat igitur B neomeniam Muharram incipere feria secunda, vt supra ostensum est. Atqui cæpit feria III, Aprilis IX, cyclo Solis 24. Proinde non XII, sed XI Rabie prioris fuit feria secunda. Obiit igitur vespere diei XI, sequente XII, nempe XVI Iunij, sequente XVII, anno Christi 631. Qui scribunt Muhammedem natum XXI Septembris, anno Christi 571, Sahaben XII, feria secunda, vnde expiscati sint, ipsi viderint: quandoquidem XII Sahaben eo anno in periodo Hagarena fuerit Septembris XVIII, feria VI. Valde itaque hallucinati sunt. Neque vero consultius faciunt, cum in annum 632 mortem Muhammedis conferunt, XII Rabie prioris, feria secunda, Iunij VIII, anno XI Hegiræ, cum idem Chronologus Sarracenus non semel anno decimo Hegiræ C currente mortuum dicat: Muharram autem anni vndecimi iniuerit 27 Martij, feria VII. Ex quo consequens est, XII Rabie prioris fuisse feriam VII, non, vt ipsi produnt, secundam. Iam Muhammedem natum fuisse XII Rabie prioris, non autem XII Sahaben, præter Chronicon vetus, & consensum omnium Muhammedanorum, auctor est Io. Leo in sua Africa. vbi scribit Gazzulos gentem Libyæ nundinas suas inire a natali Muhammedis, nempe XII Rabie prioris: cui celebritati se quoque interfuisse, anno Hegiræ 920, Christi 1511: cum tamen Muharram 920 iniuerit feria prima, XXVI Februarij, anno Christi 1514. Triennio igitur minus dixit. Quotiescunque autem in illo suo eximio opere annos Christi cum annis Hegiræ comparat (comparat D autem sæpissime) nunquam ne semel quidem verum dicit: quod studiosos harum rerum monere volui. Idque mirum est in eo viro, qui & natione Muhammedanus, & rerum, quæ ad Muhammedismum pertinent, peritissimus fuerit. Hæc est sola ratio, cur Mussulmani eo tempore tam sero neomeniam suam orsi sint: quod nimirum hoc ex præscripto periodi fecerunt. Luna enim iam corniculata erat, quod Arabice vocari هلال supra diximus. Vnde sine dubio hodie omnes Muhammedistæ in fastigiis summis turriũ illarum, e quibus Lunam nascentem speculantur, imponunt Lunam corniculatam

A

MENSES HEGIRÆ MVHAMEDICÆ
SOLVTO CYCLO HAGARENO.

		Characteres mensium.
محرّم	*Mucharramu.*	0
صفر	*Tzepharu.*	2
ربيع الاوّل	*Rabie prior.*	3
ربيع الاخر	*Rabie posterior.*	5
جمادى الاوّل	*Giumadiun prior.*	6
جمادى الاخر	*Giumadiun poster.*	1
رجب	*Regiabu.*	2
شعبان	*Sahabenu.*	4
رمضان	*Ramadhanu.*	5
شوّال	*Schevvalu.*	7
ذو القعدة	*Dulkaidathi.*	1
ذو الحجة	*Dulchagiathi.*	3

pro insigni, quemadmodum Christiani crucem. Tunc enim nulla neomenia Muharram fuit, in qua non esset φάσις, vt pote cum biduo serius inciperet, quam neomenia Iudaica. Sed hodie non ita: & post aliquot annorum centurias conueniet in neomeniam Iudaicam, & post alias anticipabit illam, vt B infra aperietur. Quod Mucharram Hegiræ cæperit a feria sexta, ideo eam diem sacram illis dicunt ab eo tempore. Ego scio antiquiorem superstitionem esse, propter Venerem, quam CHOBAR vocabant, & summa superstitione antiquitu venerabantur. Cæterum fe- C ria sexta illis dicitur جمعة hoc est σύναξις, ἐκκλησία, ὁμιλία, עֲצֶרֶת : quæ ea reuerentia illis est, qua Iudæis Sabbatum, Christianis Dies Solis. Postquam τὰ ἰσογέμψα huius anni tradidimus, superest, vt methodum eius, & ratiocinium quoddam instituamus. Veteres Arabes, qui propius ab ætate illius nebulonis absfuerunt, periodum quandam huius anni vagi constituere volentes, nullam rationem aliam eius inire potuerunt, quam si vnum scrupulum de ratiocinio mensis Lunaris deducerent; qui, præter dies vndetriginta, & semissem, cum 793 scrupulos insuper habeat, semper relinquit aut horas aut scrupula in annis collectis. ita vt nulla periodus ex annis communibus Arabum inde constitui præcise possit. Itaque ex 793 scrupulis vnum detraxerunt. Quare annus Arabicus habet dies 354, horas 8, momenta, siue ostenta Chaldaica, 864. Deficit enim tot scrupulis ab anno Chaldaico siue Iudaico, quot menses sunt in anno. Ea ostenta Chaldaica 864 sunt sexagesimæ horariæ 48' præcise. Porro horæ 8, scrup. 48, si ad rationem scrupulorum diurnorum redigantur, ij fiunt scrupuli diurni 22: vel quantitas ostentorum diurnorum 396. Secundus annus est dierum 355, scrupulorum diurnorum 44. Itaq; annus est ὑπερήμερος. accessit enim illi dies, vt bisextum solet quarto quoque anno exacto in forma Iuliana. Hunc D annum

A

	LINEA PERIODI ARABICÆ.				LINEA CHARACTERISMI PERIODI.		
	Anni Arab.	Dies emboliml.	Sexagesimæ diurnæ.	Characteres anni.	Triacontaeterides.	Anni Arabici collecti.	Regularis periodi.
	1	0	22	4	1	0	2
Emb.	2	0	44	1	2	30	0
	3	1	6	6	3	60	5
	4	1	28	3	4	90	3
Emb.	5	1	50	7	5	120	1
	6	2	12	5	6	150	6
	7	2	34	2	7	180	4
Emb.	8	2	56	6			
	9	3	18	4			
Emb.	10	3	40	1			
	11	4	2	5			
	12	4	24	3			
Emb.	13	4	46	7			
	14	5	8	5			
	15	5	30	2			
Emb.	16	5	52	6			
	17	6	14	4			
	18	6	36	1			
Emb.	19	6	58	5			
	20	7	20	3			
Emb.	21	7	42	7			
	22	8	4	5			
	23	8	26	2			
Emb.	24	8	48	6			
	25	9	10	4			
	26	9	32	1			
Emb.	27	9	54	5			
	28	10	16	3			
	29	10	38	7			
Emb.	30	11	0	4			

annum Arabes vocāt سنة كبيسة Senathi Chebisah, hoc est ἐνιαυτὸν ἐμβολιμαῖον. Huiusmodi autem anni ὑπερήμεροι vndecim sunt in vna periodo. Vndecimus vero ὑπερήμερος est penultimus τριακάδος Arabicæ. In tricesimo autem nihil remanet de scrupulis diurnis. Hæc præcisa æquatio, vt diximus, nata est ex vnius scrupuli exemptione in mense Lunari Iudaico. ita vt in vno anno desint duodecim scrupuli: in triginta, 360. qui

B reperiuntur in annis communibus Chaldaicis, siue Iudaicis. Anni igitur ὑπερήμεροι sunt hi in Triacade Arabica, 2, 5, 8, 10, 13, 16, 19, 21, 24, 27 & 29, natura quidem est ὑπερήμερος, cum sequens annus debeat habere V pro charactere, non quatuor. Sed ὑπερημερία dilata est in tricesimum, vt fiat præcisa æquatio totius ratiocinij Lunaris. Quod mira solertia ab ipsis factum esse animaduertimus. Alioqui in paucis annis characteres præuertissent nouilunia. Exemplum. Esto annus Arabicus ab Hegira 990. Est, vt apparet, vltimus τριακονταετηρίδος tricesimætertiæ. Regularis periodi currentis est vnitas,

C quæ adiecta characteri vltimi anni periodi, dedit quintam feriam anni, 25 Ian. anno Christi 1582. Annus vero ille constitutus est ὑπερήμερος, & reliquit tertiam feriam characterem anni primi τριακάδος sequentis. Quod si, vt ratio scrupulorum postulabat, character anni vltimi fuisset V, annus vero ipse vltimus æquabilis, tunc reliquisset tantum feriam secundam characterem sequentis anni, & in fine periodi idem character moraretur nouilunium vno die. Nam relinqueret septimam feriam pro prima. & consequenter hoc modo neomenia primi Muharram Muhammedici non cœpisset a feria sexta, sed quinta. Oportet igitur, vt annus τριακονταετηρίδος vltimus

D habeat eandem feriam, quam primus. Annos igitur Hegiræ diuide per 210. Residuo aufer semper numerum proxime minorem, quem habes in linea characterismorum periodi, tametsi præcise eum reperis. Exemplum. Anno, qui putabatur a Christo 1582, cæpit, vt diximus, 990 annus Hegiræ, die 25 Ianuarij. Abiice primum omnia 210. Remanent 150, qui numerus præcise reperitur in linea characterismi. Abiice itaque proxime minorem 120. Remanent 30. Accipe regularem e regione 120, nempe vnitatem. Eum coniice in characterem anni 30 Triacontaeteridos. Fit feria quinta. Itaque annus proposi-

tus 990 Hegiræ cœpit litera D, cyclo Solis 23, in 25 Ianuarij. Omnis A
enim ratio ſcrupulorum Lunarium æquatur in anno vltimo τ̃ Ἱεραχάδος,
vt iam diximus, & omnis varietas feriarũ in ſepties triginta annis Arabicis circuit: qui fiunt anni 210. Contumaciſſimus vero hic annus eſt, neq; facile redit in gratiã cum anno Iuliano. Triceſimus tertius propius abeſt a Sole. Nam 33 anni Hegiræ dant 32 annos Iulianos, & dies præterea VI, ſcrup. totidem. Contra anni Iuliani 65 dant Arabicos 66. dies 354. ſcrupulos 6. hoc eſt, annos Arabicos 67, minus 16 ſcrupulis. Sed hæc iuſtam, & emendatam periodum efficere non poſſunt. Anni quidem 33 Hegiræ peragrant totũ contextum anni Iuliani, ſed non redeunt in orbem. Superſunt enim dies 6. ſcrup. 6. vt iam dictum eſt. Nam, exempli gratia, annus primus Hegiræ cœpit die 16 Iulij, cyclo Lunæ XV. Trice- B
ſimus quartus incepit ſexto die poſt: hoc eſt 22 Iulij, cyclo Lunæ IX. Quod veriſſimum eſt. Quare nulla methodus hinc cõfici poteſt. Tutior magna periodus, quam excogitauimus annorum 228, enneadecaeteridum duodecim. Sequamur igitur huius periodi compendium in annis Chriſti, de quibus deductis omnibus 228, vnitate præterea adiecta, vt ſolet fieri in numero aureo inueſtigando, ſi reſiduum præciſe in fronte Laterculi reperiatur, abiice ab eo proxime minorẽ. Vt, ſi reperis 152; abiice 133 proxime minorem, & reſiduum 19 quære in latere laterculi ſub dictis 133. Communis angulus offeret menſem Lunarem Kalendarij Iuliani. Vt in exẽplo propoſito, angulus communis offert 10. Muharram igitur incipiet ab ea Luna, quæ eſt decima a Martio, nempe a mẽſe Decembri. Si autem præciſe non inuenis, tamen ſecundum propoſitam doctrinam aufer ſemper proxime minorem. Proponatur annus Chriſti 1582. Adiecta vnitate, vt iubet methodus aurei numeri, & abiectis omnibus 228, remanent 215. Abiicio 209 proxime minorem: remanent 6. A ſiniſtro latere quæro 6, & ingrediens dextra vſque ad communem angulum ſub numero 209, reperio 11. Aio igitur anno Chriſti 1582 propoſito, Muharram Hegiræ anni 990 cœpiſſe Luna vndecima a Martio, hoc eſt Ianuarij 25. Nihil eſt expeditius hoc Canone. Quia vero nouilunia Arabicæ φάσεως non conueniunt cum ipſis ſynodis Lunaribus, vel potius epactis noſtris, habes Methodum inueſtigandæ feriæ ſupra in exemplo Triacontaeteridis. Nam ipſa indicat diem in anno Iuliano. hic vero Laterculus docet menſem. Porro huic

LATERCVLVM NEOMENIÆ C

MVHARRAM.

	0	19	38	57	76	95	114	133	152	171	190	209
5. 4. 3	5	10	3	8	1	6	11	4	9	2	7	12
7. 6	4	9	2	7	12	5	10	3	8	1	6	11
10. 9. 8	3	8	1	6	11	4	9	2	7	12	5	10
13. 12. 11	2	7	12	5	10	3	8	1	6	11	4	9
16. 15. 14	1	6	11	4	9	2	7	12	5	10	3	8
18. 17	12	5	10	3	8	1	6	11	4	9	2	7
2. 1. 19	11	4	9	2	7	12	5	10	3	8	1	6

D

A ro huic anno Christi 1594, adiecta vnitate, & deductis omnibus 228, relinquuntur 227. Deducto proxime minore 209 de fronte Tabulæ, relinquitur annus cycli Dionysiani 18, qui a latere sub 209 in communi cella ostendit septimum mensem a Martio. Itaque hoc anno Christi 1594, annus Hegiræ cæpit cum anno Iudaico in mense Septembri. Rursus, anno Christi 622 cæpit primus Muharram Hegiræ, XVI Iulij, quæ est quinta Lunatio, vt Computatores nostri loquuntur. Adiecta vnitate annis Christi, deductis omnibus 228, remanent 167. Abiecto numero proxime minori 152, remanent XV. qui sinistro latere sub dicto numero 152, deducunt te ad angulum communem. in quo habes V. Ergo quinta Luna a Martio cœpit primus Muharram Muhammedicus. Aliter. Proponatur annus Christi
B Dionysianus 1446. Abiice ab eo numerum proxime minorem in subiecta Tabula, sub numeris Iulianis, nempe 1368. Remanent anni Iuliani 78. A quibus abiicio numerum Iulianum proxime minorem, 76. Relinquuntur 2 anni Iuliani, qui dant annos Arabicos totidem, & dies 22 insuper ex Tabula annorum expansorum.
C Nunc collige numeros Arabicos Iulianis respondentes, nempe, 1410 annos, dies 6, item annos 78, dies 118. quibus adiice duos annos cum diebus 22, conflantur anni Arabici 1490, dies 146. Quare a Kal. Ianuarij primi anni Christi Dionysiani, ad exitū anni 1446,
D fluxerunt anni Arabici, & dies totidem. Nunc volo scire quotus ille sit annus Hegiræ. Abiice annos Arabicos 640, dies 220, a 1490.146. Et quia non potes, accommodata integritate, vt solet, aufer 500. a 1489. Relinquuntur anni Arabicæ Hegiræ 849, dies 280. Itaque anno Christi 1446 neomenia Muharram incidit in neomeniam Lunæ Martij.

TABELLA REDIGENDI ANNOS Arabicos, in Iulianos, & contra.

Ennea-decae-terides.	Anni Iuliani.	Anni Arabici	Dies.	Scrupul. diei.
1	19	19.	207.	0
2	38	39.	59.	0
3	57	58.	266.	0
4	76	78.	118.	0
5	95	97.	325.	0
6	114	117.	177.	0
7	133	137.	30.	0
8	152	156.	236.	0
9	171	176.	89.	0
10	190	195.	295.	0
11	209	215.	148.	0
12	228	235.	0.	50
24	456	470.	1.	40
36	684	705.	2.	30
48	912	940.	3.	20
60	1140	1175.	4.	10
72	1368	1410.	5.	0
84	1596	1645.	5.	50
96	1824	1880.	6.	40
108	2052	2115.	7.	30
120	2280	2350.	8.	20
132	2508	2585.	9.	10
144	2736	2820.	10.	0

TABVLA ANNORVM Expansorum.

Anni Iuliani.	Dies.	Horæ.	Scrupul.
1	10.	21.	204
2	21.	18.	408
3	32.	15.	612
4	43.	12.	816
5	54.	9.	1020
6	65.	7.	144
7	76.	4.	348
8	87.	1.	552
9	97.	22.	756
10	108.	19.	960
11	119.	17.	84
12	130.	14.	288
13	141.	11.	492
14	152.	8.	696
15	163.	5.	900
16	174.	3.	24
17	185.	0.	228
18	195.	21.	432
19	206.	18.	636

Martij. Nam 280 dies retro retexti de anno Iuliano desinunt in nouilunio Martij. Isque erat annus Hegiræ 850 iniens. Abiectis quater 210, remanent 10. qui est annus 10 periodi quintæ. Regularis primæ Triacontaeteridis est 2. qui additus decimi anni characteri componit feriam tertiam. Itaque 29 Martij fuit neomenia Muharram 850. Contra conuertamus annos Arabicos in annos Christi. In eodem exemplo 849 anni Arabici absoluti, cum diebus 280, deducto numero proxime minori 705, relinquunt annos Arabicos 144, dies 277, scrupul. 30. Rursus numerus proxime minor annorum Arabicorum 137, cum diebus 30 relinquit annos 7 Arabicos, cum diebus 247. Anni septem Arabici sunt minores Iulianis totidem, diebus 76, ex Tabula annorum expansorum. qui deducti de 247 relinquunt dies 170. 30′. Accipe numeros Iulianos congruentes Arabicis, nempe pro 705 Arabicis, 684 Iulianos: pro 137 Arabicis, 133 Iulianos. quibus adiice septem illos, quos æquasti cum Iulianis. Fiunt anni Iuliani 824, cum illis residuis diebus 170, 30′. Itaque a primo Muharram Muhammedico, ad exitum anni Christi 1446, tot annos & dies fluxisse certum est. Quibus adde radicem, annos 621, dies 195. Conflantur anni Iuliani a Christo, 1446, cum 30′ scrupul. diei, vt antea. Memineris tamen in Laterculi Muharram methodo, cum Lunatio Martij fuerit ante duodecimam Martij, tunc a Luna Martij, ad calcem anni, vndecim neomenias esse: ne forte mensem Decembrem pro vna Lunatione accipias, cum possint duæ in eodem mense contingere: vt in cyclo v, cum epacta est 25. Quod in annis Christi & cyclo Dionysiano expertus es, idem potes in annis & cyclo Iudaico, cum hac Tabula, quam tibi proponimus, eamque vocamus Tabulam conferendi neomeniam Tisri cum mensibus Arabicis. Annus hic agitur Christi 1594, Iudaicus 5355, ab hoc Septembri, in quo hæc scribebam. Volo scire, cui neomeniæ mensium Hegiræ conuenit Tisri anni 5355 propositi. Abiectis omnibus

TABVLA CONFERENDI NEOMENIAM TISRI Iudaici cum mensibus Hegiræ.

Anni cycli Iudaici.	0	19	38	57	76	95	114	133	152	171	190	209
3. 2. 1	9	4	11	6	1	8	3	10	5	12	7	2
6. 5. 4	10	5	12	7	2	9	4	11	6	1	8	3
8. 7	11	6	1	8	3	10	5	12	7	2	9	4
11. 10. 9	12	7	2	9	4	11	6	1	8	3	10	5
14. 13. 12	1	8	3	10	5	12	7	2	9	4	11	6
17. 16. 15	2	9	4	11	6	1	8	3	10	5	12	7
19. 18	3	10	5	12	7	2	9	4	11	6	1	8

A B C D

A bus 228, remanent anni 111: de quibus deductis proxime minoribus 95 in fronte Tabulæ propositæ, remanet annus 16 cycli Iudaici; qui a latere in aream Tabulæ, sub frontali numero 95, in communi cella, ostendit tibi mensem primum Arabum, id est Muharram, conuenientem mensi Tisri. Hæc, quia facilia sunt, pluribus exemplis non confirmabo. Itaq; dices Muharram 1003 Hegiræ, hoc anno Christi 1594, conuenire in Tisri 5355. Sed Iudaicus Tisri cæpit feria quinta, Muharram feria sexta. Abiectis omnibus 210 de 1003, remanent 163. de quibus rursus deductis proxime minoribus 150 ex Tabula characterismi periodi, remanet annus 13 Triacontaeteridos. Character numeri 150 est 6, qui cum charactere anni 13 compositus, hoc est cum 7, dat
B 6 feriam. Ergo Muharrā 1003 cæpit secunda Tisri. Hac expeditissima methodo recte neomeniam Arabicam cum Iudaica conferes. Sed & aliud exemplum adferamus, in quod omnes has methodos coniiciamus. Erasmus Osvvaldus, post cuius excessum publicatum est eius opus de septem Kalendariis, scribit se vidisse commentarium Aben Rascht in Hebraicum sermonem conuersum, in cuius calce ita scriptum reliquerat Paraphrastes Iudæus וְתִיתַת הַשְׁלָמוּתִי בַּעֲשִׂיַת הַבִּיאוּר הַזֶּה יוֹם שַׁבָּת הָרִאשׁוֹן לְחֹדֶשׁ רגב אֲשֶׁר שֶׁל שְׁנַת תקסה לְחֶשְׁבּוֹן הַיִשְׁמְעֵאלִים Absolui hoc opus enarrationis huius die Sabbathi, neomenia Regeb, anni æræ Ismaëlitarum Iↄ. LXV. In libro Osvvaldi est, תצסה non תקסה. quæ menda magnas tenebras mihi offudit in priore editione. Experiamur igi-
C tur in nostra methodo: Ex Tabula redigendi annos Arabicos in Iulianos, detrahe annos Arabicos proxime minores 470, diem vnum, de annis Arabicis 564 præteritis. Remanent anni Arabici 93, dies 353, de quibus rursus demptis annis Arabicis proxime minoribus 78, diebus 118, remanent anni Arabici 15, dies 235. Iam ex Tabula annorum expansorum, 15 anni Iuliani sunt totidem anni Arabici cum diebus 163. Deductis 163 de 235, remanent dies 72 cum annis 15 Iulianis. quos si iungas cum annis 456, 76, qui competunt omnibus annis Arabicis, fient anni Iuliani 547, dies 72. Quibus adde radicem Hegiræ ab annis Christi, annos nempe 621, dies 195. Fiunt anni Iuliani a Christo absoluti 1168, & dies præterea 267 de anno
D 1169. Dies 267 a Kalend. Ian. desinunt in 24 Sept. Ergo 25 Sept. cæpit annus Hegiræ 565, feria quinta. Abiectis de 565 omnibus 210, remanent anni 145. Numerus proxime minor 120 ex Tabula characterismi periodi habet characterem 1. qui cum charactere 25 anni Triacontaeteridis compositus, nempe cum 4 dat feriam quintam Muharram 565, vt propositum erat. Ergo ille annus cæpit cum Tisri Iudaico. Quod si Muharram cæpit feria quinta, ergo

Regeb

Regeb fuit Sabbatum. Nam character Regeb in Tabula mensium A
Hegiræ est 2: qui cum charactere Muharram compositus facit feriam septimam. Fuit igitur Regeb Nisan Iudaicus anni 4930. Abiectis omnibus 228, remanent anni Iudaici 142. Abiecto denique proxime minore numero 133 de fronte Tabulæ conferendi Tisri cum mensibus Iudaicis, remanet annus nonus cycli Iudaici, qui a latere inuentus in angulo communi sub 133, dat primum mensem Hegiræ, id est Muharram conuenientem in Tisri Iudaicum, vt iam dictum est. Character illius Tisri 3, 8, 616, feria tertia, Septembris 23. Anteuenit ergo neomeniam Muharram biduo. Nisan Iudaicus anno Christi sequente 1170 fuit 19 Martij, feria quinta, cyclo Solis 3. Ergo tertia die Nisan absolutus fuit liber Paraphrastæ illius. Sed aliquot exem- B
plis methodum Triacontaeteridos Arabicæ illustremus. Nam qui ex Tabulis Alfonsinis veram neomeniam mensium Arabicorum se haurire posse arbitrantur, tam frustra sunt; quam qui annos Arabicos sine charactere neomeniæ inuestigant; vt mittam errorem Alfonsinorum, qui notam vel characterem primi Muharram Hegiræ ponunt feriam v, quæ fuit vi, quamuis ita sit in codice Albateni. Anno Domini Dionysiano 1548, Nouembris 3, celebratum est Pascha Muhammedicum, anno Hegiræ 955. Priusquam hoc exemplo methodum nostram examinemus, sciendum est duplex Pascha ab illo nebulone institutum. Pascha maiusculum, quod ipse Behiram elkabir vocat; & Pascha minusculum, quod Behiram elzaguer dicitur. Prius C
celebratur semper neomenia Schevval: alterum autem in x Dulchagia mensis vltimi. Interuallum, menses duo solidi, dies x. Et sane amici nostri, qui hoc Constantinopoli obseruarunt, tantum interuallum inter vtrumque Pascha notarunt. quod & nos aliunde scimus. Porro Pascha minusculum vulgus illius ridiculæ & impuræ sectæ, vocat etiam Behiram Arraphoth. Is est mons non multum distans ab oppido Mecha, apud quem peregrinantes vota suscipiunt solemni illius minusculi Paschatis. Vnde etiam illud Pascha eo nomine Cazilar Behiram a Turcis vocatur. Quia Cazi Turcica lingua dicuntur peregrinantes homines & voti rei. Puto autem ab illo Plano Behiram institutum imitatione Christianorum : quod Christianorum D
Quadragesima semper maiore ex parte in Martium incurrit, cui Ramadhan Damascenus eo anno respondebat, quo cæpit Hegira. propterea ille nebulo reliquit Paschale solenne in neomenia illius mensis, qui Ramadhan proxime sequitur, quanquam iam soluto cyclo Hagareno vetere, & habenis anno vaganti laxatis. Alterum vero Pascha imitamentum τῆς νηστείας ἁγίων ἀποστόλων instituit. quæ νηστεία hodie in Ecclesiis Constantinopolitana, Antiochena, & Alexandrina seruatur.

Redea-

A Redeamus nunc ad Turcas nostros, quos diximus iam, anno Hegiræ 955, Christi autem 1548, Nouembris die tertia, feria septima, cyclo solis 17, Pascha maiusculum celebrasse, neomenia Schevval. Abiectis omnibus 210 de 955, remanet annus 25, periodi 90, cuius Regularis 3 characteri 4 anni 25 Triacontaeteridis adiectus dat neomeniæ Muharram characterem, feriam 7. Schevval autem semper incipit ab eadem feria, qua Muharram. Itaque certa est methodus. Rursus anno sequente 23 Octobris idem Pascha Constantinopoli celebratum, feria quarta, cyclo Solis 18. Adde 3 regulares vnitati anni 26. Redditur feria quarta neomeniæ Muharram. Ergo neomenia Schevval feria quarta. Sequenti anno Pascha tertio celebra-B tum, Octobris 12. feria prima, cyclo Solis 19. character anni 27 est 5. qui cum regularibus 3, abiecto septenario, reddit feriam primam in neomenia Muharram, & Schevval. Denique anno Christi 1560, Iunij 25, feria tertia, cyclo Solis primo, anno Hegiræ 967, idem Pascha celebratum. Erat annus 7 periodi 120. Regularis, vnitas. character anni 7, binarius. Ergo neomeniæ mensium Muharram, & Schevval, feria tertia. Nicolaus Clenardus, vir ad linguarum cognitionem & instaurationem natus, scribit ex Africa in quadam epistola sua, anno Dominico 1540, die Sabbathi, quod eo anno in 17 Aprilis incurrebat, fuisse Pascha Muhammedistarum. Videamus, quotus annus Hegiræ fuerit; deinde vtrum Pascha, maiusculum, an minuscu-C lum. Anni Christi præteriti 1539. De quibus deducta radice 621,195, remanent anni Iuliani 917, dies 170. De quibus rursus deduco proxime minores Iulianos 912. Quibus respondent anni Arabici 940, dies 3. Relinquuntur anni Iuliani v, dies 170. Ij anni sunt maiores Arabicis totidem, diebus 54, & ad 170 additi, constituunt annos Arabicos quinque, dies 224. Quibus iunge annos 940, dies 3. confit summa annorum Arabicorum Hegiræ præteritorum, 945, dierum 227. Erat ergo annus currens Hegiræ 946, cuius neomenia Muharram incidit in Lunam Maij, cyclo Lunæ primo: & fuit Pascha minusculum. Præterea erat annus sextus decimus periodi 90, cuius regulares 3 appositi characteri 6 anni sextidecimi, relinquunt feriam se-D cundam neomeniæ Muharram, in 18 Maij. Et sane 227 de 365 deductis, remanent dies 138. qui respondent 18 Maij. Rursus secunda feria Muharram apposita characteri Dulchagia dat feriam v neomeniæ, octaua Aprilis, cyclo Solis nono. Quare XVII Aprilis fuit decima Dulchagia, & proinde Pascha minusculum, & feria septima. Ita satis probauimus fidem methodi nostræ. Rursus in Chronico Arabico legitur primum certamen Muhammedi fuisse cum hostibus suis, qui legem eius reiiciebant, ad vrbem Mecham; Ramadhan 13, feria 6.

Ergo cæpit eius neomenia feria prima. Proinde annus ille cæpit a A
feria 3. Itaque fuit ſecundus Hegiræ, qui re vera cæpit a feria tertia; & in eo anno contigit pugna illa. Aliter potes annos Arabicos præteritos per 354 multiplicare, & quot Triacontaeterides fluxerint, toties vndecim dies addere, & reliquos quoque periodi ὑπερημέρους. Deinde congeriem illam per annos Iulianos diuidere, & quadrantes annorum Iulianorum de ſumma Arabica dierum, aut annorum detrahere. Exemplum: Dentur anni abſoluti Hegiræ 989. Qui per 354 multiplicati producunt dies 350106. Rurſus ſunt Triacontaeterides 32. quæ vndecies ductæ faciunt 352. deinde ſuperſunt anni 29, in quibus ſunt ἡμέραι περιτταὶ decem annorum ſcilicet ὑπερημέρων. Summa, dies περιτταὶ 362. Qui cum reliquis conficiunt ſummam dierum a Muhar- B
ram Muhāmedico, 350468. Rurſus ij per 365 diuiſi, dant annos Ægyptiacos 959, dies 433. Qui anni in Iulianos reducendi, pariunt de quadrante diurno dies 239, hor. 18. qui dies, neglectis horis, de 433 detracti, relinquunt annos Iulianos abſolutos 959, dies 194. Adiecta Radice annorum 621, dierum 195, fiunt anni Iuliani a Chriſto 1581, dies 24 abſoluti. A10 ergo vltimū diem anni 989 Hegiræ deſiuiſſe in 24 Ianuarij, & 25 eiuſdem Ianuarij eſſe neomeniam Muharram anni 990 ineuntis. quod verum eſt. Iam ſi vis ſcire feriam Muharram 990, abiice omnes ſeptenarios a ſumma dierum 350468. Remanent 6. quibus adiice radicem, feriam 6. Fiunt 12. Abiecto ſeptenario, vt ſemper fit in methodo feriæ, relinquitur character Muharram, feria 5, Ianuarij 25 anni C
M. D. LXXXII. Nam quod in hac methodo annorum Hegiræ abſolutorum Muhammedes Albateni Aractenſis præcipit 5 tantum, non autem 6, adiicere, equidem non capio: cum certiſſimum ſit, primum diem primi Muharram incurriſſe in feriam 6, eamque diem antiquitus Arabibus omnibus ſacram eſſe. Alioqui ſi mendum nō eſt in interuallo Terich Hegiræ, & Terich Iezdagird, nempe dies 3655, primus menſis Hegiræ fuerit non Muharram, ſed Dulchagia, feria 5, vt ipſe vult, 17 Iunij. Sed puto mendum eſſe 3655, pro 3625. Nam & Abdalla auctor Alkabitij habet 3624. Neque vero dubitandum eſt de veritate lectionis. Nam Albumaſar ait Iezdagird interfectum anno XI Elhegiræ, die 22 Rabie prioris, feria tertia. Regularis periodi o eſt 2. Addi- D
tus characteri anni X I dat feriam ſeptimam. Proinde neomenia Rabie prioris, feria tertia. Et 22 Rabie itidem feria tertia, qua interfectus eſt Iezdagird rex Perſarum. Atque hæc eſt hiſtoria & methodus annorum Hegiræ, quorum neomeniæ cum cæperint biduo integro poſt coitum, hoc eſt tertio die a coitu, oportet illas multum ab ipſo coitu vtriuſque ſideris ab initio abfuiſſe: Sed quia, vt inueniretur quædam præciſa methodus, vnus ſcrupulus exemptus eſt de 793 ſcrupulis men-

A lis mensis : fit, vt in anno pro 876, tantum 864 putentur: quod iam antea tetigimus. Quot igitur anni erunt, toties duodecim scrupulis anteuertet neomenia motus medij. Atque adeo in 90 annis vna hora Lunæ motus medius in anteriora enitetur: & cum hodie VI Septembris Iuliani anno Dominico 1594 cæperit annus Hegiræ 1003 : non dubium est, quin quot anni Arabici præterierunt, tot duodenariis scrupulorum Luna priscam epocham neomeniarum anteuerterit, nempe horis 10. $\frac{114}{1080}$. Hoc videntes studiosi Mussulmanorum conficiunt sibi tabulas Triacontaeteridis Arabicæ secundum medium motum, hoc est, vt anni character sit 4, 8, 876 : non autem 4, 8, 864. Deinde collectarum Triacontaeteridum aliam Tabulam conficiunt. Quarum ambarum Tabularum hæc methodus. volo scire nouilunium Muharram anni 1003 in hoc anno Christi 1594: quem Muharram supra ostendimus incurrere in Tisri Iudaicum 5355, cuius Tisri characterem supra exhibuimus 5, 3, 904. In Tabula annorum

(In the margin beside the paragraph above: B, printed beside the line beginning "bici præterierunt"; C, beside the line beginning "contaeteridum aliam Tabulam".)

TABVLA CHARACTERISMI NEOMENIARVM MVHARRAM à coniunctionibus mediis.

Anni expansi	Feria.	Horæ.	Scrup. 1080.	Feria.	Horæ.	Scrup. 1080.	Anni collecti.
1	4.	8.	876	5.	0.	360	30
2	1.	17.	672	3.	0.	720	60
3	6.	2.	468	1.	1.	0	90
4	3.	11.	264	6.	1.	360	120
5	7.	20.	60	4.	1.	720	150
6	5.	4.	936	2.	2.	0	180
7	2.	13.	732	7.	2.	360	210
8	6	22.	528	7.	4.	720	420
9	4.	7.	324	7.	7.	0	630
10	1.	16.	120	7.	9.	360	840
11	6.	0.	996	7.	11.	720	1050
12	3.	9.	792	7.	14.	0	1260
13	7.	18.	588	7.	16.	360	1470
14	5.	3.	384	7.	18.	720	1680
15	2	12.	180	7.	21.	0	1890
16	6.	20.	1056	7.	23.	360	2100
17	4.	5.	852	2.	1.	720	2310
18	1.	14.	648	1.	4.	0	2520
19	5.	23.	444	1.	6.	360	2730
20	3.	8.	240	1.	8.	720	2940
21	7.	17.	36				
22	5.	1.	912				
23	2.	10.	708				
24	6.	19.	504				
25	4.	4.	300				
26	1.	13.	96				
27	5.	21.	972				
28	3.	6.	768				
29	7.	15.	564				
30	5.	0.	360				

Radix Hegiræ.

4.	7.	112

Radix Muharram Indorum & Iulij Cæsaris.

7.	1.	940

In centum annis excrescit supra rationem Arabicam Hor. 1. 3'. 33''. 20'''. secundum Calculum Prutenicum. Itaque in annis 2400. erit προέμπτωσις Diei. 1. hor. 0. 7'. 6''. 4'''.

D collectorum accipe numerum proxime minorem, quam 1002 anni præteriti : hoc est numerum 840. quo de 1002 deducto, supersunt 162. de quibus iterum deductis proxime minoribus 150, supersunt anni 12 præteriti expansi. Iam collige characteres annorum 840, 150, 12. hoc est 7, 9, 360. 4, 1, 720. 3, 9, 792. qui compositi simul fiunt 7, 20, 792. His aggere characterem Radicis Hegiræ 4, 7, 112. Consurgit neomenia Tisri 5, 3, 904 : cum tamen, vt diximus, Muharram vno die serius secutus sit. Sed si vis ratiociniorum Arabicorum προέμπτωσιν perspicere, hoc potes ita. Hoc anno Christi 1594

sti 1594 syzygiæ Septembris congruit neomenia prima anni Indorum A 1690. Ex epilogismo Arabico debebat esse feria VI in VI Septembris. ex epilogismo autem superioris Tabulæ, siue Iudaico, qui idem est, debuit contingere feria V, Septembris quinta. Sed primus Muharram Indicus incidit in feriam VI, Kal. ipsis Iulianis, vtique citius vno die, quam æquum erat. Igitur eandem periodum esse oportet annorum Indicorum & Arabicorum: siquidem amborum eadem feria sexta est initium. Abiectis omnibus 210 de 1690, remanet decimus annus, cuius character vnitas cum 2 charactere primæ Triacontaeteridis compositus dabit feriam tertiam anni Indorum propositi 1690, Septembris 3. Sed quia coniunctio primi Muharram Iuliani incidit in Sabbatum, propterea addatur vnitas. Tunc esset B neomenia anni 1690 in quarta Septembris vno die citius, quam Tisri Iudaicus. Caussa est, quod in annis Arabicis 1690, tot $\frac{12}{1080}$ omittuntur de rationibus Lunæ, quot anni præterierunt. Ductis igitur annis præteritis 1689 in 12, fiunt horæ 18, 828. hoc est fere 19 horæ. Proemptosis igitur fere vnius diei facta est in periodis Arabicis, a Kal. Ianuarij Iulianis, ad hanc vsque diem. In 2160 enim annis Arabicis, iusta vnius diei fit προέμπτωσις. Propterea, vt dixi, studiosiores Muhammedani, siue Mussulmanin vtuntur epilogismis iis, quos habes in Tabula proposita, vt manifesto extant in meo Kalendario Persico: in quo menses duodecim positi sunt primo ordine, sed cum epocha. Nam primi mensis character est 4, 1, 86. Reliqui vndecim C per adiectionem 1, 12, 793. hoc est vnius syzygiæ compositi sunt. Secundo ordine sunt viginti anni expansi. Sed primi character est 1, 2, 160. Deinde reliqui 19 per adiectionem 4, 8, 876, qui est character vnius anni, crescunt. Tertio ordine sunt anni collecti per 3, 8, 240 crescentes, qui est character viginti annorum Arabicorum. Sed primi anni character est 5, 14, 586. Ita & menses & anni tam expansi, quam collecti habent Radicem suam. Quod sane mirum est: cum vna epocha, siue, vt vocant, Radix, satis sit cuiuis annorum collectioni quantumuis immani. Hæc ego non intelligo, quemadmodum multa alia, quæ sunt in eo calendario. vt neque id, quod magis miror, nempe quod in Calendario anni semper digesti sunt per 19, isque D annorum numerus vocatur ساطها, hoc est periodus Lunaris. Sed anni illi, quorum primi character est, 5, 14, 586, quique per adiectionem viginti annorum crescunt, vocantur quoque ساطها. quasi tam XX anni, quam XIX sint periodus Lunæ. Hæc ego illis, qui meliore ingenio sunt, inuestiganda relinquo. Est autem Kalendarium illud impeditissimis characteribus exaratum, vt non nisi peritissimos admittant.

A DE CYCLO IVDÆORVM KARRAIM.

HEBRÆORVM, & Mosicolarum summa καὶ ὁλοσχερὴς diuisio est in eos, qui πατροπαραδότους δευτερώσεις obseruant, & eos, qui ab eis alieni sunt. Δευτερώσεις sunt scita & traditiones Magistrorum. Qui sanctiones Magistrorum sequuntur, eorum duo genera extant in Ægypto in numerosam plebem diffusa: eaque inter se neque cultu numinis, neque fide diuersa, sed rituum tantum aliquot, & lectionum annuarum œconomia. Alteri eorum dicuntur Arabice الشاميين, Damasceni siue Syri. Alteri الاغريقيين
B Græci. Sed & vtrique appellationibus etiam Hebraicis distinguuntur. Nam Damasceni הישראלים id est, Israelitæ, vel Hebræi dicuntur. Græci autem בבלים, Babylonij: qui antiquitus a Ptolemæo Lago in Ægyptum traducti sunt, & sub Philadelpho Biblia tantum Græca in Synagogis cæperunt legere, quæ iussu Ptolemæi coacti sunt vertere: adeo vt pauci inter illos Hebraice scirent. quod non inuitus crediderit, qui Philonem eximium Iudæum ex ipsiusmet scriptis Hebraice nescisse cognouerit. Græci vero vel ἑλληνισταὶ cur dicantur, nunc ignorare non potest, qui sciuerit eos Græce tantum Biblia legere solitos. Babylonij autem, sunt cognominati, quod sint ex reliquiis eorum, quos ex Chaldæa in patriam reduxit Esdras: tametsi ni-
C hilominus Babylonienses erant etiam alteri, sed cognomine Hebræorum siue Israelitarum distincti, quod semper Hebraicis lectionibus operam dederunt. Syros cognominarunt, quod ex Syria recenter post excidium Hierosolymorum sub Romanis Imperatoribus in Ægyptum sponte, an vi immigrarunt. In Actis Apostolorum non semel vtrumque genus distinguitur ἑβραίων καὶ ἑλληνιστῶν appellatione. Isti meri Iudæi sunt, neque inter se vlla capitalia odia exercent, eorumque vnus est computus anni, quamuis in lectionibus & precibus immane quantum discrepent. Alterius generis Hebræorum, qui Magistrorum scita auersantur, alij legem tantum amplectuntur, nempe Samaritæ, alij præter legem, reliqua etiam Biblia. quæ cum
D vno nomine dicantur מקרא id est lectio, vel textus: propterea ex illis alteri dicti sunt קראים, id est Lectionarij, Scripturarij, Textuarij, vt alteri, qui scripta Rabbinorum non minore reuerentia, quam Legem ipsam sequuntur, dicti sunt רבנים Rabbinistæ, Magistrales. Arabice alteri ab alteris ita vocantur القراوون & الربانيون. Sed pauci sunt Karraim, pro portione Rabbanijm, qui per totam Europam diffusi sunt. Isti, quamuis meri Iudæi sunt, tamen inexpiabilia odia inter se exercent, neque ab alterutris exprimas, vt alteros saltem alloquan-

tur. Et ſunt iſti Karraim de reliquiis veterum Saddukæorum. Quia A igitur vtrique nullum inter ſe commercium, nihil commune habent, præter Bibliorum textum, iſti Karraim, ne cum Iudæis facere videantur, rationem neomeniarum diuerſam a Iudæis habent, cum Iudæi a coitu luminarium, illi ἀπὸ τῆς φάσεως neomenias putent. Quare eorum neomeniæ puræ putæ Arabicæ ſunt, menſium nominibus tantum cum Iudæis conuenientes. Qui igitur Arabicas neomenias tenet, is tenet & neomenias Karraim: & ex Laterculo neomeniæ Muharram, menſem Paſchalem Karraim cum Lunatione Dionyſiana comparare poteſt. Quare id docere, hoc eſſet actum agere. Porro horum Karraim ſynagoga etiam hodie eſt Conſtantinopoli. Aliæ ſunt in Palæſtina. B

DE CYCLO TESSARESKÆDECATITARVM ET VETVSTISIMORVM ASIÆ CHRISTIANORVM.

IN primordiis Eccleſiæ tum Apoſtoli, tum qui eos centum annis poſtea ſequuti ſunt, Paſcha ſemper Iudaice celebrarunt, vt teſtantur Euſebius, & hiſtoria vetus Eccleſiaſtica, & poſt omnes Nicephorus Calliſtus. Sed ſub Commodo ij, qui Iudaice Paſcha celebrabant, damnati ſunt hæreſeos à Victore Romano Epiſcopo, & aliis, quos ipſe in ſynodum conuocauerat. Differentia autem huius celebrationis duplex eſt. Aut enim in ratione Lunæ, aut in ritu. Ra- C tionis Lunæ item duplex differentia eſt. Aut enim in neomenia, quatenus neomeniæ tripliciter vſurpatæ ſunt à veteribus, vt in anno Græcó diſputauimus : aut in emboliſmo. Neomeniæ enim aut κατὰ σύνοδον, quales priſcorum Atticorum, aut κατὰ ἐξαυγασμόν, quales veterum Chaldæorum, aut κατὰ σχῆμα μηνοειδὲς putantur, quales ſunt Arabum. Emboliſmi differunt pro ratione capitis cyclorum : quandoquidem alij aliunde cyclos ſuos ordiuntur. vt Iudaici cycli annus primus eſt tertius noſtri in Tiſri, & quartus in Niſan. Hoc modo Chriſtianorum menſis Paſchalis aliquando incurrit in Ijar Iudaicum, idque in cyclo 8, & 19. Ritus autem τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν differebat interdum ſolo tempore a ritu Europæorum : quod Europæi Dominica D die πάσχα ἀναστάσιμον celebrandum cenſerent, τεσσαρεσκαιδεκατῖται autem πάσχα σταυρώσιμον XIIII Luna celebrabant : Interdum Lunationibus, in cyclis 8, 19, vt diximus. Quis autem, aut cuiuſmodi fuerit cyclus iſte τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, etiam me tacente ſciunt, qui Euſebium, & auctores Eccleſiaſticæ hiſtoriæ legerunt. Nam qui per omnia Apoſtolos hac in re imitarentur, & permulti ex illis ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum tranſiſſent, non obſcurum eſt,

A rum est, eorum cyclum merum Iudaicum fuisse, & dé periodo Alexandrea Iudæorum peti solitum. Porro perperam scribit Epiphanius, τεσσαρεσκαιδεκατίτας gloriari solitos se compertum habere ex Actis Pilati, Christum passum fuisse VIII Kalend. Aprilis. cuius opinionis fuit Augustinus. Sed qui hoc potuit? cum neomenia Nisan incidat in 12 Martij, quoties 25 Martij est 14 Nisan. Atqui æuo illo hoc non potuit contingere nisi cyclo 13, idque in anno Hagareno, in annis 19, 38, 57, periodi. Atqui tunc Iudæorum neomeniæ vno die tardiores erant propter προέμπτωσιν. Non igitur potuit accidere. Quod si cyclo 13 passus esset Christus, duos tantum annos prædicasset: quod est absurdum, quamuis id multi Patrum crediderint, & B scriptis prodiderint. Eiusmodi plura extant apud illum eruditum Patrem, & alios veteres, præsertim Eusebium: quæ sane cum delectu sunt legenda.

DE OCTAETERIDE ET TESSARESDECAETERIDE PASCHALI.

ERRORES in celebratione Paschatis, item dissensiones, quæ ex hoc fonte in Ecclesias deriuatæ sunt, non ex solis Quartadecimanis propagati sunt, sed a diuersis cyclis Lunæ. Nam fuerunt, C qui Octaeteridem vsurparent ex syzygiis Philolai, quæ fuerunt vndetricenum dierum cum semisse. annus autem Lunaris ex illis constitutus erat dierum 354 præcise sine vllis appendicibus horarum, aut scrupulorum. Octo huiusmodi anni communes erant dierum 2832. Quibus accedebant embolimi menses tres τριακονθήμεροι. Summa dierum Octaeteridis Paschalis 2922. Iam octo anni Iuliani cum quadrantibus totidem dies efficiunt. Hinc putarunt præcisam ἀποκατάστασιν fieri. Sed hæc Octaeteris solido biduo deficit a vera Lunari: Est autem mera Octaeteris Cleostrati, vt supra demonstratum est. Quare non mirum, si propter errores, qui hinc sequebantur, factum, vt sæpe rixæ & tumultus suborirentur. Meminit huius D Octaeteridis Ecclesiastica historia, item Epiphanius contra Audianos. Sed non melior Tessaresdecaeteris, quam non solum, vt probam & legitimam adducit idem Epiphanius, sed Iudæos non aliam rationem in anno Lunari sequi vult, quam illius Methodum. Verba eius de Iudæis hæc sunt: προστιθέασι γὰρ τῷ σεληνιακῷ δρόμῳ μετὰ τὰς τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας καὶ ἄλλας κατ᾽ ἔτος τέσσαρας ὥρας, ὡς εἶναι εἰς τὰ τρία ἔτη ἡμέραν μίαν. Manifesto intelligit horas, quantarum duodecim est τὸ νυχθήμερον. At falsum erit

vnam tantum diem post triennium accrescere, cum relinquantur post A triennium dies duo, horæ 18, quantarum 24 est totum; aut 9, quantarum 12. Adiicit: διὸ παρ' αὐτοῖς πέντε μῆνες τελοῦνται ἐμβόλιμοι εἰς ἔτη δεκατέσσαρα. Quatuordecim ergo annis cyclum Iudaicum definit, cum in illo interuallo ὑπεροχὴ Solaris sit dierum quatuor, hor. 16, 1051. Sed neque vlla præcisa ratio ita confici ex illa Tessaresdecaeteride potest. Quatuordecim anni Iuliani fiunt dies 5113, horæ 12. Anni Lunares totidem simplices 4956. Differentia dies 157, 12. De quibus intercalentur τριακονθήμεροι menses v. Remanent dies $7\frac{1}{2}$. Deinde quatuor horæ quatuordecies constituunt dies quatuor, horas 8. quæ summa de diebus $7\frac{1}{2}$ detracta relinquit differentiam veræ Tessaresdecaeteridis; & falsæ, dies $2\frac{1}{4}$. En ratio præcisa. Tamen & in Palæstina, & B inter Iudæos & Samaritanos adeo illum ex eius scriptis versatum patet, vt ex illis scire potuerit, quisnam eorum anni ciuilis status & forma esset. Sed omnes veteres scriptores hac in parte negligentiæ culpa liberare non possum.

DE HECCÆDECAETERIDE HIPPOLYTI EPISCOPI.

OCTAETERIDA primam fuisse institutam ante omnes alias periodos Lunares, ex iis, quæ supra strictim demonstrauimus, constare potest. Dionysius quoque Alexandrinus etiam C post alios Octaeterida instituit: in qua ostendit Pascha ante XXII Martij rite celebrari non posse, in epistola, quam ad Domitium & Didymum scripsit, & Canoni Octaeteridos suæ præfixit. In qua, vt inquit Eusebius, καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος. Producebat enim, vt puto, vetustissimum Canonem, εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω. Correxit igitur annum quendam Octaeteridis, quem ex communi embolimæum fecit, vt manifesto ostendit Epistola; ne Pascha ante XXII Martij celebraretur. An post hunc Dionysium, an vero ante, periodum suam D XVI annorum scripserit Hippolytus, hoc vero diuinare est. Id vnum exploratum habemus, hunc nostrum Hippolytum nihil noui ad hanc rem attulisse; vt aliquid in embolismis, aut neomeniis innouauerit. Sed vidit ille in duabus Octaeteridibus aliquam seriem feriarum esse, vt semper XVII annus incipiat a feria proxime antecedente illam, a qua primus annus cœperat. Exemplum. Incipiat primus annus a feria prima. Annus decimusseptimus incipiet a feria proxime

A xime antecedenti, nempe a Sabbato; deinde annus tricesimus tertius a feria sexta: quadragesimus nonus a feria quinta: & ita per orbem, donec compleantur XIIII octaeterides, quæ sunt septem ἑκκαιδεκαετηρίδες. Etiam hoc habet insigne hæc periodus, quod annus vltimus incipiat ab eadem feria, a qua primus. Quæ omnia potes videre in subiecta Tabula Canonis. Hoc modo & capite & calce sibi tota similis est periodus ἑκκαιδεκαετηρική. Nam series feriarum capitis Z, ς, E, Δ, Γ, B, A, occurrit eadem serie immutabili in limbo. Hæc ratio fuit, quare ἑκκαιδεκαετηρίδα, potius, quam ὀκταετηρίδα, amplexus sit. Quæ omnino puerilis est, vt suo loco demonstrabitur, & vitia huius periodi declarabuntur.

B

HECCÆDECAETERIS PASCHALIS HIPPOLYTI EPISCOPI, ab anno primo Imperatoris Alexandri.

EMBOL.	III IDIB. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	I
	IIII. NON. APRIL.	D	C	B	C	B	A	G	II
BISSEX.	XII. XI. KAL. APRIL.	A	G	F	E	D	C	B	III
EMBOL.	V. EID. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	IIII
	IIII. KAL. APRIL.	D	C	B	A	G	F	E	V
	XV. KAL. APRIL.	A	G	F	E	D	C	B	VI
EMBOL. BISSEX.	NON. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	VII
	VIII. KAL. APRIL.	D	C	B	A	G	F	E	VIII
EMBOL.	EIDIB. APRIL.	C	B	A	G	F	E	D	IX
	IIII. NON. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	X
BISSEX.	XII. XI. KAL. APRIL.	D	C	B	A	G	F	E	XI
EMBOL.	V. EID. APRIL.	C	B	A	G	F	E	D	XII
	IIII. KAL. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	XIII
	XV. KAL. APRIL.	D	C	B	A	G	F	E	XIIII
EMBOL. BISSEX.	NON. APRIL.	C	B	A	G	F	E	D	XV
	VIII. KAL. APRIL.	G	F	E	D	C	B	A	XVI

C

D

DE

DE CYCLO PASCHALI ALEXANDRINORVM. A

QVANTVM antiquitus in Ecclesia turbatum sit propter Paschalis cultus obseruationem, & ij sciunt, qui historiam Ecclesiasticam legerunt, & nos quædam paulo ante delibauimus, cum ostendimus in hac celebratione dissensum fuisse dupliciter: in die, & in mense. In die, cum Tessarescædecatitæ omni plenilunio, reliqui dominica proxima post plenilunium Pascha celebrarent. In mense, cum alij plenilunio proximo post æquinoctium vernum, alij plenilunio ante æquinoctium. Quæ diuersitas contingebat ex embolismis, cum aliis gentibus idem annus embolimæus esset, qui aliis communis. Diuersitas vero embolismorum nata ex eo, quod alij Octaeteri- B das amplecterentur, alij Tessarescædecaeteridas, alij Heccædecaeteridas. Hoc videntes periti Alexandrinæ Ecclesiæ, ita tumultus & turbas in Ecclesia componi posse putarunt, si ratio & modus periodorum Lunarium, quibus hactenus vtebatur Ecclesia, mutaretur. Itaque ad veterum Græcorum, atque adeo Iudæorum epilogismos confugerunt, præsertim cum quotidie Iudæi Christianis merito exprobrarent Paschatis celebrandi nullam aliam rationem iniri posse, quam eam, quæ inter ipsos vsitata erat. Quam Iudæorum ostentationem stomachabundus castigat Imperator Constantinus epistola ad Ecclesias de Actis Concilij, ἔστι γὰρ, inquit, ὡς ἀληθῶς, ἀτοπώτατον ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ ἦμεν ἱκανοί. Sed Iudæi recte Christianorum supinitatem arguebant, inter quos hactenus nemo extitisset, qui rem Iudæis, Chaldæis, Syris, Hagarenis, Samaritanis, Græcis tritissimam ignorarent, Lunæ ἀποκατάστασιν in XIX annis Iulianis fieri. Non tulerunt igitur hoc Ecclesiæ Ægypti, & abrogatis Octaeteridibus, Heccædecaeteridibus, & aliis ineptis periodis, Enneadecaeterida construxerunt, cuius primus annus incidit in 314 Actiacæ victoriæ, cyclo Dionysiano XIX, cyclo Solis XIII. Neomenia Lunaris & Thoth conueniebant in vnum, feria VI. Neomenia hodierna Tisri 4045 translata fuisset in secundã Thoth propter Adu. Ab hoc principio cæptum ab Ægyptiis putare initia imperij

Dies Thoth.	Cyclus Lunæ.	Dies Paophi.	Cyclus Lunæ.
1		1	
2		2	
3		3	
4		4	XVI
5		5	V
6		6	
7		7	XIII
8		8	II
9		9	
10		10	X
11		11	VIII
12		12	XVIII
13		13	VII.
14		14	
15	XV	15	
16	IIII	16	
17		17	
18	XII	18	
19	I	19	
20		20	
21	IX	21	
22		22	
23	XVII	23	
24	VI	24	
25		25	
26	XIIII	26	
27	III	27	
28		28	
29	XI	29	
30	XIX	30	

C

D

A imperij Diocletiani, eoq; ad hanc vſque diem vtuntur Eccleſiæ tam Ægypti, quam Æthiopiæ in epilogiſmo Paſchali, propter cyclum Thoth Diocletiani. Adeoque Eccleſiis omnibus hæc ratio placuit, vt non ſolum ipſæ cyclos ſibi ſimiles inſtituerint, ſed & ſi quando controuerſia de ſolenni Paſchatis incurreret, ea de re ad Alexandrinam Eccleſiam referretur: quod alibi tetigimus. Imo cura denunciandæ ſolennitatis Paſchalis Romano Epiſcopo delegata fuit Alexandrino antiſtiti per Imperatorem, vt luculentiſſime traditur a Beda, xlii cap. de ratione temporum. Huius cycli plerique veterum meminerunt: ſed & inter alios Ambroſius epiſtola lxxxiii, lib. x, in hæc verba: *Anno* lxxx, *ex die imperij Diocletiani, cum* xiiii
B *Luna eſſet* ix *Kalend. Aprilis, nos celebrauimus Paſcha prid. Kalend. Aprilis. Alexandrini quoque & Ægyptij, vt ipſi ſcripſerunt, cum incidiſſet* xiiii *Luna* xxviii *die Pharmuthi menſis, celebrarunt Paſcha quinta die Pharmuthi menſis, quæ eſt pridie Kal. Aprilis. & ſic conuenere nobiſcum.* Hoc accidere non potuit, niſi anno Chriſti 373. Tunc enim terminus Paſchalis fuit 24 Martij, cyclo Lunæ 13, litera dominicali F, cyclo Solis 18. Quare error eſt lxxx ex die imperij Diocletiani, pro lxxxix: item xxviii die Pharmuthi, pro Phamenuthi. Quare corrigatur locus optimi & Chriſtianiſſimi ſcriptoris. Primi igitur omnium Chriſtianorum Alexandrini & cyclum decemnouennalem inſtituerunt, & epactas docuerunt, quæ in primo, aut ſe-
C cundo menſe, hoc eſt in Thoth, aut Paophi, nouilunium indicarent. Annus enim Lunaris duodecim menſium alternis plenorum & cauorum eſt: exceſſus autem Solis ſupra illum, dies xi: qui detracti de menſe relinquunt xix epocham nouilunij. Secundo anno exceſſus erit bis xi. qui detractus de menſe relinquit epocham nouilunij in viii menſis. Tertio anno ter xi dies ſunt maiores menſe. Detracto menſe, relinquuntur iii dies exceſſus, qui de menſe deducti relinquunt epocham neomeniæ in xxvii menſis. Ita ſemper proceditur per incrementum xi, & detractionem menſis Lunaris, vbi opus eſt. Hæ dies ὑπεροχῆς ἡλιακῆς vocatæ ſunt ab Alexandrinis ἐπακταὶ: quæ cum detractæ fuerint de menſe, reliquum vocatur ἀποτομὴ a Græcis,
D voce Geometrica, vt vſurpatur ab Euclide propoſit. lxxiiii libri x. Arabes vocant مقطع. Ἐπακταὶ dictæ ideo, quod vt Luna Solem conſequatur, adiiciendæ ſunt: quaſi aſcititias dicas. Hæc fuit prima origo Epactarum, quæ temporibus Diocletiani antiquior non eſt: cum tamen hodie quidam acuti eas a Cæſare ſimul cum anno Solari excogitatas dicant. Imo ne vſus quidem earum ſtatim in vulgus. Longe enim poſterior illa res, quam cyclus. Sed & Euſebius alium

alium postea cyclum Græcis instituit, qui nihil aliud est, quam Alexandrinus. Non enim vllum commentus est: sed Alexandrinum Græcis publicauit: quod ex XLII capite Bedæ de ratione temporum constat. Itaque ex Ambrosio cognoscimus semper Græcis cum Alexandrinis de celebratione Pascha conuenisse, Occidentales autem ab ipsis discrepasse in cyclo 8, & 19. De quorum Occidentalium cyclo dicendum. Vsus Epactæ & Apotomes hic est. Detracta Epacta de diebus mensis, reliquum dicitur Apotome, eique apponitur cyclus. Exemplum. Quando cyclus est IIII, Epacta est 14, quæ detracta de 30 diebus mensis relinquit 16 diem mensis apotomen, cui apponitur IIII nota cycli. Sic cum cyclus est XVII, Epacta 7 de 30 diebus detracta relinquit apotomen 23 diem mensis: cui apponitur XVII, cyclus nempe illius anni. Apotomæ igitur notant nouilunia in diebus mensis. Et hoc per totum annum, ac deinceps singulæ notæ per totum cyclum.

(The margin letters A and B stand in the right margin beside the first line and beside the "XVII, cyclus" line.)

DE CYCLO PASCHALI OCCIDENTALIVM SIVE LATINORVM.

MIRVM Victorem Episcopum Romanum expostulasse cum Asianis, quod nullum aliud Pascha agnoscerent, præter XIIII Nisan Iudaici, cum ipse interea nullo certo Canone ad Paschalem neomeniam deprehendendam vteretur: siquidem octaeteride & heccædecaeteride rem explicabant: quo consequebantur, vt eo nomine a Tessarescædecatitis riderentur, qui neomeniis pure Iudaicis vtebantur. Quin postea quem cyclum admiserunt, is merus erat Iudaicus, & non alius, quam Tessarescædecatitarum: cuius exemplum infra subiecimus. In omnibus igitur conueniebat inter vtrosque, præterquam in cyclis 8, & 19 Alexandrinorum. Nam cum ij sint Embolimæi, in Occidentalium cyclo erant communes, vtpote cum octauus Alexandrinus sit quintus Occidentalis, 19 autem Alexandrinus sit sextusdecimus Occidentalis. Ita Occidentales Itali, Hispani, & Galli Pascha in Nisan Iudaico celebrabant, Alexandrini autem & Græci in Ijar Iudaico. Quare annis Christi 330, 349, 387, in quibus currebat cyclus Alexandrinorum octauus, item in annis 341, 379, qui inciderunt in annum 19 eiusdem cycli Alexandrini,

(The margin letter C stands in the right margin beside the "octaeteri-" line, and D beside the table.)

	Cyclus Alexandr.	Cyclus Occidentalium.	
	1	17	Emb.
	2	18	
Emb.	3	19	Emb.
	4	1	
	5	2	
Emb.	6	3	Emb.
	7	4	
Emb.	8	5	
	9	6	Emb.
	10	7	
Emb.	11	8	Emb.
	12	9	
	13	10	
Emb.	14	11	Emb.
	15	12	
	16	13	
Emb.	17	14	Emb.
	18	15	
Emb.	19	16	

A drini, Latini Pascha in Nisan, Alexandrini, & Græci in Ijar celebrarunt. Victorinus in prologo suæ magnæ periodi ita scribebat: *Latini a* III *Nonarum Martiarum, ad* IIII *Nonas Apriles, diebus scilicet* XXIX, *obseruandum maxime censuerunt, vt quocunque eorum die Luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium, cuius Luna decima quarta si feria sexta prouenerit, subsequens Dominicus, id est Luna decima sexta, festiuitati Paschali sine ambiguo deputetur. Sin autem die Sabbati plenilunium esse contigerit, & consequenti Dominico Luna decimaquinta reperiri, eadem Hebdomada transmissa, in alterum diem Dominicum, id est, Lunam vicesimam secundam, transferri debere Pascha dixerunt: ne minus eiusdem Dominici peragendo* B *mysterio destinarent, quam sextamdecimam: nec amplius, quam vicesimam secundam Lunam aliquando reciperent, eligentes potius in Lunam vicesimam secundam diem festi Paschalis extendi, quam dominicam Passionem ante Lunam quartamdecimam vllatenus inchoari. Quartasdecimas porro Lunas mensis eiusdem a* XV *Kalendarum Aprilium vsque in* XVI *Kalendas Maias asserunt esse seruandas.* Hactenus Victorinus. Vbi vides manifesto quartamdecimam vocari plenilunium: quia neomeniæ Christianorum Paschales sunt ἀπὸ φάσεως. Porro multa sunt in verbis Victorini, quæ merito reprehendas, si ad examen conferantur.

C

DE PERIODIS PASCHALIBVS THEOPHILI, CYRILLI, VICTORINI, VICTORIS, DIONYSII EXIGVI.

QVAMVIS de Paschatis prisco ritu apud Christianos aliquid superiore capite tetigimus, tamen locus hic postulat, vt de ea re amplius dicamus. Omnes veteres Christiani Pascha ad annum Lunarem dirigebant, hoc solo ad eam rem κανονισμῷ vtentes, atque eo putantes se vestigiis Mosis & Iudæorum insistere. Sed duplex erat differentia. Altera est, quod alij citius, alij serius aliis menses intercalabant. Nam Asiani, qui Ioannis Euangelistæ, & aliorum, D qui Apostolorum æquales fuerunt, vestigia sequebantur, mero anno Iudaico vtebantur. Europæi vero cyclum suum ad æquinoctium componebant, & proximo post æquinoctium plenilunio Pascha celebrabant. Hæc erat differentia in mensibus. Altera differentia erat in die: quod alij videlicet Iudaice in XIIII Nisan, alij proxima post quartamdecimam Lunam die Dominica, solemnitatem Paschalem indicebant. Imo aliud tertium genus erat hominum, qui priuatum & proprium morem haberent. Nam quia veteribus persuasum erat

Christum passum VIII Kal. Aprilis. Gallicanæ Ecclesiæ, quacunq; die A VIII Kal. Aprilis fuissent, in ea die Pascha celebrabant. Auctor Beda de Temporum ratione, cap. XLIIII. Hinc contentiones ortæ a temporibus vsque Victoris Episcopi Romani hactenus Ecclesiam agitarunt, donec vtrique malo per patres Nicenos occurreretur. Hi differentiam primam, quæ erat in embolismis, ita composuerunt, vt Paschalem quartamdecimam eam statuerent, quæ proxime æquinoctium sequeretur, quod tunc deprehendebatur in XXI Martij. Alteram differentiam, propter quam capitalia odia in Ecclesiis succreuerant, nihilominus sustulerunt, indicta celebritate Paschatis in eam Dominicam, quæ XIIII diem paschalem sequeretur. Ita duo sublata à consessu Niceno, diuersitas embolismorum, & diuersitas diei. Nam an- B tea non conueniebat inter Ecclesias Orientis, & Occidentis. Europæi πάσχα τῦ ἀναστασίμου rationem habebant: Asiani πάσχα τῦ σταυρωσίμου: quod Christiani πάσχα νομικὸν & πάσχα ἰουδαϊκὸν vocant. Huic generi hominum nomen factum αἱρέσεως τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, vt iam diximus. Neque tamen statim post Nicenam synodum a dissensionibus temperatum. Iam sexcenta millia cyclorum, Octaeteridum, Tessareskædecaeteridum ab omnibus otiosis edita nihil aliud quam inscitiam auctorum detegebant. Cyclus quidem Lunaris ostendebat epochas quartarum decimarum Paschalium; quos Terminos Paschales Computatores vocant. Sed quotiescunque ipsi termini in dominicam incidebant, maxima pars Ecclesiarum in ipsa quarta decima C πάσχα διαβατήριον celebrabant: reliqui autem in dominicam proxime sequentem transferebant. Ita nullus finis erat dissentiendi. Tandem Computatoribus visum non aliter has lites componi posse, quam si vt Terminorum Paschalium, ita feriarum quædam periodus, aut cyclus instirueretur, quo vertente, omnis ratio feriarum & terminorum Paschalium in orbem rediret. Primus omnium, quod quidem sciamus, eam rem aggressus est Cyrillus Alexandriæ Episcopus, excogitata annorum nonaginta quinque periodo, quam ob id ἐνενηκονταπενταετηρίδα vocauit, eamque additis festiuitatis Paschalis rationibus Ecclesiis publicauit: cuius periodi initium consurgebat ex anno Diocletiani nonagesimo septimo, Christi vulgari 381, Postumio Syagrio v. c. D

ELENCHVS PERIODI THEOPHILI ET CYRILLI.

Cyclus Solis.	Litera Domin.	Cyclus Solis.	Litera Domin.
12	G	20	D
23	G	3	D
6	G	14	D
17	AG	25	ED
28	A	8	E
11	A	19	E
22	A	2	E
5	BA	13	FE
16	B	24	F
27	B	7	F
10	B	18	F
21	CB	1	GF
4	C		
15	C		
26	C		
9	DC		

Fl. An-

A Fl. Annio Eucherio coss. cum anno antecedente cæpiſſet dictus annus Diocletiani. Sed eam rurſus caſtigauit Theophilus eiuſdem vrbis Epiſcopus, edita totidem annorum, ſed caſtigatiore, vt ipſi videbatur, ſumpto initio ab anno Chriſti 437, qui erat Diocletiani 153, Fl. Sigeuulte v. c, Fl. Aëtio v. c, Mag. vtr. milit. coss. Dionyſius Abbas cognomine μικρὸς ſcribit periodũ ipſius Cyrilli cæpiſſe ab anno Diocletiani 153, vt quidem a nobis poſitum eſt. Sed quidam Chronologi contrarium in ſuis indicibus temporum annotarunt: inter quos Florentius Wigornienſis monachus ait Theophilum orſum periodum ſuam anno Diocletiani 153 (XCVIII) Chriſti 380, Cyrillum autem ſuam anno Chriſti 437. Nos melioribus
B auctoribus, Dionyſio & Gennadio, contrarium ſecuti ſumus: quorum alter, vt diximus, ait eam periodum inire ab anno Chriſti 380, id eſt Diocletiani 153 (XCVII) alter vero ait Theophilum eam obtuliſſe Theodoſio ſeniori. Id vero plane conuenit anno Chriſti 380. Sed hæc omnia a veteribus perturbationis plena producuntur. Res ita habet. Theophilus Alexandrinus Epiſcopus inſtituit periodum magnam quinque cyclorum: quo nomine eam ἐνενηκονταπενταετηρίδα vocat, initio eius ducto a priſca epocha Diocletianea, cuius magnæ periodi vltimus annus erat Conſulatus Auſonij, anno Chriſti 379. Anno autem 380, qui erat primus Theodoſij ſenioris, itemque primus cycli Paſchalis, inibat ſecunda periodus. Anno vero 437, qui
C erat quinquageſimus octauus periodi ſecundæ, Cyrillus Alexandrinæ ſedis Epiſcopus aliam totidem annorum inſtituit, additis, vt Theophilus fecerat, ſolennitatibus. Itaque Gennadius de Theophilo ita ſcribit: *Paſchalem etiam recurſum, quem apud Nicenam ſynodum, poſt nonaginta & quinque annos agi in tempore & die & Luna ſecundum ſuum ſtatum inuenerat, additis quibuſdam feſtiuitatis rationibus, & expoſitionibus Theodoſio principi obtulit.* Cum hæc ita ſint, mirum, cur Leo Papa in Epiſtola ad Marcianum Auguſtum ſcribat, eam periodum non 95, ſed 100 annorum fuiſſe. Vnde periodum illam centenariam vocat, item centenariam ſupputationem. In epiſtola quoque LXXXIII ad Eudoxiam Auguſtam ita ait: *Sanctæ*
D *memoriæ Theophilus ad Auguſtum Theodoſium ſeniorem ſcribens, per centum annos a primo prædicti principis Conſulatu digeſsit ordinem diei feſti, cuius inſtructionis ſeptuageſimus quartus nunc annus euoluitur Opilione conſule.* Quis vnquam credat 95 annos eſſe 100? Sigebertus quoque hunc auctorem ſequutus ridicula de hac periodo ſcribit. Vide locum. Ac ſane non ſolum vitioſa, ſed ridicula eſt hæc periodus. Nam 84 annis, qui ſunt tres cycli Solares, detractis de 95 annis, remanet annus cycli vndecimus. Itaque ſi anno XII cycli, a quo

proxime sequitur bisextum, perpetuo addantur vndecim, primus annus primæ periodi, secundæ, tertiæ, & quartæ incipiet a litera G. annus vero primus quintæ, sextæ, septimæ, octauæ inibit a litera proxime sequente, nempe ab A. & sic deinceps, vt habes in Tabella superiori. quod potes periclitari in annis Christi. Anno Christi 535, cyclus Solis XII, litera Dominicalis G, Terminus 2 Aprilis, feria secunda. Hoc continuatur annis sequentibus 630, 725, 820, cyclis Solis 23, 6, 17. Sed annis sequentibus 915, 1010, 1105, 1200, erit feria prima, cyclis Solis 28, 11, 22, 5. Reliqua per te potes experiri. Hac Theophili & Cyrilli hallucinatione deprehensa, Victorinus (Victorius dicitur Bedæ, & aliis) natione Aquitanus, inuitatus ab Hilario Sardo Romæ Episcopo, commentus est periodum satis elegantem, ductis annis cycli Solaris in annos cycli Lunaris, qui fiunt omnes anni 532, quorum orbe feriæ, & Termini Paschales ad initium suum recurrunt. Quod sane prudenter ab eo factum, siquidem neomeniæ vni diei affixæ essent in Kalendario, neque vno die in anteriora per 304 annos eniterentur. Initium huic magnæ periodo a Kalend. Ianuraij anno, in quem contulit baptismum Christi, qui erat, vt ipse putauit, XV Tiberij, consulatu duorum Geminorum, cylo Solis vndecimo, Lunæ duodecimo; anno periodi Iulianæ 4743. Eamque periodum continuauit circiter vsque ad tempora sua appositis a latere paribus Consulum, vt vidimus in peruetusta magni illius Cuiacij membrana, maiusculis literis, quas capitales vocant, perscripta. Sed fœdissimi errores erant, tam in Consulum nominibus, culpa librariorum; quam in Terminis Paschalibus & dominicis resurrectionis, negligentia ipsius Victorini. Neque melior est codex, quem penes nos habemus. In vtroque codice nomen Victorini, non Victorij præferebatur. His erroribus tam Paschalium Terminorum, quam τῶν κυριακῶν ἀναστασίμων manum admouit Victor Capuæ Episcopus, qui huius periodi elenchum scripsit anno Christi 550, qui erat nonus post Consulatum Basilij Iunioris. Hoc enim colligimus ex verbis ipsius Victoris. *cum*, inquit, *Paschalis veneranda solennitas quanam die potissimum proueniret, per anni præsentis Indictionem tertiamdecimam. a nobis solicite quæreretur, & iuxta Patrum venerabilia Constituta octauo Kalendarum Maiarum diceremus resurrectionem Domini proculdubio celebrandam: aliquibus minime rationabilis visa est nostra responsio: eo quod Victorius quidam in circulo Paschali, quem edidit, aliter diem dominicæ resurrectionis affixerit, licet & hunc designauerit, quem nos celebrandum pariter profitemur.* Post: *Sed nunc, inquam, ordo expetit, vt cyclorum, quos Victorius edidit, patefaciam euidenter errores, dum nescit legitimum*

diem

A *diem definire Paschalem: vt cum in præteritis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in præsentibus ac futuris, & auctoritate careat, & occasionem praua persuasionis amittat.* Hæc omnia igitur non potuere concurrere, nisi in annum Christi 550, nempe vt indictione tertiadecima Pascha αἰασίσιμον conueniret in XXIIII Aprilis. Igitur scripsit, post tempora Iustiniani, & quidem post Dionysium μικρόν. Mirum igitur, cur Dionysij nullam fecerit mentionem, si Dionysius Victorini, siue Victorij periodum emendauit. Hæc igitur Victoriniana, siue Victoriana periodus interpolata est a Dionysio, non solum in Terminis Paschalibus & Dominicis resurrectionis, sed etiam in capite, quod quidem non a baptismo, vt Victorinus, sed a prima B Paschali quartadecima deducit, in mense Martio. Itaque periodi auctor Victorinus, emendator autem Dionysius, qui hac interpolatione precium eius accendit, & dignitatem illi commendatione sua quæsiuit: adeo vt apud posteritatem non Victoriniana ab auctore, sed Dionysiana a recensitore dici meruerit. Sero tamen in Ecclesiis Galliæ locum habuit, quæ adhuc Victorini priorem editionem retinebant, vt constat ex Gregorio Turonensi, Aimoino monacho, & Adone Viennensi. Itaque nescio, an apud illos Victoris cyclus perperam aut Victorij, pro Victorini. Nam scio nunc Victorinum, nunc Victorium vocari, non autem Victorem. Victor enim Victorinum emendauit, vt iam vidimus. Scripsit igitur cy- C clum suum Dionysius anno Christi 526, vt ipsemet testatur his verbis: *Præsentis anni monstremus exemplum. Indictio quippe quarta est & Lunaris cyclus vndecimus, & decemnouennalis quartusdecimus. Et quia Hendecadis est sextus annus, eum ἐμβόλιμον esse necesse est. A quintadecima itaque Luna præteriti festi, vsque ad quartamdecimam præsentis, quot dies sunt, diligentius inquiramus, & inueniemus proculdubio, quando Pascha celebrare debemus. Transacto anno per Indictionem tertiam, Pascha quartamdecimam Lunam, nono die Kalendarum Aprilis, id est vicesimaquarta die mensis Martii, fuisse, quis dubitat?* Anno igitur Christi quingentesimo vicesimo sexto cyclum Victorini recensebat Dionysius, incipiens suum cyclum ab D anno vltimo illius, id est ab anno quingentesimo tricesimo secundo. Præcipit enim annis Domini vnitatem addere, reliquum in XIX partiri: quod scilicet annus primus cycli secundum Alexandrinos, est is, cuius neomenia incidit in 22 diem Martij. Cum autem ecclesia admiserit natalem Christi in XXV Decembris, Dionysius putauit eum natalem incidisse in annum, cuius XXII Martij habuit neomeniam, & proinde fuisse primum cycli. Itaque sequens Martius, qui competit primo anno Christi currenti, habuit cyclum secundum.

LATERCVLVM TERMINORVM Paſchalium in cyclo Dionyſiano. A

Lineа annorum cycli Dionyſiani.	TERMINI Paſchales.
1	v. Aprilis
2	xxv. Martij
3	xiii. Aprilis
4	ii. Aprilis
5	xxii. Martij
6	x. Aprilis
7	xxx. Martij
8	xviii. Aprilis
9	vii. Aprilis
10	xxvii. Martij
11	xv. Aprilis
12	iiii. Aprilis
13	xxiiii. Martij
14	xii. Aprilis
15	Kal. Aprilis
16	xxi. Martij
17	ix. Aprilis
18	xxix. Martij
19	xvii. Aprilis.

De quo poſtea ſatis loco ſuo. Magnus igitur iſte cyclus conſtat enneadecaeteridibus xxviii, aut cyclis Solis xix: Enneadecaeteris vero diebus 6935, & quatuor præterea diebus, quæ in quatuor biſextis intercalantur. Nam horæ 18 appendices ex tribus quadrantibus diei conflatæ eximuntur fine cycli: quod Græci vocant ὑποτομὴν σελήνης, noſtri Computatores ſaltum Lunæ. Alioquin abſque illa ſucciſione eſſet, dies vltima cycli peſſum iret in xxiii Martij: a qua potius incipere debet cyclus. Terminorum epochas coniecimus in laterculum, quas iam Luna diem vnum a temporibus Nicenæ ſynodi, biduum autem a Chriſto anteuerterat: id quod ipſe Dionyſius indicat, cum alium cyclum Lunarem, alium Paſchalem inſtituat. Ad methodum cycli Lunaris ſæculo Dionyſiano conuenientis tria detrahenda ſunt de cyclo Paſchali. Proinde anno Chriſti 526, cyclus Paſchalis erat quartus decimus, Lunaris vndecimus. Manifeſtum eſt autem, vbi periodus Cyrilli ἐνενηκονταπενταετηρικὴ deſinit, inde Dionyſianam incipere. B

Annus primus ἐνενηκονταπενταετηρίδος Cyrillianæ eſt annus Chriſti C 437. Ergo nonageſimus quintus eſt 532 Chriſti. Hoc etiam monet ipſe Dionyſius: *Hoc monemus*, inquit, *quod cyclus iſte nonaginta quinque annorum, quem fecimus, non per omnia in ſe ipſum reuertitur. Et ideo poſt expletionem nonaginta quinque annorum, non ad quintum cyclum ſancti Cyrilli, qui incepit cyclos ſuos ab anno centeſimo quinquageſimo tertio Diocletiani, quorum quintum cyclum neceſſario nobis prapoſuimus, ſed ad noſtrum primum cyclum, quem nos ab anno ducenteſimo quadrageſimo octauo eiuſdem Diocletiani incepimus, lector adcurrat.* Continuauit autem totam periodum ad annum 1063, vt ait Beda. Hinc ipſe Beda ad annum 1596. Sed ineptiſſimum tres periodos continuare, cum vna ſufficiat, ſi- D quidem in vna omnes feriæ & Termini Paſchales recurrunt. Sed ipſe Dionyſius, qui nihil aliud, quam Victorianam periodum recoxit, ne ipſe quidem per omnia ſe tutum a reprehenſione præſtitit. Ecce in illis verbis, quæ ſupra adduximus, ait anno Chriſti 525, indictione tertia, terminum Paſchalem incidiſſe in xxiiii Martij, cum tamen eſſet in xxiii. Dicit enim nono Kalendarum Martiarum, cum vere fuerit decimo Kalendarum; & viceſima quarta, cum fuerit viceſima

A cesima tertia. Neque vero putes errorem librariorum. Plura enim & talia & maioris momenti peccata sunt ab eo. Ecce in eius cyclo primus annus a Christo habet, vt debet, terminum Paschalem V Aprilis: e regione vero literam dominicalem E; hoc est cyclum Solis VIII. Atqui eo tempore primus annus cycli Lunaris respondebat nono Solari; secundus, qui est primus annus Christi vulgaris, conueniebat in decimum, non in octauum, vt vult Dionysius. Rursus primus annus secundæ periodi est 532 Christi. Recte notatur Terminus in V Aprilis, & litera dominicalis B item recte. cur non in priore eodem modo? Sed & inepte vnitatem adiiciendam præcipit ad methodum cycli. Nam in omni æra primus annus potest esse
B primus cycli tam Lunæ, quam Solis. Anno primo Nabonassari cyclus Lunæ erat XV. Itaque qui in ratione Paschæ est quintusdecimus, in ratione annorum Nabonassari est primus. Quod enim dicatur primus cyclus Lunæ, non magis potest esse primus, quam principium esse in circulo. Omne principium in circulo est θέσει, non φύσει. Sed quia prima enneadecaeteris Christiana cæpit ab initio Diocletiani, propterea is annus est primus cycli Christiani. De hallucinatione autem in computatione annorum Christi, alibi fusius dicetur. Nam male meritus est de posteritate Christiana, qui primus omnium æram Christi vno anno mutilauit. Porro periodus hæc, quia a natali Christi initium capit, propterea periodus annorum gratiæ vo-
C cata est. Æthiopes vocant annos gratiæ. Ea, vt diximus, ante tempora Caroli Magni in Galliis locum non habuit, cyclo Victoriano regnum in Ecclesiis Gallicis obtinente.

DE FALSO CYCLO PASCHALI.

ERAT genus hominum, cui nomen impositum nullum memini. Tantum eorum methodum, qua vtebantur in cyclo suo Paschali, Maximus Monachus vocat ἑξαπλῶσιν ϗ πενταπλῶσιν, quod vno verbo poterat dicere ἑνδεκαπλῶσιν, vel ἑνδεκαπλασιασμόν. Nam primum aliquid sexies, deinde idem quinquies multiplicare, aut diuidere, tan-
D tundem est, ac semel vndecies id facere. Ij igitur homines, vt ait Maximus, primo annum suum Lunarem supra 354 dies, quinque etiam scrupulorum diurnorum æstimabant. Deinde quot dies a Kal. Ian. putantur, ad terminum Paschalem Eusebianum, hoc est, ad terminum in omnibus Ecclesiis receptum, tot scrupulos dierum colligebant. Denique singulis annis cycli vndenos dies imputabant. Tandem a congerie illorum vndecim dierum, scrupulorum, & dierum a Kal. Ianuarij collectorum, abiectis omnibus tricenariis, reliquum pro ter-

minò Paſchali accipiebant. Hoc modo aliquando XIIII Luna exi- A
bat; aliquando XV, & XVI. Quod ſi abiectis 30, reliquum eſſet XVI Luna, & in ſecundam feriam incideret, πάσχα ἀναστάσιμον in præcedenti celebrabant, quæ erat feria prima. Nam, inquiebant, ſi XVI Luna incurrit in ſecundam feriam, XIIII incidit in VII. Sequenti igitur, quæ eſt feria prima, licet per Canonem Nicenum Paſcha ἀπλαίσως celebrare. Sed merito illos reprehendit Maximus Monachus. Quia quæ nobis eſt XIIII Luna, illorum epilogiſmus eam aliquando XV, aliquando etiam XVI conſtituebat. Quare cum feria ſecunda incidebat in XVI, quæ nobis eſt XIIII, tantum abeſt, vt contra Canonem non peccarent, qui συνέμπτωσιν interdicit, vt etiam κατὰ προέμπτωσιν Paſcha ante XIIII Lunam celebrarent. Multum de hoc gene- B
re hominum diſputat idem Maximus, & quidem ita obſcure & intricate, vt vix & a doctis ipſis intelligi poſſit. Nos expeditius & planius explicare conabimur, ſi prius primi cycli eorum magnæ periodi Tabellam propoſuerimus. In cuius verſu primo poſuimus filum cycli Paſchalis Dionyſiani, ſiue Euſebiani: in ſecundo cyclum horum hominum, quibus nullum nomen fecit antiquitas, tantum eos vocans ἑξαπλεύτας καὶ πενταπλεύτας. Tertius verſus continet dies collectos ex Solis ſupra Lunam exceſſu, quos quidam epactas anni Solaris vocant, vt re vera ſunt. Quartus ſcrupulos collectos, quos diximus quinos anno Lunari attribui, ſupra dies 354. Quinto continentur dies a Kalen. Ianuarij, ad terminum Paſchalem vſitatum collecti. Sextus complectitur terminos Paſchales illius cycli. Septimus & vltimus cyclum Solis. In annis igitur cycli ſui, 1, 2, 3, 4, 18, quartamdecimam col- D
ligunt ex ratiociniis ſuis. In quibus annis dumtaxat cum termino vſitato conueniunt: in reliquis vero annis cycli, neutiquam. Nam in XVI, pro 14 Luna 16 colligunt: in cæteris XV. Eorum primus annus congruit cum quarto cycli Dionyſiani. Proponatur igitur exemplum ex XVI anno magnæ illorum periodi, hoc eſt, quando annus XVI Lunæ & Solis concurrunt, quod ſemel accidit in 532 annis. Is annus XVI eſt 19 cycli Dionyſiani. Terminus Paſchalis 17 Aprilis. Ponamus eſſe

Cyclus Dionyſianus.	Cyclus vitioſus.	Epactæ anni Solaris.	Scrupuli diurni.	Dies a Kal. Ianuarij collecti.	Termini Paſchalis cycli vitioſi.	Cyclus Solis.	
4	1	11	5	92	14	F E	
5	2	22	10	81	14	D	
6	3	33	15	100	14	C	
7	4	44	20	89	14	B	
8	5	55	25	108	15	A G	
9	6	66	30	97	15	F	
10	7	77	35	86	15	E	
11	8	88	40	105	15	D	
12	9	99	45	94	15	C B	C
13	10	110	50	83	15	A	
14	11	121	55	102	15	G	
15	12	133	0	91	15	F	
16	13	144	5	80	15	E D	
17	14	155	10	99	15	C	
18	15	166	15	88	15	B	
19	16	177	20	107	16	A	
1	17	188	25	95	15	G F	
2	18	199	30	84	14	E	
3	19	210	35	103	15	D	

A esse feriam secundam, vt re vera est, secundum illorum periodum magnam. Ecclesiæ, quæ ex decreto Patrum Pascha celebrauerint, solennitatem ἀιασιμου πάσχατος in proximam Dominicam conferent, hoc est in XXIII Aprilis. Quid illi faciant, vide. Ex vndecies sedecim colliguntur 177 dies. A Kalend. Ianuarij, ad 17 Aprilis, summa dierum collectorum 107. Summa in genere 284. Rursus quot dies putantur a Kalend. Ian. ad 17 Aprilis, tot scrupulos assume. Summa scrupulorum 127. qui sunt dies duo, scrup. 7. Summa igitur dierum omnium 286, neglectis residuis septem scrupulis. Diuisi per 30 relinquunt Lunam 16, feria secunda. Nam iam constat esse feriam secundam. Quare 15 præcedens est Dominica, in qua ri-
B te licet Pascha celebrare, quandoquidem sequitur XIV Lunam, quæ ex hoc epilogismo incidit in Sabbathum. Hæc eorum methodus. Sed merus est stupor. Nam quam illi 16 Lunam ex ratiociniis suis colligunt, ea est 14 Dionysiana. Et consequenter quam ipsi 15 putant, ea est 13. Vnde ante terminum vsitatum Pascha celebrant. Quod si 16 fuerit Dominica, tunc transferunt in Dominicam sequentem: vt Pascha celebretur 23 Luna secundum eos. Quod perabsurdum est. Canon enim Nicenus vicesima prima tenus iubet diem septimanæ promouere. Vltra non licet. Ipsi, vt vides, etiam extra 22 extendunt. Sed cum hæc ὑπέρβασις fit, non peccant in Canonem Nicenum.
C Nam quoties hæc translatio fit in eorum cyclo, fit & in Dionysiano termino, qui cum sit semper 14 Luna, illis fit 16 Luna in anno cycli sui 16. Et cum adduntur 7 dies ὑπερβάσεως, peruenitur ad 24 Aprilis, in qua omnibus Ecclesiis fas est celebrare Pascha ἀιασιμον. Quare in hoc non peccant contra Canonem Nicenum. sed quatenus 24 Aprilis tunc est 23 eorum mensis Paschalis, tunc peccant in Canones suos. Quia ridiculum est a 14 Luna ad 23 vsque diem septimanæ extendere, cum maxima extensio sit tantum ad 21 Lunam. Quare quemadmodum in priore exemplo celebrantes πάσχα ἀιασιμον ante Pascha Iudaicum, committunt in legem Nicenam τῇ προεμπτώσει: ita etiam in hoc exemplo extendentes septimanam ad 23 vsque Lunam, peccant in leges cycli sui τῇ παρεκβάσει, quanquam
D concurrunt in solennitatis cultu cum cæteris Ecclesiis. Anno 403 iuxta Theophili magnam periodum, 24 Martij fuit Luna XIIII, aureus numerus V: Litera Dominicalis D. Ideo Pascha statuendum in 29 Martij. Sed Innocentius Episcopus Romanus eandem Lunam XVI esse censebat, ideoque Pascha rite celebrari posse 22 Martij. In quo vides eum secutum fuisse hanc ridiculam ἑξαπλῶν καὶ πεντάπλῶν, aut aliquam methodum proximam: quod & videtur fecisse Leo Papa scribens ad Iulianum Episcopum, qui eo nomine reprehendit

prehendit Theophilum, quod in 76 anno ſecundi magni cycli ſui, A qui erat Chriſti 455, terminum Paſchalem poſuerit in 17 Aprilis, Dominicam reſurrectionis in 24. Nam Paſcha celebrari debuiſſe eadem die, qua poſuit terminum. Ergo cenſuit illam fuiſſe quintamdecimam Lunam, non quartamdecimam. Videtur igitur neſcio quid ſimile huic methodo imitatus fuiſſe. Hæc clarius & breuius a nobis explicata ſunt, & Tabella cycli illuſtrata, quæ Maximus implicatiſſime tradit in libro ſuo, qui nondum editus eſt. Ac quanquam horum hominum inepta erat ratio, tamen propter antiquitatem omittenda non erat.

DE PERIODO PHILOLAI PYTHAGOREI. B

QVÆ fuerit Philolai Pythagorici magna periodus, declarat Cenſorinus his verbis: *Eſt & Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta nouem: in quo ſunt menſes intercalares viginti & vnus.* Philolaus igitur, & omnes æquales eius putarunt menſem Lunarem eſſe tantum vndetriginta dierum cum ſemiſſe, quomodo & Chriſtiani quidam poſtea ſuos menſes Paſchales eiuſmodi definierunt. Hoc modo duo menſes Lunares erant dierum 59 præciſe. Totidem annorum periodum excogitauit Philolaus, hoc eſt dierum 21505, horarum 12. quæ ſunt ſyzygiæ 729, ex quibus 21 intercalantur. C Nam poſita quantitate menſis Lunaris dierum 29, cum ſemiſſe, annus Lunaris erit dierum 354 præciſe. Multiplicentur 354 per 59. Producuntur dies 20886. Intercalationes ſunt 21. Multiplicentur dies 29, horæ 12 ſemel & viceſies. Fiunt dies 619, horæ 12. Quæ quantitas cum 20886 conficit ſummam prius propoſitam dierum 21505, hor. 12. Hoc pacto annus Solaris Philolai erit dierum 364 $\frac{1}{2}$. Quod experiere verum, ſi 21505 $\frac{1}{2}$ dies per 59 annos partiaris. Prodibit enim quantitas anni 364 $\frac{1}{2}$, vt propoſitum erat. Deficit hic epilogiſmus a veris ſyzygiis & 21 emboliſmis, diebus 22, horis 0, 793. Nam 21505 $\frac{1}{2}$ dies ſunt anni Lunares dumtaxat 60 Arabici, menſes 8, dies 7: anni vero Iuliani 58, dies 325 D $\frac{1}{2}$ Et ſane Philolaum annum Solarem definiuiſſe dierum 364 $\frac{1}{2}$ teſtis eſt Cenſorinus, qui de modo anni Solaris verba faciens ita ſcribit: *Hoc tempus quot dierum eſſet, ad certum nondum Aſtrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit trecentos ſexaginta quatuor & dimidiatum.* Ergo conſtant ſibi ratiocinia noſtra. Vides illos veteres, vbicumque illis videbatur quoddam tempus præciſum, eam ſtatim iudicabant eſſe motus Solis, aut alio-

A aut aliorum siderum ἀποκαθιστᾶσαν. Nam si constat mensis Lunaris modum esse dierum 29 $\frac{1}{2}$, eam iudicarunt iustam esse ἀποκαθιστᾶσαν, quæ ex talibus syzygiis composita proxime abesset a 365 diebus Solaribus. Non dubium est recte a nobis huius periodi rationem initam esse. Philolai vitam habes apud Diogenem Laertium. De hac periodo intellexit Plutarchus in Placitis Philosophorum: τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τιθέασιν, οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσι. Nam vndesexaginta annorum periodus est hæc Philolai.

DE MAGNO ANNO DEMOCRITI.

B

INTER libros Democriti Abderitæ Diogenes Laertius ponit opus cui titulum fecerat auctor, μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ ἀστρονομίη, Παράπηγμα. Qualis autem & quantus fuerit annus ille, docet Censorinus: *Est & Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta nouem.* Mox: *Et Democriti, ex annis octuaginta duobus; cum intercalares sint duodetriginta.* Democritus igitur sine vllo dubio existimauit annum Lunarem esse dierum 355, vt multi alij veterum, ita vt ex eorum sententia, vna syzygia sit dierum 29, horarum 14. vel, quod idem est, scrupulorum diurnorum 35. Neque alia fuit veterum Romanorum opinio. Annus igitur Democriti Solaris fuit merus Iulianus, C qualis apud Græcos eo tempore, & Romanos etiam censebatur; dierum nempe 365 $\frac{1}{4}$. Qui dies per 82 multiplicati fiunt 29950, cum horis 12. Porro syzygiæ τριακονθήμεροι 28. hoc est, dies 840, de 29950 deducti relinquunt 29110. qui per 82 diuisi dant 355 dies præcise. Sed illas 12 horas insuper habuit & neglexit Democritus. Quod si triginta intercalationes fuissent, quæ naturali ex causa tot annis competunt ad spatia Lunæ explenda; annus Lunaris Democriti merus Arabicus, aut sane proximus Arabico fuisset. Nam 29950 dies cum horis 12 fiunt anni Arabici solidi 84. syzygiæ 6. dies 6. scrup. 48. Non longe a vero abfuit epilogismus ille. Et sane Democritus tantus vir fuit; vt etiam in quibus fallitur; ingenij tamen eius D magnitudo elucescat. Tantum abest, vt in hoc præclaro inuento, quo veteres superauit, non eandem vim iudicij admirari debeamus. Quanto enim melior hæc, quam Philolai periodus, quæ neque Solis, neque Lunæ rationibus congruebat? Edidit autem annum hunc Democritus duobus libris: Prior, vt cognoscimus ex Laertio, vocabatur μέγας ἐνιαυτὸς; aut ἀστρονομίη; in quo scilicet rationibus astronomicis demonstrabatur modus illius periodi magnæ, quam μέγαν ἐνιαυτὸν vocauit. Altero libro continebatur descriptio

stellarum ἀπλανῶν, cum ortibus, occasibus, & significationibus suis, quod παράπηγμα vocari supra monuimus in Octaeteride Cleostrati. Et sane Geminus, Plinius, & alij quædam annotantes ex Democrito ad ἐπισημασίας τῶν φαινομένων, non ex alio libro, quam ἐκ τοῦ παραπήγματος Δημοκρίτου depromserunt. A

DE MAGNO ANNO OENOPIDÆ CHII ASTRONOMI.

IN Collectaneis Stobæi Physicis, quæ ex Bibliotheca clarissimi viri Sambuci prodierunt, capite de Tempore, hæc consarcinata partim ex Plutarcho περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις leguntur. τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τιθέντ), οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι· οἱ δὲ ἐν τοῖς τετραπλασίοις ἔτεσιν· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα, ἐν οἷς οἰνοπίδης καὶ πυθαγόρας. Hæc mutila apud Plutarchum leguntur: quorum partem supra adduximus, in periodo Philolai. At falsum est illam ἑξηκονταετηρίδα fuisse annorum solidorum 60, sed 59. sexagesimo autem vertente inire alteram periodum. quomodo & Olympias quatuor annis constans dicta πενταετηρίς. Sed non dubium legendum esse, οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν, ἐν οἷς. Nam ἑνὸς, & ἐν οἷς sunt fere similia. Manifesto periodum Pythagoræ attribuit, quam Philolai Pythagorei fuisse probauimus. At Oenopides Chius 59 quidem annos attribuit suæ periodo, sed non eadem ratione. Annum enim Solarem definit dierum 365, cum parte dierum duum & viginti vndesexagesima. Vndesexaginta igitur annis constat periodus Oenopidæ, vt illa Philolai. Vndesexagies 365 dies, fiunt 21535. quibus adde 22. Confiunt dies omnes 21557. qui sunt anni Arabici 60 syzygiæ 10. Itaque in illa periodo cum sint syzygiæ 730, intercalatur bis & vicesies. Censorinus Francisci Pithoei: *Philolaus annum naturalem dies habere prodidit trecentos sexaginta quatuor, & dimidiatum. Aphrodisius trecentos sexaginta quinque, & partem diei octauam. Calippus autem* CCCLXIIII*, *& Aristarchus Samius tantundem, & præterea diei partem mille* DCXXIII. *Meton vero* CCCLXV, *& dierum quinque vndeuicesimam partem. Oenopides* CCCLXV, *& dierum duum & viginti partem vndesexagesimam.* Ex illis igitur verbis Censorini quantitas anni Solaris indagata secundum Oenopidem eiusdem Oenopidæ periodum aperit. Itaque annus Solaris, secundum Oenopidem, præter 365 dies, habuerit præterea horas 8 $\frac{56}{59}$. Hæc periodus maior est 59 annis Iulianis, diebus 7, hor. 6. De hac Ælianus lib. X ποικίλης. vbi non solum scribit hanc periodum annorum quinquaginta nouem fuisse, sed etiam Olympiis ludis publice in Tabula propositam. Οἰνοπίδης, in- B C D

A δης, inquit, ὁ Χῖος ἀστρολόγος ἀνέθηκεν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον. Per ἀστρολογίαν manifeste intelligit τὰ φαινόμενα, καὶ τὸ παράπηγμα, vt de anno Democriti diximus.

DE CYCLO LVNARI VETERVM SAXONVM.

VETERVM Gallorum, & Germanorum annum Lunarem fuisse ex Cæsare & Cor. Tacito cognoscimus. De Germanis ita scripsit Tacitus: *Coeunt, nisi quid fortuitum & subitum inci-* B *derit, certis diebus, cum aut inchoatur Luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt.* Quin Germani non pugnabant decrescente Luna, auctore Iul. Frontino lib. II. At veterum Saxonum & Danorum mira anni ordinatio fuit ex affectibus Oceani, cuius littora accolebant illi. Notissimum ad eius sideris incrementa & decrementa Oceani quoque vices recurrere. . Sed in pleniluniis amborum æquinoctiorum duæ fiunt ingentes πλημμύραι, ad quarum obseruationem annum suum digesserunt. Eas πλημμύρας maiores Malinas; Minores autem Ledunas, vel Lidunas vocabant. Nulla est natio, quæ, quamuis anno Lunari vteretur, tamen & So-

C

MENSES PRISCORVM Danorum.	MENSES VETERVM SAXONVM.	
Fischemaanet	SEPTEMBER.	*Halegmonath.*
Seemaanet	OCTOBER.	*Wintyrfullith.*
Slactmaanet	NOVEMBER.	*Blothmonath.*
Christmaanet	DECEMBER.	*Giuli prior.*
Glugmaanet	IANVARIVS.	*Giuli posterior.*
Bludemaanet	FEBRVARIVS.	*Solmonath.*
Moormaanet	MARTIVS.	*Rethmonath.*
Faaremaanet	APRILIS.	*Chosturmonath.*
Maimaanet	MAIVS.	*Trimilchi.*
Hoemaanet	IVNIVS.	*Lida prior.*
Ornumaanet	IVLIVS.	*Lida posterior.*
EMBOLIMVS	O O	*Lida embolimus.*
Hoostmaanet.	AVGVSTVS.	*Weidenmonath.*

D

P laris

laris anni progressus interea non obseruaret. Hoc illi facientes, principium anni ciuile semper a XXV Decembris capiebant, idq; a nocte, quæ sequitur XXIIII, in qua antiquitus Christiani, hodieque, peruigilia natalitia faciebant. Eam noctem Modraneċt vocabant, quasi dixeris νυκτομήτερα, & quasi illa esset parens & princeps omnium reliquarum noctium: vtpote a qua caput anni ciuilis sumeretur. (Nam, vt apparet, non dies, sed noctes numerabant; vt de Gallis scribit Cæsar) Principium vero naturale cycli a Malina Autumni, & plenilunio instituebatur: quia, inquit Plinius lib. II. 97, autumnali magis æquinoctio tumescunt fluctus. Annum enim in duas Malinas diuidebant, autumnalem, & vernalem. quintus vero mensis huius & alterius semicirculi erat cognominis antecedenti: ita vt quartus & quintus Malinæ autumnalis vnum nomen & commune haberent, Giuli, id est τροπικόν: quod Sol tunc in autumnum flecteret: eodemque modo, quartus & quintus cognomines essent, vocarenturque Lida. quia vero is erat exitus anni Lunaris, annis embolimæis tertius Lida penultimo loco intercalabatur. vnde annum embolimæum hoc nomine Trilida vocabant. Significat autem Lida tranquillum, vt Beda docet. Proprie est, quod Græci πλώϊμον dicunt. Est enim de mari dictum, cum ridet blandi pellacia Ponti, vt loquitur Lucretius. Inde etiam minores æstus maris Lidunas vocabant, quod tunc æstus, & fluctus molliores essent. Nomina mensium Saxonicorum Bedæ accepta referimus, qui, vt Saxo genere, de illis satis multa, & cognitu digna retulit. Reliqua inde haurias licet. Videtur hæc anni ordinatio pulcherrima fuisse, quæ non ad Solarium & Heliotropion Metonis vmbras Gnomonis sequeretur, sed ipsas admirabiles Oceani αὐξομειώσεις. Sane mirum, quod Beda tradit alibi, de æstu Oceani loquens, periodum ἐννεαδεκαετηρίδα in illis ab accolis Oceani obseruari. Nam id quidem potius ab illis hominibus obseruatum miror, quam hoc ita accidere. Si enim Oceani mutationes secundum Lunam; Lunæ autem progressus secundum ἐννεαδεκαετηρίδα: proculdubio & Oceani mutationes sequuntur ἐννεαδεκαετηρίδα ipsam. Diodorus Siculus de Enneadecaeteride illarum nationum ita scribit libro secundo: Ἑκαταῖος, καί τινες ἕτεροι φασὶν ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν ὠκεανὸν εἶναι νῆσον οὐκ ἐλάττω τῆς Σικελίας, &c. Aliquanto post: φασὶ δὲ καὶ τὴν σελήνην ἐκ ταύτης τῆς νήσου φαίνεσθαι παντελῶς ὀλίγον ἀπέχουσαν τῆς γῆς, καί τινας ἐξοχὰς γεώδεις ἔχουσαν φανεράς. λέγεται δὲ καὶ τὸν θεὸν δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾶν εἰς τὴν νῆσον, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις ἐπὶ τέλος ἄγονται. καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. κατὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτην τὸν θεὸν κιθαρίζειν τε καὶ χορεύειν συνεχῶς τὰς νύκτας ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς,

A εὐνῆς, ἕως πλήθους διατελῆς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἐπισημήμασι τετραμμένον. Hæc vltima declarant tempus ſemicirculi a menſe Rethmonath vſque ad menſem Halegmonath. Non miraris, gentem Romanam orbis victricem & dominam, ineptiſſima anni forma ad tempora vſque Iulij Cæſaris vſam; eam vero, quæ Romanis videbatur barbara, non ſolum annum Lunæ ad naturæ regulam, Oceanum dico, direxiſſe, ſed etiam anni Solaris curſum tenuiſſe? Quomodo enim Capricorni initia, & xxv noctem Decembris tam exacte notaſſent, niſi quadrante diei 365 diebus Solis appoſito? Nam quod ab autumno incipiebant, ſciebant arcum illum a principio Libræ ad principium Arietis, reſpondere ſemiſſi anni Lunaris, vt in Chaldaico anno diximus. Quare non omnis ſapien-
B tia penes Chaldæos & Orientem fuit. Etiam Occidentis aut Septentrionis homines fuerunt λογικὰ ζῶα. In veteribus Codicibus Bedæ menſium appellationes leuiter immutatæ leguntur. Solmonath, Hredmonath, Eſturmonath, Drimilchi, Lida, Lida, Veodmonath, Halegmonath, Vintirfillit, Blotmonath, Giuli. Peruani, quorum Metropolis Cuſco, vtebantur menſibus Lunaribus, quos vt cum Solaribus componerent, duodecim pilas, aut columnas in templo illius vrbis ſtatuerant, in quibus inciſi erant dies, quibus Solis conuerſiones deſignabantur, ſecundum quas ignorare non poterant tempora, quæ meſſor, quæ curuus arator haberet. Eas pilas vocabant SVCCANGA. Initium anni ſtatuebant in Decembri a bruma, cuius inſti-
C tuti auctor Inga quidam, cui ab ea re cognomen fuit Pachacuto, id eſt, Reformator temporum.

MENSES PERVANORVM.

1	RAYME.	*Tebeth Iudaic.*
2	CAMAY.	*Schebat.*
3	. . . . .	*Adar.*
4	. . . . .	*Niſan.*
5	. . . . .	*Ijar.*
6	HATVNCVZQVI AYMORAY.	*Sivvan.*
7	AVCA YCVZQVI INTIRAYMI.	*Tamuz.*
8	CHAHVA HVARQVI.	*Ab.*
9	YAPAQVIS.	*Elul.*
10	CORAYME.	*Tiſri.*
11	HOMARAYMI PVNCHAIQVIS.	*Marcheſvvan.*
12	AYAMARA.	*Casleu.*

D

DE VETERVM GALLORVM ANNO. A

VETERES Galli in ratione temporum non dies, ſed noctes putare ſolebant, ita vt noctem ſemper dies ſequeretur, inquit Cæſar. Neque mirum. Eorum enim annus mere Lunaris erat, vt Saxonum & Germanorum. Sed Saxonum ànni Lunares ad Solis regulam reuocabantur emboliſmis, & periodo decemnouennali. Gallorum vero anni ſine emboliſmis erant, & mere Arabici, vtpote quorum ſæculum triginta annis Lunaribus finiretur. Nulla enim periodus Lunaris triginta annorum finiri poteſt, niſi cum emboliſmi ratio non habetur, vt apud Muhammedanos. Nam ſi triginta annorum eſt ſæculum, & in illis triginta annis intercalatur, ea B periodus conſtaret ex enneadecaeteride & hendecaeteride. Sed illæ neque Lunæ, neque Solis iuſtam periodum efficere poſſunt. Ergo ſæculum Gallicum mera τριακονταετηρὶς Arabica fuit. Plinius XVI libro de viſco : *Petitur ante omnia ſexta Luna, quæ principia menſium annorumque iis facit, & Sæculi, poſt triceſimum annum.* Sed quod dicit a ſexta Luna eos neomenias ordiri ſolitos, non veriſimile eſt, ſed eos a ſexta Luna opera auſpicari, vt Sinæ hodie, & olim Lacones & Germani a plena.

DE VETERI ANNO ROMANORVM. C

ANNVM veterum Romanorum ante ordinationem Iulianam a Numa inſtitutum fuiſſe, omnes fere priſci Romani perſuaſum habebant, qui omnes ritus & alia eiuſmodi ad Numam referre ſolent. M. quoque Varro, & alij annum ante ordinationem Pompilianam non ſolum decimeſtrem fuiſſe, ſed a Romulo cum ipſa Roma conditum prodiderunt. Cauſſam afferebant ſuſpicionis ſuæ, cur decimeſtrem fuiſſe crederent: quod nimirum Martius antiquitus fuerit primus, de quo nemo vnquam dubitauerit, decimus autem ab illo eſt December. qui cum à numero & ordine ita appellatus ſit, nullus autem poſt eum a numero cognominetur: ex eo ſequi, nullum men- D ſem poſt Decembrem fuiſſe. Plutarchus etiam hanc ſuſpicionis illius cauſſam fuiſſe ſcribit, his verbis : ἐξ οὗ δὴ καὶ παρέστη τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν, ὡς οὐ δώδεκα μησὶν, ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτόν. Sed hanc futilem & puerilem coniecturam refellit primum ratio. quia ſi inde ſequitur, nullum menſem poſt Decemb. fuiſſe, quia nullus poſt Decembrem notatus ſit a numero : ſequitur & Martium, Aprilem, Maium, & Iunium antea non fuiſſe, quia Martius non

tius non

A tius non dicitur primus, Aprilis secundus, Maius tertius, Iunius quartilis. Deinde optimi, & vetustissimi scriptores, Fenestella, & Licinius Macer hanc opinionem vt antiquitati aduersantem confutarunt. Contendunt enim annum Romanorum veterem statim ab initio XII mensium fuisse, & a Latinis petitum, apud quos totidem mensibus, iisdem appellationibus, eodemque situ annus ante Vrbem conditam in vsu fuerit, & ad vltima vsque tempora Reip. Rom. durauerit. Si quid ex veteri consuetudine petitum huic opinioni fauere potest, ego nihil aliud video, quam quod Saturnalia virorum mense Decembri erant: matronalia vero Saturnalia Kal. Martiis. vt propterea in illos duos menses vtraque Saturnalia coniecta esse vi-
B derentur, quod continui essent. Deinde quod Laurentes omnibus Kalendis a Martio ad Decembrem Iunoni sacrificabant, quia omnes Kalendæ dicatæ essent Iunoni, vt nemo nescit. Quod si duodecim menses fuissent, duodenis Kalendis, non denis antiquitus sacrificassent. Fauere etiam huic sententiæ videntur veteres Critici Græci, qui diuinant annum veteribus Æolibus decimestrem fuisse, freti testimonio Homeri, quem Æolem fuisse volunt. Apud eum enim Neptunus Nympham a se compressam ita adfatur: *χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα*— Nam si, inquiunt, a compressu ad partum est περιπλόμενος ἐνιαυτὸς, ergo annus tot mensium est, quot menses vterum gestat mulier: & propterea Romu-
C lus, vt scribit Ouidius, *Quod satis est, vtero matris dum prodeat infans, Hoc anno statuit temporis esse satis.* Ausonius quoque mensium decem annum veteri Æolidi fuisse testatur: *Aut ter vt Æolidi menses tenet ignicomus Sol.* Sed hæc friuola sunt. Quia igitur exploso illo decimestri anno ad omnia & per omnia inutilissimo, præterea exsibilata sententia, quæ Romulum ex Pastore & rustico Metonem, & Calippum constituebat, ad veras rationes confugiendum est, nos veram & antiquitati consentaneam viam insistemus, quæ conuincit, annum ab initio non solum duodecim mensibus, sed & iis ad Lunæ cursum descriptis constitutum fuisse. Testis appellatio Nonarum, Eiduum & Kalendarum. Nam Nonæ dies dictæ, quæ antecede-
D bant Eidus, siue plenilunium. Quippe ἀπὸ τοῦ διχομήνου σχήματος, εἰς τὴν πανσέληνον, octo dies interiecti sunt solidi, ita vt dies primus τοῦ διχομήνου sit nonus retro ab Eidibus. ἀπὸ τῆς πανσελήνου, hoc est ab Eidibus, ad intermenstruum tempus, sunt nunc XVI, nunc XV dies. Ab intermenstruo, ad Nonas, siue τὴν διχόμηνον, nunc septem, nunc sex. Hæc satis aperiunt veterem anni descriptionem Lunarem. Præterea cur Romani a media nocte diem ordirentur, nisi Lunam nocturni temporis ducem in dierum ciuilium diuisione sequerentur?

Hinc natæ illæ locutiones: A. D. IIII. EID. hoc est, Ante diem A
quartum Eidus. item EX A.D. IIII, Ex ante diem IIII. Eidus. Nam
dies vulgariter est tempus inter ortum & occasum Solis interiectum.
Locutio autem illa, ANTE DIEM, comprehendit etiam tempus
proximum ante ortum, imo a media nocte ad ortum. Ergo ANTE
DIEM KALENDAS: quia nimirum a media nocte principium diei.
Cuius moris eruditissimum interpretem dabimus Ausonium nostratem.
Is igitur ad Paulinum scribens primum hos versus apponit:

Transierant Idus. medius suprema December
Tempora venturo properabat iungere Iano.
Et nonasdecimas ab se nox longa Kalendas
Iupiter acciri celebranda ad festa iubebat. B

Deinde illos versus ita interpretatur. *Iam prima nox erat ante diem
nonumdecimum Kalendarum Ianuariarum, cum reddita sunt mihi litera
tua oppido quam literata.* Vides manifesto quid sit ante diem
Kalendarum, aut Kalendas: a nocte scilicet. Præterea anno Romano
deprauato, opus fuit Lunæ dies populo per Pontificem calari,
quos ante deprauationem ex ordine mensium etiam rustici ipsi
tenebant. Nam anno in menses imparis numeri dierum redacto,
Pontifex in Curia Calabra, si Nonæ septimanæ futuræ erant, hoc
significabat populo, septies dicto, KALO IANA NOVELLA. si autem
quintanæ essent, quinquies dicto, KALO IANA NOVELLA.
Apage apage IVNO COVELLA, quod in veteribus tam scriptis, C
quam excusis Varronis libris legitur. Nam tametsi Kalendæ Iunoni
erant dicatæ, tamen Nonæ nulli Deo erant dicatæ, de quibus agitur.
De Luna quippe, non de Kalendis hic sermo. Præterea illud
COVELLA, quod pro cælesti accipiunt, qui hanc lectionem defendunt,
quam ridicule faciunt? COVVM quidem veteribus erat cælum,
non autem cæleste. Nam si Couus a veteribus vsurpatum
esset pro cælesti, tunc fortasse COVELLVS posset deriuari. Sed, vt
dixi, viri docti hic non sunt audiendi. De Luna igitur est sermo, non
de Iunone. IANAM enim Lunam vocabant. Varro in libris Rerum
rusticarum: *Nunquam rure audisti,* OCTAVO IANAM CRESCENTEM,
& contra SENESCENTEM? *& qua crescente, & qua* D
senescente fieri oporteret? & tamen quædam melius fieri POST OCTAVO
IANAM *quam ante*? Vbique semper in Varronianis editionibus
appositum est glossema, LVNA, & in textum irrepsit. Nam IANA
est Luna: & adiecto DEA, facta DEIANA: & cum DEIVA
erat DEIVIANA. Vnde Varro Diuianam potius, quod diuia Luna,
in latitudinem, & altitudinem, quam quod Deiua Iana. Sed norunt
studiosi omnes, quis & quanti pretij sit Varro in Etymologiis. Eodem modo

A dem modo IANVS erat Sol. qui, vt illa DEIVA IANA, sic DEIVOS IANOS in carmine Saliari vocabatur: DVONOS MANOS CERVSES DEIVOS IANOS VENET. Non dubium igitur, veterem annum Romanum Lunarem fuisse, quatenus illorum temporum ingenia motum Lunæ medium deprehendere quiuerunt. Quid? modus dierum illius anni Romani, cuius generis annum propius referre videtur? Lunarem, an Solarem? Lunarem profectò, si quid in his rebus videmus. Annus Lunaris verus est dierum 354 cum triente, & paulo plus quam duorum horæ trientium. Modus anni Romani est maior vero anno Lunari horis 15, 16′. non admodum magna differentia, saltem quæ possit diuersum genus constituere anni Romani

B & Lunaris, inter illos veteres rupices, & Asyli incolas. Quisquis igitur annum Latinum, vnde Romanus propagatus est, 355 dierum constituit, is eum Lunarem facere in animo habebat; quem vtique putauit esse dierum 355, quemadmodum tribus sæculis postea Democritus totidem dierum definiuit, vt supra disputatum est. Quare mensis Lunaris, secundum Democritum & conditorem anni veteris Romani, erit dierum 29, horarum 14. Ad eum modum menses prius dispositi erant. Primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus alternis caui, & pleni: septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus alternis pleni, & caui. Februarius vltimus plenus, ita postulante horarum

C ratione, vt vides in Diagrammate, in cuius prima columna Martius est dierum 29, cum 14 horis. Hic numerus duplicatus constituit secundum mensem triginta dierum cum quatuor horis appendicibus. Atque hoc modo adhibita modica ἐξαιρέσει Lunarem cursum

MENSES ROMANI.	Dies collecti.	Horæ.	Dies mensium priscorum.	Dies mensium Romanorum.
Martius.	29	14	29	31
Aprilis.	59	4	30	29
Maius.	88	18	29	31
Iunius.	118	8	30	29
Quintilis.	147	22	29	31
Sexrilis.	177	12	30	29
September.	207	2	30	29
October.	236	16	29	31
Nouember.	266	6	30	29
December.	295	20	29	29
Ianuarius.	325	10	30	29
Februarius.	355	0	30	28

D assequi poterant. Nam in triginta annis, 19 dies eximendi erant, quemadmodum in totidem Arabicis vndecim sunt addendi. Postea siue Pompilius Numa, siue quis alius superstitione imparis numeri omnes pares numeros ex illis mensibus sustulit, aliis in alios menses inuicem traductis. Nam semper pro 29, posuit 31: & contra 29, pro 30, vsque ad Decembrem, qui cum esset 29 dierum, non potuit fieri 31, quia iam plures 31 dierum fieri non poterant. Itaque

mansit 29. At 30 Ianuarij itidem, vt in aliis, facti sunt 29. De Februario necessario eximendi fuerunt duo. quia alioquin annus fuisset 357 dierum. Hæc profecto est ratio, quam secutus est emendator ille anni Romani superstitiosus, quisquis tandem is fuit. Nam ex hac positura mensium antiquorum videmus, cur Martius, Maius, Quintilis, interiectis singulis cauis, pleni manserint: solus autem October binis vtrinque cauis lateronibus stipatus plenus ipse relictus sit. Cuius rei rationem sine diagrammate proposito nemo reddere possit. Nam ad omnes impares menses efficiendos, ex 29 facti sunt 31, ex 30 autem 29, præterquam in Decembri. quia hactenus nullus mensis fieri potuit 31 dierum. Si hoc considerasset Varro, vt debuit, & veriora de hoc anno protulisset, & fortasse quædam hodie nobis B ignota ex antiquitate depromsisset. Hic situs & status fuit veterum mensium Romanorum. Nunc intercalationis modum consideremus. Macrobius, & alij eius notæ scriptores, aiunt Romanos a Græcis didicisse modum alternis bienniis mensem intercalandi, nunc XXII, nunc XXIII dierum: quia excessus Solis supra Lunam est dierum XI, cum quadrante. Vndecim autem dies post biennium fiunt viginti duo cum semisse. Post quadriennium fiunt viginti tres dies solidi. Sed siue Macrobius legit Græcos eiusmodi intercalatione vsos; siue hoc finxit ipse, vt veterum scriptorum alter fucus Solinus: qui ambo hac in re multum mentiti sunt, multum hallucinati, præsertim in iis, quæ de Græcorum intercalatione scribunt: si, C vt ipsi scribunt, Græcorum annus merus Lunaris fuit, quid opus fuit 22 & 23 dies alternis bienniis intercalare, vt Lunæ rationes cum Solaribus componerentur? Nam si illa intercalatione Solis cursum assequebantur, ergo ille annus Lunaris non fuit. nunquam enim facies, vt intercalatis 22, aut 23 diebus post vnum biennium Arabicum, annus Lunæ cum Solari in gratiam redeat, nisi anno 19 exacto. Romani igitur mensem alternis bienniis viginti duum & viginti trium dierum intercalabant: quem mensem Plutarchus a Numa institutum & ab eodem MERKEDONIVM vocatum scribit in Numa. Νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἕνδεκα λογιζόμενος, ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τοῦ δὲ D ἡλιακοῦ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς ἕνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάζων, ἐπήγαγε παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μῆνα τὸν ἐμβόλιμον ὑπὸ Ῥωμαίων ΜΕΡΚΕΔΙΝΟΝ καλούμενον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. In Cæsare vocat Μερκηδόνιον. οἱ δὲ ἱερεῖς, inquit, μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης καὶ προῃσθημένου μηδενός, τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον (παρεισέγραφον) μῆνα, ΜΕΡΚΗΔΟΝΙΟΝ ὀνομάζοντες, ὃν Νουμᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτος ἐμβαλεῖν λέγεται. Mirum hoc nomen apud vnum Græcum

scriptorem

A scriptorem rerum Romanarum exstare : apud ipsos Romanos huius ne vestigium quidem apparere, nisi nescio quid apud Festum : quod quidem eiusmodi est, vt huic loco nullam lucem afferat. Scribitur autem antiquitus Merkedonius, & Merkedinus per K. Neque mensem tantum Merkedonium, aut Merkedinum, sed & dies Merkedinos fuisse constat ex Festo. Ij dies in veteri Kalendario Romano signati sunt, MERK : vt prid. Eid. Iulij, & aliquot sequentibus diebus : item XII Kal. Octob. & sequentibus. Denique XIIII Kal. Decemb. & sequenri biduo. Dicti a dea MERKEDONA, quæ præerat mercedibus, & pensionibus soluendis : vt apparet in mense Iulio, in quo inquilini τὸ ἐνοίκιον pendebant, & migrabant ex ædi-
B bus in alias. Similiter in Teutonismo Zinstag, dies Mercedonius, dies census. In veteribus Glossis : *Mercedonius, qui soluit mercedem.* Intercalabant autem post Terminalia, hoc est post vicesimum tertium diem Februarij. Varro : TERMINALIA : *quod is dies anni extremus constitutus. Duodecimus enim fuit mensis Februarius, & cum intercalatur, inferiores quinque dies demuntur mense.* Ex quibus verbis constat primum post Terminalia intercalari : deinde Terminalia esse XXIII diem Februarij : quia quinque dies de viginti octo relinquunt viginti rres. Postremo, qui mensis Merkedonius Plutarcho, is in his verbis Varronis dicitur Februarius, qui tamen proprie est intercalaris. Anno igitur embolimæo, de XIII
C mensibus, is, qui propior erat mensi Martio, hoc est, tertiusdecimus, is, inquam, mensis dicebatur intercalaris, siquidem verum dicit Varro, anno intercalario mensem duodecimum fuisse Februarium, quamuis mutilum, & nunc XXII, nunc XXIII dierum. Quod sane verum est. Nam Asconius Pedianus in illa pro Milone scribit Pompeium COS. III creatum ab interrege Ser. Sulpitio, V Kalend. Martias, mense intercalario. Legimus in veteribus monumentis, P. Scipionem Asiaticum anno DLXIV, triumphasse, mense intercalari, Prid. Kalend. Martias. Item P. Cornelium Lentulum Caudinum, anno DXVII de Ligurib. Eidib. interc. anno V. C. DXV. Denique C. Duillium COS. pri-
D mum triumphum naualem de Siculis, & classe Pœnica egisse anno CDXCIIII. K. interkalar. Idus intercalares accipio, quæ ante Martium proxime erant, in XIII mense. Et vetustiss. Iurisconsultus Cato de Verb. Signif. etiam testatur, cum ait, mensem intercalarem constare ex diebus XXVIII. Quæ verba si intellexisset Tribonianus, non ea in suo Pandecte posuisset, cum illa locum non habeant hodie in Kalendario Iuliano. Cicero ad Leptam, lib. VI Epistolarum, manifesto Kal. priores intercalares, diem primum Merkedonij vocat,

vocat, tanquam vterque mensis intercalaris diceretur. *Cum*, inquit, A *ad* VI *Kalend. intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem.* Ea epistola scripta fuit anno Confusionis, in quem intercalatio Merkedonij ex consuetudine inciderat, teste Suetonio. Sane anno embolimæo dies Merkedonij mensis putabantur ex ante diem Terminalia. Cicero ad Atticum lib. VI, statim initio: *Accepi literas tuas A. D. quintum Terminalia, Laodiceæ.* Scribit enim Cicero tanquam eo anno intercalatum esset. Quare eadem epistola ita scribit: *Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare. mandauit enim pater. Ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit.* Dubitabat autem Cicero, Romæ intercalatumne esset eo anno. Nam in illa, quam ante hanc scripsit, rogat Atticum, certiorem se faciat, intercalatum sit, B necne. Ex verbis Varronis cognoscimus, mensem tertiumdecimum fuisse iustum Februarium, hoc est, XXVIII dierum. Quare non semper Terminalia erant dies XXIII Februarij. Cum enim Merkedonius erat XXII dierum duntaxat, tunc Terminalia erant in XXII, & Regifugium semper erant Kalendæ mensis XIII, quemadmodum Terminalia erat vltimus dies Merkedonij. Quando autem Romæ primum intercalatum sit, ne Varro quidem ipse sciebat, qui scripsit mentionem intercalationis fieri in quadam ænea tabula sub COSS. L. Pinario & Furio, anno A. V. C. ducentesimo primo. Cicero Numam eius rei autorem facit, quemadmodum ea omnia, quæ propter vetustatem ignorantur, ad auctorem Numam referri solent, etiam quæ ante, C aut post, facta sunt. Scribit enim Cicero in libris de Legibus, diligenter habendam rationem intercalandi. idque institutum perite a Numa posteriorum Pontificum negligentia dissolutum esse. Hactenus de intercalatione Romana. Omnes autem illæ veteres nationes, quanuis anno Solari non vterentur in tributione temporum ciuilium, tamen annum illum in arcanis obseruabant, & 365 $\frac{1}{4}$ diebus constare sciebant. Testes Græci, qui modum intercalationis ad Epocham Solstitij temperabant. Quomodo autem Solstitij diem tenere potuissent illo numero dierum non obseruato? Sane & anno Solis dies CCCLXV attribuebant, & quarto quoque anno exacto diem intercalabant post CCCLXV illos dies. eumque obseruabant Hierophantæ Athenis, Pontifices Romæ, eodem anno, quo Merkedonius XXIII D dierum intercalabatur, ante initium anni primi Olympiadis. Quod enim diem intercalarent Romani extra Merkedonios suos, testis Macrobius, qui scribit a quibusdam veteribus scriptoribus non solum mensem apud Romanos, sed etiam diem intercalatum fuisse. quanquam Macrobius ea non intelligit. Quod autem Olympiadibus intercalaretur, & ratio postulat, propter quadriennium Solare, cui accrescit.

A crescit dies: & quia a Græcis id accepisse videntur. Sed Cicero diserte ac clare ita expressit, vt dubitandum amplius non sit. Eius verba apponam ex libro xv ad Atticum: *De meo itinere varia sententia.*

		PERIODVS PRIOR.					PERIODVS ALTERA.				
		ANNI ROMANI.			DIES SOLARES.		ANNI ROMANI.			ANNI SOLARES.	
B	Anni.	Dies collecti.	Dies superflui.	Horæ.	Dies collecti.	Horæ.	Dies collecti.	Dies superflui.	Horæ.	Dies collecti.	Horæ.
	1	355	11	6	365	6	355	11	18	365	18
Emb.	2	732	0	12	730	12	733	0	0	731	0
	3	1087	11	18	1095	18	1088	11	6	1096	6
Emb.	4	1465	0	0	1461	0	1466	0	12	1461	12
	5	1820	11	6	1826	6	1821	11	18	1826	18
Emb.	6	2197	0	12	2191	12	2198	0	0	2192	0
	7	2552	11	18	2556	18	2553	11	6	2557	6
Emb.	8	2930	0	0	2922	0	2931	0	12	2922	12
	9	3285	11	6	3287	6	3286	11	18	3287	18
Emb.	10	3662	0	12	3652	12	3663	0	0	3653	0
	11	4017	11	18	4017	18	4018	11	6	4018	6
Emb.	12	4395	0	0	4383	0	4396	0	12	4383	12
	13	4750	11	6	4748	6	4751	11	18	4748	18
Emb.	14	5127	0	12	5113	12	5128	0	0	5114	0
C	15	5482	11	18	5478	18	5483	11	6	5479	6
Emb.	16	5860	0	0	5844	0	5861	0	12	5844	12
	17	6215	11	6	6209	6	6216	11	18	6209	18
Emb.	18	6592	0	12	6574	12	6593	0	0	6575	0
	19	6947	11	18	6939	18	6948	11	6	6940	6
Emb.	20	7325	0	0	7305	0	7326	0	12	7305	12
	21	7680	11	6	7670	6	7681	11	18	7670	18
o	22	8035	0	12	8035	12	8036	0	c	8036	0

Multi enim ad me. Sed tu incumbe, quæso, in eam curam. Magna res est. An probas, si A. D. Kalend. Ian. cogitamus? Meus animus
D *est æquus: sic tamen, vt si nihil offensionis sit. Et tu etiam scito, quo die Olympiadum mysteria. Ilicet, vt vt res sit, casus consilium nostri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Est enim hiberna nauigatio odiosa. eoq; ex te quæsieram mysteriorum diem.* Meminimus nos dixisse diem ex quadrantibus consurgentem a Basilis ante IX Iulij intercalari solitum. Cuius sententiæ minime nos pœnitet. sed cum Cicero diem insititium, quem Romæ, brumæ tempore, in anno Solari intercalabant, vocet Olympiadum mysteria, colabimur, vt credamus, quemadmodum

dum Athenis, ita etiam in Elide. mense Posideone, intercalari soli- A
tum. Cum enim periodus omnium Græcarum nationum penderet ab vna Olympica, imo annus Solaris omnium Græcorum idem esset, qui Olympicus, totidem dierum, nempe $365\frac{1}{4}$, consentaneum rationi est, eodem tempore intercalari solitum. Cicero profecturus, non audet itineri accingere se ante quam dies Olympiadum intercalatus esset. quod omnis intercalationis dies religiosus, nefastus, & infaustus haberetur: vt patet ex Macrobio, & Ammiano. Ideo cum dies Olympiadum, hoc est dies ex quadrantibus horæ conflatus, intercalaretur, quædam mysteria fiebant, ante quæ nefas esset aliquid suscipere. Idem Cicero ad Atticum libro v. *Cum scies Romæ intercalatum, velim ad me scribas certum, quo die mysteria* B
futura sint. Et lib. 6. *Sed vt tibi placebit. Faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem, & quomodo hiemaris.* Indicat post brumam eum diem intercalari solitum, vt Athenis fiebat ante Gamelionem. Alibi ipse Cicero vocat Olympia, propria notione. Ita enim scribit lib. xvi. *Pisonem ferebat in cœlum: se autem lætari, quod effugissem duas maximas vituperationes. Vnam, quam itinere faciendo me intelligebant suscipere, desperationis, ac derelictionis Reip.* Paulo post: *Alteram, de qua Brutus, & qui vna erant, lætabantur: quod eam vituperationem effugissem, me existimari a. d. Olympia.* Hæc ille. Si Cicero migrasset ante diem Olympia, quod is dies ἀνέκδημος sit, & peregrinationi non idoneus, difficile fuisset ipsum Ciceronem C
effugere vituperationem populi religionem illi obiicientis. Quia vero iam effugisset, propterea Brutum, & qui vna erant, lætari. Nihil est manifestius, quam ea mysteria Olympiadum, quæ Romæ obibantur post intercalationem, vt ex Cicerone declarauimus, & ante quæ nefas esset iter suscipere, fuisse quadriennia arcana a Pontificibus tam Romanis, quam Atticis obseruata, quibus exactis diem intercalabant, vt anni Solaris cursum, Solstitij, æquinoctiorum, & brumæ metas tuerentur. Romani igitur ad annum Solarem suum ciuilem exigebant, vt ex illius excessu Merkedonios suos colligerent. Habebat enim annus Romanus menses XII, dies XI, horas VI. Sed illi appendices dies, & horæ cum alteris totidem, biennio desinente, intercala- D
bantur. & annus præter duodecim menses, habebat dies XXII, horas XII. Ex viginti duobus diebus mensis fiebat, quem vocabant Merkedonium. XII vero horæ reseruabantur. Itaque sequenti biennio exeunte, bis XI dies, & bis XII horæ fiebant dies XXIII, hoc est Merkedonius secundus. & sic deinceps, vt in Tabula superiore annotatum est. Hoc modo singulis bienniis, quibus mensis intercalabatur, duo dies supra rationes Solis succrescebant. Exemplum.

A Ponamus ab ordinatione huius anni ſex biennia fluxiſſe. Colli-
guntur dies 4395. Duodecim anni Iuliani fiunt dies 4383.
Differentia, 12 dies; tot nempe, quot ſunt anni. Quod ſi ſem-
per continuentur intercalationes per ſingula biennia: breui fiet,
vt menſes brumales traducantur in ſedes æquinoctiorum, & ſic
viciſſim reliqui menſes non competent temporibus anni defini-
tis. Hoc ita temperatum. Exſpectarunt, donec iuſtus Merke-
donius ex illis diebus accreſceret, quem omitterent. Nam ſi
plus, aut minus intercalarent, quam iuſtus Merkedonij modus po-
ſtulat, hoc eſſet ſemper actum agere. Diximus ſingulis annis diem
ſuccreſcere. vndecim ergo biennia producent dies XXII, qui eſt iu-
B ſtus modus Merkedonij. Hic omittetur intercalatio iuſti Merkedo-
nij, dierum XXII. Retinentur XII horæ, quæ in ſequenti biennio cum
diebus XXII, horis XII, producent Merkedonium XXIII dierum.
Quare legitimus locus omittendæ intercalationis competit fini anni
XXII, vbi annus Romanus exæquatur cum Sole. Quia vero XII ho-
ræ Soli ſuperſunt ſupra dies anni, nunquam exæquabuntur, niſi al-
teris XXII annis, poſt quos nihil relinquitur. Itaque periodus
Romana fuit annorum XXII. Liuius de Numa: *Atque omnium
primum ad curſum Lunæ in duodecim menſibus deſcribit annum. Quem,
quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies
ſolido anno, qui Solſtitiali circumagitur orbe, intercalares menſes inter-
C ponendo, ita diſpenſauit, vt viceſimoquarto quoque anno ad metam
eandem Solis, vnde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatiis dies con-
gruerent.* Plena ſpatia vocat intercalationes Merkedonij, quibus ina-
nia ſpatia anni Romani explentur, vt cum Solſtitiali curſu æquentur.
Vult autem interuentu intercalationis viceſimi quarti anni, &, vt
ipſe loquitur, omnibus ſpatiis anni ad finem vſque viceſimi quar-
ti expletis, annum Romanum ad metas Solis redire. Quod falſiſſi-
mum eſt. Nam non omiſſa intercalatione viceſima quarta, tot dies
ſuperant, quot ſunt anni, vt iam explicatum eſt. Sane ipſe diſerte ait,
plenis omnium annorum ſpatiis viceſimo quarto æquationem fieri.
Quod ſi verum eſt, quod quidam interpretantes hunc locum, anno-
D tarunt, hic intelligi omittendam eſſe intercalationem viceſimi quarti
anni: quomodo hoc fiat non video. Nam omittebatur Merkedo-
nius: qui cum XXIII dies nunquam excedat, minor eſt dierum
XXIIII. Ita vnus dies abundaret, aut duo, ſi in XXIIII annum inci-
deret Merkedonius XXII dierum. Atqui, vt dixi, Romani tot annos
ſuſtinebant, donec iuſtus Merkedonius omitti poſſet. Id autem fiebat
XXII anno. Ergo viceſimus ſecundus annus, fuit periodus Romano-
rum, in qua decem erant biennia ἐμβόλιμα, & vnum ſine embo-

liſmo. Hoc modo fiebat, vt ex XII horis reſiduis anni XXII, Mer- A
kedonius primus ſecundæ periodi eſſet XXIII dierum, cum Merke-
donius primæ fuiſſet tantum dierum XXII, horarum XII. Atque ita
deinceps Merkedonij diſpenſabantur, vt ex anni Solaris ratione
nihil reliquum eſſet, quod Merkedonij paris & imparis com-
mutatione non compenſaretur. Quia vero luſtrum Romanum erat
minor periodus, vt Olympias Græcorum: periodus, quæ aliun-
de incipiebat, quam a primo anno luſtri, erat imperfecta. Prima pe-
riodus incipiebat ab anno primo luſtri: ſecunda a tertio: tertia a
quinto: quarta a ſecundo: quinta a quarto. In ſexta Luſtrum redibat
in orbem ſuum. Atque hoc tempus Romani vocabant SÆCVLVM:
quod erat luſtrorum XXII, periodorum quinque, annorum cen- B
tum, & decem. Horatius in Carmine Sæculari:

Certus vndenos decies per annos
Orbis vt cantus referatque Ludos.

Ob eam enim cauſam anno centeſimo decimo vertente, ineunte
centeſimo vndecimo, ludi Sæculares inſtituti, quo tempore annus
in Solem, luſtrum in annum, periodus in luſtrum conueniret. Quam
rationem veriſſimam & a nulla fabularum affectatarum origine pe-
titam, neque Varro, neque omnis Senatus Criticorum intellexit.
Nam interuallum illud centum & decem annorum ſumma vene-
ratione a veteribus Romanis obſeruatum fuiſſe conſtat, cum eo C
confecto ex Quindecimuirum commentariis ludi inſtaurarentur.
Ab illis enim ludis, quos libri Quindecimuirales primos celebra-
tos prodiderunt, anno CCXCVIII, M. Valerio, Sp. Verginio
COSS. ad alteros, qui anno CCCCVIII repetiti ſunt, M. Valerio
Coruino, C. Pœtelio COSS. anni præciſe interiecti ſunt CX. Toti-
dem anni ab iſtis, ad tertios, P. Clodio Pulchro, L. Iunio Pullo COSS.
anno A.V.C. quingenteſimo decimooctauo. A tertiis ad quartos ſub
COSS. Aimilio Lepido, L. Aurelio Oreſte, vt Quindecimuirum
libri annotarunt, teſte Cenſorino, anno A.V.C. ſexcenteſimo vice-
ſimo nono, idem interuallum eſt annorum CX. Totidem anni ab
his, ad illos, quos Auguſtus Cæſar edidit, anno Vrbis DCCXXXVII, D
C. Furnio, Pub. Iunio Silano COSS. Octauos autem ludos ſæcula-
res celebrarunt Impp. Septimius, & M. Aurelius, Chilone & Libo-
ne COSS. auctoribus Nummis, & Cenſorino. Horum mentio eſt
in hac veteri inſcriptione agri Caſinatis.

ME-

A

MEMORIÆ.

SEX. VIGELLI. AQVINAT. QVI
ANN. ATTIGIT. CENTENS
SET. ALTERVM ET NONAGENS
PERPET. INOFFENSA. VALETVD.
EXEGIT. RELIQVOS. SEPTEM. ET. DIES. XIIX.
DECVBVIT. ET. OCCVBVIT.
NAT. LVD. SÆCVL. VII. OBIIT. SEQVENT.

Hactenus Sæculi Romani interuallum recte à Romanis obſeruatum. B Qui ſecuti ſunt Principes, Sæculi modum libidine ſua finiuerunt. Primi Sæculares ludi editi, anno Vrbis CXCVIII. De quibus deducto vnius Sæculi interuallo, relinquitur annus Vrbis CLXXXVIII, qui erat annus Seruī Tullī Regis decimus. quo tempore non dubitamus, primum luſtrum ab eo conditum. Nam quod ſcriptum exſtat apud Cenſorinum, a luſtro primo ad vltimum, quod conditum eſt anno Vrbis DCCCVI, Imperatore Veſpaſiano Patre quintum, Filio tertium COSS. annos interfuiſſe paulominus ſexcẽtos quinquaginta: id potius li- C brarij, quam Cenſorini error eſt. Nam hoc modo Seruius Tullius initio regni ſui luſtrum condidiſſet. quod falſum eſſe omnes mihi concedent. Nos omni aſſeueratione contendimus, non ſolum primum luſtrum condi- D tum anno Tullij decimo, ſed etiam hinc repetendam eſſe originem ludorum Sæcularium. Quod enim origo ludorum Sæcularium huc referenda ſit, quid melius pro-

SERIES SÆCVLI ROMANI,
IN ANNIS, ET LVSTRIS SVIS.

Anni Sæculi.	Anni Luſtri.	Luſtra.	Anni Sæculi.	Anni Luſtri.	Luſtra.	Anni Sæculi.	Anni Luſtri.	Luſtra.	Anni Sæculi.	Anni Luſtri.	Luſtra.	Anni Sæculi.	Anni Luſtri.	Luſtra.
1	1	1	23	3		45	5		67	2		89	4	
2	2		24	4		46	1	10	68	3		90	5	
3	3		25	5		47	2		69	4		91	1	19
4	4		26	1	6	48	3		70	5		92	2	
5	5		27	2		49	4		71	1	15	93	3	
6	1	2	28	3		50	5		72	2		94	4	
7	2		29	4		51	1	11	73	3		95	5	
8	3		30	5		52	2		74	4		96	1	20
9	4		31	1	7	53	3		75	5		97	2	
10	5		32	2		54	4		76	1	16	98	3	
11	1	3	33	3		55	5		77	2		99	4	
12	2		34	4		56	1	12	78	3		100	5	
13	3		35	5		57	2		79	4		101	1	21
14	4		36	1	8	58	3		80	5		102	2	
15	5		37	2		59	4		81	1	17	103	3	
16	1	4	38	3		60	5		82	2		104	4	
17	2		39	4		61	1	13	83	3		105	5	
18	3		40	5		62	2		84	4		106	1	22
19	4		41	1	9	63	3		85	5		107	[illegible]	
20	5		42	2		64	4		86	1	18	108	3	
21	1	5	43	3		65	5		87	2		109	4	
22	2		44	4		66	1	14	88	3		110	5	

bauerit, quam tempus præcisum, & interuallum Sæculi definitum a A primo lustro ad primos ludos Sæculares? Lustrum autem primum eo anno, quo diximus, conditum, patet ex monimentis Fastorum Capitolinorum. Nam in illis, anno A.V. CDLIIII Lustrum XLVI conditum; & DLXXIIII, Lustrum quinquagesimum. Quinquaginta Lustra fiunt anni 250: qui ab annis 574 abiecti relinquunt 324. Rursus abiice 189 annos Vrbis, post quod tempus proxime censemus primum lustrum conditum. Remanent anni 135. Quæ sunt lustra 27 intermissa, post primum illud Seruianum. Vnde colligimus, lustra, quæ ab Augusto condita sunt, longe differre ab illis Seruianis. Quippe in instaurandis lustris nullam rationem habuit lustrorum Seruianorum, sed annorum Vrbis. Nam, verbi gratia, lustrum B Augustus condidit, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo COSS. cum octo ante annis ludos Sæculares edidisset. Quod non conuenit instituto Seruij Regis, quem constat primo lustro periodi censum egisse. Disputatis embolismi & periodi Romanæ rationibus, nunc spectandum caput anni. Et quidem a bruma cœpisse tum Ouidius testis est, tum etiam Cæsar ipse, qui vetus initium anni Romani obseruauit in ordinatione sua. Præterea & alia exstant huius rei argumenta non leuia. vt sidus Palilitium. quod dictum, quia Palilia in eius ortum incidebant, qui temporibus Iulianis incurrebat circiter XXI diem Aprilis. Quare non dubium, quin Cæsar veterem anni epocham in nouo condendo obseruauerit. Accedit ad hæc veterum C Criticorum, in his etiam Varronis de etymo Aprilis sententia. Qui cum censeant ab aperiendo dictum, manifesto indicant, Aprilem vernum mensem fuisse, qualem etiam Cæsar statuerit. Sed & obseruatio fabæ refriuæ non parum hæc illustrare videtur. Nam fabam è frugibus domum referre mos erat auspicij causa. Hoc autem fiebat Kal. Iuniis. quo nomine dictæ Kalendæ fabariæ; quod hoc mense fabæ adultæ diuinis rebus adhibebantur. Quod non fieret, nisi Ianuarius in brumæ tempus incideret. Denique Vinalia, quæ & aliter Veneralia, mense Sextili redeuntia, quæ ob pendentem vindemiam celebrabantur, satis arguunt Sextilem mensem in tempus pendentis vindemiæ incurrere non potuisse, nisi Ianuarius a bruma in- D cepisset. Non dubium igitur, si rite intercalationem obibant, quin Merkedonij interuentu annus in caput suum recurreret. Sed eam non rite obiri solitam, testis M. Tullius in iis, quæ ex libris de Legibus supra produximus: nempe intercalationem recte a Numa institutam, vitio Pontificum deprauatam fuisse. Quo tandem modo? Suetonius, Censorinus, Macrobius scribunt, Pontifices, ad quos intercalandi, atque annum corrigendi cura traducta erat, ob odium, vel inui-

A vel inuidiam, quo quis magistratu citius abiret, aut fungeretur, aut quo publici redemptores in lucro damnove essent, dum plus minusue ex libidine sua intercalant, rem sibi mandatam vitiose tractasse. Itaque ingens turbatio inde consecuta est in anno Romano, adeo, vt neq; messium feriæ æstati, neq; vindemiarum autumno competerent. Nam ex hac licentia omittendæ aut celebrandæ ex libidine intercalationis, nunquam anni Romani ratio constabat. Ideo Cicero scribens Attico sæpe rogat, ne intercalando sibi prorogetur imperium in annum sequentem. *Per fortunas*, inquit, *quoniam Romæ manes, primum illud præfulci, atque præmuni, quæso, vt simus annui: ne intercaletur quidem.* Alibi: *Memento curare per te, & per omnes* B *nostros, in primis per Hortensium, vt annus noster maneat suo statu, nequid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, vt dubitem, an etiam te rogem, vt pugnes, ne intercaletur.* Cælius Ciceroni: *Leuissime Curio: quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit.* Si igitur ita impune intercalabant Pontifices, vt intercalandi fines non tempus ipsum, sed voluntatem suam statuerent; vix aliter fuerit, quam vt anni caput prisca epocha luxatum in contraria tempora pessum ierit, neque feriæ messium æstati, neque vindemiarum autumno competerent, quod iam ex Suetonio dicebamus. Atque hoc quidem verum est. Anno primo Olympiadis XCVIII Roma a Gallis capta, referente Dionysio Halicarnassensi, C XV Kal. Sextilis, auctore Liuio, plenilunio circiter Solstitium imminente, teste Plutarcho. Iam ea Olympias erat tertia periodi. Si plenilunio Solstitiali primi anni Olympiadis casus hic contigit: ergo capta fuit ipso die ludicri Olympici. Neomenia mensis Olympici XI Iulij. Ergo XXV Iulij sine dubio capta fuit Vrbs. vt vanum & futile sit, quod ait Plutarchus, plenilunium in Solstitium incidisse. Nam Solstitium Græcia vocabat VIII Iulij, id est, τὸ κέντρον θερινόν, vt constat ex iis, quæ libro primo, capite de periodo Olympica diximus. Nam cum omnis neomenia Olympica, & aliarum Græciæ ciuitatum post VIII Iulij inciperet, nunquam efficietur, vt plenilunium Solstitiale in Solstitium incurrat. Sed quanta fides, & quatenus D Plutarcho in istis adhibenda, alibi docuimus. Alij dicunt mense vltimo anni quarti Olympiadis 97 captam. Ergo XV Scirrophorionis, quæ incidebat in XXV Iunij non longe a loco Solstitij. Sed Plutarchus nullum aliud Solstitium norat præter Olympicum. Fortasse, (quod verisimile est) cum quidam retulissent tempus captæ vrbis competere diei XXV Iunij Iuliani, in quo Cæsar statuit Solstitium, propterea Plutarchus dixerit circa Solstitium captam vrbem. Ab ante diem XV. Kal. Sextiles in anno vetere, ad exitum anni, dies

160. A plenilunio illo, id est a XXV Iulij in anno Iuliano, ad exitum anni, dies 159. Differentia dies vnus. Vno die igitur tantum luxatus erat annus. Et fortasse ne vno quidem die. Nam hoc potuit in XXIIII Iulij accidere, iam plenilunio prope confecto. Apud Catonem quoque lex vini pendentis huiusmodi extat: *Locus vinis ex* A. D. *Kal. Octob. primas dabitur. Si non ante exportauerit, dominus vino, quod volet facito.* En vindemiam pendentem Kal. Octobris, tempore Catonis, quæ antiquitus Veneralibus pendebat, & Volcanalibus calcabatur. Item Lex vino in doliis apud eundem Catonem. *Vinum accipito ante Kal. Ianuar. primas. Si non ante acceperit, dominus vinum admetiatur.* Ex his cognoscimus eo sæculo Octobrem Romanum in Septembrem Iulianum, & Ianuarium in Decembrem conuenisse. Anno A.V.C.DLXI, Manio Acilio Glabrione, Publio Cornelio Scipione Nasica COSS. defecit Sol a.d.V Eid.Quintil.anno periodi Iulianæ 4524, XIIII Martij, feria VI. Ex a.d. Eid. Quint. ad exitum anni, sunt dies CLXIII, qui a XIIII Martij putati desinunt in XXIV Augusti. Ergo Ianuarius sequens cæpit XXV Augusti Iuliani. Rursus anno A.V.C.DLXXXIII, L. Aimilio Paulo II, C. Licinio Crasso COSS. defecit Luna pridie Nonas Septembris, anno periodi Iulianæ 4546, Iunij XXI, feria tertia. A prid. Non. Sept. ad exitum anni Romani, dies CXIIII: qui a XXI Iunij putati desinunt in XII Octobris Iuliani. Ergo Ianuarius vetus tunc cœpit XIII Octobris Iuliani. Temporibus Ciceronis, cum Iulius emendationem suam aggressus est, sine dubio idem fuit caput Ianuarij, nempe circiter XIII, aut XIIII Octob. Quare lib. II. ad Quintum fratrem ita scribit: *Cura, mi Frater, vt valeas. &, quanquam est hiems, tamen Sardiniam istam esse cogites.* Scribebat XV Kal. Martias. Sequenti Epistola scribens post III Eid. Mart. *Spero,* inquit, *nos ante hiemem contubernales fore.* Si Martius est hibernus, Ianuarius fuit autumnalis. Attico scribens post Martium: *Infero mari nobis, incerto cursu, hieme maxima nauigandum est.* Ecce hiems maxima post Martium. Eodem libro: *Non esse nobis faciles ex Italia exitus, cum ea tota armis præsidiisque teneatur, hieme præsertim.* Scripsit hanc post illam superiorem. Libro sequenti ait milites in hiberna deduci mense Aprili. Et libro V, a Sextili incipit putare menses æstiuos. Tanto interuallo abfuit finis anni Romani a priscis metis brumæ. Postremo idem scribens ex a. d. XVII Kal. Iun. ait se æquinoctium moratum esse, quod valde perturbatum erat. Vt appareat illis temporibus, Ianuarium Romanum in Octobrem Iulianum incurrisse. Sed verba sunt apponenda: *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id si cras erit. Vtinam idem maneat Hortensius, siquidem adhuc erat. Liberalius esse nihil potest.*

Scribe:

A Scribe: *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat Id. Si cras erit, vtinam idem maneat. Hortensio (siquidem adhuc erat,) liberalius esse nihil potest.* Quo anno scribebat hæc Cicero, intercalatum fuerat. Ait Idib. Maiis æquinoctium fuisse. Idus vero Maiæ, quo tempore intercalabatur, a Kalendis Ianuarij putatæ desinunt in diem 154. Æquinoctium Iulianum xxv Martij. Aufer a diebus 154 dies 84, nempe a Kal. Ianuarij, ad xxv Martij, supersunt dies 70. qui deducti de 366 diebus anni bisextilis (erat enim cycli Solaris annus xvii) relinquunt dies 296, hoc est diem 23 Octobris. Ergo cum intercalabatur, annus Romanus desinebat in 23 Octobris Iuliani; & sine intercalatione in 13. Annus primus Iulia-
B nus est quintus ab eo, quo hæc scribebat Cicero. Annus Confusionis habuit dies 444. Anni duo Iuliani sunt 730 dies: de quib. 444 deducti relinquunt 286, nempe diem 13 Octob. Iuliani. Quare in Commentario de bello Africano scribitur, post Ianuarium confectum sidus Vergiliarum fuisse, & ingentem grandinis nimbum ingruisse. Quod autem in exemplo a nobis adducto Cicero dixit, Si cras erit, hoc idem est cum eo Catulliano:

Nam si luxerit, ad librariorum
Curram scrinia.—

item cum Virgiliano: *Crastina si radiis Aurora retexerit orbem.*

Quæ interpretatio loci Ciceroniani mirifice confirmatur tempore
C scriptionis. Data enim fuit epistola xvii Kal. Iunij. Hæc est mens Ciceronis. Si cras erit, vtinam idem maneat. Id est, vtinam sudum sit, vt quidem nunc est. Atque is erat anni Romani status, cum C. Cæsar ei manum admouit: qui ex Lunari non malo in pessimum a Numa, aut alio rupice, & rustico deprauatus, vitio intercalationis, veteres fines suos tamen tueri non potuit. Vt non semel miratus sim, orbis terrarum dominam gentem, quæ generi humano leges dabat, sibi vnam legem anni ordinati statuere non potuisse. vt post hominum memoriam nulla gens in terris ineptiore anni forma vsa sit. Si tamen vitio Pontificum intercalatio deprauata non fuisset, facile erat tempora, & Fastos Romanos ex illius anni obseruatione propagare.
D Cum igitur ex iis, quæ supra disputata sunt, pateat Ianuarium priscum in Octobrem Iulianum temporibus vltimis conuenisse: miraberis tamen Ciceronem Tironi scribentem mense Nouembri hibernam nauigationem eo tempore timere, atque adeo ipsi Tironi interdicere, Nouembri hiberno mense, nauigare. Quod quid cuiusve modi sit, quærendum relinquimus.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F. DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER TERTIVS.



N Aſtronomicis ὁμαλαὶ κινήσεις vocantur A
eæ, quibus ex Anomaliarum Canonibus
competentes προσθαφαιρέσεις adhibitæ non
ſunt. Ideo illis motibus aut deeſt ſemper,
aut ſupereſt aliquid. Sic in ratione anni
eum annum æquabilem vocamus, cui pro-
pter commodiorem vſum aut abeſt, aut ſu-
pereſt aliquid. Exempli gratia: Perſico an-
no quadrans de Solis ratiociniis deeſt. At
Græco ſupra Lunæ ratiocinia dies fere ſex ſuperſunt. Vtrique hoc con-
tigit propter & commodiorem menſium in triginta dies tributionem,
& æquabilem dierum deſcriptionem: qua quidem æquabilitate men- B
ſium Græci volebant Lunæ motum aſſequi. Sed hoc erat vltra fines
iaculum expedire. Plus enim dierum ad eam rem aſſumebatur, quam
modus anni poſtulabat. Contraria ratione Orientis nationes, cum
eodem anno antea vterentur, atque ad vitandum tædium emboliſ-
morum eum caſtigare vellent, primum illum a Solis propius, quam
a Lunæ rationibus abeſſe animaduerterunt: quod videlicet popu-
lares temporum errores magis in Luna, propter illius ſideris ce-
leritatem, deprehenduntur, quam in Sole: deinde conuenit in-
ter eos, vt ex modulo anni ſui, qui 360 dierum tantum erat,
partem 72 decerperent, atque eam anno appenderent. Diuiſa ita-
que anni quantitate in 72, excerptæ ſunt dies v, & in calcem an- C
ni poſt 360 dies reiectæ: quas ἐπαγομένας Græci vocant, Ægyptij
priſca lingua NESI: Perſæ & Arabes مسترقة MVSTERAKATH.
Æthiopes corrupto Græco vocabulo etiamnum hodie PAGOMEN
appellant. Cum ita annum 365 dierum conſtituiſſent, non dubita-
runt eum Solarem appellare: cum tamen non ignorarent, illi anno ad
perfectio-

A perfectionem quadrantem diurni temporis deesse. quo neglecto in 120 annis per mensem integrum recedit caput anni ab epocha Solari. Verbi gratia: Caput anni, quod hodie fuerit in Kal. Mai Iuliani, id post 120 annos, incidet in Kal. Apr. Quare duodecim magnis mensibus vertentibus discedit a prima epocha; dies 360. quod tempus est annorum duodecies 120, hoc est, 1440. Post viginti annos recedit dies 365. Et summa annorum fit 1460 anni æquabiles. quo interuallo caput anni huius totam ordinationis Iulianæ seriem peruagatur. Id spatium annum magnum vocabant. Constat enim ex duodecim magnis mensibus, qui singuli sunt annorum 120, vel decies duodecim, & quinque magnis ἐπαγομένας, vel quinquies quater annis.

B Sed quod Censorinus huiusmodi magnum annum κυνικὸν vocari ait, id verum est, si spectes neomeniam Thoth. Quoties enim neomenia Thoth in ortum caniculæ incidit, is dicitur recte κυνικὸς ἐνιαυτός. Idque iterum vt accidat, non paucis annorum centuriis opus est. Sed quod illud interuallum, quo Thoth redit ad ortum Caniculæ, vnde profectus erat initio, constet annis 1460, id vero perabsurdum est. Nam quem Thoth Canicularem dicit fuisse, Vlpio & Brutio Præsente coss. is post 1460 annos Canicularis esse non poterit, nimirum anno Christi 1599. qui erit annus æquabilis 1460 absolutus ab illo Thoth Caniculari Censorini. Vt enim Solstitia & æquinoctia intra illud tempus anteuertunt circiter dies XI, ita ortus

C siderum tardius oriuntur: quia annus sidereus, vt vulgus astronomorum loquitur, tardior est anno Iuliano, Iulianus anno Tropico. Quare si circa annum Christi 138 Caniculæ ortus incidit in XX Iulij, anno Christi 1598 incidet in XXIX Iulij, si quidem Thebithio anni siderei auctori credimus. Sed, inquies, nondum veteres illi τὴν ἀλήθειαν ἐξηκρίβωσαν. Itaque magnus illorum annus, qui constabat ex 1460 Iulianis, erat potius magnus orbis anni Ægyptiaci æquabilis, in epocham Iulianam restituti, quam Caniculæ ad Thoth vagum redeuntis. Sed & Dio Cassius, hunc magnum annum in animo habens, iniecta mentione intercalationis Bisexti Iuliani, pueriliter admodum de ea re pronuntiauit. Putat in illo interuallo 1460 annorum

D vnum diem adiiciendum esse, præter illum ordinarium, quod Bisextvm dicitur. Quod tantum abest, vt verum sit, vt in totidem annis Iulianis vndecim potius dies excreuerint, quam vt vnus desit. Verba Dionis: τὴν μέντοι μίαν τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην διὰ τεσσάρων καὶ αὐτὸς ἐτῶν εἰσήγαγεν, ὥστε μηδὲν ἔτι τὰς ὥρας αὐτῶν, πλὴν ἐλαχίστου, παραλλάττειν. ἐν γοῦν χιλίοις καὶ τετρακοσίοις, καὶ ἑξήκοντα, καὶ ἐπὶ ἔτει μιᾶς ἄλλης ἡμέρας ἐμβολίμου δέονται. Vide quot errores. Ait διὰ τεσσάρων ἐτῶν embolismum bisexti fieri. Quod Græce proprie

proprie eſt, tertio anno exacto. Sic Herodotus ſignificans Græcos ſin- A
gulis bienniis exactis intercalare, dicit, ἕλληνες διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβό-
λιμον ἐπεμβάλλουσι. Hoc eſt inter ſecundum annum exactum, & ter-
tium ineuntem. Deinde arbitratur præter quadrantem diei aliquid
ſupereſſe. Poſtremo poſt annos mille quadringentos ſexaginta vnum,
celebrandam vnius diei intercalationem. Nam ſi id, quod ille male
intellexit, verum erat, vnus annus ſupra 1460, ad intercalatio-
nem non pertinet. Sed poſt 1460 Iulianos exactos, anno proxime
ineunte, Thoth Ægyptiacus redit irerum in eam diem menſis Iulia-
ni, in qua ante 1461 annos æquabiles fuerat. Præterea anni æqua-
biles 1461 ſunt 1460 abſoluti Iuliani. Ego ſane in hoc loco Dionis
immorandum amplius eſſe non cenſuiſſem, niſi is locus magnum B
virum Gazam in eundem errorem impuliſſet: qui eum, quanquam
non iiſdem verbis, in ſuum libellum de Menſibus traduxit. Cuius
verba neceſſario apponenda eſſe iudicaui. δοκοῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι πρῶτοι
μησὶ χρήσασθαι καθ' ἥλιον τριακονθημέροις δώδεκα, καὶ πέντε ἡμέρας ἐπαγα-
γεῖν κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, τό, τε ἐπιτρέχον μόριον τῆς ἡμέρας εἰς ἐκπλήρωσιν
τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἐκ περιόδων ἐτῶν ἀπολαβόντες συνθέσθαι μίαν ἡμέραν. Aperte
ex Dione expiſcatus eſt, vt vides. Et περίοδον πλειόνων ἐτῶν intelligit
mille quadringentos ſexaginta annos. Error ſane in Philoſopho po-
tius, quam hiſtorico caſtigandus. Non ergo μίαν ἡμέραν συνθέσθαι, ſed
ἓν ἔτος. Sed quid Iulio Firmico facias, qui ita in proœmio operis ſui
ſcribit? *Quantis etiam conuerſionibus maior ille, quem ferunt, perfi-* C
*ceretur annus, qui quinque has ſtellas, Lunam etiam, ac Solem locis
ſuis, originibuſque reſtituit, qui mille quadringentorum, & ſexaginta
vnius annorum circuitu terminatur.* An non plane ἀποκαταστάσιν om-
nium planetarum illo circuitu anni Canicularis fieri putat? Quid
imperitius potuit dici? Hæc ſunt, quæ de anno æquabili Ægyptiaco
homines eruditi tradiderunt. Supereſt nunc, vt methodum Lunæ in
hoc anno reperiamus, ſi qua periodus proxime curſum eius ſideris
cum anno Ægyptiaco exæquare poſſit. Quæ ſane deprehenſa eſt eſſe
viginti quinque annorum, vt quemadmodum enneadecaeteris in an-
no Iuliano, ita εἰκοσιπενταετηρὶς in anno æquabili proxime ad præciſam
æquationem accedat. Enneadecaeteris Iuliana maiuſcula eſt Lunari D
hor. 1, 485. εἰκοσιπενταετηρὶς autem Ægyptiaca relinquit ſupra ratioci-
nia Lunæ, hor. 1, 123. Tanto præciſior eſt εἰκοσιπενταετηρὶς Enneadecae-
teride. Modus anni Ægyptiaci, ſiue æquabilis, dies 365. Annus Lu-
naris 354, 8, 876. Differentia, dies 10, 15, 204. Duc igitur viceſies
quinquies hanc ὑπεροχὴν. Prodeunt dies 265, hor. 19, ſcr. 780. Menſis
Lunaris 29, 12, 793. quos multiplica nouies. quia tot emboliſmi ſunt
in hac periodo. Producuntur dies 265, 18, 657. Deducantur de illo ex-

ceſſu

A cessu anni Ægyptiaci. Remanent dies 0, 1, 123. Nunc videamus, quomodo & quando intercalandum. Tres ὑπέρεγχοι anni Ægyptiaci fiunt dies 31, 21, 612. Deducto mense Lunari, remanent epactæ anni tertij, 2, 8, 899. quæ cum triplicato iterum excessu, abiecto mense Lunari, relinquunt epactas anni sexti, 4, 17, 718. Tertio triplicatur excessus: qui cum epactis anni sexti, deducto mense Lunari, relinquit epactas anni noni, 7, 2, 537. Quas si cum triplicato excessu iunxero, deducto mense Lunari, epactæ, quæ hinc prodibunt, nimium quantum excedent. Contenti simus igitur duplicato excessu, 21, 6, 408. Cum epactis proxime præcedentis embolismi fiunt dies 28, 8, 945. En Lunæ rationes maiores anno Ægyptiaco.
B Nam mensis Lunaris excedit illam summam, vt scis. Deducatur igitur nunc summa anni Ægyptiaci, de summa Lunari. Relinquuntur epactæ vndecimi embolismi. Item triplicetur excessus, neque iungatur superioribus epactis: quia iam non anni Ægyptiaci excessus est, sed Lunaris. Ex triplicato excessu Solis prodeunt epactæ 2, 8, 899. Et quia hæ epactæ anni Ægyptiaci maiores sunt proximis epactis Lunaribus, aufer Lunares 1, 3 928, ab Ægyptiacis 2, 8, 899. Exeunt 1, 4, 1051, epactæ 14 embolismi. Triplica iterum excessum. Iunge epactas proximas. Abiice mensem Lunarem. Habes 3, 13, 870, epactas anni 17. Triplica excessum. Iunge epactas. Abiice mensem. Prodeunt epactæ vicesimi embolismi, 5, 22, 689. Iunge triplicato
C excessui. Abiecto mense Lunari, remanent epactæ vicesimi tertij embolismi, 8, 7, 508. quæ cum duplicato excessu, deducta syzygiæ vnius quantitate, relinquunt in vicesimo quinto anno differentiam anni Ægyptiaci, & Lunaris, dies 0, 1, 123. Nouies igitur intercalatur: Ternis quidem annis, tertio, sexto, nono, quartodecimo, decimo septimo, vicesimo, vicesimo tertio: Binis autem, vndecimo, & vltimo. Rursus quemadmodum ex Solis excessu supra Lunam in cyclo enneadecaeterico epactæ formantur ad indicandam ætatem Lunæ: ita etiam in hac periodo ex anni Ægyptiaci excessu Epactæ produci possunt. Epactæ igitur primi anni erit excessus ipse anni Ægyptiaci, 10, 15, 204. Secundi anni, duplum illarum 21, 6, 408.
D Tertij triplum. Et sic deinceps. Hæ epactæ in anno Ægyptiaco eum vsum habent, quem illæ nostræ in anno Iuliano ad ætatem Lunæ, vt Computatores nostri loquuntur, ad ποσαίαν, vt Græci, indicandam: nempe vt Kalendarum Regulares cum die proposita mensis, & cum epactis simul, abiectis tricenariis, cum opus erit, ostendant ποσαίαν τῆς σελήνης. Sed hoc differunt Regulares Ægyptiaci a regularibus Iulianis: quod omnium Kalendarum Regulares Iuliani in methodo epactarum adhibeantur: vt, verbi gratia, in Februario, qui est duodecimus men-

mus mensis Paschalis, cum inuestigatur ætas Lunæ, duodecim regulares mensium adhibentur: tot nimirum, quot sunt Kalendæ a Martio. At in anno æquabili alterni regulares adiiciuntur. Nam omnium mensium paris numeri nulli sunt regulares. Sed illorum vicem antecedentium mensium regulares funguntur. Exempli gratia: Paophi est secundus mensis, ideo paris numeri. Proinde regularis vnus erit Thoth præcedentis, & Paophi sequentis. Volo nouilunium illi competens inuestigare in anno, in quo epactæ Lunares erunt v. Non binos Regulares, quod binæ Kalendæ fluxerint, sed vnos tantum assumo: & inuenio nouilunium in XXIIII Paophi. Ratio huius hæc est: Nouilunium in mensibus τριακονθημέροις binis in eadem die semper deprehenditur, quamquam semisse die prius præuertitur a sequenti. Primus itaque & secundus mensis habent nouilunium in eadem die: tertius item & quartus. Et sic deinceps bini menses in eodem die conficiunt nouilunia. quod non ἀκριβῶς, sed πλατικῶς dictum velim, quatenus patitur popularium Epactarum ratio. Nam hac in re in anno Iuliano peccatur. Sunto epactæ Lunares 25. XXIX dies Aprilis erit XXVI Lunæ. Et XXX dies eiusdem erit XXVII Lunæ. Quare Kal. Mai Luna erit XXVIII, vt docent Epactæ. At assumptis regularibus trinarum Kalendarum, prima dies Mai erit XXIX. Fallit ergo regula epactarum in mensibus illis, quos præcedunt menses τριακονθήμεροι. Propter regulares igitur fit ὑπέρβατος vna dies. Cui errori occurrendum est. Nam antecedente mense tricenario non videbantur assumendi regulares sequentis. In anno igitur Ægyptiaco menses, qui sunt pari numero, nullos regulares habent. In mensibus vero imparibus, quot neomeniæ fluxerint imparium, tot regulares assumendi. ita vt numerus mensium dimidiandus sit, & productum sint Regulares. Hic est vsus epactarum, quarum diagramma infra subiecimus. Cuius duplex vsus. Nam epactæ eatenus nomen hoc retinent quandiu descendunt. Ascendentes autem sunt termini nouiluniorum. Exemplum: Epactæ primi anni εἰκοσιπενταετηρίδος in annis Nabonassari sunt, 5, 22, 689. quas reperies in 20 anno diagrammatis. Sequentis anni epactæ sunt in 21 anno diagrammatis, nempe, 16, 13, 893, & ita deinceps. Contra terminus nouiluniorum primi anni Nabonassari est in eo anno, qui ascendens proxime præcedit annum primum Epactarum, nempe in anno 19 Diagrammatis: in quo notatus est terminus 24, 20, 198. Dies igitur v Epactarum, cum vno regulari Thoth constituit nouilunium in 24 die Thoth, qui est Terminus nouilunij. Eadem methodus in aliis. Quæ facilima est, dummodo Epactas scias descendere, Terminos autem ascendere: item proximum annum ascendentem a primis Epactis, esse primum

A B C D

A mum Terminorum. Hæc ratio expedita erat, si epactæ præcise essent dierum certorum, neque horas & scrupulos appendices haberent. Quo fit, vt dies tantū terminorum, exclusis horis,& scrupulis progressu temporis nouilunij fines non attingant. Nam in 23 periodis Luna anteuertit cyclum anni æquabilis die vno. Itaque castigatio adhibenda, quoties summa annorum Ægyptiorum, aut Armeniorum, aut Persicorum excedit 500 annos,aut paulo amplius. Melius igitur

B

TABELLA MENSIVM.

	Pars prior.				Pars poster.		
	Dies collecti.	Feria.	Hor.	Scrup.	Dies.	Hor.	Scrup.
1	29	1	12	793	0	11	287
2	59	3	1	506	0	22	574
3	88	4	14	219	1	9	861
4	118	6	2	1012	1	21	68
5	147	7	15	725	2	8	355
6	177	2	4	438	2	19	642
7	206	3	17	151	3	6	929
8	236	5	5	944	3	18	136
9	265	6	18	657	4	5	423
10	295	1	7	370	4	16	710
11	324	2	20	83	5	3	997
12	354	4	8	876	5	15	204
13	383	5	21	589	6	2	491

TABELLA ANNORVM EXPANSORVM.

Anni expãsi.	Epactæ.			Nouilunia.			
	Epact.	Hor.	Scrup.	Feria.	Hor.	Scrup.	
1	10	15	204	4	8	876	
2	21	6	408	1	17	672	
3	2	8	899	7	15	181	Emb.
4	13	0	23	4	23	1057	
5	23	15	227	2	8	853	
6	4	17	718	1	6	362	Emb.
7	15	8	922	5	15	158	
8	26	0	46	2	23	1034	
9	7	2	537	2	21	543	Emb.
10	17	17	741	6	6	339	
11	28	8	945	5	3	928	Emb.
12	9	11	356	2	12	724	
13	20	2	560	6	21	520	
14	1	4	1051	5	19	29	Emb.
15	11	20	175	3	3	905	
16	22	11	379	7	12	701	
17	3	13	870	6	10	210	Emb.
18	14	4	1074	3	19	6	
19	24	20	198	1	3	882	
20	5	22	689	7	1	391	Emb.
21	16	13	893	4	10	187	
22	27	5	17	1	18	1063	
23	8	7	508	7	16	572	Emb.
24	18	22	712	5	1	368	
25	0	1	123	3	22	957	Emb.

C

TABELLA ANNORVM. COLLECTORVM.

Anni collecti.	Dies.	Hor	Scrup.	Feria.	Hor.	Scrup
25	0	1	123	3	22	957
50	0	2	246	7	21	834
75	0	3	369	4	20	711
100	0	4	492	1	19	588
125	0	5	615	5	18	465
150	0	6	738	2	17	342
175	0	7	861	6	16	219
200	0	8	984	3	15	96
225	0	10	27	7	13	1053
250	0	11	150	4	12	930
500	0	22	300	2	1	780
750	1	9	450	6	14	630
1000	1	20	600	4	3	480
1250	2	7	750	1	16	330
1500	2	18	900	6	5	180
1750	3	5	1050	3	18	30
2000	3	17	120	1	6	960
2250	4	4	270	5	19	810
2500	4	15	420	3	8	660
5000	5	2	570	6	17	240

D

per characterem & feriam diei methodum Lunæ tractabis. Cuius rei gratia Tabulas duplices tibi confecimus in mensibus, annis expansis & collectis per periodos suas. Cuius vsus duplex, vt & ipsa duplex. Aut enim per partem anteriorem, aut per posteriorem, ope-

R rari

rari potes. Et pars quidem anterior, cum collecta fuerit, auferenda A est de 30 diebus, vt suo loco dicetur. Residuum erit exactissimum nouilunium, in horis, & scrupulis: vt Abacus Astronomicus certius daturus non sit. Contraria methodus in posteriore parte. Nam per adiectionem, non per detractionem res tractatur. Quod suo quidque loco explicandum relinquimus.

DE ANNO ÆGYPTIACO.

ANTIQVISSIMA, & simplicissima anni forma, ac popularibus temporibus accommodatissima, est ea, quæ in tricenarios numeros tribuitur. Nam sane antiquitus, præsertim apud Ægyptios, annus constabat tantum diebus trecentis sexaginta. qui numerus propter æquabilitatem diuisionis est aptissimus. B Ægyptij vero Hierophantæ, cum scirent anno populari ad perfectionem deesse dies integros quinque ac quadrantem, eum annum perfectum siquando significare vellent, Serpentem in orbem ac circulum conuolutum, cauda ore admorsa pingebant in suis Hieroglyphicis monumentis, tanquam Sol perfectum & absolutum Zodiaci curriculum non conficiat, si quinque illæ dies appendices desint. (Aliter apud Eusebium libro primo προπαρασκευῆς· ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράσσουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν, ἱερακόμορφον. καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα. τὸν μὲν κύκλον, κόσμον μηνύοντες. τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν τούτου, ἀγαθὸν C δαίμονα σημαίνοντες.) Eum Serpentem νισί vocabant: quomodo hodie Coptitæ, & Ægyptij vetustissimi Christiani τὰς ἐπαγομένας vocare solent lingua prisca AEgyptiaca, qua sacros vtriusque Testamenti libros conscriptos habent, & sacra itidem in templis obeunt. Inuenio enim illas dies نسى ab illis, Arabice denotari. Nam Horus Apollo Serpentem illum κοσμοειδῶς ἐσχηματισμένον, quo annum, mundum, Regem, & alia significabant, scribit vocari Μεισί. Sed mendum esse librarij puto. Nam, vt dixi, finem anni Solaris etiamnum hodie Ægyptij Christiani Nesi vocant. Eum autem NESI siue NISI his elegantissimis versibus describit Claudianus Panegyrico II in Stiliconem. D

Est ignota procul, nostraque imperuia menti
Vix adeunda Deis, annorum squalida mater,
Immensi spelunca ÆVI, *quæ tempora vasto*
Suppeditat, reuocatque sinu. Complectitur antrum,
Omnia qui placido consumit numine SERPENS:
Perpetuumque viret squamis, caudamque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

Porro

A Porro nomen ἐπαγομένων dictum est κατὰ σέρησιν, tanquam olim annus 360 dierum simpliciter fuisset. Quod, vt dixi, Hierophantæ ipsi non solum in libris suis scriptum habebant, sed & fabulam origini & causæ τῶν ἐπαγομένων adiiciebant: Mercurium scilicet alea cum Luna ludentem vicisse, & septuagesimam secundam partem anni ab ea extorsisse, quam postea 360 diebus, qui erat modus anni prisci, adiecerit. Plutarchus ita rem narrat: Τῆς Ῥέας, φασὶ, κρύφα τῷ Κρόνῳ συγγενομένης, αἰσθόμενον ἐπαράσασθαι τὸν Ἥλιον αὐτῇ, μήτε μηνὶ, μήτε ἐνιαυτῷ τεκεῖν. ἐρῶντα δὲ τὸν Ἑρμῆν τῆς θεοῦ συνελθεῖν. εἶτα παίξαντα πεττεία πρὸς τὴν Σελήνην, καὶ ἀφελόντα τῶν φώτων ἑκάστου ἑβδομηκοστὸν δάτερον, ἐκ πάντων ἡμέρας πέντε συνελεῖν, καὶ ταῖς ἑξήκοντα καὶ τριακοσίαις

B ἐπαγαγεῖν, ἃς νῦν ἐπαγομένας Αἰγύπτιοι καλοῦσι, καὶ τῶν Θεῶν γενεθλίους ἄγουσι. Ergo ab initio ἐπαγόμεναι nullæ erant. & solo verbo indicatur priuatio earum antiquitus. quod nimirum antea non fuisse videantur, eo quod adiectæ sint. Ἐπαγομένων autem Ægyptiacarum hæc cognomina erant, vt infra subiecta sunt.

ΕΠΑΓΟΜΕΝΑΙ ἤτοι ΝΕΙϹΙ.

Πρώτη, ΟϹΙΡΙϹ. *Frater Isidis.*
Δευτέρα ΑΡΟΤΗΡΙϹ. *Putamus esse Anubim.*
Τρίτη ΤΥΦΩΕΥϹ, *vir Isidis.*
Τετάρτη ΙϹΙϹ.
Πέμπτη ΝΕΦΘΗ, ἤτοι ΑΠΟΦΡΑϹ. *Firmico de errore profanarum religionum dicitur* ΝΕΦΘΟΤΝΗ, *Soror Isidis.*

Annus ergo Ægyptiacus fuit dierum trecentum sexaginta quinque, sine quadrantis adiectione. Cuius Thoth primus necessario cœpit ab

C ortu Caniculæ, Sole in Leonem transeunte, nouilunio. Quia obseruatio anni & temporum in Caniculæ ortu ab Ægyptiis statuebatur: eaque erat ipsis cursus Solaris epocha. Et quamuis eorum Thoth laxis habenis in anteriora fugeret, tamen quarto quoque anno diem intercalabant, vt testatur Diodorus Siculus libro primo, cum de Thebanis Ægypti loquitur: τὰς γὰρ ἡμέρας, inquit, οὐκ ἄγουσι κατὰ σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἥλιον, τριακονθημέρους μὲν τιθέμενοι τοὺς μῆνας, πέντε δὲ ἡμέρας, καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσιν. Id autem fiebat hoc modo: Esto neomenia Thoth, Kalendis Augusti, Canicula oriente: post quartum annum Thoth superatis Kal. Augusti ascendet in XXXI Iulij. Quare AEgy-

D ptiorum Hierophantæ quinto anno ineunte; annum suum ἱερογλυφικὸν a secunda die Thoth auspicabantur, & spatium illud quadriennij κυνικὸν ἐνιαυτὸν vocabant, item ἡλιακὸν ἔτος, item ἔτος Θεοῦ, id est Solis. Sic secundo quadriennio exacto, noni anni principium a tertia Thoth putabant. & quot quadriennia præterierant, tot ἐνιαυτοὺς κυνικοὺς putabant; quadriennium quidem exactum ἔτος Θεοῦ vocantes, annum autem æquabilem labentem, QVADRANTEM. Verbi gratia: Proponatur vicesima sexta dies Paophi, qui est secundus

 mensis.

mensis. A Neomenia Thoth, ad vicesimam sextam Paophi, fluxerunt dies quinquaginta quinque solidi. qui per quatuor diuisi dant tredecim ἐνιαυτοὺς θεοῦ cum tribus quadrantibus, & vicesima sexta dies est quartus quadrans anni XIIII Canicularis. Itaque hoc modo in literis subsignabant, & sacris libris: ACTVM ANNI DEI QVARTI DECIMI QVADRANTE QVARTO. Et quia annum, vt dixi, æquabilem vocabant QVADRANTEM, propterea illum ἱερογλυφικῶς designare volentes, quartam partem modi arualis, seu iugeri pingebant. Horus Apollo: ἔτος τὸ ἐνιστάμενον γράφοντες, τέταρτον ἀρούρας γράφουσιν. ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα, πηχῶν ἑκατόν. βουλόμενοί τε ἔτος εἰπεῖν, ΤΕΤΑΡΤΟΝ λέγουσιν. ἐπειδή, φασι, κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς Σώθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς, τέταρτον ἡμέρας προστίθεται, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ ΘΕΟΥ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος περισσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι. τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει. Idem lib. II. LXXXIX. τὸ δ᾽ ἔτος κατ᾽ Αἰγυπτίους τεσσάρων ἐνιαυτῶν. Dilucide & plane non solum ex quadriennio AEgyptiaco, & quadrante κυνικὸν ἐνιαυτὸν constare dicit, sed etiam simplicem annum QVADRANTEM vocari. Sed minus proprie, imo falso dixit, διὰ τετραετηρίδος περισσὴν ἡμέραν numerare, imo διὰ πενταετηρίδος, hoc est anno quarto absoluto, quinto ineunte. Videntur vero manca scriptoris Græci verba, & legendum, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ ΘΕΟΥ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, καὶ ἔτι πρὸς τεταρτημορίου. Quare errat Censorinus dupliciter, cum de hoc anno loquitur: primum, quod κυνικὸν ἐνιαυτὸν vocari tantum dicit, eum qui ex multis centuriis annorum constet. sed etiam, qui putet 1460 anno Iuliano vertente Thoth in eundem Solis reuolui locum, vnde ante tot annos profectus fuerat. Nam vt paulo ante disputauimus, Thoth profectus ab ortu Caniculæ Kal. Augusti, post 1460 annos aberit ab ipso ortu Caniculæ in consequentia diebus plus minus nouem. Quod autem quarto quoque anno diem intercalarent AEgyptij, & in ipso ortu Caniculæ, satis constat ex obseruatione Eudoxi, qui periodos & ambitus tempestatum putabat confici quarto quoque anno. eoque fine ille lustrum suum circumscripsit, anno intercalari. Plinius libro II: *Omnium quidem, si libeat obseruare minimos ambitus, redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Est principium lustri eius semper intercalari anno, Caniculæ ortu.* Hactenus Plinius. qui & libro XVIII ait tempestates ipsas quadrinis annis suos ardores habere, & easdē non magna differentia reuerti ratione Solis: octonis vero augeri easdem, centesima reuoluente Luna. quod nihil aliud est, quam quatuor annis Iulianis

A lianis fieri ἀποκατάστασιν τῶν ἐπισημασιῶν, eamque geminari bis totidem annis. Non ſolum autem in Ægyptum profectum fuiſſe Eudoxum ex Laertio & aliis conſtat, ſed etiam diei quarto quoque anno exacto intercalandi methodum Græcis prodidiſſe auctor eſt Strabo. quanquam multo antea Græcis vſurpatam ſcio. Quomodo enim epocham primi menſis Iphitei ſeruare potuiſſent? Quare vel hinc clarum eſt, luſtrum Eudoxi nihil aliud, quam quadriennium Caniculare AEgyptiorum fuiſſe. idque ipſum Eudoxum a ſacerdotibus AEgyptiis didiciſſe, cum eorum gratia in AEgyptum profectus eſſet, ibique ſuam Octaeterida conſcripſiſſet. Sed omne dubium tollit Canicularis ortus adiecta mentio. Vt autem maximus annus Canicu-
B laris reuertatur, fateor equidem, opus eſſe, vt Thoth in ortum Caniculæ incurrat, non autem, vt anni Ægyptiaci ſolidi 1460 elabantur. Hoc accidiſſe Vlpio, & Brutio Præſente coss. teſtis eſt idem Cenſorinus. quo tempore Thoth incidit in xx Iulij, Sole in Leonem tranſitum faciente, & Caniculæ ortu iam imminente, anno à Nabonaſſaro 886, Chriſti 138. Verus igitur ἐνιαυτὸς ΘΕΟΥ, ſiue κυνικὸς, conſtat quatuor annis Ægyptiacis, & die ex quatuor quadrantibus diurni temporis conflato. Magna autem periodus, quem κυνικὸν ἐνιαυτὸν fruſtra vocat ab ortu Caniculæ Cenſorinus, conſtat annis Canicularibus ſolidis 365, quot nempe dies ſunt in anno æquabili: Et hic eſt vere annus magnus Canicularis, dictus quia ex tot Cani-
C cularibus annis conſtet, quot dies habet æquabilis annus abſolutus: non autem quod eius Thoth incidat in ortum Caniculæ. Nam vnde libuerit, Periodum illam magnam conſtituere potes. Triplex igitur fuerit annus Canicularis. Magnus conſtans quatuor annis & quadrante: ita dictus, quod quadrans eius obſeruatus ſit in ortu Caniculæ. Item maior Canicularis ex 365 magnis compoſitus. Et maximus, menſe Thoth in ortum Caniculæ incidente. Quod ſi annus ille, qui incidit in Conſulatum Vlpij; & Brutij Præſentis, fuiſſet verus annus vertens periodi magnæ Canicularis, iam nihil obſtaret nobis, quominus poſſemus caput veræ periodi Ægyptiæ inueſtigare. Nunc cum Cenſorinus referat cauſſam anni Canicularis
D magni ad ortum Caniculæ, in quem Thoth forte eo anno inciderat, manifeſtum eſt, eam non eſſe periodum, quam ipſe intelligit. quamuis non dubium eſt, primum Thoth ab ortu Σώθος ſiue Caniculæ, repetendum eſſe. Apud Herodotum in Euterpe, de anni Ægyptiaci antiquitate hæc exſtant: Temporibus ipſius Herodoti, Ægyptios a mundi conditu putare annos 11340. eoſque dicere intra illud tempus Solem bis ortum, & occaſum mutaſſe. Quod quamuis prima fronte fabuloſum videtur, habet tamen implicitam ſpeciem

R 3 veri,

veri. Nam in vna magna periodo Sol mutat ſedem ſemel in menſi- A bus AEgyptiacis, vt qui principio in Thoth Solſtitium ingrederetur, poſt 730 annos in brumam incideret in aliqua parte eius menſis. Sed hoc non fuerit occaſum & orientem mutari. Miſſa igitur illa mendacia & ſomnia Ægyptiorum faciamus. Neceſſe eſt periodum illorum deſinere in eundem diem Iulianum, vnde profecta erat, non autem in ortum Caniculæ. & contra principium periodi fuiſſe ab ortu Caniculæ, quandoquidem quadrantes in ortu Caniculæ intercalabantur, & ab eodem ortu putabantur. quamuis, vt diximus, anni ſiderei ratio hoc non patitur. Ex his apparet, in illa magna periodo quatuor annos pro vna die maximi anni Canicularis accipi, & triginta eiuſmodi dies, ſiue annos Caniculares, eſſe menſem illius maximi anni, qui conſtaret annis æquabilibus 120. Sed de his amplius in anno Perſico diſputabitur. Menſes autem AEgyptiorum, cum characteribus ſuis in hunc laterculum coniecimus.

MENSES ÆGYPTIORVM.	Dies menſium collecti.	Characteres menſium.
θωθ.	30	0
φαωφί.	60	2
ἀθύρ.	90	4
χοιάκ.	120	6
τυβί.	150	1
μεχείρ.	180	3
φαμενώθ.	210	5
φαρμουθί.	240	7
παχών.	270	2
παϋνί.	300	4
ἐπιφί.	330	6
μεσορί.	390	1
ἐπαγόμεναι.	365	3

B

DE ANNIS NABONASSARI ÆGYPTIACIS. C

VETERES Ægyptij innouarunt interualla annorum ſuorum, quoties a nouis regibus & victoribus legem accipiebant. Itaque eos id ſæpe factitaſſe dubium non eſt. Antiquiſſimæ eorum epochæ, quæ quidem ad memoriam noſtram peruenerunt, ſunt hæ: Nabonaſſari, Philippi, vel mortis Alexandri, & Philadelphi. Mox anno vago fixo accepta eſt epocha Auguſti Actiaca: & poſtrema omnium Diocletiani, quam etiamnum hodie retinent Ægyptij Chriſtiani القبط Elkupt. Primus Thoth Nabonaſſari feria quarta, Februarij 26, anno periodi Iulianæ 3967. Ideo cum D annos & dies Iulianos in Ægyptiacos Nabonaſſari rediges, ſemper aufer 56 de diebus, & biſextis Iulianis. Exemplum: Annus vulgaris Chriſti, ſcilicet a natali, eſt 4713 periodi Iulianæ. Deductis 3967 de 4713, remanent 747 anni Iuliani, a fine Decembris anni 3967, ad finem Decembris anni 4713: ſed ratione epochæ Nabonaſſari, a 26 Februarij 3967, ad 26 Februarij 4713. Detractis igitur 56 diebus, remanent anni ſolidi Iuliani 746, dies 309

Biſexta

A Bisexta Iuliana annorum 746, id est dies 186, componantur cum diebus 309. Fiunt dies 495, id est annus vnus Ægyptiacus cum diebus 130. Ergo a primo Thoth Nabonassari, ad finem anni 4713 periodi Iulianæ, sunt anni AEgyptiaci absoluti 747: diesque 130 præterea de anno 748 inchoato. Deduc 130 de 365, nempe de anno integro. Remanent dies 235 a Kal. Ianuarij desinentes in 23 Augusti inclusiue. Ergo Thoth 748 Nabonassari incidit in illud tempus. Semper adiice 3 ad annos propositos Nabonassari. Habebis feriam Thoth, abiectis scilicet omnibus septenariis. Ergo Thoth 748 cæpit feria secunda, cyclo Solis IX, Augusti 23. Proinde a Thoth Nabonassari, ad finem Decembris anni 4713 periodi Iulianæ, anni B sunt Ægyptiaci, vt diximus, absoluti 747, dies 130: qui fiunt simul dies 272786, vt volunt quoque Alfonsini. Rursus vt annos Ægyptiacos in Iulianos conuertas, bisexta, quæ tot annis Iulianis competunt, quot anni AEgyptiaci propositi sunt, deducantur de annis & diebus propositis. Reliquum erunt anni & dies Iuliani. Exemplum: Proponantur anni AEgyptiaci 747 absoluti, dies 130, in annos Iulianos & dies redigendi. Bisexta, quæ competunt annis 747, id est dies 186, deducantur de annis Ægyptiacis 747, diebus 130: vel de annis 746, diebus 495. Remanent anni Iuliani absoluti 746, dies 309, vt antea. Rursus, cum solos annos Nabonassari inuestigas, vt locum Thoth in anno Iuliano inuenias, quadrantem annorum C Nabonassari abiice a 56, siquidem quadrans minor sit. Reliquum sunt dies Iuliani a Kal. Ianuarij. Volo scire locum neomeniæ Thoth in anno Nabonassari 120. Quadrans 30 deductus de 56 relinquit 27 Ianuarij, diem vltimam anni 119. Ergo 27 Ianuarij erit neomenia Thoth. Si quadrans excesserit 56, aufer 56 a quadrante. Reliquum sunt dies retro numerandi ab vltima Decembris: vel, quod idem est, deducendi de quantitate anni Iuliani 365. Relinquetur vltima dies anni præteriti. Alexander decessit anno Nabonassari 425. Nam a Thoth Nabonassari, ad Thoth Philippi, siue mortis Alexandri, Ptolemæus ponit interuallum, annos 424 præcisos. Quadrans 106, deductione facta, relinquit 50. Ea porro 50 a 365 D diebus Iulianis detracta relinquunt vltimam diem anni 424 in XI Nouembris. Itaque Thoth annorum Philippi debetur duodecimæ Nouembris, feria prima. Rursus annis Nabonassari adiice 18. siquidem non excesserint 228. Reliquum per 28 diuisum relinquit cyclum Solis Iulianum. Si excedunt 228, adiice 17. Denique si excedunt 1688, adiice 16. Sed nequis error incautis iuuenibus obrepat, præstat Laterculum characteris omnium mensium in annis Nabonassari proponere cum cyclo Solis

A

LATERCVLVS CHARACTERIS MENSIVM IN ANNIS NABONASSARI, PER CYCLVM Solis Iulianum.

Cyclus Solis Nabonassari.	Θωθ.	Παωφί.	Ἀθύρ.	Χοιάκ.	Τυβί.	Μεχείρ.	Φαμενώθ.	Φαρμουθί.	Παχών.	Παϋνί.	Ἐπιφί.	Μεσορί.	Ἐπαγόμεναι.	Character cycli Solis Iuliani.	Cyclus Solis Iulianus intra 228.	Cyclus Solis Iulianus intra 1683.	Cyclus Solis Iulianus intra 3148.
1	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	E	19	18	17
2	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	D	20	19	18
3	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	C B	21	20	19
4	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	A	22	21	20
5	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	G	23	22	21
6	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	F	24	23	22
7	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	E D	25	24	23
8	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	C	26	25	24
9	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	B	27	26	25
10	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	A	28	27	26
11	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	G F	1	28	27
12	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	E	2	1	28
13	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	D	3	2	1
14	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	C	4	3	2
15	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	B A	5	4	3
16	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	G	6	5	4
17	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	F	7	6	5
18	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	E	8	7	6
19	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	D C	9	8	7
20	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	B	10	9	8
21	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	A	11	10	9
22	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	G	12	11	10
23	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	F E	13	12	11
24	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	D	14	13	12
25	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	C	15	14	13
26	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	B	16	15	14
27	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	A G	17	16	15
28	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	F	18	17	16

B

C

Iuliano. Eius Laterculi exemplar infra ſubiecimus. Diuiſis annis Nabonaſſari per ſeptem, adiectis tribus, diximus relinqui characterem Thoth Nabonaſſari.qui characteri ſequentium menſium adiectus, quos in capite de anno AEgyptiaco poſuimus, indicabit feriam omnium menſium illius anni. Sed ſi vis characterem illum cum cyclo D Solis Iuliano comparare, tunc ingreſſus faciendus in hunc laterculum. Itaque conſiderabis, an ſumma annorum propoſitorum ſit intra 228, an vero excedat, & cyclum Solis Iulianum ei congruentem pro neomenia Thoth aſſumes. Annos igitur Nabonaſſari per 28 diuide. Reliquum eſt annus cycli Solis Nabonaſſari in latere ſiniſtro. E regione illius habes omnes characteres omnium menſium anni propoſiti: & a latere dextro cyclum Solis Iulianum ei congruentem.

Exemplum.

A Exemplum. Volo ſcire characterem Thoth anni 120 a Nabonaſſaro, & cyclum Romanum illi competentem. Abiectis 28, remanent 8; qui eſt octauus annus cycli Solis Nabonaſſari. A latere ſiniſtro habes 8 annum cycli Nabonaſſari, feriam Thoth 4, Paophi 6, &c. Et quia anni 120 ſunt intra 228, in latere dextro cyclus Iulianus ei reſpondens eſt 26. Litera dominicalis C. Feria ergo 4 erit F. proinde Thoth cœpit litera F, 27 Ianuarij, vt antea explicauimus. Dici non poteſt, quam tutus & expeditus ſit vſus huius Laterculi illis, qui Ptolemæum legunt. Quod ſi numerus annorum Nabonaſſari exceſſerit 228, tunc ſecunda columna cycli Iuliani aſſumenda eſt, vt eius titulus indicat. Verbi gratia: in anno 232 erit idem cyclus Nabonaſſari VIII. In ſe-
B cunda columna ei reſpondet cyclus 25 Iulianus. Propterea litera Dominicalis erit E D. Feria quarta, quæ in anno 120 erat in litera F, tunc erit in litera G, Decembris 30. Sed quia reliqui menſes Nabonaſſari pertinent ad cyclum Solis Iulianum 26, diligenter cauere debent adoleſcentes, ne putent ſemper eundem cyclum per totum annum vſurpari. Hoc tantum accidit in quatuor annis, nempe 224, 225, 226, 227, in prima columna. In ſecunda, in annis 1684, 1685, 1686, 1687. In tertia columna, in annis 3144, 3145, 3146, 3147. In omnibus reliquis annis ſemper bini cycli Iuliani vindicant ſibi annum Nabonaſſari. Quare is cyclus Iulianus, qui e regione cycli Nabonaſſari reſpondet, is, inquam, eſt cyclus Thoth, & ſi qui ſunt alij menſes, intra illum an-
C num cycli. Nam conſtat non totum annum Nabonaſſari vno cyclo Iuliani attribui. Cenſorinus ſcribebat aureolum libellum ſuum de die Natali anno Chriſti Dionyſiano 238, cyclo Solis XXIII, Lunæ XI: quod cognoſcimus ex anno Iphiti 1014, quo ineunte a diebus æſtiuis ea ſcribebat eximius ille & doctiſſimus temporum & antiquitatis vindex. Is igitur ſcribit, eo anno Thoth Nabonaſſari noningenteſimum octageſimum ſextum incurriſſe in a. d. VII Kalen. Iulias: hoc eſt in XXV Iunij. Abiectis 28 de 986, remanet annus cycli Solis Nabonaſſari ſextus. In ſecunda columna ſiniſtra eſt cyclus Solis 23, vt propoſuimus. Feria Thoth ſecunda. Litera Dominicalis cycli 23, eſt G. Ergo ſecunda feria A. qui eſt character XXV Iunij. Præ-
D terea quadrans annorum 986, nempe 246, deductis 56, relinquit 190. Quæ & ipſa de anni Iuliani quantitate deducta relinquunt 175, vltimam diem anni 985 in 24 Iunij. Ergo Thoth 986 in 25. Quod autem ſcribitur apud eundem Cenſorinum, Vlpio & Brutio Præſente coss. anno Nabonaſſari 886, neomeniā Thoth incurriſſe in XII Kal. Auguſti, mendum eſt librarij, non error Cenſorini. Centum enim quadrātes Ægyptij dant annos Caniculares XXV. hoc eſt, dies XXV. Additis 25 ad 25 Iunij, incidis in 20 Iulij. Periclitemur ex methodo noſtra. Quadrans

drans annorum 886 est 165, detractis 56. Rursus 165 de 365 detracta A
relinquunt 200, nempe 19 Iulij, vltimam diem anni 885. Quare
Thoth 886 cœpit die Iulij 20. Abiectis 28 de 886 relinquitur cyclus
Solis Nabonassari 18. qui in latere sinistro indicat feriam Thoth 7: in
latere dextro, secunda columna cyclum Solis Iulianum vii. Feria igi-
tur septima E, qui est character xx Iulij. Sed expeditius, & dicto citius,
addita tria ad annum Nabonassari dabunt feriam neomeniæ Thoth,
abiectis omnibus septenariis. Nunc ad methodum Lunæ in men-
sibus Nabonassari veniamus. Cui rei maiori ex parte satisfecimus,
cum generaliter εἰκοσιπενταετηρίδα anni æquabilis explicauimus. Pto-
lemæus libro v statuit nouilunium primi Thoth Nabonassari κδ. μδ'.
ιζ'. hoc est, Thoth xxiiii. scrupulis diurnis 44', 17", quæ ad B
rationem Chaldaicam redacta fiunt 24 dies Thoth, horæ 17, 770.
Terminus igitur Thoth primi anni εἰκοσιπενταετηρίδος Nabonassari est
xxiiii. Iam diximus initio, epactas descendere; contra Terminos as-
cendere. Si xxiiii est primi anni Terminus, xiiii, qui proxime an-
tecedit, erit Terminus secundi, & sic deinceps ascendendo. Quibus
terminis per ordinem & contextum suum digestis, facile situs embo-
lismi in periodo annorum Nabonassari deprehendetur. Is enim an-
nus est ἐμβολιμαῖος, quem sequitur Terminus maior. Vt, verbi gra-
tia, annus tertius habet iii pro Termino, quem sequitur xxii, Ter-
minus nempe maior antecedente. Ergo iii est ἐμβολιμαῖος. Quibus
animaduersis, periodus Nabonassari, & eius embolismi nihil diffe- C
runt ab ordine, situ & progressu enneadecaeteridis: quatenus sep-
tem priores embolismi sunt in annis tertio, sexto, octauo, vndecimo,
quartodecimo, decimoseptimo, & nonodecimo, vt in Enneadecae-
teride. reliqui duo sunt principium Enneadecaeteridis. Nam embo-
lismus vicesimus secundus est primus embolismus enneadecaeteridis
in anno tertio. Embolismus autem vltimus, est secundus in anno
sexto enneadecaeteridis. Quare noua periodus instituenda fuit, cuius
annus primus habet ἐποχὴν primi nouilunij Nabonassari. Reliqui an-
ni sunt vere Chaldaici, quandoquidem pertinent ad enneadecaete-
rida Chaldaicam: neque alio differunt, nisi quod epochen Nabo-
nassari implicitam habent. Tabulam autem εἰκοσιπενταετηρίδος dupli- D
cem fecimus, vt pugillar bipatens, quod vocat Ausonius. Prior pars
continet, vt diximus, annos periodi, quorum primus est mera epocha
Nabonassari, reliqui sunt anni communes, aut embolimæi, vt ordo
postulat, cum ipsa epocha impliciti. Posterior pars, quæ & dextra, ha-
bet illos annos inuersos, quo nomine posteriorem partem vocauimus.
Deducta enim priore parte 24, 17, 770, relinquitur posterior pars,
5, 6, 310. Porro prior pars indicat feriam nouilunij, posterior diem
mensis.

A

ANNI PER CYCLOS COLLECTI.

		Pars anterior.			Pars posterior.		
	Anni per cyclos collecti.	Feria.	Hor.	Scrup.	Dies.	Hor.	Scrup.
	25	3	21	957	0	1	123
	50	7	21	834	0	2	246
	75	4	20	711	0	3	369
	100	1	19	588	0	4	492
	125	5	18	465	0	5	615
	150	2	17	342	0	6	738
	175	6	16	219	0	7	861
B	200	3	15	96	0	8	984
	225	7	13	1053	0	10	27
	250	4	12	930	0	11	150
	275	1	11	807	0	12	273
	300	5	10	684	0	13	396
	325	2	9	561	0	14	519
	350	6	8	438	0	15	642
	375	3	7	315	0	16	765
	400	7	6	192	0	17	888
	425	4	5	69	0	18	1011
	450	1	3	1026	0	20	54
	475	5	2	903	0	21	177
	500	2	1	780	0	22	300
	525	6	0	657	0	23	423
	550	1	23	534	1	0	546
C	575	6	21	411	1	1	669
	600	3	21	288	1	2	792
	625	1	20	165	1	3	915
	650	4	19	41	1	4	1038
	675	1	17	999	1	6	81
	700	5	16	876	1	7	204
	725	2	15	753	1	8	327
	750	6	14	630	1	9	450
	775	3	13	507	1	10	573
	800	7	12	384	1	11	696
	825	4	11	261	1	12	819
	850	1	10	138	1	13	942
	875	5	9	15	1	14	1065
	900	1	7	972	1	16	108
	925	6	6	849	1	17	231
D	950	3	5	726	1	18	354
	975	7	4	603	1	19	477
	1000	4	3	480	1	20	600
	2000	1	6	960	1	17	120
	3000	5	10	360	1	13	710

TABELLA OPPOSITIONIS LVMINARIVM per menses.

		Pars anterior.			Pars posterior.		
Menses.	Dies mensium.	Feria	Hor.	Scrup.	Dies	Hor.	Scrup.
1	14	7	18	396	15	5	684
2	44	2	7	109	15	16	971
3	73	3	19	901	16	4	178
4	103	5	8	615	16	15	465
5	132	6	21	328	17	2	752
6	162	1	10	41	17	23	1039
7	191	2	22	834	18	1	246
8	221	4	11	547	18	12	533
9	251	6	0	260	18	23	820
10	280	7	12	1053	19	11	27
11	310	2	1	766	19	22	314
12	339	3	14	479	20	9	601

mensis. Vtraque horas, & scrupulos. Hanc periodum antecedit Tabella oppositionum in mensib. Nabonassari. quam in gratiam eorum confecimus, qui Ptolemæum legunt : vt sine magno negotio & labore, deliquia Lunaria ab antiquis obseruata, quæ exstant apud illum scriptorem, reperiant. Coniunctiones autem luminarium petendæ sunt ex Tabella mensium, quam initio huius libri posuimus, vbi methodum anni æquabilis tradimus. Postremo anteposita est Tabula per periodos expansas collecta, quam ad 3000 annos extendimus. Hoc quoque studiosorum laborem leuabit in nouiluniis, & oppositionibus colligendis. Methodi summa hæc est : Ab annis Nabonassari propositis abiice semper minorem numerum annorum in sinistro latere Tabulæ maioris, etiam si præcise inueniuntur.

Vt si

A

CYCLVS NABONASSARI PER ANNOS EXPANSOS.

Pars anterior.					Pars posterior.									
Anni Nabo.	Termini nouil.	Feria.	Hor.	Scrup.	Dies.	Hor.	Scrup.		Anni Nabo.	Feria	Hor.	Scrup.	Dies. Thoth.	Epactæ.
1	24	6	17	770	5	6	310		1	7.	12.	538	25	V
2	14	4	2	566	15	21	514		2	4.	21.	334	15	XV
3	3	1	11	362	26	12	718	Emb.	3	2.	6.	130	4	XXV
4	22	7	8	951	7	15	129		4	1.	3.	719	23	VII
5	11	4	17	747	18	6	333		5	5.	12.	815	12	XVIII
6	1	2	2	543	28	21	537	Emb.	6	2.	21.	311	2	XXVIII
7	20	1	0	52	9	23	1028		7	1.	18.	896	21	IX
8	9	5	8	928	20	15	152	Emb.	8	6.	3.	692	10	XX
9	28	4	5	437	1	17	643		9	5.	1.	201	29	I
10	17	1	15	233	12	8	847		10	2.	9.	1077	18	XII
11	7	6	0	29	22	23	1051	Emb.	11	6.	18.	873	8	XXII
12	25	4	21	618	4	2	462		12	5.	16.	382	26	IIII
13	15	2	6	414	14	17	666		13	3.	1.	178	16	XIIII
14	4	6	15	210	25	8	870	Emb.	14	7.	9.	1074	5	XXV
15	23	5	12	799	6	11	281		15	6.	7.	563	24	VI
16	12	2	21	595	17	2	485		16	3.	16.	359	13	XVII
17	2	7	6	391	27	17	689	Emb.	17	1.	1.	155	3	XXVIII
18	21	6	3	980	8	20	100		18	6.	22.	744	22	XVIII
19	10	3	12	776	19	11	304	Emb.	19	4.	7.	540	11	XIX
20	29	2	10	285	0	13	795		20	3.	5.	49	30	X
21	18	6	19	81	11	4	999		21	7.	13.	925	19	XI
22	8	4	3	957	21	20	123	Emb.	22	4.	22.	721	9	XXI
23	27	3	1	466	2	22	614		23	3.	20.	730	28	II
24	16	7	10	262	13	13	818		24	1.	5.	26	17	XIII
25	5	4	19	58	24	4	1022	Emb.	25	5.	13.	898	6	XXIIII

B

C

Vt si propositus sit annus Nabonassari 225 : quamuis is numerus præcise in latere Tabellæ inuenitur, tamen proxime minor 200 abiicitur. Reliqui 25 petendi ex Tabula annorum expansorum. Si visigitur scire nouilunium Thoth illius anni Nabonassari, accipe numeros partis anterioris annorum 200, quos a 225 abiecisti. nempe 3, 15, 96. item numeros anni 25 in Tabula annorum expansorum, 4, 19, 58. Compone simul. prodit nouilunium Thoth 1, 10, 154. Adde tria D annis Nabonassari. Abiice 7 omnia. Reliqua est feria 4, neomeniæ Thoth. Terminus nouilunij v, e regione anni 25, indicat nouilunium confici in dicta die quinta Thoth, quæ est feria prima, vt recte collectum est. Quod si terminus non indicaret, tamen numeri partis posterioris rem explicassent. Numerus partis posterioris annorum 200, est 0, 8, 984. Item numerus eiusdem partis e regione anni 25, est 24, 4, 1022. Compone. Prodeunt 24, 13, 926. Abiice illa a 30. Relinquun-

A Relinquuntur 5, 10, 154. dies nempe quinta Thoth, hora 10 post
meridiem, scrup. Chald. 154. Memineris autem, scrupulos a 1080
abiici, horas a 24, feriam a 7, dies a 30. Et cum colliguntur dies
partis posterioris, semper triginta abiiciuntur in excessu tricenarij. Vt
exploratius tibi constet de fide methodi, periclitare, an eclipsin Lu-
næ, quæ eodem anno 225 contigit, deprehendere possis. Ea con-
fecta est hora 10, 100 post meridiem, 17 Phamenoth, hor. 1, 280
post mediam oppositionem. Ergo media oppositio fuit hora 8, 988.
Dies 17 Phamenoth est 197 dies a neomenia Thoth. Aufer igitur
Terminum, hoc est v, a 197. Relinquuntur 192. Sume oppositio-
nem numeri proxime minoris 191. Numerus anterior 2, 22, 834.
B Iunge cum nouilunio Thoth 1,10,154. Prodit oppositio Phamenoth,
4, 8, 988, vt propositum fuit. Annus cœpit feria quarta. Adde
characterem anni characteri Phamenoth ex laterculo mensium
Ægyptiacorum. Neomenia Phamenoth fuit feria 2. eadem feria in xv.
Ergo xvii Phamenoth feria 4, vt indicat epilogismus. Quod si ne-
scirem feriam, tamen per numeros posteriores id collegissem. Nume-
rus posterior oppositionis 191, est 18,1, 246. Iunge cum 24,13, 926
nouilunij Thoth. Abiice 30, (quod semper faciendum, si opus est)
Exeunt, 12,15, 92. Deducta de 30, relinquunt dies 17, 8, 988. Er-
go die 17 Phamenoth, feria 4, hora 8, scrup. 988, fuit media op-
positio luminarium. Quare si Termini iidem semper esse possent, non
C opus fuisset methodo posterioris & inuersæ partis. Sed in 500 annis
ij mutantur. Anteuertit enim eos Luna horis 22. Quare confugien-
dum ad numeros vniuersos. Exemplum: Anno Nabonassari 547
defecit Luna, Mesori 16, circiter hor. 7, post meridiem, horis
duodecim ante mediam oppositionem. Ergo media coniunctio non
abfuit ab hora 19 post meridiem. Colligo primum numeros 525
annorum proxime minorum, scilicet, 6, 0, 657. & in Tabula an-
norum expansorum e regione anni 22, numeros 4, 3, 957. Confi-
citur nouilunium Thoth, 3, 4, 534. Iam 16 Mesori est 346 dies a neo-
menia Thoth. Terminus anni 22, nempe 8, deductus de 346, relinquit
oppositionem 338 in mense 12. Cuius mensis numerus anterior, 3,14,
D 479. cum neomenia Thoth constituit oppositionem Mesori 6, 18,
1013. Fuit igitur nouilunium feria sexta, Neomenia Thoth feria quar-
ta. quæ characteri Mesori adiecta constituit eius neomeniam, & 15
eiusdem mensis, feriam 5. Ergo 16 Mesori fuit oppositio media circiter
19 horam, vt propositum erat. Iam si secutus fuissem Terminum, supe-
rassem fines oppositionis die solido. Nam terminus 8 ad 339 appositus
conficeret 347. quæ est 17 dies Mesori, non 16. Itaque in annis 547
Termini excedunt fines Lunæ die vno. At per numeros posteriores

S tutissima

tutissima est methodus. Numeri posteriores annorum 525, & 22 ad- A
iecti fiunt 22, 19, 546. Quibus adiiciantur numeri oppositionis 339
ex parte posteriori, nempe 20, 9, 601. Conflantur 13, 5, 67. Deducti
de 30, relinquunt 16, 18, 1013, verum diem oppositionis Mesori.
Fac periculum omnium defectionum Lunarium, quæcunque exstant
apud Ptolemæum. Semper eandem constantiam experieris. Vnum
tantum excipio, quod inuitus epocham Nabonassari a Ptolemæo præ-
scriptam apposui, ne viderer aut arrogans, qui eam contemsis-
sem, aut supinus, qui non animaduertissem, vt ingenia horum tem-
porum nihil non in bonis mentiuntur. Nam ex vero eclipsium illarum
epilogismo epocha primi nouilunij Nabonassari, fuit 24, 18, 423.
Differentia illius, & Ptolemaicæ epochæ scrup. Chald. 733. quæ in ra- B
tione defectionum non est contemnenda. Itaque si quis illa adiiciat
epilogismo Lunari, perueniet semper ad fines mediarum coniun-
ctionum, à quibus tot scrupulis aberit, duce epocha Ptolemæi. Hæc
interea admonere volui. Cætera palam est a nobis recte tradita fuisse.

DE NEVRVZ PERIODICO VETERVM PERSARVM.

OMNIBVS nationibus, quæ anno æquabili vsæ sunt, ab
initio idem caput anni fuit. Itaque easdem neomenias men-
sium habebant, hoc vno excepto, si quid mutatione ἐπαγομένων C
variabat. Nam illæ quinque appendices dies aliis aliam sedem ha-
bebant. Chaldæi, Persæ, Armenij, Ægyptij, vnum, eundemque an-
num norant. Sed collocatio quinque extremarum dierum nonnihil
statum illorum anni inter se dissimilem faciebat. Persarum antiquitus
idem annus fuit, qui hodie, tricenariorum mensium duodecim, &
quinque appendicum dierum. Q. Curtius libro tertio: *Magi proxi-
mi patrium carmen canebant. Magos trecenti & sexaginta quinque
iuuenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pa-
res numero.* Hæc Curtius. Quemadmodum igitur Ægyptij annum
suum Canicularem vocabant, qui ex quatuor annis simplicibus &
die aduentitio constabat: ita etiam Persæ veteres suum quadriennium D
NEVRVZ vocabant. نوروز enim illis est initium veris; quod ad
verbum est, NOVVS DIES, quasi diceres νεημερίαν. Nam vt Æ-
gyptij ortum caniculæ, propter quem Nili incrementa fiebant, ob-
seruarunt: ita etiam Persæ ad hanc vsque diem, principium veris
non solum temporum ciuilium epocham & titulum statuunt, sed
etiam epulis, & pompa prosequuntur. Sane Fernandus Lopez Casta-
gneda libro Indicarum rerum sexto, Cap. XLVI, scribit Lusita-
norum

	نماه روزاهی ماه	روزهای ماهای	DIES MENSIVM.	NOMINA DIERVM MENSIS.
A	اورمزد	ا	I	*Oromazda*
	بهمن	ب	II	*Behemen*
	ادربهشت	ج	III	*Adarpahaſchth*
	شهردوز	د	IIII	*Schahariuz*
	اسفندارمز	ه	V	*Aſphandaramaz*
	خرداد	و	VI	*Chardad*
B	مرداد	ز	VII	*Mardad*
	دیبادر	ح	VIII	*Dibadar*
	اذرابان	ط	IX	*Adhar aban*
	خورماه	ي	X	*Choramah*
	ثیرخوش	يا	XI	*Thirchuſch*
	دهمهر	يب	XII	*Dehamhar*
	مهرسروش	يج	XIII	*Maharſeruſch*
	رس	يد	XIIII	*Raſch*
	فروردین	يه	XV	*Phrurdin*
C	بهرام	يو	XVI	*Behiram*
	رام	يز	XVII	*Ram*
	باد	يح	XVIII	*Bad*
	دیبدین	يط	XIX	*Debidin*
	دین اراد	ك	XX	*Dinarad*
	اشناد	كا	XXI	*Aſchnad*
	اسمان	كب	XXII	*Aſman*
	رامیاد	كج	XXIII	*Ramiad*
D	مارسفید	كد	XXIIII	*Maraſphid*
	انیران	كه	XXV	*Aniran*
	اهنود	كو	XXVI	*Ahnud*
	اشنود	كز	XXVII	*Aſchnud*
	اسفندمد	كح	XXVIII	*Aſpandemad*
	وهشت	كط	XXIX	*Wahaſcht*
	هشنوش	ل	XXX	*Haſchnuſch*

norum legatum Baltazarem Perſonam a præfecto Xeque Iſmaelis A Regis in quodam oppido Perſidis detentum, quod Rex celebraturus eſſet ſolenne feſtum, quod lingua Perſica NEVRVZ vocari dicit, idque ſignificare ſolenne verni temporis. *Baltazarem Perſonam detinuerat Præfectus, vt omnem apparatum ſolennitatis* NEVRVZ, *& pompam regiam videret.* Hæc ille. Legimus etiam apud antiquos ſcriptores, Perſis matrimonia legitima non videri, niſi quæ tempore verno contracta eſſent. Hodie illud nomen NEVRVZ non ſolum apud Perſas plurimum eſt in ore, ſed etiam apud alias nationes, adeo vt Turcæ annum Solarem Neuruz vocent: & cum ætatem alicuius indicare volunt, tot Neuruz dicunt eum habere, quot annos natus eſt. Perſæ igitur annum ſuum Neuruz vocabant, vt Ægyptij B Canicularem. Quin etiam vt Ægyptij ἐνιαυτὸν Θεοῦ, ſic illi سال كودي Sal Chodai, annum DEI, hoc eſt Solis. Vnde periodum annorum Solarium in ἀφετικοῖς vitæ humanæ Aſtrologi vocant SAL CHODAI. In Kalendario meo Perſico Enneadecaeteris vocatur سالمها Salmea. hoc eſt periodus Lunaris. Sed hoc differebant Ægyptij a Perſis & Chaldæis. quod illi ſuo Thoth habenas permitterent, neque intercalatione intra ſuos fines coercerent. Nam quot erant dies a neomenia Thoth primi, tot quadriennia & annos Caniculares, ſiue ἐνιαυτοὺς Θεοῦ putabant. Chaldæi vero & Perſæ, quia C ſinguli dies vnius menſis appellationibus Heroum, aut regum cognominabantur, primum quadriennium nomine diei primi vocabant: ſecundum quadriennium, nomine ſecundi. Exemplum: Primi anni magnæ periodi, ſiue SAL CHODAI, caput in NEVRVZ, hoc eſt, æquinoctio ſtatuebatur. Quatuor primi anni vocabantur Oromazda. quia ita vocatur dies primus menſis. Secundum quadriennium appellabant Behemen. Is eſt ſecundus dies menſis. Idque faciebant addito nomine menſis. Vt ſi diceretur: factum eſt in Behemen Phrurdin menſis, intelligebant eum eſſe ſecundum quadriennium, quod inciderat in Phrurdin menſem. Sciebant deinde quotus eſſet menſis Phrurdin, & a neomenia primi menſis, ad ſecundam ipſius Phrurdin, D quot dies ſunt, tot quadriennia præteriiſſe non ignorabant. Sed poſt annos 120, menſem integrum intercalabant: quia in tot annis, 30 diebus caput periodi anteuertit priſcam epocham. Nam ſi Thoth Ægyptius hoc anno cœpit incurrere in Kal. Mai, poſt 120 annos confectos ipſe Thoth deprehendetur in Kal. Aprilis. Vt igitur caput periodi in antiquas ſedes ſummoueretur, vnum ماه بزرج Mahe bezurg, hoc eſt, magnum menſem fluxiſſe notabant, qui eſſet annorum

A 120. & vt labem ac ſpatium inane replerent, quadrantem eius, hoc
eſt, 30 dies, intercalabant, hoc modo: Poſt 120 annos, qui eſt men-
ſis magnus Perſarum, primus menſis intercalabatur, puta Adar. &
anno intercalationis duo Adar erant. Secundo magno menſe exacto,
hoc eſt, poſt 240 annos, ſecundus menſis intercalabatur, puta Di. tunc
Di fiebat geminus. Poſt tertium magnum menſem, hoc eſt, annos
360, tertius menſis intercalabatur, & annus XIII menſium habe-
bat geminum Behemen. Sic omni magno menſe abſoluto interca-
labantur ordine omnes menſes, donec periodo exacta ad primum
menſem rediretur. Muſteraka autem, hoc eſt ἐπαγόμεναι, non in
calcem anni reiiciebantur, ſed in finem eius menſis, qui intercala-
B tus erat. Quare annus magnus Dei, ſiue SAL CHODAI Perſicus,
conſtabat annis Iulianis abſolutis 1440, vt annus magnus Canicu-
laris Ægyptiorum 1460. Appoſuimus igitur lineam nominum die-
rum menſis Perſici, qui ſunt indices quadrantum. Reſumantur, quæ
diximus, tametſi inuiti δὶς ταὐτὸ εἰπεῖν adigimur. Cum caput Sal cho-
dai inſtituendum eſſet iterum, ſtatuebant illud in die æquinoctij,
quod ab ipſis نوروز dici iam monuimus, ab Arabibus الاعتدال
Elinthidal. Per quatuor annos integros vocabant illud Neuruz Oro-
mazda. quia illud erat quadriennium primum, quod cæpit a primo
die menſis. Secundus dies menſis vocatur Behemen. Quadriennium
C ſecundum erit illi cognomine, quia eius caput incidit in Behemen
menſis. A quinto anno igitur, ad exitum octaui, Behemen vindi-
cat ſibi ſecundum quadriennium. Mox annus æquabilis anteuertit
vnum diem, & nonus annus reperiebatur in Adarpahaſcht ipſius men-
ſis, vſq; ad exitum duodecimi. Dehinc tertiusdecimus annus incipie-
bat a Schehariuz vſque ad exitum ſextidecimi. Hoc fiebat, donec ad
Haſchnuſch perueniretur, quæ eſt triceſima dies menſis, & conſe-
quenter triceſimum quadriennium. Quo exacto menſis integer Perſi-
cus in anteriora euagatus erat. Nam qui, exempli gratia, fuiſſet in Kal.
Martij initio quadriennij Oromazda, poſt finem quadriennij Haſch-
nuſch reperiebatur in Kalen. Aprilis. Ponamus illum menſem fuiſſe
Adar, qui a Kal. Mai, ad Kal. Aprilis per 120 annos tranſitum fe-
D cerit: alter Adar eo anno intercalandus erit. Nam a Kal. Aprilis,
ad Kal. Mai, is erit Adar prior, & Muſteraka applicabuntur illi in fi-
ne. Annus verò ſequens, Adar nimirum poſterior, erit primus men-
ſis anni, donec 120 annis iterum exactis Muſteraka applicentur Di
menſi priori, & Di alter incipiat annum ſequentem. Hinc fiebat,
vt ex loco Muſteraka ſciretur quot magni menſes tranſierant de
periodo. Verbi gratia: Si Muſteraka erat in fine quarti menſis, hoc
indicabat quatuor magnos menſes fluxiſſe, hoc eſt, quater annos

S 3 120.

120. Itaque non opus erat indicare, quotus magnus mensis esset ille. Hoc satis ordo Musteraka indicabat. Rursus cum dicebant: A
Scriptus est hic liber anno tertio Neuruz Asphandaramaz: quia Asphandaramaz est quinta dies mensis, ex eo intelligebant de magno mense currente quatuor quadriennia fluxisse, & eum esse tertium annum æquabilem Quadriennij quinti. Id melius ex sequenti Diagrammate assequeris. Nam temporibus Iezdegird Musteraka a fine Aban mensis, ad finem Adar traducta sunt.

MVSTERAKA.

28 Martij	23 Martij
27 Aprilis	22 April.
27 Mai.	22 Mai.
26 Iuni	21 Iuni.
26 Iuli	21 Iuli.
25 Aug.	20 Aug.
24 Septembris	19 Sept.
24 Octobris	19 Octob.
23 Nouembris	18 Nou.
23 Decembris	18 Decemb.
22 Ian.	17 Ian.
21 Febr.	16 Febr.

TABVLA EMBOLISMI NEVRVZ PERSICI ANTIQVI.

Anni magni Neuruz.	
1	*Adar.*
121	*Di.*
241	*Behemen.*
361	*Asphandar.*
481	*Phrurdin.*
601	*Adarpahascht.*
721	*Chardad.*
841	*Tir.*
961	*Mardad.*
1081	*Scheheriz.*
1321	*Mehar.*
1441	*Aban.*

VVahac siue Epagomena antiqua XXI *Februarij.*
VVahac noua in XXVI *mensis Persici.*

Vides in Tabula Embolismi proposita annum incipere ab B
Adar, XXVIII Martij. Wahak, siue Epagomenarum antiquarum neomenia est in XXI Februarij: cuius neomeniæ vicem in fine 120 anni sumitur neomenia Adar vltimi. Neomenia autem Epagomenō nouarum traducitur in C
XXIII Martij. Ita ille annus incipit ab Aban, & definit in Aban, habetque XIII menses, vtique vndecim interceptos inter duos Aban. qui orbis seruatur vsque ad exitum anni 1440.

DE ANNO VAGO IEZDEGIRD.

HACTENVS incolumis manserat status veteris periodi magni Neuruz, donec Othman, filius Ophan, Amiran Scenitarum Arabum, Calipha Babel, Regem Persarum prælio victum interfecit. Ei regi Persarum nomen erat IEZDEGIRD, qui ita vocatur ab Arabibus: يزدجرد ابن شهريار بن كسرى Iezdegird eben Schehariar ben Cusrui. hoc est, filius Sirois, filij Cosrois. Nam quem Persæ Schahariar, eum historiæ nostræ vocant Siroen: item Cosroen, quem illi Cusrui. Sed Haiton Armenius vocat Cossorassath. Sed corruptus est codex. vnius literæ mutatione legendum Cossorassach. D

A raſſach. الشح كسرى id eſt, Rex Coſroes. Perſæ ita nominant: Iezdegird paſar Schehariar paſari Cuſrui. Hunc Iezdegirden Haiton nominat Aſcaiorth, eumq; victum ſcribit anno Dominico DCXXXII, ad oppidum, cui nomen Marga. Quod verum eſt. Sed quare illi nomen mutauit, neſcio. Eo igitur victo, & interfecto, Saraceno victori Othmano, filio Ophan, ceſſit imperium Perſicum, eo ipſo anno, quem ſcribit Haiton, 632, Iunij die XVI, cyclo Solis XXV, Lunæ VI. Is erat annus ſecundus imperij Iezdegird. Muſteraka erant in fine Aban menſis, cum is Iezdegird acceſſit ad imperium, vt ſcripſit mihi Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir linguæ Perſicæ peritiſſimus. Ipſe tranſtulit ipſa in XXIII Martij,
B vt Adar incideret in 18 Martij, in quo die conficiebatur illo tempore æquinoctij ſidus: & hinc inciperet magna periodus NEVRVZ Iezdegirdici. Sed Muhamedici ſoluerunt illam periodum, quod annis decem antea fecerant in cyclo Arabico. Quare Muſteraka tranſlata in finem Aſphandar, vt neomenia Phrurdin eſſet primus dies anni, quia is fuit primus imperij Saracenici in Perſide. Improprie igitur
C vocatur annus Iezdegird, qui potius eſt annus Othman Caliphæ primus, & Hegiræ vndecimus, Rabie prioris die XXII. vt in anno Hagareno adnotauimus. Ab eo tempore
D ſemper anno ſolutiore, quam antea, vtuntur Perſæ. Nam illorum annus, vt Ægyptiacus, libere vagatur, & poſt 1460 annos Iu-

فروردين ماه	*Phrurdin Menſis*	0
ادر بهشتماه	*Adar Pahaſchth Menſis*	2
خرداد ماه	*Chardad Menſis*	4
تير ماه	*Thir Menſis*	6
مرداد ماه	*Marded Menſis*	1
شهريز ماه	*Schehariz Menſis*	3
مهر ماه	*Mehar Menſis*	5
ابان ماه	*Aben Menſis*	7
ادر ماه	*Adar Menſis*	2
دي ماه	*Di Menſis*	4
بهمن ماه	*Behemen Menſis*	6
اسفندر ماه	*Aſphandar Menſis*	1
مسترقة	*Muſteraka*, ἐπαγόμεναι.	3

lianos reuertetur neomenia Phrurdin in 16 Iunij. Diximus Chaldæos, Persas, Armenios, Ægyptios eodem anno, iisdemque neomeniis vsos fuisse. quod verissimum esse annus Persicus docet. Nam quando Iezdegird interfectus fuit, eadem neomenia Di Persici & Thoth Ægyptiaci fuit. Thoth enim 1380 Nabonassari cœpit 18 Martij, feria quarta. Item neomenia Di Persici in illam diem incurrebat translatis propter æquinoctium epagomenis a fine Aban, ad finem Adar. Itaque si quid variabat textus anni apud eas gentes, quæ anno æquabili vtebantur, hoc fiebat tantum ratione τῶν ἐπαγομένων: quod alius alium finem anni sibi statueret. Itaque vbi inter se differebant, ea differentia erat dierum quinque duntaxat: vt antiquitus vna eademque series mensium omnibus communis necessario fuerit. Explicatis iis, quæ ad ἰσογένεια pertinebant, non magnum opus est reliquam methodum tradere, cum similis, imo eadem sit cum illa annorum Nabonassari. Differentia tantum est in vtroque cyclo Solis & Lunæ. Sed cyclum Solis in Armeniorum annum distuli-

A

B

NOVILVNIA PHRVRDIN IEZDEGIRD IN ICOSIPENTERIDE Alexandriæ.

Anni cycli		Pars anterior: Feria.	Horæ.	Scrupul.	Pars poster.: Feria.	Horæ.	Scrupul.
Emb. 1	7	2	19	98	22	4	982
2	26	1	16	687	3	7	393
3	16	6	1	483	13	22	597
Emb. 4	5	3	10	279	24	14	801
5	24	2	7	868	5	16	132
6	13	6	16	664	16	7	416
Emb. 7	3	4	1	460	26	22	620
8	21	2	22	1040	8	1	31
Emb. 9	11	7	7	845	18	16	235
10	30	6	5	354	29	18	726
11	19	3	14	150	10	9	930
Emb. 12	8	7	22	1026	21	1	54
13	27	6	20	535	2	3	545
14	17	4	5	331	12	18	749
Emb. 15	6	1	14	127	23	9	953
16	25	7	11	716	4	12	364
17	14	4	20	512	15	3	568
Emb. 18	4	2	5	308	25	18	772
19	23	1	2	897	6	21	183
20	12	5	11	593	17	12	487
Emb. 21	1	2	20	489	28	3	591
22	20	1	17	1078	9	6	2
Emb. 23	10	6	2	874	19	21	206
24	29	5	0	383	0	23	697
25	18	2	9	179	11	14	901

C

D

A distulimus : quia idem est Cyclus Lunæ, hoc est εἰκοσιπενταετηρὶς, differt a cyclo Nabonassari, situ embolismorum. Nam primus Terminus Phrurdin Persici est 7. Quare primus annus embolimæus est. Reliqui, quomodo digesti sint, ex forma, quam subiecimus, discere potes. Primus annus εἰκοσιπενταετηρίδος Iezdegirdicæ est nouilunium ipsum, feria secunda, hor. 19, 98, Alexandriæ, VII Phrurdin. Ab annis Nabonassari abiiciendum annos 1379, dies 90. Relinquitur neomenia Phrurdin. Nam, vt diximus, neomenia Di Persici, & Thoth Nabonassari conueniebant. Sed interfecto Iezdegird, Musteraka siue Wahak a XXIII Martij, ad XI Iunij translata. Itaque XXVI χοιὰκ est neomenia ἐπαγομένων Iezdegird. Sed recta
B methodus, vt ab annis Christi perfectis abiiciantur anni 631, dies 166. & quadrans annorum reliquorum adiiciatur diebus, si qui residui sunt. Esto annus Christi Dionysianus 1582. Abiice ab annis 1581 iam præteritis Radicem a nobis propositam. Remanent anni Iuliani 949, dies 199. Quadrans 237 diebus adiectus conficit dies 436. de quibus abiecta quantitate anni æquabilis, & numero annorum addito, prodeunt anni Iezdegirdici 950, dies 71. qui dies de 365 detracti relinquunt 21 Octobris, vltimum nempe diem anni 950. Itaque neomenia anni 951 cœpit 22 Octobris, feria prima. Adde duo ad 951. abiice septena. Relinquitur feria prima. Præterea annus Nabonassari 2330 cœpit 24 Iulij. Differen-
C tia, dies 90. Ad conuertendos annos Iezdegird in annos Christi, conuertendus & Canon est. Quadrantem annorum præteritorum Iezdegird abiice a diebus residuis Iezdegird, accommodata integritate anni, cum opus erit. Habebis tot annos Iulianos, quot fluxerunt a morte Iezdegird. Quibus adiice radicem, annos Iulianos 631, dies 166. Proponantur igitur anni Iezdegird 950, dies 71 conuertendi in annos Christi. Quadrans 237 non potest detrahi de 71. Accommodo integritatem 365. Itaque abiectis 237 de annis 949, diebus 436, relinquuntur anni Iuliani absoluti 949, dies 199. Quibus adiicio Radicem, annos Iulianos 631, dies 166. Prodeunt anni Christi absoluti 1581. Mensium nomi-
D na, quæ interpres Muhamedis Albatenij insigniter deprauauit, nec meliora Alfonsini ediderunt, ea nos ita, vt Persæ scribunt, iisdem literis, eademque forma concepta in laterculum coniecimus. Solent autem Persæ nominibus mensium adiicere ماه quod eorum lingua mensem significat, vt nomina mensium a nominibus dierum mensis distinguant. Nam duodecim mensium nomina pertinent ad aliquem ex diebus mensium. Phrurdin, verbi

gratia

gratia, nomen menſis primi in anno hodierno eſt cognominis quintædecimæ diei menſis. Cum voce ماه accipitur pro menſe. ſine illa eſt dies XV menſis. Rurſus Adarpahaſchth eſt ſecundus menſis Iezdegird. Eius cognominis eſt dies tertia menſis. Sic denique omnium menſium nomina eadem ſunt & dierum menſis notæ. Ea autem nomina ſunt Heroum, aut veterum Regum Perſidis. Vt primus dies menſis Oromazda eſt nomen proprium, quod Græcis effertur ὀρμίσδας, vel, vt in quibuſdam inuenio, ὀρμάζδης. Quo nomine etiam Solem appellabant, vt ipſi Græci prodiderunt. Neque ſecus de aliis nominibus dierum menſis iudicandum. Eæ appellationes dierum etiam hodie apud illam gentem in vſu ſunt. In editione Latina Albateni mire detorta ſunt nomina Perſica, vt iam diximus. Ibi Iezdegird vocatur filius Kiſte. Interpres tamen ſcripſerat Kiſre. كسري quod Chuſrui efferendum, χοσρόης. Infra tamen editum eſt KISRE. Rurſus illa mendoſa: *Et dies, in qua finietur, erit prima dies Efroſdmeh, quæ eſt dies Eueirur*. Lege, *erit prima dies Efrordin meh, quæ eſt dies Euelruz*. اوول روز Perſice eſt prima dies. Interpres neſciebat Perſice. Efrordin meh pronuntiatur pro Elfrordin meh cum articulo Arabico الفروردين ماه Nam ante quaſdam literas L articuli eſt αἰνκφώνητον, in quibus tamen Phe non eſt. Sunt alia apud eundem auctorem, quæ ita deformata ſunt a typographis, vt ſine Codice Arabico agnoſci non poſſint.

A B C (margin letters beside the lines "quin-", "Iezdegird", "agnoſci")

DE ANNO ARMENIORVM, QVI HODIE IN VNIVERSVM OMNES CHIVLFALINI A Perſis & à Turcis Kiulſalini vocantur.

DIXIMVS non ſolum antiquiſſimam anni formam Perſarum, Chaldæorum, Ægyptiorum in duodecim menſes æquabiles, & quinque appendices dies ſine vllis ſcrupulis deſcriptam fuiſſe, ſed etiam aut parum, aut etiam nihil inter ſe neomenias menſium diſcrepaſſe. Nam aut penitus eaſdem neomenias fuiſſe, aut, ſi diſcreparent, id tranſpoſitu quinque appendicum dierum contigiſſe. Quod Armeniorum etiam obſeruauit antiqua conſuetudo. Nam D eorum menſis primi, quem SAHAMI vocant: neomenia incurrebat in VI χοιάκ. quia Muſteraka incipiebant a neomenia Choiac, Harvvatſis vero, Navvaſari, & Huri, hoc eſt decimus, vndecimus, & duodecimus menſis, concurrebant cum Thoth, Paophi, & Athyr, nulla plane differentia. Hunc anni curſum integrum conſeruarunt, quamdiu intercalationem Perſici Neuruz, & Salchodai retinuerunt. Tandem anno Nabonaſſari 1300, periodi ſuæ ſtatum turbarunt.

A turbarunt. Nam cum eorum Musteraka, vt ordo postulabat, a neomenia Choiac incepissent, neomeniæ Sahami locus congruebat VI eiusdem Choiac. Ipsi vero in quarta Musteraka neomeniam Sahami locarunt, & annum illum biduo mutilum habuerunt. Cur hoc facere illis in mentem venerit, nondum expiscari potui, illorum historiis, & monumentis destitutus. Hoc tantum scimus, illum fuisse annum Nabonassari 1300. Cuius neomenia Thoth, Aprilis VII, feria prima. Neomenia vero Sahami Armeniaci, Choiac 4. Differentia annorum Nabonassari, & Armeniorum, anni æquabiles 1299, menses 3, dies 4. hoc est, dies 94. Rursus differentia annorum Armeniorum, & Iezdegird, anni æquabiles 79, dies 3. Primi Sahami neomenia; feria 3,
B Iulij 9, cyclo Solis primo: anno Christi Dionysiano 552, anno Iudaico 4312, neomenia Ab κατὰ φάσιν. An φάσις σελήνης eos hinc annum suum auspicari, & biduum tempori suffurari coegerit, equidem nescio: quamuis eo inclinat animus, vt eam caussam innouationis vnicam fuisse credam. Methodum conuersionis annorum Armeniorum in annos Christi Dionysianos,
C & contra, iam ignorare non potes, qui hoc facere in annis Iezdegird didicisti. Detracta igitur Radice Armeniaca 551, 190, ab annis Christi, exempli gratia, 1581, remanent anni Iuliani 1029, 175. Quorum quadrans diebus resi-
D duis appositus constituit annos æquabiles epochæ Armeniacæ præteritos 1030; dies 67, anni 1031 labentis. Qui dies de quantitate anni Iuliana detracti relinquunt 25

MENSIVM ARMENIORVM NOMINA.

I	ساهمي	*Sahami*	30
II	ترى	*Theri*	60
III	كغوتش	*Cagutsch*	90
IIII	اراتس	*Arats*	120
V	ماهيك	*Mahich.*	150
VI	اريك	*Arich*	180
VII	اهلى	*Ahili*	210
VIII	ماردي	*Mariri*	240
IX	ماركاتس	*Marchats*	270
X	هرواتسيس	*Haruvatsis*	30
XI	ناواساري	*Nauvasari*	330
XII	هوري	*Huri*	360
	مسترقة	*Musterakath.*	365

Octo-

Octobris anni Christi 1581. Anno Armeniaco ineunti 1031 adde 2. Abiice septenarios. Remanet feria quarta anni propositi Armeniaci 1031, in 25 Octobris, cyclo Solis 22, in litera D. Hinc manifestam differentiam vnius tridui vides inter annos Armeniacos, & Iezdegirdicos. Vt ex anno Armeniaco Persicum constituas, detrahe 3. Vt ex Persico Armeniacus fiat, adde 3. Sed hoc non semper occurrit. Laterculum neomeniarum mensium Persicorum, & Armeniorum vnum fecimus: quia conueniunt in charactere; discrepant in cyclo Solis Iuliano.

B

LATERCVLVM NEOMENIÆ
OMNIVM MENSIVM IN ANNIS
Armeniorum & Iezdegird.

Anni cycli Solis Armen. & Pers.	Sahami.	Theri.	Caguts.	Arate	Mahich.	Arichi.	Aheli.	Mariri.	Marchats.	Harvvaiis.	Navvasars.	Huri.	Mussereka.	Cyclus Solis Armen. intra 760. in cyclo Iulia.	Cyclus Solis Armen. intra 1224 in cyclo Iul.	Cyclus Solis Iezdegird intra 668 in cyclo Iul.	Cyclus Solis Iezdegird intra 2228 in cyclo Iul.
	Phrurdin.	Adarpa hascheh.	Chardad.	Thir.	Mardad.	Schaharir.	Mehar.	Aban.	Adar.	Di.	Behemen.	Asphandar	Mussereka.				
1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	28	25	24
2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	1	26	25
3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	2	27	26
4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	3	28	27
5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	4	1	28
6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	5	2	1
7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	6	3	2
8	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	8	7	4	3
9	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	9	8	5	4
10	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	10	9	6	5
11	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	11	10	7	6
12	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	12	11	8	7
13	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	13	12	9	8
14	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	14	13	10	9
15	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	15	14	11	10
16	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	16	15	12	11
17	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	17	16	13	12
18	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	18	17	14	13
19	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	19	18	15	14
20	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	20	19	16	15
21	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	21	20	17	16
22	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	22	21	18	17
23	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	23	22	19	18
24	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	24	23	20	19
25	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	25	24	21	20
26	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	26	25	22	21
27	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	7	2	4	27	26	23	22
28	2	4	6	1	3	5	7	2	4	6	1	3	5	28	27	24	23

C

D

Cum

A Cum igitur anni propositi Iezdegird aut Armeniorum, & mensium eiusdem anni characterem scire volueris, accurate caue, ne excedas numerum annorum, qui cyclo Iuliano superscriptus est in annis Persicis & Armeniacis. Esto, verbi gratia, annus Armeniacus currens 1031. Abiectis 28, remanet annus cycli Solis Armeniorum 23. Quia igitur numerus 1031 excedit numerum annorum primæ columnæ 760, transeo ad secundam columnam, in cuius fronte superscriptus exstat numerus 2224. Intra quem annus propositus est. E regione anni 22 sinistri lateris, columna dextra annorum 2224 dat annum cycli Iuliani 22. Ita in annis Iezdegird operaberis. Postremo εἰκοσιπενταετηρίδα Armeniorum adiecimus: quæ embolismos omnes naturales habet, B vt exigit ὑπεροχὴν anni æquabilis supra Lunarem. Radix nouilunij Armeniorum 2,16,72, in Armenia superiore. Periclitare exemplū vnum in nouilunio Octobris 27, ineunte anno Armeniaco 1031. Numerus anterior annorum 1000, & 25, & 6, est, 6,3,202, feria sexta, vt vides. Ergo 27 Octobris. Numerus posterior eorumdem annorum 3,3,202. Abiiciatur autem a Sahami primo mense Armeniorum. Relinquitur dies Sahami 3,3, 202, in 27 Octobris. Iam methodum exacte in annis Nabonassari, & Iezdegird tradidimus, vt titubare non possis. Menses autem Armenios, ita C vt Arabice scriptos inuenimus, hic adposuimus. Nam si sciremus quomodo Armeniacis characteribus describendi essent, non commisissemus, vt in hoc diligentia nostra desideraretur. Sed Armenij hodierni prorsus ignorant ea nomina mensium, cum me- D ro anno Iuliano vtantur, mensiumque Iuliana descriptione & nominibus. Non dubito autem, quin hæc æra Armeniaca ab eo tempore incipiat, cum primum Christo nomen dedit Armenia cum Rege suo.

ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΣ
ARMENIACA.

Anni cycli.	Termini nouiluniorum.	Feria.	Horæ.	Scrup.	Dies.	Horæ.	Scrup.	
1	28	2	16	72	1	7	1008	
2	18	7	0	948	11	23	132	
3	7	4	9	744	22	14	336	Emb.
4	26	3	7	253	3	16	827	
5	15	7	16	49	14	7	1031	
6	5	5	0	925	24	23	155	Emb.
7	24	3	22	434	5	1	646	
8	13	1	7	230	16	22	850	
9	2	5	16	26	27	7	1054	Emb.
10	21	4	23	615	8	10	465	
11	10	1	22	411	19	1	669	Emb.
12	29	7	19	1000	0	4	80	
13	18	5	4	796	11	19	284	
14	8	2	13	592	21	10	488	Emb.
15	27	1	11	101	2	12	979	
16	16	5	19	977	13	4	103	
17	6	3	4	773	23	19	307	Emb.
18	25	2	2	282	4	21	798	
19	14	6	11	78	15	12	1002	
20	3	3	19	954	26	4	126	Emb.
21	22	2	17	463	7	6	617	
22	12	7	2	259	17	21	821	
23	1	4	11	55	2[illegible]	11	1025	Emb.
24	2	3	8	644	9	21	436	
25	9	7	17	440	20	[illegible]	640	Emb.

T

A

LATERCVLVM CHARACTERISMI MENSIVM.

1	*Thoth*	*Sahami*	*Phrurdin*	30	7	1	2	3	4	5	6
2	*Paophi*	*Theri*	*Adarpahascht*	60	2	3	4	5	6	7	1
3	*Athyr*	*Cagutz*	*Chardad*	90	4	5	6	7	1	2	3
4	*Choiac*	*Arats*	*Thir*	120	6	7	1	2	3	4	5
5	*Tybi*	*Mahich*	*Mardad*	150	1	2	3	4	5	6	7
6	*Mechir*	*Arichi*	*Schariz*	180	3	4	5	6	7	1	2
7	*Phamenoth*	*Ahels*	*Mehar*	210	5	6	7	1	2	3	4
8	*Pharmuthi*	*Mariri*	*Aban*	240	7	1	2	3	4	5	6
9	*Pachon*	*Marchath*	*Adar*	270	2	3	4	5	6	7	1
10	*Payni*	*Harvvatsis*	*Di*	300	4	5	6	7	1	2	3
11	*Epiphi*	*Navvasari*	*Behemen*	330	6	7	1	2	3	4	5
12	*Mesori*	*Huri*	*Asphandar*	360	1	2	3	4	5	6	7
13	*Epagomena*	*Musteraka*	*VVahak.*	365	3	4	5	6	7	1	2

B

TABVLA GENERALIS NOVILVNIORVM MEDIORVM THOTH NABONASSARI, SAHAMI ARMENIORVM, Phrurdin, Iezdegird. idque Alexandriæ.

	Anni Iezdegerdici	Dies Thoth.	Novilunium Thoth.				Dies Sahami.	Novilunium Sahami.				Dies Phrurdin.	Novilunium Phrurdin.		
4	1	24	6	18	187	3	28	2	13	694	3	7	2	19	98
5	2	14	4	2	1063	4	17	6	22	490	4	26	1	16	687
6	3	3	1	11	859	5	7	4	7	286	5	16	6	1	483
7	4	22	7	9	368	6	26	3	4	875	6	5	3	10	279
1	5	11	4	18	164	7	15	7	13	671	7	24	2	7	868
2	6	1	2	2	1040	1	4	4	22	467	1	13	6	16	664
3	7	20	1	0	549	2	23	3	19	1056	2	3	4	1	460
4	8	9	5	9	345	3	13	1	4	852	3	21	2	22	1049
5	9	28	4	6	934	4	2	5	13	648	4	11	7	7	845
6	10	17	1	15	730	5	21	4	11	157	5	30	6	5	354
7	11	7	6	0	526	6	10	1	19	1053	6	19	3	14	150
1	12	25	4	22	35	7	29	7	17	542	7	8	7	22	1026
2	13	15	2	6	911	1	19	5	2	338	1	27	6	20	535
3	14	4	6	15	707	2	8	2	11	134	2	17	4	5	331
4	15	23	5	13	216	3	27	1	8	723	3	6	1	14	127
5	16	12	2	22	12	4	16	5	17	519	4	25	7	11	716
6	17	2	7	6	888	5	6	3	2	315	5	14	4	20	512
7	18	21	6	4	397	6	24	1	23	904	6	4	2	5	308
1	19	10	3	13	193	7	14	6	8	700	7	23	1	2	897
2	20	29	2	10	782	1	3	3	17	496	1	12	5	11	593
3	21	19	6	19	578	2	22	2	15	5	2	11	2	20	489
4	22	8	4	4	374	3	11	6	23	881	3	20	1	17	1078
5	23	27	3	1	963	4	1	4	8	677	4	10	6	2	874
6	24	16	7	10	759	5	20	3	6	186	5	29	5	0	383
7	25	6	4	19	555	6	9	7	14	1062	6	18	2	9	179

C

D

Quia exactiorem & expeditiorem methodum nouiluniorum in annis æquabilibus Ægyptiorum, Armeniorum & Persarum aliquis deside-

A desiderare posset, eius rei gratia Tabulam hanc construximus, vt paruo dispendio temporis studiosus Lector nouilunia in illis mensibus nancisci possit. Cuius Tabulæ vsum laudabunt, qui Ptolemæum legunt & libros Arabum, in quibus creber vsus annorum Iezdegird. Nouilunia autem conueniunt Alexandrino cælo. Hoc anno 1597 currebat annus Nabonassari 2345, cuius Thoth cæpit B 20 Iulij, feria 3, anno superiore 1596. Volo scire eius nouilunium. Ex pagina 203, annis collectis proxime minoribus 2000, 300, 25, id est 2325, competunt de parte anteriori 3.16. 441. de parte posteriori 4.7.639. Coniunge igitur 3.16.441. cum nouilunio anni currentis 20 expansi sub

		Iudaicæ	Neomeniæ				Thoth.
1	7	13	370	5			12
2	4	22	166	15			13
3	2	6	1042	26	Adar	2	14
4	1	4	551	7			15
5	5	13	347	18			16
6	2	22	143	28	Adar	2	17
7	1	19	732	9			18
8	6	4	528	20	Adar	2	19
9	5	2	37	1			1
1	2	10	913	12			2
11	6	19	709	22	Adar	2	3
12	5	17	218	4			4
13	3	12	14	14			5
14	7	10	890	25	Adar	2	6
15	6	8	399	6			7
16	3	17	195	17	Adar	2	8
17	1	1	1071	27	Adar	1	9
18	6	23	580	8			10
19	4	8	376	19	Adar	2	11
20	3	5	965	0			12
21	5	14	761	11			13
22	4	23	557	22	Adar	2	14
23	3	21	66	2			15
24	1	5	942	14			16
25	5	14	738	12	Adar	2	17

Cyclus D Iud

titulo nouiluniorum Nabonassari, nempe cum 2.10.782. Colligitur nouilunium Thoth 2345, feria 6.3.143, Augusti 13 Alexandriæ. Sæculo Nabonassari nouilunium fiebat in 29 Thoth in anno 20 C cycli Icosipentaeterici. Sed de parte posteriori collegimus dies προεμπτώσεως 4.7.639. Aufer igitur 4 dies neglectis horis, de 29. Supersunt 25 dies Thoth. Ergo nouilunium factum in 25 Thoth. Neomenia Thoth cæpit feria III. Ergo XXV erat feria VI, a cuius meridie putatur nouilunium, vt fuit propositum. Rursus eodem anno 1596 neomenia Sahami 1046 iniuit 21 Octobris, feria V. Annis collectis proxime minoribus 1025 congruunt de parte anteriori 1.2. 357. de posteriori 1.21.723. Annus expansus currens 21. cuius nouilunium antiquum 2.15, 5, cum 1.2.357 coniunctum dat nouilunium Sahami 3.17.362, Nouembris IX. Fuit igitur 20 Sahami: vt etiam ostendit προέμπτωσις partis posterioris. Denique eodem anno D iniuit Phrurdin 966 Iezdegird, Octobris 18, feria secunda. Annis collectis proxime minoribus 950 competunt numeri 3.5.726. Anni expansi currentis character 7.11.716. colligitur nouilunium Phrurdin 966, feria 3.17.362, vt antea, sed in XXIII Phrurdin. Rursus hæc scribebamus mense Thamuz anni Iudaici 5357: cuius character 1.4.866, Iunij V, & quidem κατὰ σελήνην. Nam hic annus est abundans. Iam scimus ex doctrina anni Iudaici, 6 horas deesse anno Iudaico. Itaque id esset 7.10.866, Hierosolymis. nempe a meridie septimæ feriæ, id est, IIII Iunij. Volo experiri in annis Nabo-

nassari, Armeniorum, & Iezdegird. Thamuz est vndecimus a Thoth A propositi nouilunio. Character igitur decem mensium præteritorum 1.7.370, ex pagina 193, compositus cum nouilunio Thoth 6.3.143 dat nouilunium Thamuz Alexandriæ 7.10. 513. Rursus 10 mensibus Lunaribus competunt dies absoluti 295 ex eadem pagina 193. qui cum 25 diebus Thoth compositi dant dies 320 a neomenia Thoth. In laterculo mensium supra apposito numerus collectorum dierum proxime minor 300 e regione Payni, de 320 abiectus relinquit 20 diem mensis sequentis, nempe Epiphi. Ergo nouilunium medium Thamuz Alexandriæ iniuit feria septima, hora 10. 513, a meridie xx diei Epiphi. Thoth iniuit feria 3, vt diximus. Ergo Epiphi neomenia feria secunda, vt habes in eodem laterculo. Proinde vicesima Epiphi B fuit feria VII, vt erat propositum. Denique Thamuz est octaua lunatio a Sahami Armeniaco, & Phrurdin Persico. Character septem mensium præteritorum 3.17.151 cum nouilunio Sahami & Phrurdin 3. 17. 362 compositus dat idem nouilunium Thamuz, vt antea, 7. 10. 513. At 206 dies congruentes septem lunationibus cum vicesima Sahami compositi, dant 16 mensis Mariri, vt est in laterculo. Sahami iniuit neomenia v. Ergo, Mahiri etiam v. Proinde XVI fuit feria VI. Atqui nouilunium factum feria septima. Ergo fuit XVII Sahami. Itaque sine laterculo omnis opera luditur. Sic 206 dies cum 23 Phrurdin dant 19 Aban Persici, feria VI. Sed debebat esse feria VII. Ergo fuit die XX. Sic, puto, satisfiet iis, quibus prior methodus nouilunio- C rum non placuerit. Nam hæc expeditissima est, & optima.

DE ANNO PRISCORVM HEBRÆORVM ABRAHAMEO.

MIRA persuasio non solum Iudæorum, sed hominum pietatis Christianæ, annum Hebræorum priscorum fuisse vnicum tantum, qui hodie est, hoc est Lunarem. idque adeo asseuerant, vt non solum ita rem habere credant. sed etiam aliquid necessitatis imponant veteri illi populo annum habendi vnicum Lunarem, aut nullum. Sed tamen, si illis ostendero habuisse annum mensibus tricenum D dierum distinctum, non habebunt, quare vnicum annum Lunarem statuant. Nam aut vnicum æquabilem habuisse, qualis est Ægyptiacus, aut duos, æquabilem & Lunarem, omnino necesse est. Quis melius hoc docuerit, quam Moses ipse? Is scribit, Diluuium cœpisse decima septima mensis secundi: centum quinquaginta dies aquas invaluisse: & diem proximum a centesimo quinquagesimo, hoc est centesimum quinquagesimum primum, fuisse decimum

septimum

A septimum mensis septimi. Iam quadraginta sex dies ante diluuij initium fluxerant, & post, vsque ad decrementa aquarum, centum quinquaginta & vnus: qui fiunt manifesto 197. & per triginta diuisi relinquunt menses sex præteritos, & diem XVII mensis septimi. Quid clarius dici potuit? Mirum vero est, nusquam in scriptura embolimi mensis vllum vestigium aut memoriam exstare. Quod fortasse vt plurimum in ciuilibus negotiis anno hoc æquabili, in sacris Lunari vterentur. Hoc hariolantes dicimus. Quid enim aliud affirmare possumus? Certe in mensibus tricenum dierum continuis Luna locum habere non potest: neque annus Lunaris esse, qui 365 dies haberet: quos ita in descriptione diluuij æquus lector inuenire poterit. B Die primo mensis decimi, hoc est, die 271 a capite anni, iuga montium nudata sunt, & ex aquis in emersum prodierunt. Expectauit 40 dies Noah, cum iam 311 dies a capite anni fluxissent. Mox emisit coruum: quem libere ire redire permisit, donec aquæ omnino exuctæ fuissent. Non designat hoc longum spatium Moses, sed prudenti lectori ex simili loco coniiciendum relinquit; quantum interuallum illud fuerit. Nam eodem modo postquam expectasset septem dies, tunc emisit columbam, & reuersam iterum post alteros septem dies emisit. Sic sane alteri quadraginta dies ad illos priores addendi, & sic fient dies 351. Quibus adde XIIII posteriores, quibus bis columba emissa. Fiunt sine dubio dies 365. Post illos XIIII dies, ex quo columba C non rediit, ab illa, inquam, vespera putat diem primum anni sequentis Moses his verbis statim: *Anno vno & sexcentesimo ætatis Noa, prima die primi mensis, aquæ desiccatæ sunt.* Sane quem annum Lunarem isti Metones conficere possint ex mensibus æqualibus & plenis, non video, & quod maius est, ex duodecim mensibus sine intercalari. Annus igitur priscorum Hebræorum merus Chaldaicus, aut, quod idem est, Ægyptiacus fuit: eumque Hebræi ipsi vocabant שְׁנַת יָמִים, annum dierum, hoc est æquabilem, ὁμαλόν. Constabat enim ex æquali tributione dierum sine scrupulis. Similiter mensem æquabilem ϗ τριακονθήμερον חֹדֶשׁ יָמִים vocabant, mensem dierum, vtpote qui perpetuo, ac constanter diebus tricenis distributus esset. D Hac sane interpretatione nihil verius esse poterit. Testimonia, & locutio nota illis, qui Scripturæ operam dant. Quod autem quadrantem annotarent, vt Ægyptij in Caniculæ ortu, Chaldæi & Persæ in æquinoctio Veris, omnino ratio ipsa fateri cogit, cum omnes eæ gentes hoc facerent, quæ quidem hac anni forma vtebantur. & sane mensem intercalabant post 120 annos, quem Persæ Mensem magnum vocabant, Hebræis vero id erat seculum, & spatium vitæ humanæ; quod alibi explicaturi sumus. Geneseos cap. VI. 3. Quia vero

eorum menses vagabantur, propterea a numero dictos puto post A Exodum: cum Deus Mosi præcipiat eum mensem primum anni constituere, qui æquinoctio verno proximus esset. Ab eo tempore videntur nomina mensium suorum abiecisse, vel fortasse ab initio nulla fuerunt. De quo nihil certi constituere possumus. Nam Bul, Æthanim, & Ziu nomina mensium extant quidem in libro primo Regum: sed videntur Sidoniorum, & Tyriorum non solum Hebræorum fuisse. Quapropter Hebræi habebant epocham suam capitis anni in Libra. Et cum caput anni triginta dies integros superasset, eos dies vnum mensem embolimum faciebant, inter cuius finem, & caput anni sequentis, ἐπαγομένας suas collocabant: vt semper vnus embolimus mensis in eodem loco, & eodem tempore intercalaretur, B non autem singuli menses, vt apud Persas fiebat. Quod anni epocha esset in Libra, ostendit Moses, qui iubet τὴν σκηνοπηγίαν solennitatem celebrari בתקופת השנה anno vertente, & alibi de eadem re loquens dicit: בצאת השנה in exitu anni. exitum anni ponit in Libra, post quem exitum iubet σκηνοπηγίαν celebrari. Et commodum tempore Exodi neomenia anni Autumnalis æquinoctium proxime secuta est. Quare ἐπαγόμεναι Hebræorum, & תקופת השנה erant perpetuo in autumno, neque vltra triginta dies epocham anni anteuertebant, ac post 120 tantum annos mensis intercalabatur: vt merito historia prodiderit, duodecim tantum Præfectos e numero mensium anni a Dauide & Solomone creatos. quod annus Hebraicus in 120 annis C nullum embolimum mensem haberet. Cæterum vt aliarum nationum, quibus in vsu hic annus fuit, eadem forma mensium, eædemque neomeniæ fuerunt, nisi sicubi ἐπαγόμεναι discrimen exiguum constituebant: sic Hebræorum idem annus cum Ægyptiaco fuit: nisi fortasse vbi ἐπαγόμεναι differentiam quinq; dierum constituebant inter quasdam Hebræas & Ægyptiacas neomenias. Certissimum est mensem illum, quo egressi sunt filij Israel ex Ægypto, cœpisse feria v. Nam primum Sabbatū, cuius celebratio indicta fuit, erat 22 dies secundi mensis. Auctor ipse Moses Exodi XVI. Ergo primus mensis cœpit feria quinta. Præterea scimus ex epilogismo accuratissimo, vt alibi discutietur, annum Exodi incidere in annum Iudaicum 2264. Quare Thoth anni D 2264 ad finem decurrentis cœpit Kal. Sept. feria prima. Semper autem etiam post Exodum appendices dies quinq; in æquinoctio, aut proxime æquinoctium mansisse, satis notum ex iis, quæ supra ex Mose disputauimus. Porro Kalendæ mensium vocantur חדש, quod νεομηνίαν significat: quamuis nulla noua Luna in illis obseruaretur, non magis quam in Kalendis mensium Ægyptiorum, quas tamen νεομηνίας vocat Ptolemæus, & idem dixit νεομηνίᾳ τῶν ἐπαγομένων æquinoctium obseruatum

A ſeruatum ab Hipparcho. Thucydides quoque, vt alibi notamus, νεμηνίαν κατὰ σελήνην dicit, quaſi quædam νεμηνία ſit ἀσέληνος, quales omnes Græcorum menſium ciuilium erant, præter primam & ſecundam Tetraeteridis. τριακὰς autem, ſiue ἕνη καὶ νέα vocabant כֶּסֶא, aut כֶּסֶה. Id ſignificat numerum. Thema, כסס, numerare. quod vltra triceſimum nullus numerus menſium admitteretur. niſi potius quod Luna tecta eſſet & ſilens: ſi vltima menſis Lunaris etiam vocabatur כֶּסֶה. Ea dies feſtiua erat, & per tubicinem indicebatur. In Pſalmo octageſimo primo: תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ שׁוֹפָר בַּכֶּסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ Σαλπίζετε ἐν νεομηνίᾳ, ἐν ἕνῃ καὶ νέᾳ, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν. In Prouerb. cap. VII eſt כֶּסֶא per Aleph. In cap. XVII Exodi diſerte dicitur כֵּסְיָה reſolu-
B to Segol in Iod. Vltima menſis ſecundi, Amaleki copiæ deletæ. Exodi capite XIX. Propterea Moſes erexit cippum in memoriam illius τριακάδος, ſiue ἕνης καὶ νέας, cum epigraphe: ÆTERNVM BELLVM FORE INTER POPVLVM DEI ET AMALEK. Ad verbum: στήλη ὑπὲρ τῆς ἱερομηνίας (ſiue τριακάδος mauis, ſiue ἑορτῆς) πόλεμος ἀπαυστος, κατὰ τοῦ Ἀμαλήκου. Nam יָד eandem notionem habet hic, quam Samuelis primo, cap. XV. 12. vbi dicitur Saul ſibi erigere trophæum, & cippum triumphalem. Interpretes aliter hunc locum accipiunt, neſcio quam iuriſiurandi formulam ſuper throno Dei concipientes. & non ignoro, hæc dicere, id eſſe bellum Grammaticis indicere: aut potius Gram-
C maticos bellum mihi indicere. Sed vtantur ſenſu ſuo. mihi ne meum commentum inuideant. Anno Lunari accepto, Iudæi morem illum priſcum retinuerunt, vt triceſimam menſis, & neomeniam per tubicinem indicere ſoleant, ad hanc vſque diem. Philo ἐν τῷ περὶ τῶν δέκα λογίων: Τὴν ἱερομηνίαν, ἣν σάλπιγξιν ὑποσημαίνουσι. Quare כֶּסֶא, dicitur προνουμηνία. Iudith VIII, 6. Ego exiſtimo, quod iam tetigi, כֶּסֶא, a tegendo dictum, quod ſit tunc interlunium, vel ἕνη καὶ νέα: quod alibi dicitur כֶּסֶה, alibi כֵּסְיָה. vt כְּנָסְיָה pro כְּנֶסֶה. item כליה pro כלה conſumptio. Inde Horatius τὴν τριακάδα, Iudaicam vocauit triceſima Sabbata. Nam omnem feſtiuitatem Iudaicam non ſolum Iudæi, ſed & gentiles Sabbatum vocant. Iu-
D dæi quidem, cum dicunt Tiſri nunquam incipere a feria prima, quarta, ſexta, ne duo Sabbata continuentur. Gentiles autem non alio nomine omnes eorum ſolennitates vocabant, Iuuenalis: *Obſeruant vbi feſta mero pede Sabbata Reges.* Nudipedalia enim Iudaica, quæ nona Ab, & alias, etiam extra Sabbati diem, ſi ita contingat, celebrantur, Sabbata igitur triceſima Horatius dicit τὴν τριακάδα, quæ erat ἑορτή, ἱερομηνία, & feſtiua dies Iudæis. Quare ſemper coniunguntur hæc, ἑορτὴ καὶ ἱερομη-

νία, חג & שבת. Apostolus ad Colossenses: *μὴ οὖν τὶς ὑμᾶς κρινέτω ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.* Hic *ἑορτὴν* vocat כֶּסֶא. Iosephus etiam temporibus suis Sabbati initia, quod tempus Iudaico idiomate dicitur *παρείσβασις σαββάτου*: Item exitum eiusdem Sabbati a Sacerdotibus classico significari solitum scribit his verbis lib. 4. *ἁλώσεως*, c. 34: *ὑπὲρ κορυφὴν κατεσκεύαστο τῶν παστοφορίων, ἔνθα τῶν ἱερέων εἷς ἐξ ἔθους ἱστάμενος ἑκάστην ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν προεσήμαινε σάλπιγγι δείλης, καὶ τελεσθεῖσαν αὖθις περὶ ἑσπέραν, ὅτε μὲν ἀργεῖν τῷ λαῷ καταγγέλλων, ὅτε δὲ ἔργων ἀπέχεσθαι.* Quando autem omnino hanc anni formam abiecerint Iudæi, vtrum temporibus Abrahami tantum vsi sint, an vero ad tempora Nabopollassari, equidem nihil statuo. Sed studiosi quærant. Nam plura nobis reperient. Tantum eam opinionem de solo vsu anni Lunaris ex animis hominum euellere poterimus. qui etiam Noam in arca epactas Lunares, & excessum Solis supra Lunam obseruasse diuinant. Nunc moniti nullas epactas inuenient.

A B

DE NOVARVM INDIARVM ANNO.

NON potuit opportuniore loco mentio iniici anni Mexicanorum, & totius illius magnæ Perusianæ continentis, quam hic.

	MENSES MEXICANI.		APPELLATIONES DIERVM MENSIS MEXICANI.
1	*Tlacaxipeualiztli*	1	*Cipactli. Xiphias.*
2	*Tozçutztli*	2	*Hecatl. Aer.*
3	*Hueitozçutztli*	3	*Calli. Domus.*
4	*Toxcalt. vel Tepupochuiliztli*	4	*Cuezpali. Lacertus.*
		5	*Coualt. Coluber.*
5	*Eçalcoalitztli*	6	*Mizquintli. Mors.*
6	*Tecuilhuicintli*	7	*Maçatl. Ceruus.*
7	*Hueitecuilhuitl*	8	*Tochtli. Cuniculus.*
8	*Miccailhuicintli*	9	*Atl. Aqua.*
9	*Veymiccailhuitl*	10	*Izcuintli. Canis.*
10	*Vchpaniztli. vel Tenauatiliztli*	11	*Ozumatli. Simia.*
		12	*Malinalli. Scopa.*
11	*Pachtli, vel Heçoztli*	13	*Acatlh. Canna.*
12	*Hueipachtli. vel Pachtli.*	14	*Oceloti. Tigris.*
13	*Quecholli*	15	*Coautli. Aquila.*
14	*Panqueçaliztli*	16	*Cozcaquahuti. Buteo.*
15	*Hatemuztli.*	17	*Olin. Temperamentum.*
16	*Titilh*	18	*Tecpatlh. Cochlear.* Acosta Slabon.
17	*Izcalli*	19	*Quiauitl. Pluuia.* excusoriũ ignis.
18	*Coauitleuac. vel Ciuailhuilt.*	20	*Xuchitl. Rosa.*

C D

Nam

A Nam habent aliquid commune cum æquabili anno, vt pote cum eorum annus 365 diebus constet, vt Ægyptiacus, & Persicus, & nomina diebus mensis indiderint; vt olim prisci Persæ. Annus autem eorum in duodeuiginti menses tribuitur. Mensis vicenis diebus explicatur. Ita fiunt 360 dies. in fine adiiciuntur ἐπαγόμεναι vitulationibus & publicæ lætitiæ dicatæ. Porro vt nos anni aliam diuisionem facimus, cum in septimanas tribuimus, ita illi per XIII dies distinguunt. neque alium locum apud eos habet ἡ τρισκαιδεκαήμερος, quam apud nos ἡ ἑπταήμερος, quæ nunquam redit in orbem, nisi post quater tredecim annos, qui sunt LII. quæ est eorum maxima Periodus. vel Salchodai constat quatuor minoribus, quarum singulæ sunt trede-
B cim annorum. Prima vocatur Tochtli, Cuniculus. Secunda Acatlh, Canna. Tertia Tecpatlh, Cochlear. Quarta Calli, Domus. Et vocant primum, secundum, tertium, quartum annum periodi ita, Ce Tochtli, ome Acatlh, Ei Tecpatlh, Naui Calli. Vt igitur Cuniculus, τρισκαιδεκαήμερος, & annus redeat in orbem, opus est LII annis. quæ est magna periodus, vt diximus, vel sæculum Mexicanorum, vt 532 anni magna periodus Paschalis. De hoc quoque anno intelligit Petrus Martyr, cum scribit: *Annum ab occasu heliaco Vergiliarum incipiunt, & mensibus claudunt Lunaribus. Mensem a Luna nominant Tona. Quum menses signare intendunt, Tonas inquiunt. Lunam eorum lingua Tonam dicunt. Dies autem a Sole Tonaticos.*
C *Vnde quot Soles, tot Tonatici. Eorum idiomate Sol Tonaticus dicitur. Alicubi tamen aliter. Sed nulla ratione moti annum distribuunt in menses duodeuiginti. Menses autem etiam diebus viginti claudunt.* Quod iste Tonaticum vocat, Gomara TONELLI dicit, & Tonelli magnum vocat vnam ex quatuor periodis minoribus, cuius primi anni hecatombe captiuorum. Maximus vero TONELLVS constans ex LII annis fine anni vltimi multis Hecatombis celebrabatur. Quinque Επαγομένας cuiuslibet anni ebrietatibus dicant, vt diximus, tanquam earum nulla ratio habenda sit in numero dierum anni. Habebant etiam rationem bisexti. quod accurate obseruabant. Vides sensum huius anni ad illas gentes barbaras peruenisse. Plura poteram dicere. Sed quæ ad rem, hæc fere.

Anni

A

ANNI QVATVOR.


I	*Calli. Domus*
II	*Tochtli. Cuniculus*
III	*Acatlh. Canna*
IIII	*Tecpatlh. Cochlear.*

ROTÆ.

	CVNICVLVS		CANNA		COCHLEAR		DOMVS.
1	Ce tochtli	1	Ce acatlh	1	Ce tecpatlh	1	Ce calli
2	Ome acatlh	2	Ome tecpatlh	2	Ome calli	2	Ome tochtli
3	Ei tecpatlh	3	Ei calli	3	Ei tochtli	3	Ei acatlh
4	Naui calli	4	Naui tochtli	4	Naui acatlh	4	Naui tecpatlh
5	Macuil tochtli	5	Macuil acatlh	5	Macuil tecpatlh	5	Macuil calli
6	Chicoacen acatlh	6	Chicoacen tecpatlh	6	Chicoacen calli	6	Chicoacen tochtli
7	Chicome tecpatlh	7	Chicome calli	7	Chicome tochtli	7	Chicome acatlh
8	Chicuei calli	8	Chicuei tochtli	8	Chicuei acatlh	8	Chicuei tecpatlh
9	Chiconaui tochtli	9	Chiconaui acatlh	9	Chiconaui tecpatlh	9	Chiconaui calli
10	Matlactli acatlh	10	Matlactli tecpatlh	10	Matlactli calli	10	Matlactli tochtli
11	Matlactlioce tecpatlh	11	Matlactlioce calli	11	Matlactlioce tochtli	11	Matlactlioce acatlh
12	Matlactliome calli	12	Matlactliome tochtli	12	Matlactliome acatlh	12	Matlactliome tecpatlh
13	Matlactliomei tochtli	13	Matlactliomei acatlh	13	Matlactliomei tecpatlh	13	Matlactliomei calli

B

Principium anni a XXVI Februarij. Iosephus a Costa VI, II.



Die vltima Rota, hoc est anni LII frangebant omnia fictilia, & vtensilia, extinguebant ignem, & lumina; putantes mundo exitium imminere in fine cuiusdam harum Rotarum. Dicunt etiam ante annum Christi 694, quo capit numerus, quo utuntur, quatuor Soles perisse, & hunc quintum esse, quem hodie videmus. Vltimam noctem Rotæ vigilabant putantes eam extremam esse mundi. Quum autem viderent crepusculum, tunc certi mundum adhuc non periturum, surgentes in choreas, & ludicra dedebant sese, qui erat primus dies Rotæ nouæ. G

Numeri.	
1	Ce
2	Ome
3	Ei
4	Naui
5	Macuil
6	Chicoace
7	Chicome
8	Chicuei
9	Chiconaui
10	Matlac
11	Matlactlioce
12	Matlactliome
13	Matlactlomei
14	Matlactlinaui
15	Matlatlimacuil
16	Matlactlichicoace
17	Matlactlichicome
18	Matlactlichicuei
19	Matlactlichiconaui
20	Cempoalli.

Primus Annus.		
1	1	21
2	18	
3	15	
4	12	
5	9	29
6	6	26
7	3	23
8	20	
9	17	
10	14	
11	11	
12	8	28
13	5	25
14	2	22
15	19	
16	16	
17	13	
18	10	
19	7	27
20	4	24
Dies mensis.	Dies primus Septimanarum	

D

Mirum, hanc linguam carere literis B, G, R, S Creberrimum Ch. Tl. Ci. numerus non excedit quinarium. Idque in toto orbe nouo vbi tessera, quibus luditur, non habent, nisi puncta quinque. Histor. Ind. cap. 196.

Secundi anni Septimana in V mensis. Adde primi anni primæ Septimanæ IIII. habebis secundam Septim. ita semper per incrementum IIII.

Anno Christi 1551, absoluerant 1858 annos, vt auctor est Francisc. Lopez. Gomara. Ergo eorum annus primus iniuit anno 694.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER QVARTVS.

A QVEMADMODVM ex duplici anni æquabilis genere, alter 360 dierum, Lunaris anni, alter 365, Solaris naturam imitabatur: ita etiam ex duplici naturali, alter Lunaris eſt, alter Solaris. Ac Lunaris quidem anni menſes tantum naturales ſunt, annus autem ipſe eſt θετός: quatenus interuallum inter duas ſynodos Lunares, id dicitur naturali ex cauſſa menſis Lunaris: duodecim autem eiuſmodi interualla dicitur annus Lunaris inſtituto hominum. At Solaris, qui & Tropicus dicitur, quatenus ab vno puncto æquinoctiali, ad idem conuerſione definitur, mere natu-
B ralis eſt: item quatenus in partes naturales tribuitur: vt in formas duodecim Zodiaci. Nam ij ſunt cœleſtes menſes, vt & ipſi Lunares hoc nomine cœleſtes dicuntur Cenſorino. At annus in partes aut æquabiles tributus, qualis Ægyptiorum vel Copti, Æthiopum, & Gelalæus: aut in alias inæqualiter cauas, plenas, ſuperfluas, vt Romanorum Iulianus, is improprie naturalis dicitur. Hinc igitur conſurgit duplex anni naturalis, ſiue Tropici, genus, & quidem ratione menſium. Nam annus Tropicus aut æquabilis eſt, aut cœleſtis. Æquabilis, qui menſes aut tricenarios, vt annus Elkopti, aut propter aliquam rationem inæquabiles habet, vt Romanus. Cœleſtis, qui partibus Zodiaci, inæqualibus quidem illis, ſed natura ta-
C libus, deſcriptus eſt. Eum autem annum Tropicum Ægyptij dierum trecentorum ſexaginta quinque & quadrantis definierunt. Obſeruantes enim accuratiſſime ortum Caniculæ, quia ab eo tempore Nilus intumere ſolet, ab vno ortu ad alterum ortum Caniculæ præter 365 dies, quadrantem ſupereſſe deprehendebant. Nam cum Caniculam ἀκρονύχως orientem notaſſent: ſequenti anno, media nocte: tertio, horis ſex poſt mediam noctem: quinto, iterum ineunte

nocte

nocte oriri videbant. Quare ἀπὸ τῆς ἀκρωνύχου ἀνατολῆς προτέρας, ἐπὶ τὴν A
ἀκρώνυχον ἀνατολὴν ὑστέραν, præter quater 365 dies, vnum solidum diem accreuisse animaduertebant. Neque est, cur hoc inuentum Ægyptiis tribuamus, cum Chaldæi id in ortu Caniculæ Ægyptios docuerint, quod ipsi in æquinoctio verno annotabant. Et facile fuit illis gentibus hoc notare, qui æquabili anno vtebantur. Nam exempli gratia, si ἀκρώνυχος ἀνατολὴ Σώθιος, vel Caniculæ, notata fuit Paophi die secunda, feria quarta: eadem ἀνατολὴ ἀκρώνυχος anno quinto deprehendebatur Paophi die tertia, feria secunda. Itaque præter quatuor annos solidos Ægyptiacos, dies vnus rationibus anni accedebat. Cæsar igitur, deuicto Pompeio, postquam Sapientibus Ægypti aliquot dies operam dedisset, ab iisque anni Canicularis modulum didicisset, B
ex eo tempore in animo habuit annum emendare, cuius apud Romanos nulla alia forma certa erat, nisi quam Pontificum libido præscribebat. Quod quidem parturiens Cæsar non prius potuit parere, donec quarto a Pharsalica pugna anno, ipse quartum Consul, opus diu cogitatum ad exitum perduxit, anno cycli Solaris XXI, Lunaris XIIII, Olympiadis centesimæ octagesimæ tertiæ quarto: anno periodi Iulianæ 4669, a quo incipit primus Ianuarius Iulianus. Is, vt dixi, erat quartus Cæsaris Consulatus, qui abdicato magistratu sibi Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium suffecit. Sed annus confusionis, qui antecessit, erat tertius Consulatus Cæsaris, M. Aimilio Lepido collega: qui annus confusionis habuit menses, vt Suetonius C
scribit, quindecim: dies, vt auctor est Macrobius, & alij, 444. Cum de anno Romano veteri disputaremus, aperuimus anni Romani caput circiter 13, aut 23 Octobris, prout annus intercalaris erat, aut communis, Iulianis temporibus, incidisse circa initia belli ciuilis Pompeiani. Cæsar autem anno confusionis intercalauit primum dies 67, tum Merkedonium parem, qui ex consuetudine forte in illum annum inciderat. Fiunt dies intercalares omnes 89. Quibus adiice modum anni Romani: scilicet dies 355. Colliguntur dies confusionis 444. Iam abiice modulum anni confusionis, hoc est 444, a duobus annis Iulianis, nempe 730. Relinquuntur dies 286: qui ab anni noui Iuliani Kalendis deducti desinunt in 12 Octobris. D
qui fuit dies vltimus anni eius, qui Ianuarium confusionis proxime antecessit. Tertius decimus autem Octobris fuit primus dies, atque adeo Kalendæ Ianuarij confusionis. Vltimus December confusionis cœpit a tertia Decembris Iuliani. LXVII dies a Cæsare inter finem Nouembris & Kal. Decembris interiecti a 3 Decembris Iuliani retro putati desinunt in 27 Septembris Iuliani. A Kalend. anni Romani ad finem Nouembris, sunt dies 326. quibus coniuncti dies XXII

Merkedonij

A Merkedonij fiunt vna 348 dies, qui a 26 Septembris retro retexti desinunt in XIII Octobris Iuliani. Hoc est, Ianuarius confusionis cæpit a XIII Octobris, vt erat propositum. Tertia igitur die Decembris Iuliani iniuit December Romanus, atque is quidem vltimus vltimi anni Romani, anno cycli Solaris vicesimo desinente, & vicesimo primo anno cycli in primis Kalendis Iulianis initium sumente, in literis Dominicalibus C B, vt quidem nunc putamus. Nam tunc neque litera Dominicalis nota erat, neque cyclus vllus hebdomadicus Solis. Fingimus præterea eo anno Bisextum fuisse: quod nullum fuit. Annus enim confusionis exæquationis vicem est, quæ fieri debebat intercalatione vnius diei post Terminalia, in litera F infi-
B citia, ante literam eandem ordinariam, quæ est in 24 Februarij, estque vetus sedes Regifugij Romani, sexto Kalend. Martias. vnde prius intercalatitium dicitur BISEXTVM. Solinus, vt est auctor valde futilis, putat Merkedonium tantum eo anno intercalatum: eumque annum 344 dies duntaxat habuisse: Merkedonium vero dies 21. qui de modo anni Iuliani deductus relinqueret annum confusionis dierum 344, vt eius ratiocinia postulant. Quod monstri quid, cuiusmodi sit, equidem non video. Sed ille fucus in illis eclogis, quas mala fide ex bonis auctoribus in suum Polyhistorem transtulit, multa eiusmodi sine delectu consarcinare solet. Dio contendit Cæsarem LXVII tantum dies adiecisse: addit etiam, falli, qui plures ab eo intercalatos
C proderent. Quod verissime dictum ab eo. Nam Merkedonius, quem intercalauit, non erat Cæsaris, sed consuetudinis. Dies autem LXVII a se, non a consuetudine, adiecit. His consentanea scribit Suetonius: annum confusionis fuisse XV mensium. Nam XXII dies mensis Merkedonij, item LXVII Cæsaris, fiunt simul dies LXXXIX. qui est iustus modus mensium trium Lunarium. Sic annus Iulianus habuit dies 365, cum quadrante. Quare autem ita menses impares constituit, vt binos continuos ὑπερημέρους, Quintilem, & Sextilem: Decembrem, & Ianuarium constituerit, hæc ratio est. Cæsar voluit Solstitium, Brumam, & vtrumque æquinoctium a Kal. eorum mensium incipere, in quos octauas partes anni incurrere arbitrabatur. Opinio
D autem illorum Romanorum simul, & Græcorum fuit, ea tempora confici in octauis partibus signorum suorum. Quare principium Capricorni statuit in a. d. VIII Kal. Ianuarij. Ergo octaua pars Capricorni incidit in Kal. Ianuarij sequentis, in qua parte sidus brumæ confici putabat Cæsar cum vulgo. Initium Arietis in a. d. VIII Kal. April. Æquinoctium igitur in Kal. Aprilibus. Initium Cancri in a. d. VIII Kalend. Quintil. Solstitium & octaua pars Cancri in Kal. Quintil. lib. Initium Libræ in a.d. VIII Kal. Oct. Æquinoctium autumnale

& octaua pars Libræ in Kalendis Octobrib. Neque aliud fuit consilium C. Cæsari in anni tributione. Nam etiam post Cæsarem annis plusquam C L, vulgus putabat quatuor tempora circa octauas partes Signorum confici. mendose. Id enim, si exactius rem putemus, octingentis fere annis ante primam Olympiadem contingebat. Hoc beneficium, quamuis a posteritate auidissime arreptum est, tamen tantum abest, vt statim vulgo acceptum fit, vt etiam palam correctori anni obtrectaretur. Est enim genus hominum, quibus inuitis bene fit, & quos seruare idem est atque occidere: qui illo dicto aures bonorum verberant: *τὸ κακὸν εὖ κείμενον οὐ κινητέον.* Neque enim defuerunt, vti iam diximus, qui illud incomparabilis viri diuinum factum reprehenderent. Inter quos M. Tullius Cicero, homo potius virtutum Cæsaris obtrectator, quam vitiorum castigator, cum anno primo Iuliano quidam diceret, Cras Lyra orietur: Ex edicto, inquit, orietur: tanquam coactus illam ordinationem non solum acciperet, sed audiret. Plutarchus in Cæsare: *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τοῖς βασκαίνουσι, καὶ βαρυνομένοις τὴν δύναμιν αἰτίας παρεῖχε. Κικέρων γὰρ ὁ ῥήτωρ, ὡς ἔοικε, φήσαντός τινος, αὔριον ἐπιτέλλειν λύραν ναί, εἶπεν, ἐκ διατάγματος. ὡς καὶ τοῦτο πρὸς ἀνάγκην τῶν ἀνθρώπων δεχομένων.* Hoc etiam animaduertere licet ex quadam epistola ad Atticum, lib. XVI: *Itane? Nonis Iuliis? quicquamne turpius, quam Bruto Nonis Iuliis?* Sed Cicero Pompeias Nonas veteris anni ineptissimi amasset, qui Iulias anni castigati auersatur. At nos fruamur tanto beneficio Cæsaris, etiam inuitis omnibus Pompeianis. Nam sane tres triumphi Cæsariani, tota Gallia, Ægyptus, Africa, Asia, denique Pompeius ipse deuictus contra hanc ordinationem anni, meræ nugæ sunt. Quæ si ita, vti eam ediderat Cæsar, & edicto sanxerat, inuiolata mansisset, Cæsari Augusto opus non fuisset iterum eam emendare. Cæsare enim anno secundo Iuliano interfecto, Sacerdotes eius mentem minime assecuti, non post annum quartum, vt ille præceperat, sed quarto quoque anno bisextum intercalabant. Quatuor enim quadrantes post quatuor annos constituunt diem vnum, quem Cæsar intercalari iussit inter Terminalia & Regifugium. Quatuor quadrantes non attribuuntur nisi quadriennio exacto: & consequenter dies ex quatuor quadrantibus compositus non intercalandus, nisi cum exacti sunt quadrantes illi. Tunc is dies intercalatur post Terminalia ante eum diem, qui est sexto Kal. Martias. Ideo eo anno bis dicitur, sexto Kal. Martias. Vnde nomen BISEXTO. Primum bisextum celebratum est anno secundo a cæde Cæsaris desinente, qui erat quartus Iulianus incipiens, post tres quadrantes confectos. Itaque pro XVIII horis, XXIIII intercalatæ. Hoc vitium sero deprehensum, anno Iuliano XXXVIII, C. Martio Censorino,

A ſorino, C. Aſinio Gallo coss. correxit Cæſar Auguſtus hoc modo: In xxxvii annis Iulianis duodecies intercalatum eſt, cum tamen ei interuallo nouenæ intercalationes dumtaxat congruerent. Tres igitur illæ intercalationes, quæ ſupra nouem celebratæ erant, duodecim annis ſine biſexto tranſire iuſſis, emendatæ ſunt. Poſtea reditum eſt ad iuſtum intercalandi modum. Nam annus primus poſt illos duodecim, qui fluxerunt ſine biſexto, is fuit primus, cui imputatus eſt quadrans. Ideo quartus ab illo exactus accepit biſextum, anno Iuliano quinquageſimo tertio, cycli Solis decimo ſeptimo, qui erat, vt vulgus putat, octauus a nato Chriſto Filio Dei, Idque biſextum primum omnium rite celebratum fuit: cum a pri-

B

Anni Iuliani.	Cyclvs Solis emendatus.		Cyclvs Solis vitioſus.	Anni Iuliani.	Cyclvs Solis emendatus.		Cyclvs Solis vitioſus.
1	21	C B	B	28	20	D	B A
2	22	A	A	29	21	C B	G
3	23	G	G	30	22	A	F
4	24	F	F E	31	23	G	E D
5	25	E D	D	32	24	F	C
6	26	C	C	33	25	E D	B
7	27	B	B A	34	26	C	A G
8	28	A	G	35	27	B	F
9	1	G F	F	36	28	A	E
10	2	E	E D	37	1	G F	D C
11	3	D	C	38	2	E	B
12	4	C	B	39	3	D	A
13	5	B A	A G	40	4	C	G
14	6	G	F	41	5	B A	F
15	7	F	E	42	6	G	E
16	8	E	D C	43	7	F	D
17	9	D C	B	44	8	E	C
18	10	B	A	45	9	D C	B
19	11	A	G F	46	10	B	A
20	12	G	E	47	11	A	G
21	13	F E	D	48	12	G	F
22	14	D	C B	49	13	F E	E
23	15	C	A	50	14	D	D
24	16	B	G	51	15	C	C
25	17	A G	F E	52	16	B	B
26	18	F	D	53	17	A G	A G
27	19	E	C	0			

C

D

mis Kalendis Iulianis, ad illam vſque diem, rationes Biſexti conturbatæ fuiſſent. Nos eius rei exemplar in Laterculo ſupra propoſuimus, vt ex eo quid in ratione Biſexti peccatum ſit, quid item emendatum, perſpiciatur. Edictum autem quo Iulius annum ſuum publicauit, item illud quo Auguſtus Biſexti vitium correxit, maiorum ſupinitate, ac negligentia periit. Quod vtinam ad nos perueniſſet! In

Laterculo vides anno quarto Iuliano intercalationem præcipitatam A
fuisse, cum a Kalen. Ianuarij primi, ad tempus primi bisexti vitiosi, tres tantum quadrantes supra rationes Solis excurrerent. quæ quantitas diem solidum constituere non potest. Vides præterea anno 37 Iuliano competere duodecimam intercalationem vitiosam: post quam intercalationem, hoc est anno Iuliano 38, Cæsar Augustus, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo COSS. edicto sanxit, vt duodecim anni sine intercalatione transigerentur. Iam, vt testatur Plinius, annus cœperat sidera morari. C. enim Cæsar statuerat initium Arietis in 25 Martij. Atqui anno Iuliano XXVIII illud tempus descenderat in 28 Martij. Nam eo anno in cyclo Solis emendato 25 Martij erat feria III. In vitioso, feria VI. Differentia, triduum. B
Iussis ergo annis XII sine bisexto transire, vt triduum illud tolleretur, eorum duodecim annorum vltimus desiuit in XLIX Iuliano. Post quem sequens, hoc est, quinquagesimus, cœpit cum quadrante putari. Propterea quarto hinc anno quatuor quadrantes conflati diem confecerunt, qui primus omnium rite intercalatus est, anno Iuliano 53, cycli emendati decimo septimo. Exemplar autem Hemerologij ab Augusto emendati, quod in saxum incisum Romæ repertum est, infra subiecimus.

HEMEROLOGIVM ANNI IVLIANI.

A. K. IAN. F.
B F
C C
D C
E NON. F
F F
G C
H C
A AGON
B EN
C CAR. NP
D C
E EID. NP
F EN DIES. VITIOS
G CAR EX. S. C.
H C
A C
B C
C C
D C
E C
F C
G C
H C
A C
B C
C C
D C
E F
F N
G C
XXXI

H. K. FEB. N
A N
B N
C N
D NON
E N
F N
G N
H N
A N
B N
C N
D EID. NP
E N
F LVPER. NP
G EN
H QVIR. NP
A C
B C
C C
D FERAL. F
E C
F TER. NP
G REGIF. N
H C
A N
B EQ. NP
C C
XXIIX

D. K. MAR. NP
E F C
F C
G C
H C
A NP HOC. DIE. CÆSAR PONTIF. MAXIM. FACT. EST
C F
D C
E C
F C
G C
H N
A EQ. NP.
B EID. NP
C F
D LIB. NP
E C
F QVIN. N
G C D
H C
A N
B TVBIL. NP
C Q. REX. C. F
D C
E C
F NP HOC. DIE. CÆSAR ALEXAND. RECEPIT
G C
H C
A C
B C
XXXI C. K.

A C.	K. APR. N
D	C
E	C
F	C LVDI MATRI MAG.
G	NON. LVD
H	NP LVDI
A	N LVDI
B	N LVDI
C	N LVDI
D	N LVD. IN CIRC.
E	N
F	N LVDI CERERI
G	EID. NP LVDI
H	N LVDI
A	F ORD. NP LVD
B	N LVDI
C	N LVDI
B D	N LVDI
E	CER. N. LVD. IN CIRC
F	N
G	PAR. NP
H	N
A	VIN
B	C
C	ROB. NP
D	F
E	C
F	NP I. VCD. FLOR
G	C LVDI
H	C LVDI
XXX	

H.	K. IVN. N
A	F MART. CAR. MONET
B	C
C	C
D	NON
E	N
F	N
G	MENTI. IN. CAPIT
H	VEST. NF. PR.
A	N
B	MATR. N.
C	N
D	EID. N.
E	N
F	Q. ST. DF
G	C
H	C
A	C
B	C
C	C
D	C
E	C
F	C
G	C
H	C
A	C
B	C
C	C
D	F
E	C
XXX	

E.	K. AVG. N
F.	C FER. HOC DIE C. CAESAR. HISP. VICIT
G	C
H	C
A	NON. F
B	F
C	C
D	C
E	NP HOC DIE. CAESAR HISPALIN. VIC.
F	C
G	C
H	C
A	EID. NP
B	F
C	C
D	C
E	PORT. NP.
F	C
G	VIN. F. P.
H	C
A	CONS. NP
B	EN
C	VOLC. NP
D	C
E	OPIC. NP
F	C
G	VOLT. NP
H	NP H. D. ARA VICTORIAE IN. CVRIA DEDIC. EST
A	F
B	F
C	C
XXX	

A.	K. MAI. N
C B	F COMP
C	C
D	C
E	C
F	C
G	NON. N
H	F
A	LEM. N
B	C
C	LEM. N
D	NP LVD. MART. IN CIRC
E	LEM. N
F	C
G	EID. NP
H	F
A	C
B	C
D C	C
D	C
E	AGON NP
F	N
G	TVB. NP
H	Q. REX. C. F
A	C
B	C
C	C
D	C
E	C
F	C
G	C
XXXI	

F.	K. IVL. N
G	N
H	N
A	NP
B	POPLIF. NP
C	N LVDI APPOLLIN
D	N ON. N LVDI
E	N LVDI
F	N LVDI
G	C LVDI
H	C LVDI
A	NP LVDI
B	C LVD. IN. CIR.
C	C MERK.
D	EID. NP MERK
E	F MERK.
F	C MERK. NP
G	C MERK.
H	LVCAR. NP MERK
A	C LVD. VICT. CAESAR.
B	LVCAR. LVD.
C	C LVDI
D	NEPT. LVDI
E	N LVDI
F	FVRR NP LVDI
G	C LVDI
H	C IN CIRC.
A	C IN CIRC.
B	C IN CIRC.
C	C IN CIRC.
D	C
XXXI	

D.	K. SEPT. N HOC DIE FER. NEP.
E	N
F	NP
G	C LVDI. ROMANI
H	NON. F. LVD.
A	F LVDI
B	C LVDI
C	C LVDI
D	C LVDI
E	C LVDI
F	C LVDI
G	N LVDI
H	EID. NP
A	F. F. EQVOR. PROB.
B	LVD. ROM. IN. CIRC.
C	C IN CIRC.
D	C IN CIRC.
E	C IN CIRC.
F	C IN CIRC.
G	C MERK.
H	C MERK.
A	C MERK.
B	NP MERK. H.D.
C	C AVGVSTI. NATALIS
D	C LVD. CIRC.
E	C
F	C
G	C
H	F
A	C
XXX	

B. K. OCT.	A. K. NOVEM. N	G. K. DEC. N
C F	B	H
D C	C	A
E C	D	B
F C	E NON. F	C NON. F
G C	F F LVDI	D
H NON. F.	G C LVDI	E C
A F	H C LVDI	F C
B C	A C LVDI	G C
C C	B C LVDI	H C
D MEDITR.	C C LVDI	A AGON. NP
E AVGVST. NP	D C LVDI	B EN
F FONT. NP	E EID. NP EPVL. INDICT.	C EID. NP
G EN		D F
H EID. NP	F F EQVOR. PROB.	E CONS. NP
A F	G C LVD. PLEB. IN CIRC.	F C
B C		G SAT FERIÆ SATVRN.
C C	H C IN CIRC.	
D ARM. NP	A C IN CIRC.	H C
E C	B C MERK.	A OPAL. NP
F C	C C MERK.	B C
G C	D C MERK.	C DIV. NP
H C	E C	D C
A C	F C	E LAR. NP
B C	G C	F C
C C	H C	G C
D C LVD. VICT.	A C	H C
E C LVDI	B C	A C
F C LVDI	C C	B C
G C LVDI	D C	C F
H C LVDI	E F	D F
XXXI	F C	E C
	XXXI	XXXI.

A B

Dies anni Iuliani, vt vides in exemplari, notati ſunt per octonarios, vſque ad literam H: quia Romanorum ogdoas in tributione dierum ſeruabatur propter Nundinas, vt apud Iudæos Hebdomas propter Sabbatum, a quibus nos didicimus. Nam poſt tempora Theodoſij, imò a temporibus tantum Dionyſij Exigui, Kalendaria Romana in hebdomadas tributa, & cyclus Lunæ in margine appoſitus, quem aureum numerum vocamus, exemplo Kalendarij Alexandrini. Antea nondum Kalendariis Iulianis annotabatur numerus aureus. Nam plane inuentum eſt Chriſtianorum poſt confeſſum Nicenum. vt ſatis mirari non poſſim doctos viros, qui aſſeuerant etiam epactas a Iulio in Kalendario ſuo impreſſas. Diceres eos cum Soſigene in conſilium a Dictatore adhibitos. Quid? nonne doctiſſimus Mathematicus Germanus ſcribit ſe apud Baronem Germanum vidiſſe commentarium ampliſſimum in aureum numerum C. Cæſaris, eumque commentarium in codice vetuſtiſſimo fuiſſe deſcriptum? Adeo peregrinus eſt in harum rerum origine. Aiunt igitur a C. Cæſare Kalendis Ianuarij vnitatem appoſitam: quia is eſſet primus annus cycli Lunaris Iuliani, quod in Kal. illas nouilunium concurreret. Sed ne verum quidem, coniunctionem luminarium fuiſſe in Kal. Ianuarij primi. Nam, vt in anno Indorum diximus, nouilunium

C D

A nium non Kal. vt neomenia Mucharam Indici, ſed ſecunda Ianuarij fuit, feria ſeptima: cuius nouilunij Character, 7, 1, 940. Atqui Cæſar non magis nouit vſum epactarum, quam hebdomadis Iudaicæ. Potuit igitur in Faſtis ſuis nouiluniorum notas apponere, vt ſtellarum ortus & occaſus, ſed non per enneadecaeteridas. Nam abſque controuerſia Paſchatis fuiſſet, quid eſſet cyclus Lunæ, hodie ſolum Iudæorum vulgus, & docti duntaxat Chriſtiani ſcirent. Cyclus, inquam, Lunæ Paſchalis hanc Methodum nobis peperit, quam fruſtra attribuunt Cæſari. In Chronico Euſebij, anno ſeptimo Iuliano annotatur, curſum Lunæ eo tempore deprehenſum fuiſſe. Quid ſit, neſcio. Porro ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus, qui quidem exſtant, B Marcus Varro vtitur ordinatione temporis Iuliani in libris rerum ruſticarum. Eius verba ſunt ex libro primo. *Dies primus eſt Veris in Aquario, æſtatis in Tauro, autumni in Leone, hiemis in Scorpione. Cum vniuſcuiuſque horum quatuor Signorum dies tertius & viceſimus quatuor temporum ſit primus, efficitur, vt Ver dies habeat* XCI, *Æſtas* XCIIII, *Autumnus* XCI, *Hiems* LXXXIX. *Quæ redacta ad dies ciuiles noſtros, qui nunc ſunt, primi verni temporis a. d.* VII *Eid. Sext. hiberni ex a. d.* IIII *Eid. Nouemb.* Manifeſto dies ciuiles Iulianos intelligit. Sed & Cicero & Brutus, ac Caſſius paulo antequam hæc ſcriberet Varro, eadem deſcriptione vtuntur: quia, quod Ciceroni dolebat, ἐκ διατάγματος hoc facere cogebantur. vertens C enim locum Oeconomici Xenophontei, vbi auctor Græcus ſerere vetat ante, quam Deus ſignum dederit, Cicero Nouembris imbre fieri interpretatus eſt. Non erat igitur Nouember priſcus, qui illo ſæculo incurrebat in Auguſtum Iulianum, ſed nimirum Iulianum Nouembrem intelligit. Et profecto Oeconomicum vertit poſt editionem Iulianam. Cætera de appellationibus menſium, Iulij, & Auguſti, & ſi qua ſunt id genus, notiora ſunt, quam vt iterum recoquenda ſint. Porro locus exigebat, vt parapegma Soſigenis huc coniiceremus, hoc eſt ortus & occaſus ſiderum, atque, vt Ouidius dicit, *Lapſaque ſub terras ortaque ſigna*: quod ex Ouidio ipſo, Columella, & Plinio haurire licebat. Sed tanta eſt inter illos tres au- D ctores in hac re diſcrepantia, vt melius viſum fuerit ab hac re abſtinere, quam incerta pro certis proponere. Immane enim quantum in multis differunt Plinius & Ouidius, cum tamen vterque editionem Cæſaris ſequi videatur. Habes præterea optimum Commentarium Cl. Ptolemæi de inerrantium ſtellarum ſignificationibus, a Nicolao Leonico olim Latine conuerſum. Eius libri meminit Suidas, cum ſcribit inter alia Ptolemæum edidiſſe περὶ φάσεως & ἐπισημασιῶν ἀστέρων βιβλία, β.

DE ANNO ÆGYPTIORVM ACTIACO. A

QVOD nationes ac Prouinciæ Romani orbis ex edicto Iuliano annum ciuilem Romanorum ſtatim non acceperint, in cauſa fuit præpropera mors C. Cæſaris, quæ incidit in Idus Martias anni ſecundi Iuliani. Quare anno triceſimo ſeptimo a cæde Cæſaris, C. Octauius Cæſar emiſit ſecundum Edictum anni corrigendi, quo & nationibus imperij Romani hanc anni formam indixit. Sed Ægyptij iam acceperant, anno Nabonaſſari 719, quo Antonius & Cleopatra ab Auguſto nauali prælio ad Actium promontorium victi ſunt. Ptolemæus a meridie Nabonaſſari, ad Thoth Philippeum mortis Alexandri, colligit annos 424. Hinc ad Thoth Actiacum, annos 294. Summa anni Ægyptiaci perfecti 718. Ergo Thoth 719 Nabonaſſari eſt Thoth Actiacus. Cenſorinus ait annum Auguſtorum Actiacum 267 eſſe 1014 Iphiti, & 986 Nabonaſſari. Ergo Actiacus annus currens inciderat in 747 annum Iphiti, & 719 Nabonaſſari. Rurſus, quantum colligere potes ex illis, quæ de anno Iuliano diſputauimus, Kalendæ primæ Iulianæ inciderunt in annum Nabonaſſari currentem 703. Quod ſi annus Actiacus congruit anno 719, ergo is fuit annus Iulianus 16, cuius Auguſto Thoth Actiacus competit. Annus Nabonaſſari 719 eſt 19 cycli Solis Nabonaſſari. E cuius regione character Thoth eſt feria prima. Cui in ſecunda columna dextra congruit annus cycli Solis Iuliani octauus. Litera Dominicalis E, in vltima Auguſti. Quadrans annorum Nabonaſſari 176, 18, detractis 56 relinquit dies exactas 120. 18, anni 719. quæ proculdubio incipiunt ab vltima Auguſti. Hæc ratio vera erat, ſi Sacerdotes Romani Biſexti intercalationem recte obiiſſent. Nunc qui Cæſarem anni corrigendi rectam formam docuiſſent, ipſi vitioſam ſecuti ſunt, vt Romani: donec ex ſecundo edicto, quod emiſit Octauius Cæſar, annis XII ſine intercalatione tranſire iuſſis, ipſi rectam viam intercalationis inſtiterunt. Igitur annus 16 Iulianus, in cuius Auguſtum Thoth 719 incurrebat, habuit biſextum vitioſum DC, vt habes in capite anni Iuliani, feria prima, in litera C. Itaque Thoth, cui debetur litera C, propter feriam primam, quæ eius character fuit, incidit in 29 Auguſti, cum ex methodo emendati cycli deberet in vltima Auguſti. Hæc eſt ratio, quare 29 Auguſti eſt prima Thoth fixi Ægyptiaci. Quam rem fruſtra tentaſſem, ſi cycli emendati, non vitioſi rationem habuiſſem. Tandem anno Iuliano 49, qui erat duodecimus currens eorum, quos Auguſtus ſine intercalatione tranſegit, imputarunt quadrantem diei in fine 28 Auguſti menſis, & anno quinquageſimo ſecundo in fine

A fine eiusdem 28 diei intercalatus est dies vnus ex quadrantibus quatuor conflatus, quæ fuit prima recta intercalatio in annis Actiacis. Quare Thoth Actiacus incidit in tricesimam Augusti, feria III, cyclo Solis emendato XVI. Romani vero, centesimo octagesimo die post Ægyptios suum Bisextum rectum inter Terminalia & Regifugium intercalarunt, anno Iuliano 53, vt supra disputatum est. Ab eo tempore, ad hanc vsque diem, Ægyptij, atque Æthiopes 180 diebus ante nos intercalationem suam celebrant, die 29 Augusti, quæ dicata est passioni Ioannis Baptistæ, & suum Thoth differunt in 30 Augusti: qui tamen semper incurrit in decollationem Ioannis. Vnde fit, vt anno Embolimæo eorum solemnitates, & festi
B dies postridie quam ab Ecclesiis Romana, Græca & Antiochena celebrentur. Plutarchus περὶ τῶν μυθολογουμένων Ægypti loquens, non aliis vtitur, quam Actiacis mensibus, hoc est fixis, non vagis. Nam in libro περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος, Ταῦτα, inquit, πραχθῆναι λέγουσιν ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα μηνὸς Ἀθὺρ, ἐν ᾧ τὸν Σκόρπιον ὁ ἥλιος διέξεισιν. Athyr, in quo Scorpium permeat Sol, est merus Athyr Augustorum, & Actiacus. At quo tempore ea facta finguntur, nullus erat Athyr fixus. Neque vero putes Plutarchum προληπτικῶς hæc fingere. Summus enim ille scriptor in his rebus puer est. Nam quidni hoc fateamur, cum ipse tam manifeste prodat se illis, quæ in eodem libro adiicit? διὸ μηνὸς Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τῶν ἐτησίων ἐκλιπόντων
C παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα. Post æquinoctium Autumni hoc contingere pueri Ægyptiorum sciunt. & merus Athyr Augustalis est ille. Item: ὀγδόῃ Φαωφὶ μηνὸς μετὰ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν. Plutarchus nullos menses AEgyptiorum agnoscit præter Augustales, vt vides. Sed ignosces illi menses fixos AEgyptiis ab vltima antiquitate attribuenti, qui Lunares mox facit, quos iam fixos statuerat. Quis tam illius fautor inepte est, vt eum excusare velit? Loquens de mense Athyr, ἑβδόμῃ, inquit, ἐπὶ δέκα τὴν Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα γίνεται κατάδηλος πληρουμένη πανσέληνος. En menses Lunares, quos τριακονθημέρους omnes sciebat, & quos antea, quod maius est, fixos faciebat. Par er-
D ror infra: καὶ τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς ἑορτάζουσιν ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον, ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ἐπὶ μιᾶς εὐθείας γεγόνασι. Atque in eiusmodi rebus eandem inscitiam in summo scriptore experiere semper. Verbi gratia, cum scribit Romulum conceptum XXIII Choiac, anno primo Olympiadis secundæ, in coniunctione luminarium ecliptica. Hic quoque mensis est Actiacus, non Philippeus, aut Nabonassari. Tempus congruit XIX diei Decembris. Coniunctio media luminarium fuit die antecedenti, cyclo Lunæ nono. Nulla omnino defectio fuit, anomalia latitudinis Lunaris adeo refragante. Id tamen

tamen

men profitetur Plutarchus se ex Varrone, Varronem ipsum ex L. Tarrutio Firmano summo Mathematico didicisse. Cum igitur Plutarchus menses Ægyptiorum fixos agnoscat, eosdemque apud veterem scriptorem Christianum Clementem Alexandrinum exstare videamus: denique cum constet ab Augusti temporibus fixos fuisse: quam falluntur ij, qui eorum Mensium autorem statuunt Diocletianum! Et cum sint Astronomicarum rerum peritissimi, cur non cogitarunt, Thoth Nabonassari vagum, si anno primo Diocletiani fixus fuisset, non in 29 Augusti, sed in 10 Iulij statui debuisse? Sed omnis orbis Romanus etiam post indictiones Constantinianas, ad tempora usque Iustiniani Imperatoris, annis Diocletiani usus est: qui & hodie in usu sunt Ægyptiis siue Elkupti Christianis. Eorum annorum initium est a Thoth anni Christi Dionysiani 284, cyclo Solis Iuliano XIII, Lunæ XIX, cyclo Solis Actiaco VI, feria VI, anno Actiaco 314. Proinde illorum cyclus Solis inci-

A

Cyclus Solaris Elkupti.	Cyclus Solaris Iulianus.	Plinthion.	Feria Thoth.
1	13	3	6
2	14	4	7
3	15	5	1
4	16	7	3
5	17	1	4
6	18	2	5
7	19	3	6
8	20	5	1
9	21	6	2
10	22	7	3
11	23	1	4
12	24	3	6
13	25	4	7
14	26	5	1
15	27	6	2
16	28	1	4
17	1	2	5
18	2	3	6
19	3	4	7
20	4	6	2
21	5	7	3
22	6	1	4
23	7	2	5
24	8	4	7
25	9	5	1
26	10	6	2
27	11	7	3
28	12	2	5

B

LATERCVLVS MENSIVM ACTIACORVM. C

ÆGYPTIORVM MENSES.			ÆTHIOPVM MENSES.		Character mensium.	Alter character.
توت	*Tuth*	Θώθ	መስከረም ::	*Mascaram*	0	3
بابه	*Pape*	Παωφὶ	ጥቅምት ::	*Tikmith*	2	5
هتور	*Hathur*	Ἀθὺρ	ኅዳር ::	*Hadar*	4	7
كيهك	*Chiach*	Χοιάκ	ታኅሣሥ ::	*Tachsas*	6	2
طوبة	*Tube*	Τυβὶ	ጥር ::	*Tir*	1	4
امشير	*Amschir*	Μεχεὶρ	የካቲት ::	*Iachathith*	3	6
برمهات	*Parmahath*	Φαμενὼθ	መጋቢት ::	*Magabith*	5	1
برموده	*Parmude*	Φαρμουθὶ	ሚያዝያ ::	*Miazia*	7	3
بشنس	*Paschnes*	Παχὼν	ግንቦት ::	*Ginboth*	2	5
بوونه	*Payne*	Παυνὶ	ሰኔ ::	*Sene*	4	7
ابيب	*Epip*	Ἐπιφὶ	ሐምሌ ::	*Hamle*	6	2
مسري	*Mesori*	Μεσορὶ	ነሐሴ ::	*Nahase*	1	4
النسي	*Nisi*	ἐπαγόμεναι	ጳጉሜን ::	*Pagomen.*	3	6

D

A pit a 13 noſtro. atque in methodo vtriuſque cycli, breuitatis cauſſa,
non annos integros Diocletiani aſſumunt, ſed annos periodi magnæ
Dionyſianæ. Anno Chriſti 1582, Thoth Elkupti, vt notum eſt, cœpit
29 Auguſti. Eratque annus ab initio Diocletiani 1299. De quibus
iam fluxerunt duæ periodi magnæ Dionyſianæ, quæ fiunt anni 1064.
Et relinquebantur anni 235 periodi tertiæ, qui continuabantur vſque
ad 532, qui eſt modus vnius periodi magnæ. diuiſis 235 per 28, relin-
quitur annus XI cycli Solaris Kopti, & Æthiopum, qui in linea ſub-
iecta reſpondet 23 cycli noſtri. In tertia linea habes Regularem v-
num, qui appoſitus ſecundæ lineæ characteris menſium componit
feriam quartam neomeniæ Thoth anni a Diocletiano 1299, in anno
B Chriſti 1582. Anno ſequenti 12, Regulares tres idem characteri ap-
poſiti conſtituent feriam Thoth VI. & Thoth erit in 30 Auguſti: in
qua Decollationem Ioannis celebrarunt, quæ in Eccleſiis Romana,
Antiochena, Conſtantinopolitana pridie celebrabatur. Hos Regu-
lares Elkupti, & Æthiopes Græco nomine Plinthion, hoc eſt Later-
culum, vocant: vt in computo Æthiopico explicabitur. In quarta
linea eſt character Thoth, qui characteribus prioris lineæ menſium
adiectus efficit idem, quod regulares alteri lineæ appoſiti. Apertum
eſt, quare character neomeniæ Thoth vocetur dies Ioannis, cum neo-
menia Thoth ſemper dicata ſit memoriæ paſſionis Ioannis Baptiſtæ.
Menſibus Elkupti veterem appellationem Alexandrinorum adieci-
C mus, vt eos comparare inter ſe poſſis. Sunt enim iidem, aliquan-
tum tamen a veteri appellatione deſciſcentes. Simul etiam vt eos ha-
beres emendatiores. Nam & in editione Latina Albateni & in In-
dicibus Alfonſinis ioculariter deprauatæ ſunt illæ menſium appel-
lationes. Τὰς ἐπαγομένας Æthiopes etiamnum PAGOMEN vo-
cant: Coptitæ NISI. Albateni dicit eas vocari LAGNAHIR. Sed
multa apud illum auctorem deprauate leguntur, ſiue interpretis in-
ſcitia, ſiue Librariorum culpa. Vt cum apud eum legitur Alkept
pro Elkupti. Nam Cupti vox deprauata ex Αἴγυπτος: vt Æthiopes
adhuc dicunt Gibtu, pro Ægypto. Item cum legitur apud eum ſcri-
ptorem, Tarich Elkupti putari a morte Alexandri, & tamen diffe-
D rentiam Tarich Dilkarnain conſtituit annorum 587. Vtrumque eſt
falſum. Neque eſt error Albateni, ſed Librariorum. Nam ſi anni El-
kupti putarentur a morte Alexandri, ea Tarich eſſet annis 12 antiquior,
quam Tarich Dilkarnain. Nunc vero e Tarich Dilkarnain iubet abii-
cere 587 ad methodum Tarich Elkupti. Sed & numerus 587 fal-
ſiſſimus eſt. Nam differentia Tarich Dilkarnain, & Elkupti, eſt an-
norum ſolidorum 595. Eaque differentia adiecta annis Diocletiani
producit Tarich Dilkarnain. & contra detracta de Dilkarnain conſti-
tuit

tuit illam Diocletiani. Hæc æra vtilis est Tabulis Theonis. Sed mensium Alexandrinorum nomina Arabica solis Christianis Elkupti hodie in vsu sunt. Nam Muhammedanorum vulgus ea ignorat. Ne mirere vero, quod AMSCHIR pro μεχεὶρ scribunt. Quoties enim χ Græcum præcedit literas ε, ι, ο, ει, η, υ, Arabes exprimunt χ per suum شين notatum triplici apice. Cuius pronunciatio est qualis Gallicum CH in CHETIF, CHIFRE, & Hispanorum X in XARAVE, ENXVTO, ENXERIR : & omnino qualis est sonus Hebraici שין, cui respondet شين Arabica. Vtraque etiam in suo idiomate pro numero trecentorum ponitur. Idem verò sonus est Græci χ, in ἀχιλλεὺς, χελώνη, χεῖρες, &c. vt quidem hodie pronunciat vulgus Græcorum: quod adeo in ea gente vetustum est, vt ἀρχέλαος, βαραχίας in Euangelio paraphrastes quidam Arabs (tres autem diuersos penes me habeo) literam χ reddiderit per suum شين. Sed hoc mirum videri non debet. illud miror magis, quod in Paschnes litera χ ante ὦ μέγα reddita sit per شين, & quidem genitiuus παχῶνος, non autem nominatiuus παχών. Non enim Paschnes, sed Paschunos legendum est, siquidem apices Grammatici adderentur شُنْس. Parmahath autem multum distat a primigenio φαμμενώθ. Reliqua omnia pene incolumia retenta sunt. His mensibus Elkupti congruentes singulos Æthiopicos e regione addidimus, quos ab vrbe Kairo ad nos transmisit bonus quidam sacerdos Æthiops manu sua exaratos.

A B C

DE ANNO SYROGRÆCORVM ET ANTIOCHENORVM IVLIANO.

MACEDONES, qui sub Seleucidis in Syria & Asia fuerunt, vocantur a Græcis Συρογέλλωας, ab Arabibus اليونانيين id est Græci. Ij antiquitus vtebantur in Syria anno veteris periodi Macedonicæ, & Calippico Lunari: in Chaldæa, anno Chaldæorum Lunari. Ægyptij putabant annos suos a morte Alexandri, & vocabant annos Philippeos, de quibus libro primo & secundo. Quorum caput quamuis a morte Alexandri deduceretur, tamen Philippei ob id dicti, quia hoc modo etiam antea appellabantur. Sic periodus Calippi Alexandrea locum habuit in Syria XII annis post mortem Alexandri. Et quemadmodum eam nominauerat Calippus auctor, ita etiam Seleucus & eius posteritas, qui ea simul cum periodo Macedonica D

A donica vsi sunt, vocarunt Alexandream, vt re vera est. Condita enim periodus Calippi in gratiam Alexandrei Imperij Asiæ. Atque hactenus hoc nomine vocatur ab iis, qui ea epocha vtuntur, Syris, Syrochaldæis, & aliis Christianis, qui in Ecclesiam Antiochenam contributi sunt. Vocant enim تاريخ السكندريه, hoc est: ÆRAM ALEXANDREAM. Albateni nominat تاريخ ذي القرنين Terik dilkarnain, ἐποχὴν τοῦ δικέρωτος, id est Alexandri. cuius rei rationem alibi reddimus. Eius autem Epochæ initium est ab Octobri Romano, qui est Hyperberetæus Macedonum. Nam id est initium Alexandrei imperij, vt B suo loco notauimus, neque necesse est repetere. Quidã tamen Christiani Antiocheno Patriarchæ subditi putant initium huius æræ, secundum ritum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, a Kal. C Elul, siue Septembris. Hinc enim Ecclesia Græca anni sui caput tunc instituit, cum indictionum rationem habere cœpit. quippe quæ initium sumunt a Septembri mense, & Quinquennalibus Panegyribus, siue indictionibus Constantinianis. Quinetiam Samaritani annum Solis popularem instituunt ab Elul, hoc est a Septembri: & quidem in laterculo mensium, quem mihi miserunt, Elul familiam ducit, vt Tisri in anno Iudaico. Hæc D igitur æra vocatur simpliciter ÆRA Alexandri, vel ÆRA Alexandrea Seleucidarum, cuius annus 1906 incipiet proximis Kalendis Octobribus, anno Dominico vulgari 1594. Eius autem anni ex Lunaribus Calippicis & Chaldæis, item ex Periodicis Macedonicis facti sunt Solares Iuliani anno ipso publicationis Iulianæ, hoc est 45 annis ante Christi annum primum Dionysianum: anno ipsius ęrę 267. Quod diserte testatur Eusebius. Ab illa enim editione Iuliana, annos suos putare instituerunt Antiochenses. Propterea

MENSES SYROGRÆCORVM.

Tisrin prior	*Hyperberetæus*	*October*
Tisrin alter	*Dius*	*Nouember*
Canum prior	*Apellæus*	*December*
Canum alter	*Audynæus*	*Ianuarius*
Asbat	*Peritius*	*Februarius*
Adar	*Dystrus*	*Martius*
Nisan	*Xanthicus*	*Aprilis*
Ijar	*Artemisius*	*Maius*
Hazsiran	*Dæsius*	*Iunius*
Tamuz	*Panemus*	*Iulius*
Ab	*Lous*	*Augustus*
Eilul.	*Gorpiæus*	*September*

ipſe Euſebius annum Antiochenſium 325 confert in annum Chriſti 280. Differentia, anni 45. quantum ſcilicet interuallum inter editionem anni & natalem Chriſti ἔνσαρκον, ſecundum Dionyſium ſtatuimus. Hunc annum Antiochenſium Iulianum Epiphanius Συροελλήνων vocare ſolet : Canones, qui vocantur Apoſtolorum, ſimpliciter ἔτος κατὰ τοὺς Ἕλληνας nominant. Ioſephus in notatione temporum & rerum Romanarum vtitur Macedonicis appellationibus menſium Iulianorum : idque tantum in poſtremis libris ἁλώσεως. Per omnia conueniunt ij menſes Romani vtique numero dierum, ſed ſolo capite differunt. Romani enim a Ianuario, illi ab Hyperberetæo ſiue Octobri incipiunt. Auiſena in papauere meminit Niſan, & Tiſri Solarium. Reliqua non indigent explicatione. A B

DE ANNO IVLIANO ATHENIENSIVM.

Anni Attici, & Elidenſium principium, id eſt neomeniam Hecatombæonis, in Iulium Romanum incidiſſe vt plurimum, conſtat ex iis, quæ libro primo diſputauimus. Nam neomenia Hecatombæonis nunquam citerior fuit nona Iulij. Accepta forma Iuliana, caput Hecatombæonis fixum fuit in Kalendis Iuliis. Id diſerte probatur ex Luciano in vita Peregrini. Nam ſtatim ab Olympiaco ludicro, adhuc frequenti Panegyri, circa mediam noctem Peregrinus ſeſe in exſtructum rogum coniecit, Luna commodum exoriente. καὶ ἐπεὶ δή, inquit, ἡ σελήνη ἀνέτελλεν (ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔργον) προσῄει ἐκεῖνος. Mortem Peregrini conijcit Euſebius in Olympiada 236. Cyclus Lunæ erat XIIII. Itaque XVII Iulij ſine dubio erat Luna viceſima aut viceſima prima. Et propterea oriebatur circa mediam noctem. Atqui ex libro primo huius operis notum eſt Olympicum certamen celebrari ſolitum quintadecima menſis primi. Itaque cum eo ſæculo Hecatombæon idem eſſet, qui Iulius, quintadecima Iulij celebratus eſt agon, & tertio die a certamine finito Luna erat viceſima. Hecatombæonem dixi pro primo menſe Elidenſium : quod ambo eſſent ſolſtitiales. Menſium vero Atticorum appellatio omnis a ſolennibus & ſacrificiis, qualia erant ἀνθεστήρια, ἐλαφηβόλια, βοηδρόμια, μαιμακτήρια, &c. Qui autem ἀνθεστηριῶνα Aprilem verteret, non abluderet ab etymo. Nam vt Aprilis ab aperiendo, quod tunc aperiantur flores, & germina, ita etiam ἀνθεστηριών, quod tunc primum floreat anni tempus. Rurſus μαιμακτηριὼν Latine plane eſſet Februarius. Quamuis enim Februarius C D

Romanus,

A Romanus, & Mæmacterio Atticus differunt situ, tamen plane conueniunt in ritibus, sacris, & solennibus, quæ in vtroque obibantur. Nam μαιμακτήρια, ad verbum Februa. & vt in Februario Feralia Deum Manium dies, ita in Mæmacterione Πομπαῖα, ei diei respondebant, ἀπὸ τοῦ Πομπαίου Ἑρμοῦ, a Mercurio animarum & Manium deductore. Denique vt Lupercalibus cæsæ capræ pelle Vrbs lustrabatur, ac februabatur, ita etiam pelle victimæ februabantur Athenæ. Eam pellem ΔΙΟΝ vocabant. Eustathius: φασὶν, ὅτι ΔΙΟΝ ἐκάλουν κώδιον ἱερείου τυθέντος Διῒ μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτε ἦγον τὰ Πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐτίθοντο. Interpres vero Demosthenis Vlpianus non B constat sibi, cum menses Atticos apud Demosthenem cum Romanis comparat. Nam in ea περὶ στεφάνου, vbi Orator dicit, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος, Vlpianus exponit, Σεπτεμβρίου εἰκοστετάρτῃ, quasi Hecatombæon sit Ianuarius. Item μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς, ille, Ἀπριλίου. Ergo non iam Hecatombæon, sed Anthesterion erit Ianuarius. Denique μηνὸς Μουνυχιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, ipse interpretatur Ιανουαρίου τριακοστῇ. En tres Ianuarios Vlpiani Sophistæ, Hecatombæonem, Anthesterionem, Munychionem. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

DE ANNO SAMARITANORVM IVLIANO.

C

MENSES SOLARES SAMARITARVM.

[illegible]	*Ilul*	29 *August.*	C	*September*
[illegible]	*Tisri*	28 *Sept.*	E	*October*
[illegible]	*Marcheschban*	29 *Octob.*	A	*Nouember*
[illegible]	*Caslim*	28 *Nouem.*	C	*December*
[illegible]	*Tebith*	29 *Decemb.*	F	*Ianuarius*
[illegible]	*Schebat*	29 *Ian.*	A	*Februarius*
[illegible]	*Adar*	26 *Feb.*	A	*Martius*
D [illegible]	*Nisan*	29 *Martij*	D	*Aprilis*
[illegible]	*Iiar*	28 *April.*	F	*Maius*
[illegible]	*Sebin*	29 *Mai*	B	*Iunius*
[illegible]	*Tamuz*	28 *Iunij*	D	*Iulius*
[illegible]	*Ab*	29 *Iuli.*	G	*Augustus.*
[illegible]	*Adar alter.*			

Samaritarum Kalendæ Adar instituunt initium Paschalis anni. A Nam alioquin Elul est primus mensis antiqui anni Constantiniani propter indictiones. Quod & Græci faciunt. Adar tot dies habet, quot Martius Iulianus: Nisan, quot Aprilis: Iiar quot Maius. Et sic deinceps. Quare autem eundem numerum dierum in mensibus Iulianis diuerso situ vsurpent, nescio. Nisi forte, quod verum puto, quia sequuntur caput anni Actiaci, qui incipit a 29 Augusti. Primus enim eorum mensis politicus, vt habes in Diagrammate, est Elul, vt ecclesiasticus Adar. Neque profecto melior ratio reddi potest. Cum autem mensis lunaris Dulkaida apud eos intercalatur, non vocatur Dulkaida alter, sed Adar alter.

B

DE ANNO DAMASCENORVM PRISCORVM SOLARI.

ARABES, vt tetigimus libro II, & Simplicius quoque notat, initium anni capiebant ab Æquinoctio verno. Temporibus ipsius Simplicij & Epiphanij videtur id initium in XXII Martij situm fuisse; Arabas autem illos menses suos tricenarios habuisse. Neomenia enim Αγαλβαβαὶθ fuit in XVIII Octobris: & proinde XXII Αγαλβαβαὶθ incidit in VIII Nouembris, auctore Epiphanio. Neomenia vero Ἀλεῶμ fuit in XVII Decembris. Itaque XXI eiusdem mensis competebat sextæ Ianuarij, vt refertur ab eo- C dem scriptore Ecclesiastico. A XVIII Octobris, ad XVII Decembris præcise, sunt dies absoluti LX. Fuerunt igitur menses illi tricenarij, vt Alexandrinorum Actiaci. Quare Neomeniæ duorum sequentium attributæ fuerunt diei XVI Ianuarij, & XV Februarij. Neomenia ἐπαγομένων Arabicarum XVII Martij. Neomenia primi mensis dies XXII eiusdem, in loco æquinoctij Ptolemæi obseruati anno Christi 140. Non dubito, quin hoc verum sit, præsertim cum a vere eos initium anni sui instituisse satis vetus scriptor Simplicius prodiderit.

DE AN-

A DE ANNO IVLIANO DAMASCENORVM. RECENTIORVM.

QVOD Damaſcenis & Hagarenis non ſolum olim fuerit, ſed & hodie in vſu ſit Iulianus annus, teſtis locus ex Lexico Perſico, in quo Mucharam Lunaris incidens in Auguſtum dicitur Murragiab. Nam ſi Regiab fixus eſt Auguſtus, Rabie prior eſt October, reſpondens Hyperberetæo Alexandreo, & Tiſrin priori Syrochaldaico. Anno enim duplici vtuntur, anno menſium Lunari, & anno dierum Solari.

B

DE ANNO GAZENSIVM.

ANNVS Gazenſium erat merus Actiacus, menſibus tricenariis, appellationibus Macedonicis. Marcus Diaconus Eccleſiæ Gazenſis vocat Dion Nouembrem, Apellæon Decembrem: & vndecima Audynæi ſe ait celebraſſe Epiphaniam, ſiue, vt ipſe loquitur, Theophaniorum diem. Rurſus in nauigatione ſua, ait ſe cœpiſſe nauigare Xanthici viceſima tertia, quam ait eſſe decimam octauam Aprilis. Hæc plane conueniunt anno Actiaco & ſitu menſium & neomeniis.

C DE ANNO IVLIANO HISPANORVM.

ANNVM Iulianum non ſtatim a gentibus & prouinciis imperij Romani acceptum fuiſſe, iam monuimus. Hiſpani certe hanc formam acceperunt anno 7 Iuliano. Eoſque annos Cæſaris vocarunt. Ea eſt AERA nominatiſſima Hiſpanorum. Qui AERA dictum putant quaſi A. ER. A. annus erat Auguſti, primum inſcitia linguæ Romanæ refelluntur; qui neſciant ea compendia ſcribendi nuſquam veteribus vſurpata; neque vſurpari poſſe. Deinde imperitia rerum Romanarum, qui neſciant eos annos Auguſto attribui non poſſe, qui ſunt Iulij Cæſaris, & quos etiam veteres Hiſpani D Iulio Cæſari non Auguſto tribuunt. Tertiam adde ignorationem vocis Æræ. De qua vide libro ſequenti.

DE ANNO IVDÆORVM SOLARI.

DVPLICI anno vtuntur Iudæi, Lunari, & Solari, quem tanquam trama ſubtemen ipſe Lunaris percurrit; itque reditque viam interuentu emboliſmi ab alienis finibus ad ſuos ſummotus. Ante Exodum non eſt dubium, quin Iudæorum dies

intercalatitius, quem Bisextum vocamus, eo loco insereretur, quo A & mensis Lunaris embolimus, nempe ante Tisri, quamuis non Tisri, sed primus mensis vocaretur. Deinde mense verno pro capite anni sumpto traductum bisextum in veris tempus, quia & ante ver proxime mensis Lunaris intercalatio instituta. Postquam antem anni formam & periodum Lunarem Calippicam a Seleucidis acceperunt, nihil mutatum est in ratione anni Solaris. Nam Bisextum eorum inserebatur inter primam & secundam Aprilis: quæ erat Tekupha Nisan. Postea accepta Iuliana forma, Bisextum cæptum intercalari inter XXV & XXVI Martij. quæ ratio hactenus apud eos obtinuit. Et quia a XXV Martij, ad secundam Aprilis, quæ erat sedes prisci bisexti, supersunt dies VII, propterea totidem dies hodie eximuntur B ad Tekupham Nisan inuestigandam, quemadmodum tredecim detrahuntur, quoties inuestigatur Tekupha Tisri. Tekupham vocant quadrantem anni Iuliani, qui constat diebus 91, horis 7 ½. Temporibus Mosis Tekupha vnica tantum dicebatur punctum interiectum inter finem anni antecedentis, & caput succedentis: idque in autumno: circa quod tempus quam proxime σκηνοπηγίαν celebrari præcipit Deus. Est igitur Tekupha, momentum, aut punctum temporis, in quo, finito quadrante anni, alius statim quadrans incipit. Id punctum adeo superstitiose obseruant, vt si latum pilum excederent, magnum vitæ discrimen se adituros putarent. C Vnicuique enim Tekuphæ suum elementum tribuunt. Verbi gratia Tekuphæ Tamuz solstitiali attribuunt ignem. Ex elementorum excessu putant periculum rebus imminere: puta, ex Tekupha Tamuz ἐκπύρωσιν: & qui in momento illius Tekuphæ biberet, aut ederet, illum ardentissima febri correptum iri. Apposui hic Laterculum omnium Tekupharum quadriennij vnius: quæ qua- D driennio confecto redeunt in orbem. Anno Iudaico per quatuor diuiso, facile scies quæ Tekupha cuius anni sit. Si enim post diuisionem relinquatur vnitas, Tekupha Tisri est 9. 0. si duo, Tekupha Tisri est 3. 0. Et ita deinceps. Quando hora est infra 12 tunc incidit in noctem: cum maior, in diem: & abiiciendæ sunt horæ XII. Tekuphæ solæ fixæ sunt & statæ in Computo Iudæo, vt pote cum sint Solares. Vnus præterea dies status in 22 Nouembris, nempe הַשְׁאֵלָה pro pluuiis instituta, quia dilu-

TEKVPHÆ QVADRIENNII IVDAICI.

	I.		II.		III.		IIII.	
	Horæ	Scrup.	Horæ	Scrup.	Horæ	Scrup.	Horæ	Scrup.
TISRI	9	0	3	0	21	0	15	0
TEBETH	4	30	10	30	4	30	22	30
NISAN	0	0	6	10	12	0	18	0
TAMVZ.	7	30	13	30	19	30	1	30

A diluuium incidit in XVII secundi mensis, cuius neomenia fuit in VI Nouembris, cum primi mensis neomeniam in conditu Mundi in VII Octobris fuisse asserant. Est autem Tekupharum antiquissima obseruatio, & cognitu propter vetustatem dignissima, præsertim cum Græci & Ægyptij partes annorum quatuor notarent, quorum alteri κέντρα eos quadrantes; alteri ὥρας vocabant. Annum enim simplicem Ægyptij in quatuor ὥρας, & annum Canicularem in quatuor annos simplices tribuebant. Neque Græcorum κέντρα, neque Ægyptiorum ὧραι alij sunt a Tekuphis Iudæorum. ὥραν enim ἐαρινὸν vocabant ἔμβασιν Ὀσίριδος, item ὥραν θερινὸν, ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον. ὥραν ὀπωρινὸν, βακτηρίας ἡλίου, ὥραν χειμερινὸν, ζήτησιν Ὀσίριδος.

B Atque vt Hebræi incrementa anni per hos quadrantes notantes, a Nisan incipiebant, propter annum nouum Mosis Paschalem: ita etiam Ægyptij a Canicula quadrantes suos auspicabantur (quod iam tetigimus) propter incrementa Nili, quæ tum primum incipiebant fieri: tum etiam, quia ex ortu caniculæ anni statum coniiciebant, pestilens, an salubris; sterilis, an frugifer futurus esset. Orus Apollo: ἐνιαυτὸν δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι, Ἶσιν, τουτέστι γυναῖκα, ζωγραφοῦσι. τῷ δ' αὐτῷ καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν. Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἀστὴρ Αἰγυπτιστὶ καλούμενος ΣΩΘΙΣ, ἑλληνιστὶ δὲ ΑΣΤΡΟΚΥΩΝ, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὅτε μὲν μείζων, ὅτε δὲ ἥσσων ἀνατέλλων. καὶ ὅτε μὲν λαμπρότερος, ὅτε δ' οὐχ οὕτως. ἔτι δὲ καὶ διότι κατὰ τὴν τούτου πρώτου ἀ-
C στέρος ἀνατολὴν σημειούμεθα περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι. διόπερ οὐκ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν ΙΣΙΝ λέγουσιν. Manilius de Cilicibus idem dicit, quod Orus de Ægyptiis:

Hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
Euentus frugum varios, & tempora dicunt,
Quæque valetudo veniat, concordia quanta &c.

Cicero ex Heraclide Pontico idem Ceis attribuit; libro de Diuinatione primo: *Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturamque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, an pestilens annus futurus sit*, &c. Ex hac exactissima obseruatione Caniculæ quadrantes reliqui pendebant, vt ex Tekupha Nisan reliquæ. Qui de temporibus olim scribebant, a vetustissimis Græcis dicti sunt ὡρογράφοι. Alij scribunt eos esse annalium scriptores;

ΠΑΡΑΠΗΓΜΑ ΑΤΤΙΚΟΝ

A

ΜΕΤΑ ΝΟΥΜΗΝΙΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΚΑΛΙΠΠΙΚΩΝ.

ΚΑΡΚΙΝΩΝ ἡμέραι λα.

Α	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΙΑ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΞΗ.	V. KAL. IVL.
	Καρκίνος ἄρχεται ἀνατέλλειν. Τροπαὶ θεριναί. Ἐπισημαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
Β	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Α. Κ. ΛΘ. ΝΗ.	IIII. KAL. IVL.
Γ		III. KAL. IVL.
Δ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Θ. ΚΗ. ΜΖ.	PRID. KAL. IVL.
Ε	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Λϛ. ΝΕ. ΟΔ.	KAL. IVL.
ϛ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ϛ. ΙΗ.	VI. NON. IVL. B
Ζ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΕ. ΜΔ. ΞΓ.	V. NON. IVL.
Η	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΔ. ΟΑ.	IIII. NON. IVL.
Θ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΛΓ. ΝΒ.	III. NON. IVL.
	Νότος πνεῖ. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Ι	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Γ. ΚΒ. ΜΑ. Ξ.	PRID. NON. IVL.
ΙΑ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΑ. Λ.	NON. IVL.
	Ὠρίων ἑῷος ὅλος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
ΙΒ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΜΘ. ΞΗ.	VIII. EID. IVL.
	Στέφανος ἑῷος ἄρχεται δύνειν. ΔΟΣΙΘΕΟΣ.	

ΚΕΝΤΡΟΝ ΘΕΡΙΝΟΝ.

ΙΓ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. ΝΖ. Οϛ.	VII. EID. IVL.
ΙΔ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΖ. Μϛ.	VI. EID. IVL. C
ΙΕ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Η. ΞΕ.	V. EID. IVL.
Ιϛ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Ιϛ. ΛΕ. ΝΔ.	IIII. EID. IVL.
ΙΖ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΞΒ. ΟΓ.	III. EID. IVL.
ΙΗ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Ε. ΚΔ. ΜΓ.	PRID. EID. IVL.
ΙΘ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΛΒ. ΝΑ. Ο.	EID. IVL.
Κ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Β. ΙΓ.	XVII. KAL. AVG.
	Κύων ἐκφανὴς γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ. ΔΟΣΙΘΕΟΣ.	
ΚΑ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΑ. Μ. ΝΘ.	XVI. KAL. AVG.
ΚΒ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Ι. ΞΗ.	XV. KAL. AVG.
ΚΓ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΘ. ΜΗ.	XIIII. KAL. AVG.
ΚΔ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. ΝΖ. ΟΕ.	XIII. KAL. AVG.
ΚΕ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Ζ. Κϛ.	XII. KAL. AVG.
	Κύων ἐπιτέλλει ἑῷος. ΜΕΤΩΝ.	D
Κϛ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΜΕ. ΞΔ.	XI. KAL. AVG.
ΚΖ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ.	X. KAL. AVG.
	Κύων ἐπιτέλλει, καὶ τὰς ἑπομένας ἡμέρας ν̄ Ἐτήσιαι πνέουσιν. αἱ δὲ πέντε αἱ πρῶται ΠΡΟΔΡΟΜΟΙ καλοῦνται. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΚΗ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΓ. ΜΒ.	IX. KAL. AVG.
	Ἀετὸς ἑῷος δύνει. χειμὼν κατὰ θάλασσαν ἐπιγίνεται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
ΚΘ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ Δ. ΞΑ.	VIII. KAL. AVG.
Λ	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. Ν.	VII. KAL. AVG.
	Λέων ἄρχεται ἀνατέλλειν. Νότος πνεῖ. Κύων ἀνατέλλων φανερὸς γίνεται ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
ΛΑ.	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΞΘ. ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΝΗ.	VI. KAL. AVG.

ΛΕΟΝ-

A

ΛΕΟΝΤΩΝ ἡμέραι λα.

A	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Λ. Κ. ΛΘ.	V. KAL. AVG.
	Κύων ἐκφανής. Πνῖγος ἐπιγίνεται. Ἐπισημαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Β	ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ ΚΗ. ΜΖ. Ξς.	IIII. KAL. AVG.
Γ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Θ. ΟΔ.	III. KAL. AVG.
Δ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ς. ΙΖ. Λς. ΝΕ.	PRID. KAL. AVG.
Ε	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΜΔ. ΞΓ.	KAL. AVG.
	Ἀετὸς ἑῷος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ς	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΚΕ.	IIII. NON. AVG.
Ζ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΔ. ΛΓ. ΝΒ. ΟΛ.	III. NON. AVG.
B Η	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Γ. ΚΒ.	PRID. NON. AVG.
Θ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΜΑ. Ξ. ΞΑ.	NON. AVG.
Ι	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΑ. Λ. ΜΘ.	VIII. EID. AVG.
	Στέφανος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΑ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ.	VII. EID. AVG.
ΙΒ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΝΖ. Ος.	VI. EID. AVG.
	Λέων μέσος ἀνατέλλει. Πνῖγη ἐπιγίνονται. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
ΙΓ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Η. ΚΖ. Μς.	V. EID. AVG.
ΙΔ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΝΒ. ΞΕ.	IIII. EID. AVG.
	Πνῖγη γίνονται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
ΙΕ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Ις. ΛΕ. ΟΓ.	III. EID. AVG.
Ις	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΚΔ. ΜΓ. ΞΒ.	PRID. EID. AVG.
C	*Ἐπισημαίνει.* ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΖ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΕΟ.	EID. AVG.
	Λύρα δύνει. Ὑετός. Ἐτήσιαι παύονται. Ἵππος ἐπιτέλλει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
ΙΗ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΓ. ΛΒ. ΝΑ.	XIX. KAL. SEPTEM.
	Δελφὶς ἑῷος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ. *Προτρυγητὴρ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει.* ΔΟΣΙΘΕΟΣ.	
ΙΘ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Β. Μ. ΝΘ.	XVIII. KAL. SEPT.
Κ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Ι. ΚΑ.	XVII. KAL. SEPT.
ΚΑ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ.	XVI. KAL. SEPT.
ΚΒ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΗ. ΟΕ.	XV. KAL. SEPT.
	Λύρα ἑῷος δύνει. Ἐπισημαίνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
D ΚΓ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΛΖ. Νς.	XIIII. KAL. SEPTEMB.
ΚΔ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Ζ. Κς. ΜΕ. ΞΔ.	XIII. KAL. SEPT.
ΚΕ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ.	XII. KAL. SEPT.
Κς	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΝΓ. ΟΒ.	XI. KAL. SEPT.
ΚΖ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΚΓ. ΜΒ.	X. KAL. SEPT.
ΚΗ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Δ. Ν. ΞΑ.	IX. KAL. SEPT.
ΚΘ	ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. ΞΘ.	VIII. KAL. SEPT.
	Ἐπισημαίνει. ΕΥΔΟΞΟΣ. *Παρθένος ἐπιτέλλει. Ἐπισημαίνει.* ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
Λ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Κ. ΛΘ. ΝΗ.	VII. KAL. SEPT.
ΛΑ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Λ. Ξς.	VI. KAL. SEPT.

A

ΠΑΡΘΕΝΩΝ ἡμέραι λ.

Α	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Θ. ΚΗ. ΜΖ.	V. KAL. SEPTEMB.
Β	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Aϛ. ΝΕ. ΟΔ.	IIII. KAL. SEPTEMB.
Γ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ϛ. ΙΖ.	III. KAL. SEPTEMB.
Δ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΚΕ. ΜΔ. ΞΓ.	PRID. KAL. SEPT.
Ε	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΔ. ΟΑ.	KAL. SEPTEMB.

Ἄνεμος μέγας πνεῖ. Ἐπιβροντᾷ. ΕΥΔΟΞΟΣ.
Ὦμοι τῆς Παρθένου ἐπιτέλλουσιν. Ἐτησίαι λήγονται. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

ϛ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΑΓ. ΝΒ.	IIII. NON. SEPTEMB.
Ζ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Γ. ΚΒ. ΜΑ. Ξ.	III. NON. SEPTEMB.
Η	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΑ. Λ.	PRID. NON. SEPT. B
Θ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΜΘ. ΞΗ.	NON. SEPTEMB.
Ι	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. ΝΖ. Οϛ.	VIII. EID. SEPTEMB.

Προτρυγητὴρ φαίνεται. Ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλει. Οἰστὸς δύεται ὄρθριος. Χειμὼν κατὰ θάλασσαν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

Ὕει. Βροντᾷ. Ἄνεμος μέγας πνεῖ. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΙΑ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Μϛ.	VII. EID. SEPTEMB.
ΙΒ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Η. ΚΖ. ΞΕ.	VI. EID. SEPTEMB.
ΙΓ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Iϛ. ΛΕ. ΝΔ.	V. EID. SEPTEMB.
ΙΔ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΞΒ. ΟΓ.	IIII. EID. SEPT.
ΙΕ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Ε. ΚΔ. ΜΓ.	III. EID. SEPTEMB.
Ιϛ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΑΒ. ΝΑ. Ο.	PRID. EID. SEPT.
ΙΖ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Β. ΙΓ.	EID. SEPTEMB.

Παρθένος μέση ἐπιτέλλει. Ἐπισημαίνει. Ἀρκτοῦρος ἀνατέλλων φανερός. ΚΑΛΙΠΠΟΣ. C

ΙΗ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΚΑ. Μ. ΝΘ.	XVIII. KAL. OCTOB.
ΙΘ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Ι. ΞΖ.	XVII. KAL. OCTOB.

Ἀρκτοῦρος ἑῷος ἐπιτέλλει. Τὰς ἐπομένας ἡμέρας ζ ἄνεμοι πνέουσι. Εὐδία ὡς τὰ πολλά. Λήγοντος τοῦ χρόνου, ἀπ' ἠοῦς πνεῦμα γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ.

Κ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΚΘ. ΜΗ.	XVI. KAL. OCTOB.

Ἀρκτοῦρος ἐκφανής. Μετοπώρου ἀρχή. Αἲξ ἀστὴρ μέγας ἐπὶ τοῦ ἡνιόχου ἐπιτέλλει. Ἐπισημαίνει. Χειμὼν κατὰ θάλασσαν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

ΚΑ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. Νϛ. ΟΕ.	XV. KAL. OCTOB.
ΚΒ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Ζ. Κϛ.	XIIII. KAL. OCTOB.
ΚΓ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΜΕ. ΞΔ.	XIII. KAL. OCTOB. D
ΚΔ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΝΓ. ΟΒ.	XII. KAL. OCTOB.

Στάχυς τῆς Παρθένου ἐπιτέλλει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

ΚΕ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΜΒ.	XI. KAL. OCTOB.
Κϛ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΞΑ.	X. KAL. OCTOB.
ΚΖ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. Ν.	IX. KAL. OCTOB.
ΚΗ	ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ. ΞΘ. ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΝΗ.	VIII. KAL. OCTOB.
ΚΘ	ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Α. Κ. ΛΘ.	VII. KAL. OCTOB.
Λ	ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΚΗ. ΜΖ. Ξϛ.	VI. KAL. OCTOB.

ΖΥΓΩΝ

A

ΖΥΓΩΝ ἡμέραι λ.

Α ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Θ.	V.KAL.OCTOB.
Ἰσημερία μετοπωρινή. Ἐπισημαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Ὁ Κριὸς ἄρχεται δύνειν. Ἰσημερία μετοπωρινή. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
Β ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΖ. Λϛ. ΝΕ. ΟΔ.	IIII. KAL. OCTOB.
Γ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ϛ. ΞΓ.	III. KAL. OCTOB.
Δ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΚΕ. ΜΔ.	PRID.KAL.OCTOB.
Αἲξ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Ε ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΔ. ΛΓ. ΝΒ. ΟΑ.	KAL. OCTOB.
Πλειάδες ἑσπέριαι φαίνονται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Ἐκ τοῦ πρὸς ἕω Παρθένος λήγει ἐπιτέλλουσα. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
ϛ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Γ. ΚΒ.	VI. NON.OCTOB.
B Ζ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΜΑ. Ξ.	V. NON. OCTOB.
Στέφανος ἀνατέλλει. Χειμαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Η ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΑ. Λ. ΜΘ. ΞΗ.	IIII. NON.OCTOB.
Πλειάδες ἐπιτέλλουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Θ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ.	III. NON. OCTOB.
Ι ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΝΖ. Οϛ.	PRID. NON. OCT.
Στέφανος ἑῷος ἀνατέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΑ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Η. ΚΘ. Μϛ.	NON. OCTOB.

ΚΕΝΤΡΟΝ ΜΕΤΟΠΩΡΙΝΟΝ.

ΙΒ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΝΔ. ΞΕ.	VIII. EID. OCT.
Σκορπίος ἀκρόνυχος ἄρχεται δύνειν. Χειμὼν ἐπιγίνεται. Ἄνεμος πνεῖ.	
C ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΓ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Ιϛ. ΛΕ. ΟΓ.	VII. EID. OCT.
ΙΔ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΚΔ. ΜΓ. ΞΒ.	VI. EID. OCT.
ΙΕ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Ε. Ο.	V. EID. OCT.
Ιϛ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΓ. ΛΒ. ΝΑ.	IIII. EID. OCT.
ΙΖ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Β. ΝΘ.	III. EID. OCT.
Σκορπίος ὅλος ἀκρόνυχος δύνει. Αἲξ δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Χηλαὶ ἄρχονται ἀνατέλλειν. ἐπισημαίνουσιν. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
ΙΗ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΚΑ. Μ.	PRID. EID. OCTOB.
ΙΘ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Ι. ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ.	EID. OCTOB.
Κ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΗ. ΟΕ.	XVII. KAL. NOVEMB.
ΚΑ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΝΖ. Νϛ.	XVI. KAL. NOVEMB.
ΚΒ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Ζ. Κϛ. ΜΕ. ΞΔ.	XV. KAL. NOVEMB.
Ὑάδες ἀκρόνυχαι ἐπιτέλλουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
D ΚΓ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ.	XIIII. KAL. NOVEMB.
ΚΔ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΝΓ. ΟΒ.	XIII. KAL. NOVEMB.
ΚΕ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΜΒ.	XII. KAL. NOVEMB.
Κϛ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Ν. ΞΑ.	XI. KAL. NOVEMB.
ΚΖ ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. ΞΘ.	X. KAL. NOVEMB.
ΚΗ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Κ. ΛΘ. ΝΗ.	IX. KAL. NOVEMB.
Τοῦ Ταύρου κέρκος δύνει. Ἐπισημαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ	
ΚΘ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Α. Ξϛ.	VIII.KAL.NOVEMB.
Βορέας καὶ Νότος πνέουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Λ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Θ. ΚΗ. ΜΖ.	VII. KAL.NOVEMB.
Χειμὼν κατὰ θάλασσαν πολύς. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	

ΣΚΟΡΠΙΩΝ ἡμέραι λ. A

Α ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΝΕ. ΟΔ. VI. KAL. NOVEMB.
Β ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΖ. Λϛ. Ν. V. KAL. NOVEMB.
Γ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ϛ. ΚΕ. ΜΔ. ΞΓ. IIII. KAL. NOVEMB.
Χειμαίνει. ΔΟΣΙΘΕΩΣ.
Δ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΔ. ΟΑ. III. KAL. NOVEMB.
Πλειάδες δύνουσιν ἅμα ἠοῖ. Ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ καὶ ψύχη, ἤδη καὶ πάχνη ἐπιπνεῖν φιλεῖ. φυλλοῤῥοεῖν ἄρχεται τὰ δένδρα μάλιστα. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.
Τοῦ Σκορπίου τὸ μέτωπον ἐπιτέλλει πνευματῶδες. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.
Ε ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΛΓ. ΝΒ. PRID. KAL. NOVEMB.
Ἀρκτοῦρος ἑσπέριος δύεται. Ἄνεμοι μεγάλοι πνέουσιν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
ϛ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Γ. ΚΒ. ΜΑ. Ξ. KAL. NOVEMB.
Ζ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΑ. Λ. IIII. NON. NOVEMB.
Η ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΜΘ. ΞΗ. III. NON. NOVEMB. B
Ἀρκτοῦρος ἀκρόνυχος πρώϊος δύνει. Ἐπισημαίνει. Ἄνεμος πνεῖ. ΕΥΔΟΞΟΣ.
Θ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. Οϛ. PRID. NON. NOVEMB.
Τοῦ Ταύρου δύνει κεφαλή. Ὑετοσίαι. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.
Ι ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Μϛ. ΝΖ. NON. NOVEMB.
Λύρα ἑῷος ἐπιτέλλει. Ἐπιχειμάζεται ὕστερον. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
ΙΑ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Η. ΚΖ. ΞΕ. VIII. EID. NOVEMB.
ΙΒ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Ιϛ. ΑΕ. ΝΔ. VII. EID. NOVEMB.
Ὠρίων ἀκρόνυχος ἄρχεται ἐπιτέλλειν. ΕΥΔΟΞΟΣ.
ΙΓ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΞΒ. ΟΓ. VI. EID. NOVEMB.
Λύρα ἐπιβάλλει ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι. Ὁ ἀὴρ χειμέριος γίνεται ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.
ΙΔ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Ε. ΚΔ. ΜΓ. V. EID. NOVEMB.
Ὑετία. ΕΥΔΟΞΟΣ.
ΙΕ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΛΒ. ΝΑ. Ο. IIII. EID. NOVEMB. C
Πλειάδες δύνουσιν. Ἐπισημαίνει. Ὠρίων ἄρχεται καὶ μεσουρανεῖ, καὶ λήγοντι ἐπιχειμάζειν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
Ιϛ III. EID. NOVEMB.
Ὁ ἐν τῷ Σκορπίῳ λαμπρὸς ἀστὴρ ἀνατέλλει. Ἐπισημαίνει. Πλειάδες δύνουσι φανεραί. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.
ΙΖ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Β. ΚΑ. Μ. ΝΘ. PRID. EID. NOVEMB.
ΙΗ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Ι. ΜΗ. ΞΖ. EID. NOVEMB.
Σκορπίος ἄρχεται ἐπιτέλλειν ἑῷος. ΕΥΔΟΞΟΣ.
ΙΘ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ. ΚΘ. XVIII. KAL. DECEMB.
Πλειάδες ἑῷαι δύνουσιν. Ὠρίων ἄρχεται δύνειν. χειμάζει. ΕΥΔΟΞΟΣ.
Κ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΛΖ. Νϛ. ΟΕ. XVII. KAL. DECEMB.
ΚΑ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Ζ. Κϛ. XVI. KAL. DECEMB.
Λύρα ἑῷος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.
ΚΒ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΜΕ. ΞΔ. XV. KAL. DECEMB.
ΚΓ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΟΒ. XIIII. KAL. DECEMB. D
ΚΔ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΜΒ. ΝΓ. XIII. KAL. DECEMB.
ΚΕ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΞΑ. XII. KAL. DECEMB.
Κϛ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. Ν. XI. KAL. DECEMB.
ΚΖ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ ΞΘ. X. KAL. DECEMB.
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΝΗ.
Ὑάδες δύνονται. Ὑει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
ΚΗ ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Α. Κ. ΛΘ. IX. KAL. DECEMB.
Τῷ Ταύρου τὰ κέρατα δύεται. Ὑετία. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.
ΚΘ ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΚΗ. ΜΖ. Ξϛ. VIII. KAL. DECEMB.
Ὑάδες δύνουσι. χειμαίνει σφόδρα. ΕΥΔΟΞΟΣ.
Λ ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Θ. VII. KAL. DECEMB.

A

ΤΟΞΩΝ ἡμέραι κθ.

Α	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΖ. Λϛ. ΝΕ. ΟΔ.	VI. KAL. DECEMB.
Β	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ϛ. ΞΓ.	V. KAL. DECEMB.
Γ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΚΕ. ΜΔ.	IIII. KAL. DECEMB.
Δ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Γ. ΛΓ. ΝΒ. ΟΑ.	III. KAL. DECEMB.
Ε	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΚΒ.	PRID. KAL. DECEMB.
ϛ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΜΑ. Ξ.	KAL. DECEMB.
Ζ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΑ. Λ. ΞΗ.	IIII. NON. DECEMB.
	Κύων δύεται. Ἐπιχειμάζει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Ὁ Τοξότης ἄρχεται ἀνατέλλειν. Ὠρίων ἄρχεται δύνειν φανερῶς. χειμαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
B Η	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ. ΛΗ. ΜΘ.	III. NON. DECEMB.
	Ὠρίων ἑῶος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
Θ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΘ. ΝΖ. Οϛ.	PRID. NON. DECEMB.
Ι	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Η. ΚΖ. Μϛ.	NON. DECEMB.
	Τοῦ Σκορπίου τὸ κέντρον ἐπιτέλλει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
ΙΑ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΝΔ. ΞΕ.	VIII. EID. DECEMB.
ΙΒ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Ιϛ. ΛΕ. ΟΓ.	VII. EID. DECEMB.
	Κύων ἑῶος δύνει. χειμαίνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΓ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΚΔ. ΜΓ. ΞΒ.	VI. EID. DECEMB.
ΙΔ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Ε.	V. EID. DECEMB.
	Ὑετός. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΕ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΓ. ΛΒ. ΝΑ. ΞΑ. Ο.	IIII. EID. DECEMB.
C	Αετὸς ἐπιτέλλει. Νότος πνεῖ. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Ιϛ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Α. ΝΘ.	III. EID. DECEMB.
	Αετὸς ἐπιτέλλει ἅμα ἡλίῳ. Ἐπισημαίνειν φιλεῖ βροντῇ, καὶ ἀστραπῇ, καὶ ὕδατι ἢ ἀνέμῳ, ἢ ἀμφότερα, ὡς ἐπὶ τὸ πολλύ. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.	
	Κύων ἀκρόνυξ ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ. Οἱ Δίδυμοι μετώπῳ δυόμενοι. Ὑετία. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	
ΙΖ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΚΑ. Μ.	PRID. EID. DECEMB.
ΙΗ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Ι. ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ.	EID. DECEMB.
ΙΘ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΘ. ΟΕ.	XVIIII. KAL. IANVAR.
	Αἲξ δύνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
Κ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΛΖ. Νϛ.	XVIII. KAL. IANVAR.
ΚΑ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Ζ. Κϛ. ΞΔ.	XVII. KAL. IANVAR.
D	Σκορπίος ἑῶος ἐπιτέλλει. χειμαίνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΚΒ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΛΔ. ΜΕ.	XVI. KAL. IANVAR.
ΚΓ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΕ. ΝΓ. ΟΒ.	XV. KAL. IANVAR.
	Αἲξ ἑῴα δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΚΔ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Δ. ΚΓ. Μϛ.	XIIII. KAL. IANVAR.
ΚΕ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Ν.	XIII. KAL. IANVAR.
Κϛ	ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ ΙΒ. ΛΑ. ΞΘ.	XII. KAL. IANVAR.
	Αετὸς ἑῶος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΚΖ	ΓΑΜΗΛΙΩΝ Κ. ΛΘ. ΝΗ.	XI. KAL. IANVAR.
ΚΗ	ΓΑΜΗΛΙΩΝ Λ. Ξϛ.	X. KAL. IANVAR.
ΚΘ	ΓΑΜΗΛΙΩΝ Θ. ΚΗ. ΜΖ.	IX. KAL. IANVAR.

Y ΑΙΓΩΝ

A

ΑΙΓΩΝ ἡμέραι κθ.

A ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΝΕ. — VIII. KAL. IANVAR.

Τροπαὶ χειμεριναί. Ἐπισημαίνουσιν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. *Τοξότης λήγει ἀνατέλλων. Τροπαὶ χειμεριναί. Χειμαίνει.* ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

B ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΖ. Λς. ΟΔ. — VII. KAL. IANVAR.

Δελφὶς ἐπιτέλλει. χειμαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

Γ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ς. ΚΕ. ΜΔ. ΞΓ. — VI. KAL. IANVAR.
Δ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΔ. ΟΑ. — V. KAL. IANVAR.

Τροπαὶ χειμεριναί. Χειμαίνει ΕΥΔΟΞΟΣ.

E ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΛΓ. ΝΒ. — IIII. KAL. IANVAR. B
ς ΓΑΜΗΛΙΩΝ Γ. ΚΒ. ΜΑ. Ξ. — III. KAL. IANVAR.
Z ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΑ. Λ. — PRID. KAL. IANVAR.

Ἀετὸς ἑσπέριος δύεται. χειμαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

H ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΜΘ. ΞΗ. — KAL. IANVAR.
Θ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. — IIII. NON. IANVAR.

Στέφανος ἀκρόνυχος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.

I ΓΑΜΗΛΙΩΝ Μς. ΝΖ. — III. NON. IANVAR.
IA ΓΑΜΗΛΙΩΝ Η. ΚΖ. ΞΕ. Ος. — PRID. NON. IAN.
IB ΓΑΜΗΛΙΩΝ Ις. ΝΔ. — NON. IANVAR.

Νότος πνεῖ, ὡς ἐπιτέλλει. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

IΓ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΛΕ. — VIII. EID. IANVAR.
IΔ ΓΑΜΗΛΙΩΝ Ε. ΚΔ. ΜΓ. ΞΒ. ΟΓ. — VII. EID. IANVAR.

ΚΕΝΤΡΟΝ ΧΕΙΜΕΡΙΝΟΝ.

C

Μέσος χειμών. Νότος πολὺ ἐπιπνεῖ χειμερινὸς καὶ θάλασσαν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

IE ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΝΑ. Ο. — VI. EID. IANVAR.

Αἰγόκερως ἄρχεται ἀνατέλλειν. Νότος. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

Iς ΓΑΜΗΛΙΩΝ Β. ΙΓ. ΛΒ. — V. EID. IANVAR.

Νότος χειμέριος καὶ θάλασσαν ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

IZ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΚΑ. Μ. ΝΘ. — IIII. EID. IANVAR.
IH ΓΑΜΗΛΙΩΝ Ι. ΞΖ. — III. EID. IANVAR.

Ὁ Περσεὺς ἀκρόνυχος ἐπιδύνει. Νότος πνεῖ .....*

IΘ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΚΘ. ΜΗ. — PRID. EID. IANVAR.
K ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. Νς. — EID. IANVAR.
KA ΓΑΜΗΛΙΩΝ Κς. ΞΔ. ΟΕ. — XIX. KAL. FEB. D
KB ΓΑΜΗΛΙΩΝ Ζ. ΜΕ. — XVIII. KAL. FEB.
KΓ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΟΒ. — XVII. KAL. FEB.
KΔ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΜΒ. ΝΓ. — XVI. KAL. FEB.
KE ΓΑΜΗΛΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΞΑ. — XV. KAL. FEB.
Kς ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. Ν. — XIIII. KAL. FEB.
KZ ΓΑΜΗΛΙΩΝ ΞΘ. — XIII. KAL. FEB.

Δελφὶς ἑσπέριος δύνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
Καρκίνος λήγει δύνων. χειμαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

KH ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Α. Κ. ΛΘ. ΝΗ. — XII. KAL. FEB.
KΘ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΜΖ. Ξς. — XI. KAL. FEB.

A

ΥΔΡΩΝ ἡμέραι λ.

Α ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Θ. ΚΗ. | X. KAL. FEB.
Β ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΖ. Λϛ. ΝΕ. ΟΔ. | IX. KAL. FEB.

Λέων ἄρχεται δύνειν. Ὑετία. ΚΑΛΙΠΠΟΣ. ἄλλως χειμών. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

Γ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ϛ. ΞΓ. | VIII. KAL. FEB.
Δ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΚΕ. ΜΔ. | VII. KAL. FEB.

Δελφὶς ἀκρόνυξ δύει. ΕΥΔΟΞΟΣ.

Ε ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΔ. ΛΓ. ΝΒ. ΘΑ. | VI. KAL. FEB.
ϛ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Γ. ΚΒ. | V. KAL. FEB.
Ζ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΜΑ. Ξ. | IV. KAL. FEB.
B Η ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Λ. ΞΗ. | III. KAL. FEB.
Θ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΛΗ. ΜΘ. | PRID. KAL. FEB.
Ι ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΘ. ΝΖ. Οϛ. | KAL. FEB.
ΙΑ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Η. ΚΖ. Μϛ. | IV. NON. FEB.

Λύρα ἀκρόνυξ δύνει. Ὑετός. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΙΑ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΝΔ. ΞΕ. | III. NON. FEB.
ΙΓ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Ιϛ. ΛΕ. ΟΓ. | PRID. NON. FEB.
ΙΔ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΜΓ. ΞΒ. | NON. FEB.

Εὐδία. Ἐνίοτε καὶ Ζέφυρος πνεῖ. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΙΕ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Ε. ΚΔ. | VIII. EID. FEB.
Ιϛ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΓ. ΛΒ. ΝΑ. Θ. | VII. EID. FEB.

Ζέφυρος πνεῖν ἄρχεται, καὶ παραμένει ἡμέρας γ καὶ μ ἀπὸ τροπῶν. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

C

ΙΖ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Β. ΝΘ. | VI. EID. FEB.

Ὥρα Ζεφύρου πνεῖν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
Ὑδροχόος μέσος ἀνατέλλει. Ζέφυρος πνεῖ. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

ΙΗ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΚΑ. Μ. | V. EID. FEB.
ΙΘ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Ι. ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ. | IV. EID. FEB.
Κ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΗ. | III. EID. FEB.
ΚΑ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΛΖ. Νϛ. ΟΕ. | PRID. EID. FEB.
ΚΒ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Ζ. Κϛ. ΞΔ. | EID. FEB.
ΚΓ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΛΔ. ΜΕ. | XVI. KAL. MAR.
ΚΔ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΕ. ΝΓ. ΟΒ. | XV. KAL. MAR.
ΚΕ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Δ. ΚΓ. Μϛ. | XIV. KAL. MAR.

Ὑδροχόος ἑσπέριος δύνει. Σφόδρα ἐπιχειμάζει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ

D Κϛ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ Ν. ΞΑ. | XIII. KAL. MAR.
ΚΖ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. ΞΘ. | XII. KAL. MAR.
ΚΗ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΛΘ. ΝΗ. | XI. KAL. MAR.
ΚΘ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Λ. Κ. ΞΘ. | X. KAL. MAR.
Λ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Θ. ΚΗ. ΜΖ. | IX. KAL. MART.

A

ΙΧΘΥΩΝ ἡμέραι λ.

Α ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΟΝ ΝΕ. ΟΔ. — VIII. KAL. MART.
Β ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΖ. Λς. — VII. KAL. MART.

Χελιδόνα ὥρα φαίνεσθαι. Ορνιθίαι πνέουσιν ..... *

Γ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ς. ΚΕ. ΞΓ. — VI. KAL. MART.
Δ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΔ. ΜΔ. — V. KAL. MART.

Ποικίλαι ἡμέραι γίνονται ΑΛΚΥΟΝΙΔΕΣ καλούμεναι. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ. Αρκτοῦρος ἀκρόνυξ ἐπιτέλλει. Υετὸς γίνεται. χελιδὼν φαίνεται. τὰς ἐπομένας ἡμέρας λ̄ βορέαι πνέουσι, μάλιστα οἱ ΠΡΟΟΡΝΙΘΙΑΙ καλούμενοι. ΕΥΔΟΞΟΣ.

Ε ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΛΓ. ΝΒ. ΟΑ. — IV. KAL. MART.
ς ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Γ. ΚΒ. Ξ. — III. KAL. MART.

B

Ζ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΑ. Δ. ΜΑ. — PRID. KAL. MART.
Η ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΜΘ. — PRID. KAL. MAR.
Η ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΞΗ. — KAL. MART.
Θ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. ΝΖ. Ος. — VI. NON. MART.
Ι ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Μς. ΞΕ. — V. NON. MART.
ΙΑ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Η. — IV. NON. MART.
ΙΒ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Ις. ΛΕ. ΝΔ. — III. NON. MART.
ΙΓ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Ε. ΟΓ. — PRID. NON. MART.

Αρκτοῦρος ἑσπέριος ἐπιτέλλει. Προτρυγητὴρ ἐκφανής. ἐπιπνεῖ βορέας ψυχρός. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

ΙΔ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΚΔ. ΜΓ. — NON. MART.

Ανεμοι πνέουσι ψυχροὶ οἱ ΠΡΟΟΡΝΙΘΙΑΙ καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.
Ιππος ἑῷος δύνει. ἐπιπνεῖ βορέας ψυχρός. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

C

ΙΕ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΓ. ΝΑ. Ο. — VIII. EID. MART.
Ις ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΚΑ. ΑΒ. — VII. EID. MART.
ΙΖ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Β. Μ. ΝΘ. — VI. EID. MART.

Χειμαίνει. Ικτῖνος φαίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ. Τῶν ἰχθύων ὁ νότιος ἐπιτέλλει. Λήγει Βορέας. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

ΙΗ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Ι. ΚΘ. — V. EID. MART.
ΙΘ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΜΗ. ΞΖ. — IV. EID. MAR.
Κ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. Νς. ΟΕ. — III. EID. MART.
ΚΑ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Κς. ΜΕ. — PRID. EID. MART.

Στέφανος ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. Αρχονται Ορνιθίαι πνέοντες. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΚΒ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Ζ. ΝΓ. ΞΔ. — EID. MART.

Ικτῖνος φαίνεται. Ορνιθίαι πνέουσι μέχρις ἰσημερίας. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

ΚΓ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΟΒ. — XVII. KAL. APR.
ΚΔ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΜΒ. ΞΑ. — XVI. KAL. APR.

D

ΚΕ ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Δ. ΚΓ. — XV. KAL. APR.
Κς ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ. Ν. ΞΘ. — XIV. KAL. APR.
ΚΖ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Α. — XIII. KAL. AP.
ΚΗ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Κ. ΛΘ. ΝΗ. — XII. KAL. APR.
ΚΘ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Θ. ΜΖ. Ξς. — XI. KAL. APR.

Τοῦ Σκορπίου οἱ πρῶτοι ἀστέρες δύνουσιν. Επιπνεῖ Βορέας ψυχρός. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.

Λ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΖ. ΚΗ. — X. KAL. APR.

Τῶν ἰχθύων βόρειος ἐπιτέλλων λήγει. Ικτῖνος φαίνεται. Βορέας πνεῖ. ΚΑΔΙΠΠΟΣ.

ΚΡΙΩΝ

A

ΚΡΙΩΝ ἡμέραι λα̅.

Α ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΚΕ. Λϛ. ΝΕ. ΟΔ. — IX. KAL. APRIL.

Συνδεσμος τῶν ἰχθύων ἀνατέλλει. Ἰσημερία ἐαρινή. ψεκὰς λεπτή. χειμαίνει σφόδρα. Ἐπισημαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

Β ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ϛ. ΞΓ. — VIII. KAL. APRIL.
Γ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΜΔ. — VII. KAL. APRIL.

Κριὸς ἄρχεται ἐπιτέλλειν. Ὑετὸς, ἢ νιφετός. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

Δ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΔ. ΛΓ. ΝΒ. ΟΑ. — VI. KAL. APRIL.
Ε ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΜΑ. — V. KAL. APRIL.
ϛ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Γ. ΚΒ. Ξ. — IIII. KAL. APRIL.

Ἰσημερία. Ὑετὸς γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ.

B

Ζ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΑ. Α. ΜΘ. ΞΗ. — III. KAL. APRIL.
Η ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΛΗ. ΝΖ. — PRID. KAL. APRIL.
Θ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΘ. Οϛ. — KAL. APRIL.
Ι ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Η. ΚΖ. Μϛ. ΞΕ. — IIII. NON. APRIL.

Πλειάδες ἑσπέριοι κρύπτονται.

ΙΑ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΘ. — III. NON. APRIL.
ΙΒ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Ιϛ. ΛΕ. ΝΔ. ΟΓ. — PRID. NON. APRIL.

Πλειάδες ἀκρόνυχοι δύνουσι. Ὠρίων ἄρχεται δύνειν. Ἀπὸ ἀκρονύχου ὑετὸς γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ.
Πλειάδες κρύπτονται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, καὶ ἀφανεῖς γίνονται νύκτας μ̅. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.

ΙΓ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Ε. ΜΓ. — NON. APRIL.
C
ΙΔ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΓ. ΚΔ. ΞΒ. — VIII. EID. APRIL.
ΙΕ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΛΒ. ΝΑ. Ο. — VII. EID. APRIL.
Ιϛ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Β. ΚΑ. ΝΘ. — VI. EID. APRIL.

ΚΕΝΤΡΟΝ ΕΑΡΙΝΟΝ.

ΙΖ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Μ. — V. EID. APRIL.
ΙΗ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Ι. ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ. — IIII. EID. APRIL.
ΙΘ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. — III. EID. APRIL.
Κ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Νϛ. ΟΕ. — PRID. EID. APRIL.

Ὑάδες ἀκρόνυχοι δύνουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΚΑ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Ζ. ΜΕ. ΞΔ. — EID. APRIL.
ΚΒ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΝΓ. — XVIII. KAL. MAI.

Ὑάδες κρύπτονται. Χάλαζα ἐπιγίνεται. Ζέφυρος πνεῖ. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.
Ζυγὸς ἄρχεται δύνειν. Πολλαχῇ χάλαζα. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.

D
ΚΓ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΟΒ. — XVII. KAL. MAI.
ΚΔ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΜΒ. ΞΑ. — XVI. KAL. MAI.
ΚΕ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΞΘ. — XV. KAL. MAI.
Κϛ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ ΙΒ. Κϛ. ΛΑ. Ν. — XIIII. KAL. MAI.

Λύρα ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.

ΚΖ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Α. ΛΘ. ΝΗ. — XIII. KAL. MAI.
ΚΗ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Θ. Ξϛ. — XII. KAL. MAI.
ΚΘ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΜΖ. — XI. KAL. MAI.
Λ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΖ. ΝΕ. ΟΔ. — X. KAL. MAI.
ΛΑ ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΚΕ. Λϛ. — IX. KAL. MAI.

A

ΤΑΥΡΩΝ ἡμέραι λβ.

Α	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ϛ. ΜΔ. ΞΓ. Ὠρίων ἀκρόνυχος δύνει. Ὑετία. ΕΥΔΟΞΟΣ. Ο Κριὸς λήγει ἐπιτέλλων. Ὑετία. Πολλαχῇ χάλαζα. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	VIII. KAL. MAI.
Β	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΔ. Λϛ. Κύων κρύπτεται. Χάλαζα γίνεται. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Αὔρα ἐπιτέλλει. Κύων ἀκρόνυχος δύνει. Ὑετὸς γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ. Τοῦ Ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει. Νοτία. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	VII. KAL. MAI.
Γ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΝΒ. ΟΕ.	VI. KAL. MAI.
Δ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Γ. ΚΒ. ΜΑ. Ξ.	V. KAL. MAI.
Ε	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Λ. ΜΘ.	IV. KAL. MAI.
ϛ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΑ. ΞΗ.	III. KAL. MAI.
Ζ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΘ. ΛΗ. ΝΖ. Οϛ. Ὑετὸς γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ.	PRID. KAL. MAI.
Η	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΞΕ. Αἲξ ἑῴα ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	KAL. MAI.
Θ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Η. ΚΖ. Μϛ.	VI. NON. MAI.
Ι	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΛΕ. ΝΔ.	V. NON. MAI.
ΙΑ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Ε. Ιϛ. ΟΓ. Σκορπίος ἑῷος δύνειν ἄρχεται. Ὑετὸς γίνεται. ΕΥΔΟΞΟΣ.	IIII. NON. MAI.
ΙΒ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΚΔ. ΜΓ.	III. NON. MAI.
ΙΓ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΓ. ΝΑ. Ο. ΞΒ. Πλειὰς ἐπιτέλλει. Θέρους ἀρχή. Ἐπισημαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Η τοῦ Ταύρου κεφαλὴ ἐπιτέλλει. Ἐπισημαίνει. ΚΑΛΙΠΠΟΣ.	PRID. NON. MAI.
ΙΔ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΚΑ. ΛΒ.	NON. MAI.
ΙΕ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Β. Μ. ΝΘ.	VIII. EID. MAI.
Ιϛ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Ι. ΚΘ.	VII. EID. MAI.
ΙΖ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΝΗ. ΞΖ.	VI. EID. MAI.
ΙΗ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ. Νϛ. ΟΕ.	V. EID. MAI.
ΙΘ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Κϛ. ΜΕ.	IV. EID. MAI.
Κ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Ζ. ΞΔ.	III. EID. MAI.
ΚΑ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΕ. ΛΔ. ΝΓ. ΟΒ. Σκορπίος ἑῷος ὅλος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	PRID. EID. MAI.
ΚΒ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΞΑ. Πλειάδες ἐπιτέλλουσιν. Ἐπισημαίνουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	EID. MAI.
ΚΓ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Δ. ΚΓ. ΜΒ.	XVII. KAL. IVNI.
ΚΔ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΛΑ. Ν. ΞΘ.	XVI. KAL. IVNI.
ΚΕ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΙΒ. ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ Λ. Ἀετὸς ἑσπέριος δύνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	XV. KAL. IVNI.
Κϛ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ Κ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΛΘ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΝΗ.	XIV. KAL. IVNI.
ΚΖ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Κ. ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ Θ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΜΖ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ Ξϛ.	XIII. KAL. IVNI.
ΚΗ	ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ ΚΗ. ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΖ. ΚΗ.	XII. KAL. IVNI.
ΚΘ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ Λϛ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΝΕ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΟΔ.	XI. KAL. IVNI.
Λ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ ϛ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΚΕ. Ἀετὸς ἑσπέριος ἐπιτέλλει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	X. KAL. IVNI.
ΛΑ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΜΔ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΞΓ.	IX. KAL. IVN.
ΛΒ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΙΔ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΛΓ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΝΒ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΟΑ. Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει. Ἐπισημαίνει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ. Ο Ταῦρος λήγει ἀνατέλλων. ΚΑΛΙΠΠΟΣ. Ὑάδες ἑσπέριαι ἐπιτέλλουσιν. Ἐπισημαίνουσιν. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	VIII. KAL. IVNI.

B

C

D

ΔΙΑΤΜΩΝ

A

ΔΙΔΥΜΩΝ *ἡμέραι λβ.*

Α	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΚΒ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΜΑ.	VII. KAL. IVNI.
Β	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΣ Γ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ Ξ.	VI. KAL. IVNI.
	Οἱ Δίδυμοι ἄρχονται ἐπιτέλλειν. Νοτία. ΚΑΛΛΙΠΠΟΣ.	
Γ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΑ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ Λ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΜΘ. ΠΡΟΤΕΡΟΣ ΞΗ.	V. KAL. IVNI.
Δ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΛΗ. ΝΖ.	IV. KAL. IVNI.
Ε	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΘ.	III. KAL. IVNI.
	Ὑάδες ἑῷαι ἐπιτέλλουσιν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ς	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΚΖ. Μς. ΞΕ. Ος.	PRID. KAL. IVN.
Ζ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Η.	KAL. IVNI.
	Ἀετὸς ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
B Η	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Ε. Ις. ΛΕ. ΝΔ. ΟΓ.	IV. NON. IVN.
Θ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΜΓ.	III. NON. IVN.
Ι	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΓ. ΚΔ. ΞΔ.	PRID. NON. IVNI.
	Ὕδωρ γίνεται. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.	
ΙΑ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΛΒ. ΝΑ. Θ.	NON. IVN.
ΙΒ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΚΑ.	VIII. EID. IVN.
ΙΓ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Β. Μ. ΝΘ.	VII. EID. IVN.
	Ἀρκτοῦρος ἑῷος δύνει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΙΔ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Ι. ΚΘ. ΜΗ. ΞΖ.	VI. EID. IVN.
ΙΕ	ΣΚΙΡΡΟΩΟΡΙΩΝ ΙΗ. ΛΖ.	V. EID. IVN.
Ις	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΟΕ.	IV. EID. IVN.
ΙΖ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Ζ. Κς. ΜΕ. Νς. ΞΔ.	III. EID. IVN.
ΙΗ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΝΓ.	PRID. EID. IVN.
	Δελφὶς ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
C ΙΘ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΓ. ΛΔ. ΟΒ.	EID. IVNI.
Κ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΚΓ. ΜΒ. ΞΑ.	XVIII. KAL. IVLI.
ΚΑ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Δ. ΞΘ.	XVII. KAL. IVLI.
ΚΒ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΙΒ. ΛΑ.	XVI. KAL. IVLI.
ΚΓ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ Ν. ΔΕΥΤΕΡΟΣ Α. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΛΘ.	XV. KAL. IVL.
ΚΔ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ Θ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ Κ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΝΗ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ Ξς.	XIV. KAL. IVL.
	Ὠρίωνος ὦμος ἐπιτέλλει. ΕΥΚΤΗΜΩΝ.	
	Ὠρίων ἄρχεται ἐπιτέλλειν. ΕΥΔΟΞΟΣ.	
ΚΕ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΚΗ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΜΖ.	XIII. KAL. IVLI.
Κς	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΙΖ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΟΔ.	XII. KAL. IVL.
D ΚΖ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ Λς. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΝΕ.	XI. KAL. IVL.
ΚΗ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ς. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΚΕ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΜΔ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΞΓ.	X. KAL. IVL.
ΚΘ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΙΔ.	IX. KAL. IVL.
	Ὠρίων ἄρχεται ἐπιτέλλειν. Φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ' αὐτῷ. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ.	
Λ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΟΑ.	VIII. KAL. IVL.
ΛΑ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ Γ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΚΒ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΛΓ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΜΑ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ Ξ.	VII. KAL. IVL.
ΛΒ	ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ Δ. ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΜΘ.	VI. KAL. IVL.

TABVLA NEOMENIARVM PRYTANIAS CALIPPICARVM IN MENSIBVS IVLIANIS.

	Anni periodi Calipp.	Ἑκατομβαιών.	Μεταγειτνιών.	Βοηδρομιών.	Πυανεψιών.	Μαιμακτηριών.	Ποσειδεών.	Γαμηλιών.	Ἀνθεστηριών.	Ἐλαφηβολιών.	Μουνυχιών.	Θαργηλιών.	Σκιρροφοριών α.	Σκιρροφοριών β.	Cyclus Lunae.
Emb.	1	28 Iun.	28 Iul.	27 Aug.	25 Sept.	25 Oct.	23 No.	23 Dec.	21 Ian.	20 Feb.	20 Mar.	19 Apr.	18 Mai.	17 Iuni.	14
	2	16 Iul.	15 Aug.	13 Sep.	13 Oct.	12 Nou.	11 Dec.	9 Ianu.	8 Febr.	10 Mar.	8 April.	Maij.	7 Iunij.	o	15
Emb.	3	6 Iuli.	4 Aug.	3 Sep.	2 Octo.	1 Nou.	29 No.	30 Dec.	28 Ian.	27 Feb.	29 Mar.	27 Apr.	27 Mai.	25 Iuni.	16 F
	4	25 Iuli.	24 Aug.	22 Sep.	21 Oct.	20 No.	19 Dec.	18 Ian.	16 Feb.	18 Mar.	16 Apr.	16 Mai.	15 Iun.	o	17 E
	5	14 Iuli.	13 Aug.	11 Sept.	11 Oct.	9 Nou	9 Dec.	7 Ian.	6 Feb.	6 Mart.	5 Apr.	4 Mai.	2 Iuni.	o	18 D
Emb.	6	2 Iul.	31 Iul.	30 Aug.	29 Sept.	29 Oct.	27 Nou.	27 Dec.	25 Ian.	24 Feb.	15 Mar	24 Apr.	23 Mai.	22 Iuni.	19 C
	7	21 Iul.	20 Aug.	18 Sep.	18 Oct.	16 No.	16 Dec.	15 Ian.	13 Feb.	15 Mar.	13 Apr.	13 Mai.	11 Iuni.	o	1 A
	8	11 Iuli.	9 Aug.	8 Sept.	7 Oct.	6 Nou.	5 Dec.	4 Ian.	2 Feb.	4 Mart.	2 April.	1 Mai.	1 Iuni.	o	2 G
Emb.	9	30 Iuni.	30 Iuli.	28 Aug.	27 Sep.	26 Oct.	25 Nou.	24 Dec.	23 Ian.	21 Feb.	12 Mar.	10 Apr.	20 Mai.	18 Iuni.	3 F
	10	18 Iul.	16 Aug.	18 Sept.	15 Oct.	13 No.	13 Dec.	11 Ian.	10 Feb.	11 Mar.	10 Apr.	9 Mai.	8 Iuni.	o	4 E
Emb.	11	7 Iuli.	6 Aug.	4 Sept.	4 Oct.	2 Nou.	2 Dec.	31 Dec.	30 Ian.	28 Feb.	30 Mar.	29 Apr.	28 Mai.	27 Iuni.	5
	12	26 Iuli.	25 Aug.	23 Sept.	23 Oct.	21 No.	21 Dec.	19 Ian.	18 Feb.	19 Mar.	18 Apr.	18 Mai.	16 Iuni.	o	6
	13	16 Iuli.	14 Aug.	13 Sep.	12 Oct.	11 Nou.	10 Dec.	9 Ian.	7 Feb.	8 Mar.	6 April.	6 Mai.	4 Iuni.	o	7
Emb.	14	4 Iuli.	3 Aug.	1 Sep.	1 Oct.	30 Oct.	29 No.	28 Dec.	27 Ian.	25 Feb.	27 Mar.	25 Apr.	15 Mai.	23 Iuni.	8
	15	23 Iuli.	21 Aug	20 Sept.	19 Oct.	18 No.	18 Dec.	16 Ian.	15 Feb.	16 Mar.	15 Apr	14 Mai.	13 Iuni.	o	9
	16	12 Iuli.	11 Aug.	9 Sept.	9 Oct.	7 Nou.	7 Dec.	5 Ian.	4 Feb.	5 Mar.	4 April.	4 Mai.	2 Iuni.	o	10
Emb.	17	2 Iuli.	31 Iuli.	30 Aug.	28 Sep.	28 Oct.	26 Nou.	26 Dec.	24 Ian.	23 Feb.	23 Mar.	22 Apr.	21 Mai.	20 Iuni.	11
	18	20 Iul.	18 Aug.	17 Sep.	16 Oct.	15 No.	14 Dec.	13 Ian.	11 Feb.	13 Mar.	11 Apr.	11 Mai.	9 Iuni.	o	12
	19	9 Iul.	7 Aug.	6 Sept.	5 Oct.	4 Nou.	4 Dec.	2 Ian.	1 Feb.	2 Mar.	1 Apr.	30 Apr.	30 Mai.	o	13
Emb.	20	28 Iuni.	28 Iuli	26 Aug.	25 Sept.	24 Oct.	23 No.	22 Dec.	21 Ian.	20 Feb.	21 Mar.	20 Apr.	19 Mai.	18 Iuni.	14 F
	21	11 Iuli.	16 Aug	14 Sep.	14 Oct.	12 No.	12 Dec.	10 Ian.	9 Feb.	9 Marr.	8 April.	7 Mai.	6 Iuni.	o	15 E
Emb.	22	6 Iuli.	4 Aug.	3 Sep.	2 Oct.	1 Nou	30 No.	30 Dec.	28 Ian.	27 Feb.	29 Mar.	27 Apr.	26 Mai	25 Iuni.	16
	23	24 Iulij	23 Aug.	22 Sep.	21 Oct.	20 Nou.	19 Dec.	18 Ian.	16 Feb.	18 Mar.	16 Apr.	16 Mai.	14 Iuni.	o	17 B
	24	14 Iuli.	12 Aug.	1 Sept.	10 Oct.	9 Nou.	8 Dec.	7 Ian.	6 Feb.	7 Mar.	6 April.	5 Mai.	4 Iuni.	o	18 A
Emb.	25	3 Iuli.	2 Aug.	31 Aug.	30 Sep.	29 Oct.	28 No.	27 Dec.	26 Ian.	24 Feb.	24 Mar.	23 Apr.	23 Mai.	22 Iuni.	19 G
	26	21 Iuli.	20 Aug.	18 Sep.	18 Oct.	16 No.	16 Dec.	14 Ian.	13 Feb.	14 Mar.	18 Apr	12 Mai.	11 Iuni.	o	1 F
	27	10 Iuli.	9 Aug.	8 Sept.	7 Octo.	6 Nou.	5 Dec.	4 Ian.	2 Feb.	4 Mart.	2 April.	2 Mai.	31 Mai.	o	2 D
Emb.	28	30 Iuni.	29 Iuli.	28 Aug.	26 Sep.	26 Oct.	24 Nou.	24 Dec.	23 Ian.	21 Feb.	23 Mar.	21 Apr.	21 Mai.	19 Iuni.	3 C
	29	19 Iuli.	17 Aug.	16 Sept.	15 Oct.	14 No.	13 Dec.	12 Ian.	10 Feb.	11 Mar.	10 Apr.	Mai.	9 Iuni.	o	4 B
Emb	30	7 Iuli.	6 Aug	4 Sept.	4 Oct.	2 Nou.	2 Dec.	31 Dec.	30 Ian.	28 Feb.	30 Mar.	18 Apr.	28 Mai.	26 Iuni.	5 A
	31	16 Iuli.	25 Aug.	23 Sept.	23 Oct.	21 Nou	21 Dec.	19 Ian.	18 Febr.	19 Mar.	18 Apr.	17 Mai.	16 Iuni.	o	6 F
	32	5 Iuli.	14 Aug	12 Sept.	12 Oct.	10 No.	10 Dec.	9 Ian.	7 Febr.	9 Mar.	7 April.	7 Mai.	5 Iuni.	o	7 E
Emb.	33	[illegible] Iuli.	3 Aug.	1 Sept.	1 Octo.	31 Oct.	29 Nou.	19 Dec.	27 Ian.	26 Feb.	27 Mar.	25 Apr.	25 Mai.	25 Iuni.	8 D
	34	23 Iuli.	21 Aug	20 Sep.	19 Oct.	18 Oct.	17 Dec.	16 Ian.	14 Feb.	16 Mar.	15 Apr.	14 Mai.	13 Iuni.	o	9 C
	35	12 Iuli.	11 Aug.	9 Sept.	9 Oct.	7 Nou	7 Dec.	6 Ian.	4 Feb.	5 Mart.	4 April.	3 Mai.	2 Iuni.	o	10 A
Emb.	36	1 Iuli.	31 Iuli.	29 Aug.	28 Sep.	28 Oct.	26 No.	26 Dec.	24 Ian.	23 Feb.	24 Mar.	23 Apr.	22 Mai.	21 Iuni.	11 G
	37	20 Iuli.	19 Aug.	17 Sep.	17 Oct.	15 No.	15 Dec.	13 Ian.	12 Feb.	13 Mar.	11 Apr.	11 Mai.	9 Iuni.	o	12 F
	38	9 Iuli.	7 Aug.	6 Sept.	5 Oct.	4 Nou.	3 Dec.	2 Ian.	31 Ian.	2 Mart.	31 Mar.	10 Apr.	29 Mai.	o	13 ED

RES

RESIDVVM TABVLÆ NEOMENIARVM PRYTANIAS CALIPPICARVM IN MENSIBVS IVLIANIS.

	Anni peri. di Calipp.	ἑκατομβαιών.	μεταγειτνιών.	βοηδρομιών.	πυανεψιών.	μαιμακτηριών.	ποσειδεών.	γαμηλιών.	ἀνθεστηριών.	ἐλαφηβολιών.	μουνυχιών.	θαργηλιών.	σκιῤῥοφοριών α.	σκιῤῥοφοριών β.	Cyclus Lunæ	Cyclus Solis.
Emb.	59	28 Iun.	28 Iul.	26 Aug.	25 Sept.	24 Oct.	23 No.	22 Dec.	21 Ian.	19 Feb.	21 Mar.	19 Apr.	19 Mai	17 Iuni.	14	C
	40	17 Iul.	15 Aug.	14 Sep.	14 Oct.	12 Nou.	12 Dec.	10 Ianu.	9 Febr.	10 Mar.	9 April.	8 Maij.	7 Iunij	o	15	B
Emb.	41	6 Iuli.	5 Aug.	3 Sep.	3 Octo.	1 Nou.	1 Dec.	30 Dec.	29 Ian.	28 Feb.	28 Mar.	27 Apr.	26 Mai	25 Iuni.	16	A
	42	24 Iuli.	23 Aug.	21 Sep.	21 Oct.	19 No.	19 Dec.	17 Ian.	16 Feb.	17 Mar.	6 Apr.	16 Mai.	14 Iun.	o	17	G F
	43	14 Iuli.	12 Aug.	11 Sept.	10 Oct.	9 Nou.	8 Dec.	7 Ian.	5 Feb.	7 Mart.	5 Apr.	5 Mai.	3 Iuni.	o	18	E
Emb.	44	3 Iul.	1 Aug.	31 Aug.	30 Sept.	29 Oct.	28 Nou.	27 Dec.	26 Ian.	25 Feb	26 Mar.	24 Apr.	24 Mai.	22 Iuni.	19	D
	45	22 Iul.	20 Aug.	19 Sep.	18 Oct.	17 No.	17 Dec.	15 Ian.	14 Feb.	14 Mar.	13 Apr.	12 Mai.	11 Iuni	o	1	C
	46	10 Iuli.	9 Aug.	7 Sept.	7 Oct.	5 Nou.	5 Dec.	3 Ian.	2 Feb.	3 Mart.	2 April.	2 Mai.	31 Mai.	o	2	B A
Emb.	47	30 Iuni.	29 Iuli.	28 Aug.	26 Sep.	26 Oct.	24 Nou.	24 Dec.	22 Ian.	21 Feb	22 Mai.	21 Apr.	20 Mai.	19 Iuni.	3	G
	48	19 Iul.	17 Aug.	16 Sept.	15 Oct.	13 No.	13 Dec.	12 Ian.	10 Feb.	12 Mar	10 Apr.	10 Mai	8 Iuni.	o	4	P
Emb.	49	8 Iuli.	6 Aug.	5 Sept.	4 Oct.	3 Nou.	3 Dec.	1 Ian.	31 Ian.	29 Feb.	30 Mai.	28 Apr	28 Mai	26 Iuni.	5	E
	50	26 Iuli.	24 Aug.	23 Sept.	22 Oct.	21 No.	20 Dec.	19 Ian.	17 Feb.	19 Mai.	18 Apr.	17 Mai.	17 Iuni.	o	6	DC
	51	15 Iuli.	14 Aug.	12 Sep.	12 Oct.	10 Nou.	10 Dec.	8 Ian.	7 Feb.	8 Mai.	7 April.	6 Mai.	5 Iuni.	o	7	B
Emb.	52	5 Iuli.	3 Aug.	2 Sep.	1 Oct.	31 Oct.	29 No.	29 Dec.	27 Ian.	26 Feb.	27 Mai.	26 Apr.	25 Mai.	25 Iuni.	8	A
	53	23 Iuli.	22 Aug	20 Sept.	20 Oct.	19 No.	18 Dec.	17 Ian.	15 Feb.	15 Mar.	14 Apr.	14 Mai.	12 Iuni.	o	9	G
	54	12 Iuli.	10 Aug.	9 Sept.	8 Oct.	7 Nou.	6 Dec.	5 Ian.	3 Feb.	5 Mart.	4 April.	3 Mai.	2 Iuni.	o	10	F E
Emb.	55	Iuli.	31 Iuli.	29 Aug.	28 Sep.	27 Oct.	26 Nou.	25 Dec.	24 Ian.	22 Feb.	24 Mai.	22 Apr.	22 Mai.	21 Iuni.	11	D
	56	20 Iul.	19 Aug.	17 Sep.	17 Oct.	15 No.	15 Dec.	13 Ian.	12 Feb.	13 Mar.	12 Apr.	11 Mai.	11 Iuni.	o	12	C
	57	Iul.	8 Aug.	6 Sept.	6 Oct.	5 Nou.	4 Dec.	3 Ian.	1 Feb.	2 Mar.	31 Mai.	30 Apr.	29 Mai.	o	13	B
Emb.	58	28 Iuni.	27 Iuli.	26 Aug.	24 Sept.	24 Oct.	22 No.	22 Dec.	21 Ian.	19 Feb	21 Mar.	19 Apr.	19 Mai.	18 Iuni.	14	AG
	59	17 Iuli.	15 Aug.	14 Sep.	13 Oct.	12 No.	11 Dec.	10 Ian.	8 Feb.	10 Mar	8 April.	8 Mai.	7 Iuni.	o	15	F
Emb.	60	6 Iuli.	5 Aug.	3 Sep.	3 Oct.	1 Nou.	1 Dec.	30 Dec.	29 Ian.	27 Feb.	29 Mai.	27 Apr.	27 Mai	25 Iuni.	16	E
	61	5 Iulij	24 Aug.	22 Sep.	22 Oct.	20 Nou.	20 Dec.	18 Ian.	17 Feb.	17 Mar.	16 Apr.	15 Mai.	14 Iuni	o	17	D
	62	13 Iuli.	12 Aug.	10 Sept.	10 Oct.	8 Nou.	8 Dec.	7 Ian.	5 Feb.	8 Mai.	6 April.	6 Mai.	4 Iuni.	o	18	C B
Emb.	63	Iuli.	1 Aug.	31 Aug.	29 Sep.	29 Oct.	27 No.	27 Dec.	25 Ian.	24 Feb.	25 Mai.	24 Apr.	24 Mai.	22 Iuni.	19	A
	64	2 Iuli.	20 Aug.	19 Sep.	18 Oct.	17 No.	16 Dec.	14 Ian.	13 Feb.	15 Mai.	13 Apr.	13 Mai.	11 Iuni.	o	1	G
	65	1 Iuli.	10 Aug.	8 Sept.	8 Octo.	6 Nou.	6 Dec.	4 Ian.	3 Feb.	3 Mart.	2 April.	1 Mai.	31 Mai.	o	2	F
Emb	66	29 Iuni.	29 Iuli.	27 Aug.	26 Sep.	25 Oct.	24 Nou.	23 Dec.	22 Ian.	20 Feb.	22 Mai.	20 Apr.	20 Mai.	18 Iuni.	3	E D
	67	8 Iuli.	17 Aug.	15 Sept.	15 Oct.	13 No.	13 Dec.	11 Ian.	10 Feb.	12 Mai.	10 Apr.	10 Mai.	8 Iuni.	o	4	C
Emb	68	Iuli.	6 Aug	5 Sept.	4 Oct.	3 Nou.	2 Dec.	1 Ian.	30 Ian.	1 Mar.	30 Mai.	29 Apr.	28 Mai.	27 Iuni.	5	B
	69	27 Iuli.	25 Aug.	24 Sept.	23 Oct.	22 Nou.	21 Dec.	20 Ian.	18 Febr.	19 Mai.	17 Apr.	17 Mai.	15 Iuni.	o	6	A
	70	5 Iuli.	13 Aug.	12 Sept.	11 Oct.	10 No.	10 Dec.	8 Ian.	7 Febr.	8 Mar.	7 April.	6 Mai.	5 Iuni.	o	7	G F
Emb	71	4 Iuli.	3 Aug.	1 Sept.	1 Octo.	30 Oct.	29 Nou.	28 Dec.	27 Ian.	26 Feb.	27 Mar.	26 Apr.	25 Mai.	24 Iuni.	8	E
	72	3 Iuli.	22 Aug.	20 Sep.	20 Oct.	18 Nou.	18 Dec.	16 Ian.	15 Feb.	16 Mai	15 Apr.	14 Mai.	13 Iuni.	o	9	D
	73	13 Iuli.	11 Aug.	10 Sept.	9 Oct.	8 Nou.	7 Dec.	6 Ian.	4 Feb.	6 Mart.	4 April.	4 Mai.	2 Iuni.	o	10	C
Emb.	74	1 Iuli.	30 Iuli	29 Aug.	28 Sep.	27 Oct.	26 No.	25 Dec.	24 Ian.	22 Feb.	24 Mar.	22 Apr.	22 Mai.	20 Iuni.	11	B A
	75	20 Iuli.	18 Aug.	17 Sep.	16 Oct.	15 No.	14 Dec.	13 Ian.	12 Feb.	13 Mar.	12 Apr.	11 Mai.	10 Iuni.	o	12	G
•	76	Iuli.	8 Aug.	6 Sept.	6 Oct.	4 Nou.	4 Dec.	2 Ian.	1 Feb.	2 Mart.	1 Apr.	30 Apr.	30 Mai.	o	13	F

DE ANNO COELESTI.

Annvm cœleſtem vocauimus; cuius partes ſecundum quid naturale ſunt, non ex hominum inſtituto. Eius duas ſpecies fecimus: Solarem, & Lunarem. Lunarem quidem, cuius partes naturali quodam interuallo Lunæ definiuntur, quale eſt tempus a nouilunio, ad nouilunium, item cuius τὸ ὅλον aliquo numero

earum

earum partium constituitur, vt est ἡ δωδεκάμηνος σεληνιακὴ: quanquam in ea est aliquid θέσει potius, quam φύσει. Solarem autem annum cœlestem vocamus, cuius partes aliquo Solari spatio describuntur: quale est interuallum, quo Sol vnumquodque Signum in Zodiaco percurrit. Quanquam si reluctandum est, neque illæ quidem partes naturales sunt. Eæ enim τοῖς ἀστερισμοῖς definiuntur. ἀστερισμοὶ autem sunt θέσει, non φύσει: quatenus illa segmenta πρὸς κατάληψιν imaginibus quibusdam notata sunt. Vnde quatuor tantum ex illis naturalia fuerint ea, quæ Tropica dicuntur. Eæ partes duodecim numero, inæquales sunt. Proinde & menses, qui ex illis constituuntur, inæquales. Eiusmodi sunt quibus parapegmata sua descripserunt veteres illi Græci; quorum princeps Cleostratus, eumque sequutus Harpalus, postea Meton, Euctemon, Eudoxus, Conon, Archimedes, Democritus, Nausiteles, & alij innumeri, parapegmata cum Fastis publicarunt popularibus suis. Nos veri parapegmatis Attici exemplar supra proposuimus cum neomeniis πρυτανείας Calippicis, ortus & occasus tantum a Gemino mutuati. Reliqua sunt industriæ nostræ. Cuius parapegmatis quantus sit fructus in ratione temporum, postea aperietur.

A

B

DE PARAPEGMATE ATTICO.

Hoc Parapegma Atticum vocamus, propter menses πρυτανείας appositos. Alioquin, vt vides, ex diuersis Parapegmatis conflatum est, ex Atticis tribus Metonis, Euctemonis, & Calippi; Ægyptiacis duobus, Eudoxi, Dosithei; Abderitano vno Democriti. Singula enim parapegmata nationibus suis publicarant veteres illi summi Astronomi: quod & Syracusiis suis Archimedem, Samiis Cononem fecisse digito indicat Virgilius:

C

In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,
Descripsit totum radio qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.

Primum apponebant annum Solarem distinctum in menses suos cælestes, & per totum eius contextũ Neomenias magistratus, quas Νουμηνίας πρυτανείας Attici vocabant, adiectis siderum ortibus & occasibus. Deinde ex altera parte alium contextum mensium ciuilium, siue popularium, qui sunt singuli dierum tricenum, cum Fastis, solennibus, & cultibus, appositis etiam, vt in anno Solari, epochis neomeniarum prytanias. Verbi gratia, Νουμηνία Μεταγειτνιῶνος πρυτανείας τῇ ὀγδόῃ Ἑκατομβαιῶνος φθίνοντος, & sic deinceps in omnibus. In priore proposito abunde tibi satisfactum est. Nam & annũ Solarem mensibus cælestibus Euctemonis, Calippi & Metonis descriptum proposuimus, & præterea ortus & occasus siderum, vt descripsit Geminus, neomenias quoque prytanias adieci-

D

A nias adiecimus, in quo opere labor cum induſtria certant. His cumulus acceſſit epocha dierum Iulianorum e regione reſpondentium. In altero propoſito tu ipſe per te tibi conſulere potes ope Tabulæ alterius Neomeniarum Prytanias in menſibus Iulianis. Exemplum adducam, ſi prius, quæ notanda ſunt, indicauero. Menſes Prytanias ſunt notati numeris, qui numeri ſignificant annum periodi Calippicæ. Vt in prima die verbi gratia, Σκορπιῶνος, notatus eſt μαιμακτηριῶν ν̄ε. ο̄δ̄. Hoc ſignificat, in primo die Scorpionis Mæmacterionem Prytanias incidere in annis LV, & LXXXIIII periodi Calippicæ, cui diei Scorpionis reſpondet e regione dies a. d. VI Kal. Nouemb. Dices igitur in annis LV, & LXXIIII periodi Calippicæ
B nouilunium Prytanias fuiſſe in a. d. VI. KAL. Nouemb. hoc eſt in XXVII Octobris. Volo igitur ſcire, cui menſi populari, & quotæ menſis congruit illa neomenia. Primus annus periodi Calippicæ incidit in 28 deſinentem periodi Atticæ. Ergo quinquageſimus quintus periodi Calippicæ erit ſeptimus periodi Atticæ politicæ. In tabula neomeniarum Atticarum libro primo, e regione ſeptimi anni, ſub titulo Πυανεψιών, habes 16 Octobris, epocham neomeniæ Pyanepſionis popularis. A qua viceſima ſeptima Octobris, in qua cœpit neomenia prytanias, eſt duodecima menſis ciuilis. Proinde duodecima menſis Pyanepſionis popularis fuit neomenia Pyanepſionis Prytanias. Dices igitur νεμηνίαν πυανεψιῶνος πρυτανείας cœ-
C piſſe τῇ δευτέρᾳ ἐπὶ δεκάτῃ προτέρᾳ τοῦ Πυανεψιῶνος. Cum dico δεκάτην προτέραν, intelligo decimam menſis a neomenia. quemadmodum δεκάτη δευτέρα, aut ὑστέρα, erat ἡ εἰκὰς, viceſima dies. Inde in Decreto Athenienſium in Zenonem Cittenſem legitur, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ. id eſt, τῇ εἰκάδι. Contra in Teſtamento Epicuri, legimus Γαμηλιῶνος δεκάτῃ προτέρᾳ. id eſt, decima a neomenia. Nam, vt omnes fere ſciunt, menſes populares, quia omnes tricenum dierum erant, diuidebantur in tres δεκάδας. Prima δεκὰς erat ἱσταμένου, ſecunda μεσοῦντος, tertia φθίνοντος. Sed vltima ἱσταμένου, vt diximus, erat δεκάτη προτέρα, vltima μεσοῦντος, δεκάτη ὑστέρα. In prima decade dicebatur πρώτη, δευτέρα, ἱσταμένου. In ſecunda, πρώτη, δευτέρα ἐπὶ δεκάτῃ. In
D tertia retro dicebant δεκάτη φθίνοντος, ἐνάτη φθίνοντος, ὀγδόη φθίνοντος, viceſima prima, viceſima ſecunda, viceſima tertia. Raro aliter. Inuenitur tamen, vt apud Demoſthenem ἕκτῃ ἐπὶ εἰκάδι. & Menandrum μέθῃ: ἱερὸν γαμὸν φάσκων ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα καθ' αὑτόν, ἵνα μὴ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις. τὰ τῶν θεῶν γὰρ πανταχοῦ ἔχειν καλῶς. Rurſus annus LXXIIII Calippicus eſt XXVI Atticus. In Tabula neomeniarum Atticarum libro primo, e regione 26 anni, Pyanepſionis neomenia 8 Octobris. Ergo Pyanepſion prytanias fuit XIX Pyanepſionis popularis,

popularis, hoc eſt, τῇ ἐνάτῃ μεσοῦντος. Quod autem primus annus Calippicus ſit viceſimus octauus deſinens Atticus, ita demonſtratur. Annus primus Calippicus eſt 446 Iphiteus deſinens, hoc eſt 66 ſextæ periodi Olympicæ. Abiectis 38, ex methodo perpetua, remanet annus 28 deſinens periodi Atticæ. Nihil refert, annis periodi Olympicæ detrahas 38, aut addas. Eodem enim recidit methodus periodi Atticæ. Conuerte exemplum. Volo ſcire in anno LV periodi Calippicæ, cui diei cæleſti in parapegmate competit Neomenia Mæmacterionis Prytanias. In Tabula Neomeniarum Prytanias, quam Parapegmati ſubiecimus, e regione anni 55, ſub Mæmacterione, annoto 27 Octob. hoc eſt V Kal. Nouemb. Itaque in Parapegmate, diem V Kal. Nouemb. video notatam e regione primæ Scorpionis. Quare pronuncio prima Scorpionis neomeniam Mæmacterionis prytanias fuiſſe. Sed nobilius exemplum adferamus. Libro primo notauimus, Decretum Athenienſium in gratiam Hyrcani Iudæorum Ethnarchæ ſcriptum fuiſſe 26 die Panemi Macedonici, vndecima Munychionis Calippici. Præterea periodum Macedonicam eandem fuiſſe cum Olympica. Erat annus 714 Iphiti, & proinde 30 periodi decimæ Olympicæ. Erat præterea annus quadrageſimus quartæ periodi Calippicæ. In Tabula Neomeniarum Calippicarum, e regione anni 40, ſub titulo Munychionis, in communi angulo, habes 9 Aprilis. Id eſt, 9 Aprilis fuit neomenia Munychionis Calippici prytanias. ſi vndecima Munychionis incidit in 26 Panemi popularis, ergo neomenia Munychionis incidit in XVI menſis popularis: & proinde 9 Aprilis fuit XVI menſis popularis. & conſequenter 25 Mart. fuit neomenia ipſius menſis popularis. In libro primo, in Tabula neomeniarum Atticarum, e regione 30 anni, neomenia Elaphebolionis incidit in 25 Martij, qui conueniebat tunc in Panemum Macedonicum. Quare, quod propoſitum fuit, demonſtratum eſt. At eo anno in periodo Attica alia ratio fuiſſet. Siquidem neomenia Munychionis prytanias incidit eo anno in δωδεκάτην ἐλαφηβολιῶνος ἱσαμένου. Erat enim is annus ſexageſimus octauus periodi Atticæ. Quid elegantius hac methodo? quid ſuauius cognitione harum rerum? Aliter & expeditius. Eſto propoſitus annus periodi prytanias 59, item Idus Apriles. Volo ſcire cui menſi prytanias, & quotæ menſis prytanias reſpondeant Idus Apriles. In Parapegmate, ſub Krione, e regione Iduum Aprilium, notati ſunt anni prytanias 7, 45, 64. Sed annus 59 non occurrit. Aſcendendo vide vbi proxime occurrat. Et quidem offert ſe in XVI Krionos Attici, VI Eid. Aprilis cum menſe Munychione. Dies Iduum eſt quinta ab eo. Aio igitur in anno 59 prytanias Idus Apriles fuiſſe πέμπτην Μουνυχιῶνος πρυτανείας. Ita ſine vllo labore omnes epochas dierum Iulianorum ad dies prytanias, & contra conferes.

Reliqua

A harum rerum? Reliqua per te tuo ductu percipies. Quanto vſui ſit & parapegma, & Tabula menſium Prytanias in ratione temporum, quiuis, qui laborem non grauabitur, periclitari poterit. Quomodo autem neomeniæ πρυτανείας erogatæ ſint per contextum totius periodi, ex libro ſecundo diſcere potuiſti. Neque enim vulgata adhuc erat ea methodus: quam ex veſtigiis ſententiæ Gemini odorati ſumus. Sciendum autem, in menſe Februario a nobis poſitum bis PRID. KAL. MART. propter biſextum, quia altera dies PRID. KAL. MART. eſt 29 Februarij in anno biſextili: & propterea bis poſuimus octauam menſis Solaris in parapegmate, hoc eſt bis, Η ΙΧΘΥΩΝΟΣ. Hoc monui, ne quis erratum putet. Vbi autem eſt ſimpliciter ΣΚΙΡ-
B ΡΟΦΟΡΙΩΝ, ſcito eum annum eſſe communem. Vbi vero adiungitur ΠΡΟΤΕΡΟΣ & ΔΕΥΤΕΡΟΣ, is annus eſt ἐμβολιμαῖος. Itaque ΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΚΒ indicat annum XXII in periodo habere Schirrhophorionem priorem & poſteriorem, &c. Ex his vides veram deſcriptionem menſium cæleſtium, ex ſententia Metonis, Euctemonis, Calippi: a qua diſcrepat Eudoxus, quem ſequuti ſunt Doſitheus, & Eratoſthenes. Nam πρώτη Αἰγῶνος Eudoxi eſt τετάρτη αἰγῶνος Metonici, Euctemonici, & Calippici. Rurſus πρώτη Κενῶνος Eudoxei eſt ἕκτη Κενῶνος Metonici, Euctemonici, Calippici. Neque hoc mirum videri debet. Nam Octaeterida cum parapegmate ſuo conſcripſit in Ægypto Eudoxus. Ægyptij autem,
C quantum diuinare licet, nullum aliud æquinoctium vernum hactenus norant, præter illud Nabonaſſari, quod incurrebat in XXVIII Martij, quæ fuit ſedes Neomeniæ Paophi initio Nabonaſſari. vbi hodie eſt neomenia Niſan Solaris Samaritarum. Nam & quibus temporibus Eudoxus ſcribebat ſuam Octaeterida, non ſolum opinio erat, eo anno Iſiorum ſolenni brumæ ſidus confectum fuiſſe, ſed etiam in poſterum omnes fere Ægyptij etiam doctiores crediderunt in Iſiis ſemper brumam confici, cum tamen menſes Ægyptiorum vagi eſſent: quem errorem tandem caſtigare conatus eſt Eratoſthenes commentario ſuo in Octaeterida Eudoxi: ſed fruſtra, quantum ex verbis Gemini odorari poſſumus. Æquinoctium vero autumna-
D le huius Parapegmatis Attici eſt verum Æquinoctium Hipparchi, inſtrumentis Sciotericis ab eo deprehenſum: vnde ipſe Hipparchus incepit magnam ſuam periodum 304 annorum, & parapegma ſuum. Plinius libro XVIII multa fideliter ex hoc parapegmate Attico producit, ſed fere omnia vno die citius, quam habet deſcriptio huius Parapegmatis. Quod verum per omnia eſſe comperies, ſiquidem Pliniana cum illis contendas. At quæ ex Cæſaris Parapegmate ab eo adducuntur, fere in omnibus ab Ouidianis diſcedunt. Quod nec ipſum

mirari debemus. Nam Ouidius parapegma multorum veterum, A non autem Sosigenis, sequi se profitetur. Cum enim in eorum laudes, qui parapegmata scripsissent, laxius expatiatus esset, subiicit tandem:

Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis,
Ponemusque vagos ad sua signa dies.

Extat liber nomine Ptolemæi de ortu & occasu siderum, Latine a Nic. Leonico conuersus, qui cum Ouidio ita conuenit, vt alterutrum ex altero mutuatum credas. Et sane mirum, si fœtus Ptolemæi est ille liber, vt titulus fert, & confirmat Suidas, qui factum, vt ille Romanis potius, quam Actiacis Alexandrinorum suorum vsus sit mensibus? Hoc ego satis mirari non possum: & mihi potius parapegma Romanum videtur, quam Ægyptiacum, & vltra sæculum Pto- B lemæi. Vtinam vero editus esset Græce, siquidem hodie in quibusdam Italiæ bibliothecis extat. Sed cum Suidas dicat Ptolemæum duos libros scripsisse περὶ φάσεως ἀπλανῶν, non videtur esse hic liber, qui vulgo extat. Quare nunquam adduci potero, vt credam Ptolemæi esse; & vetustior, vt iam dixi, videtur. Mendose autem Παρθενῶνα triginta tantum dies habere in parapegmate Attico. quo factum, vt æquinoctium vernum Metonis statuatur in XXIV Martij, cum deberet in XXVI: bruma autem in XXV Decembris, non, vbi debebat, in XXVI. Æquinoctium vero autumnale in 27 Septembris, (quod est æquinoctium Hipparchi) non autem in 28. At Sosigenes Metonis & brumam, & æquinoctium vernum retinuit, C cum subinde ter se corrigeret, nihil aliud quam dubitare professus. Sed vide hallucinationem illorum omnium, nedum vnius Sosigenis. Hæserat in eorum animis, æquinoctia, brumam & solstitium confici in octauis partibus Dodecatemoriorum. Itaque quia in XXV Martij conficitur sidus æquinoctij, ergo, inquiebant, XXV Martij est octaua pars Arietis: & propterea XVIII Martij est initium Arietis, XVII Iunij initium Cancri, XVII Septembris initium Libræ, XVIII deniq; Decembris initium Capricorni. Hæc fuit opinio Sosigenis, Varronis, Ouidij, Columellæ, & Plinij, & Ptolemæi in illo libro inerrantium stellarum, (si quidem Ptolemæus est,) In quo Sol ingreditur Aquarium XVII KAL. FEB. & XV KAL. MART. ingredi- D tur Pisces. Quod si ita putauit Sosigenes, quare persuasit Cæsari Kalen. Aprilis esse octauam partem Arietis, Kal. Iulij itidem octauam partem Iulij? Neque enim aliunde pendet ratio descriptionis mensium Iulianorum, quam ex ea opinione. Et sane vero verius est, primum ita visum Sosigeni. Post editionem vero anni Iuliani, atque adeo post cædem Iulij, ipse, vt Plinius notat, trinis commentationibus nunquam cessauit addubitare de toto hoc negotio, quo tempore sine

A re ſine dubio mutauit ſententiam, & octauas partes ſignorum a Kal. menſium,in antecedentia ſummouit. In quo prodidit incertam non ſolum ſuam, ſed aliorum æqualium ſui ſæculi ſententiam. Quod autem vetuſtiſſima res ſit opinio de æquinoctiis, ſolſtitiis, & brumali ſidere, ea confici in octauis partibus ſignorum, argumento fuerit vetuſtas ipſius rei. Nam circa aut paullo ante initium Olympiadum id accidebat; quo tempore dodecatemoria in tot partes, quot hodie, non diuidebantur. Primus omnium Græcorum eas octauas partes Cleoſtratus Tenedius in ſuo parapegmate prodidit. quod ex Plinio & Hygino ſuſpicari potius, quam colligere licet. quanquam non dubitamus, quin vere colligi poſſit. Porro notabis in methodo Calippi in
B XIX annis eandem neomeniam bis reperiri in eadem die: quod tamen ex motu medio Lunæ nunquam accidit. Exemplum. In anno XXX Periodi Calippicæ, Elaphebolionis neomenia committitur in VII Ichthyonis. At in anno XLI iterum neomenia Elaphebolionis in eadem die, cum tamen interuallum ſit XI annorum duntaxat, non autem XIX annorum. Tantum enim interuallum debet eſſe, vt nouilunium in eundem diem incurrat. Atqui videbis contra accidiſſe in hoc parapegmate, idque propter methodum Calippi, de qua ſatis in libro ſecundo.

DE PARAPEGMATE CHALDAICO.

C

CHALDAICVM parapegma propoſitum fuit Aſſyriis & Babyloniis, & Syris cum periodo Calippica. Plinius libro XVIII de hac re loquens, *Addidere*, inquit, *difficultatem & auctores diuerſis in locis obſeruando, mox etiam in iiſdem diuerſa prodendo. Tres autem fuere ſectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit quartam apud nos Cæſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens, Soſigene perito eius ſcientiæ adhibito.* Manifeſto indicat trium illarum ſectarum, quas vocat, obſeruationes in menſes quidem Solares deſcriptas, ſed cæleſtes, vt Cæſarianam in ciuiles. Quoties autem idem Plinius in Aſſyria aliquod aſtrum oriri aut occidere notat, ſcito ex
D parapegmate Chaldaico hoc hauſiſſe, quod alibi obiter monuiſſe meminimus. Poteramus ex Plinio & aliis veteribus obſeruationes in parapegma Aſſyrium coniicere cum neomeniis Syrorum & Syromacedonum Calippicis, niſi tædium lectoris veriti eſſemus, cum interea per nos liberum ſit vnicuique, exemplo Attici parapegmatis Chaldaicum conſtruere.

DE PARAPEGMATE PHILADELPHI DIONYSIANO. A

EXEMPLO Metonis, Euctemonis, & Calippi, Dionysius mathematicus Ptolemæo Philadelpho charus parapegma Ægyptiacum descripsit, in quo parapegmate nihil putamus noui excogitatum ab eo, sed tantum ex illo annum instituisse ciuilem, initio ducto a primo anno ipsius Philadelphi: cuius quidem epochæ annorum ciuilis meminit Iesus filius Sirach sapientissimus inter Hebræos Gnomographus, in prologo, his verbis: ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας εὗρον (ἄξιον) οὐ μικρᾶς παιδείας ἀφόμοιον (ἐφόδιον) ἀναγκαιότατον ἐθέμην, &c. Euergetes regnauit tantum XXV annis. Itaque isti anni non possunt intelligi de iis, quibus regnauit Euergetes: sed tricesimus octauus Philadelphi erat initium ipsius Euergetæ. Istius autem Dionysij mentio est per transennam apud Plinium lib. VI. cap. XXVII. *Megasthenes*, inquit, *& Dionysius a Philadelpho missus cum regibus Indicis morati sunt.* Anni igitur ciuilis sui initium, vt diximus, sumpsit a primo anno Philadelphi, qui incidebat in annum 463 a meridie Thoth primi Nabonassari, anno tertio Olympiadis 13. Denique satis constat non solum Ægyptios, Chaldæos & Athenienses πίνακας καὶ παραπήγματα, sed & alias gentes suis popularibus edidisse. Cuius rei, vt non semel monuimus, auctor fuit Cleostratus Tene- C dius, eumq; secutus Harpalus Metoni & Euctemoni fenestram aperuit ad prædictionem ἐπισημασιῶν τῶν φαινομένων. Quod & Theo vetus Arati interpres aperit, cum dicit, οἱ δὲ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι καὶ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν περὶ τῶν τοῦ ἡλίου περιφορῶν τῶν ἐννεακαιδεκαετηρίδων, ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοιόσδε ἔσται χειμών, καὶ τοιόνδε ἔαρ, καὶ τοιόνδε θέρος, καὶ τοιόνδε φθινόπωρον, καὶ τοιοίδε ἄνεμοι, καὶ πολλὰ πρὸς βιωφελεῖς χρείας ἀνθρώποις. Quæ manifesto dicta sunt de parapegmatis diuersarum nationum. Nunc ipsum annum Dionysianum discutiamus. Primum anno a Nabonassaro 476, ἀθὺρ κα, qui erat secundum Dionysium XIII, αἰγῶνος ιι, Sol medius erat in 23. 54' Capricorni, hoc est in 24 Capricorni fere. Tempus Iulianum Nabonassari, 18 Ianuarij. D Neomenia igitur αἰγῶνος in 26 Decembris. quod est serius vno die, quam Atticum Parapegma. Rursus anno Philadelphi Dionysiano vno vicesimo, σκορπιῶνος κβ, qui erat Thoth 18 anni a Nabonassaro 484, hoc est 14 Nouembris, Solis medius motus erat in gr. 20. 50'. Scorpionis. Neomenia igitur σκορπιῶνος Dionysiani fuerit in 24 Octobris. mendose. Is error potius fuerit librarij, quam Dionysij. Nam hoc modo, ab initio Scorpionis, ad initium Capricorni, essent dies

solidi

A solidi 62, cum & mediocriter harum rerum periti sciant interuallum illud esse tantum dierum 59. Differentia est tridui. Anno Nabonassari 486, χοιὰκ ιζ', Philadelphi 23, ὑδρεῶνος κθ', Sol in 18. 10' Aquarij. Tempus Iulianum, 11 Februarij. Manifestum mendum, κθ', pro ιθ'. Quod & puero patet. Neomenia igitur ὑδρεῶνος 24 Ianuarij. Et hic quoque serius vno die, quam in Attico anno. Anno eodem Nabonassari φαμενὼθ Λ, Dionysij 23, ζευξῶνος Δ, Solis medius motus in 23. 30' Arietis. Tempus congruit 25 Mai. Absurdissimum mendum. Nam φαμενὼθ Λ, pro φαμενὼθ Δ. Δ & Λ hic, & ιθ', & κθ' in superiore exemplo commutata. Sed ne sic quidem constat de veritate. Nam 26 Aprilis fuit neomenia Phamenoth.
B Nihil vero absurdius, quam 23 gradus Arietis illis temporibus in 26 Aprilis locare, quæ erat in 16 Aprilis. Ego huic loco desperato opem ferre non possum. Anno eodem Nabonassari 486, παῦνὶ Λ, qui erat annus Dionysij 24, λεοντῶνος κη̄, Sol medius in 27. 50' Leonis, hoc est in 28 gradu fere. Tempus Nabonassari Iulianum 23 Augusti. Ergo neomenia λεοντῶνος 27 Iulij. quod vno die citius, quam in anno Attico. Anno Nabonassari 491, φαρμοῦθι ι̅, Dionysiano 28, διδυμῶνος ζ', Sol medius erat in 2. 50' Geminorum, hoc est, in 3 gradu fere. Tempus, 28 Mai. Et hic quoque absurdum mendum. Nam hoc modo neomenia Didymonis fuerit in 22 Mai. Denique anno Nabonassari 507, Epiphi 17, Dionysij 45, παρθενῶνος ι̅, Sol medius in 9. 56' Virginis, hoc est in 10 gradu fere.
C Tempus, 3 Septembris. Neomenia Parthenonis in 26 Augusti. quæ tamen erat in 28 in parapegmate Attico. Mendosi igitur fuerunt menses illi.

DE ANNO COELESTI MVHAMMEDANORVM.

PERVENIT in manus nostras Ephemeris Persica elegantissimis A
ductibus linearum a quodam accurato artifice designata, sed literis adeo impeditis, vt ne multi quidem Muhammedani illam legere possint. Nam cum anno 1583 Tolosæ essem, eamque ostendissem Cypriano monacho Benedictino, qui ex Muhammedano Christianus factus erat, & optime Arabice scribebat, & loquebatur, tamen ne vnum quidem apicem designare potuit, quamuis per horam integram omnes ductus characterum rimatus esset. Nos omnia quidem legimus, & non pauca in illis perplexissimis apicibus assequimur: sed longe plura ignoramus: vt sine magistro omnia intelligere desperauerimus. Sane is liber tanti est, vt si intelligeretur, magnus ex illo fructus ad nos manare potuisset.

LATERCVLVS MENSIVM CÆLESTIVM MVHAMMEDANORVM.

حمل	♈	*Hamal*	31	11 *Martij*	
ثور	♉	*Thaur*	31	11 *Aprilis*	
جوزي	♊	*Guzi*	32	12 *Mai.*	
سرطان	♋	*Sartan*	31	13 *Iuni.*	B
اسد	♌	*Esid*	31	14 *Iuli.*	
سنبل	♍	*Sunbal*	31	14 *Augusti.*	
مازان	♎	*Muzan*	30	14 *Septemb.*	
عقرب	♏	*Ekrab*	30	14 *Octob.*	
قوس	♐	*Quus*	29	13 *Nouemb.*	
جدي	♑	*Gedi*	29	12 *Decemb.*	C
داو	♒	*Delevv*	30	10 *Ianua.*	
حوت	♓	*Hauth*	30	9 *Febru.*	

Primum eius menses ciuiles sunt Iuliani appellationibus Chaldaicis Iudæorum, initio ducto ab Adar, hoc est Martio. Singulis paginis sui menses dicati cum sex filis. In tribus prioribus filis primi sunt dies Mensis Romani, deinde character cycli Solis; postremo dies anni cælestis. cuius initium ab XI Adar, siue Martij Iuliani cum his verbis نهار نوروز سلطاني Dies æquinoctij Imperatorij. Intelligit annum Gelali, de quo infra. D Item دخول افتاب بحمل Ingressus Solis in Arietem. De reliquis tribus filis, in primo erant horæ, quæ aliquando excedunt numerum centenarium; in secundo filo Epactæ. In tertio cyclus decemnouennalis, qui ibi vocatur سال مها ἔτος σελήνης, id est periodus. Cuius methodum nunquam assequi potui. A latere ternorum filorum varia annotata sunt, Persice, & semiarabice. Persice

A sice quidem a latere cycli decemnouennalis, quæ non intelligo. Persice partim, partim Arabice, partim semiarabice e regione dierum mensis Romani notati erant ortus & occasus siderum ex parapegmatis Græcis. aliquando etiam historica quædam Muhammedica, vt Decessus Phetimæ prophetissæ, cuius meminit Leo Africanus in sua Africa. is dies notatus est e regione 27 Canun prioris, id est, Decembris وفات فاطمه رضى الله عنها Decessus Phetimæ, propitietur ei Deus. Item e regione x Canun posterioris, id est Ianuarij وفات ابوبكر رضى الله عنه Decessus AbuBoker, propitietur ei Deus. Et alibi aliquot aliorum pseudoprophetarum com-
B memoratio extat. E regione xvi Tisrin posterioris, hoc est Nouembris, ابتدا ء صوم كفار Initium Ieiunij Caphar. Per Caphar intelligunt Christianos negantes prophetiam Muhammedis. Hoc ieiunium plane Christianorum est. Nam illud est vnum ex quatuor ieiuniis, quod Æthiopes ELIAS vocant, Moschouitæ PHILIPPVS. Longum esset, quæ ad eiusmodi cultus & ritus pertinent, annotare. Sunt enim alia multa. Sed, quod mireris, ibi & quædam Christiana sunt. Nam e regione xxv Canun prioris, hoc est Decembris, perspicue scriptum est ميلاد عيسى Natalis Iesus. item e regione
C xxv Adar, id est Martij, scriptum est, بشارت فريح διαγγελισμὸς τῆς ἀιφεγσωίης. Quæ omnia Christiana sunt. E regione xviii Nisan نزول انجيل سيد مبارك Descensus Euangelij Domini benedicti. Quid per hæc intelligit? Nam Euangelium Christi manifesto intelligit. Item in xvii Canun posterioris مولود موسي Natus Moses. At quæ pertinent ad parapegma, & annum cœlestem, longe plurima sunt, quæ omnia si intelligeremus, multum inde iuuaremur. Multorum siderum occasus, multorum ortus referuntur. Occasum vocat نزول descensum, ἀνατολὴν طلوع
D ἐπιτολὴν شرف. vt شرف فرخ ἐπιτολὴ ὄρνιθος, e regione vii Canun posterioris, siue Ianuarij. quanquam propriè شرف est apparentia, item ὕψωμα, vt e regione xxix Ab, id est Augusti, شرف عطارد. ὕψωμα ἑρμοῦ. e regione xxix Adar, id est Martij, شرف افتاب ὕψωμα ἡλίου. E regione xiiii Nisan, aut Aprilis, شرف قمر ὕψωμα σελήνης. In xxviii Martij نوروز حررث NEVRVZ HARARATH.

æquinoctium Chararath. Scimus hic quidem æquinoctium Nabonaſſari deſignari. Nam primo anno Nabonaſſari neomenia Thoth fuit initio Piſcium, neomenia Paophi initio Arietis. Sed quare HARARATH, neſcio. & eo quidem æquinoctio, vt alibi diximus, vſus eſt Eudoxus. In XIIII Septembris, vel Elul: نوروز مهرجان NEVRVZ MEHARGIAN. Ita vocat Perſice æquinoctium Autumni. In XXII Ijar, aut Mai, طلوع ثريا وغروب الاكليل, ἀνατολὴ τῆς ὑάδων καὶ δύσις τοῦ στεφάνου. Sed ortus & occaſus, ἀνατολαὶ καὶ δύσεις, item ἐπιτολαὶ καὶ κρύψεις τῶν ἀπλανῶν, ibi accuratiſſime vbiq; annotatæ ſunt: neque hoc ſolum, ſed & affectus temporum, ventorum, caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatis ἐπισημασίαι, vt in parapegmate Græco ſcriptæ ſunt: vt Kal. Mai خمس اخر مطر αὐχμὸς μετὰ ὑετόν. In v Nouembris, خمس الكبر αὐχμὸς ἰσχυρότατος. XVIII Mai ابتداء الحر والام ἀρχὴ τοῦ καύματος καὶ τοῦ πόνου. Denique intereſſet ſtudioſorum illam ephemeridem non ignorari. Nos menſes cæleſtes ſupra in laterculum coniecimus cum numero dierum & epochis Iulianis. Hoc tantum eſt, quod potuimus. Reliqua ſine magiſtro interpretari velle, hoc vero eſt fruſtra æſtuare. Porro menſes cæleſtes Arabes vocant شهوري بروج item شهوري كوبين

DE ANNIS EMENDATIS.

HACTENVS eos annos recenſuimus, qui æquabiles dicuntur. Nam Perſicus, Ægyptiacus, Armeniacus annus æquabilis dicitur comparatione Iuliani. Iuliano enim ad exæquationem temporis quadrans adhibetur. Illi autem vltra 365 dies nihil præterea ſupereſt. Contra Iulianus annus æquabilis eſt ratione Tropici. Quod portio, quæ ſuperat dies 365, quã Hipparchus vocat τὸ ἐπιτρέχον μόριον, minor ſit modo quadrantis. Hoc omnium primus animaduertit Hipparchus emendator errorum popularium Aſtronomiæ. Primus enim vidit μετάπτωσιν fieri anni Tropici ſupra illum annum, cui quadrans attributus eſſet. μετάπτωσις autem eſt motus a fixo puncto: & fit dupliciter. aut enim in anteriora, aut in conſequentia: vt Aſtronomi loquuntur, εἰς τὰ προηγούμενα, καὶ εἰς τὰ ἑπόμενα. μετάπτωσις εἰς τὰ προηγούμενα dicitur προέμπτωσις. μετάπτωσις εἰς τὰ ἑπόμενα, eſt μετέμπτωσις. προέμπτωσις fit, cum annus anteuertit priſcam epocham. Vt Lunares enneadecaeterides in 304 annis anteuertunt priſcam epochen die ſolido, æquinoctia autem in 135. μετέμπτωσις fit, cum annus priſcam epochen moratur. Vt in cyclo Biſexti vitioſi, in XXXVII annis, ordinatio Iuliana incipiebat morari ſidera toto triduo, vt te-

A vt testatur Plinius. Item Octaeteris Harpali in 152 annis, mense integro relinquebat ante se epocham Brumæ Atticam, vnde profecta erat. Item 21 Merkedonij totidem diebus morabantur antiquam epocham anni Romani, quot erant Merkedonij. Ex hac diuisione nascitur triplex genus anni emendati: Annus προεμπτώσεως ἐννεαδεκαετηρικῆς: Annus προεμπτώσεως ἰσημερινῆς: Annus μετεμπτώσεως σεληναϊκῆς. Primus & tertius pertinent ad Lunam. Vterque enim fit per μετάπτωσιν σελήνης. Secundus totus est Solis. De quibus singillatim dicendum est.

DE ANNO ΠΡΟΕΜΠΤΩΣΕΩΣ
B
ΕΝΝΕΑΔΕΚΑΕΤΗΡΙΚΗΣ.

ANNVS προεμπτώσεως ἐννεαδεκαετηρικῆς est annus Iulianus deminutus nonadecima parte differentiæ enneadecaeteridis Iulianæ, & Lunaris. Differentia vtriusque enneadecaeteridis, hor. 1, 485. Nonadecima portio differentiæ scrup. 82, momenta enneadecaeterica 7. vel quod idem est $\frac{28}{76}$. Quæ detracta de quantitate anni Iuliani relinquunt modum anni προεμπτώσεως ἐννεαδεκαετηρικῆς, dierum 365, hor. 5, scrupulorum Chald. 997. momentorum 48. Quæ sunt sexagesimæ horariæ 55', 23", 20"', $\frac{7}{19}$. Quare in 17 cyclis enneadecaetericis fiet προέμπτωσις σελήνης, diei vnius, horæ 0, 685.
C Quod verum experiere, si cyclos 17, hoc est annos 323, in dies 365, hor. 5, scrup. 997, momenta 28 duxeris, & totidem annos Iulianos, nempe 323, cum illis comparaueris. ὑπεροχὴ enim annorum Solarium supra Lunares eadem exibit, diei scilicet vnius, hor. 0, 685. Hipparchus disputans de modo anni Tropici supra æquabilem, hoc est Iulianum nostrum, deprehendit annum verum Tropicum habere minus quadrante scrup. 4', 48". Hoc est quantitatem anni veri, præter 365 dies, esse hor. 5, scrup. 55', 12". Quod ipsemet testatur his verbis: Συντέταχα δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου ἐν βιβλίῳ ἑνί, ἐν ᾧ ἀποδεικνύω, ὅτι ὁ καθ' ἥλιον ἐνιαυτὸς (τοῦτο δὲ γίνεται ὁ χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τὴν αὐτὴν τροπὴν παραγίνεται), ἢ ἀπὸ ἰσημερίας ἐπὶ
D τὴν αὐτὴν ἰσημερίαν) περιέχει ἡμέρας τξε, καὶ ἔλαττον ἢ τεταρτημόριον ἡμέρας, τριακοστῷ ἔγγιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας, καὶ νυκτός. Vnde autem colligat hoc, rationem reddit alio loco: ἡμεῖς δὲ μῆνας μὲν ὅλους εὑρίσκομεν περιεχομένους ἐν τοῖς ιθ ἔτεσιν, ὅσους κἀκεῖνοι, (Calippus & Meton) τὸν δὲ ἐνιαυτὸν ἔτι καὶ τοῦ τεταρτημορίου ἔλαττον ἐπιλαμβάνοντα μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας, ὡς ἐν τοῖς τ ἔτεσιν ἐλλείπειν παρὰ μὲν Μέτωνα ἡμέρας ε, παρὰ δὲ τὸν Κάλιππον ἡμέραν α. Hæc verba supra etiam in anno Lunari adduximus. Sed necessario hic repetenda fuerunt. Prodidit causam suspicio-

suspicionis suæ Hipparchus, quare ea quantitate quadrantem anni A Iuliani deminueret: quia scilicet in 16 cyclis Calippicis Luna anteuertetet epocham Calippicam die solido. Calippus vero enneadecaeteridas quatuor Lunares cum totidem Iulianis exæquauerat. ac ne pilum quidem vtramque inter se differre arbitrabatur. At Hipparchus in quatuor periodis Calippicis, hoc est annis 304, diem vnum προεμπτώσεως Lunæ deprehendit. Quare neglectis 4 annis, diuisa quantitate vnius diei in 300 annos, inuenit vno anno detrahenda scrupula 4', $\frac{4}{5}$. hoc est 4', 48''. Hinc non solum collegit eum esse modum anni veri, & Tropici, sed etiam Ptolemæo 286 annis post se persuasit, Solis quantitatem ἐκ τῆς ἀποκαταστάσεως συζυγιῶν æstimandam esse. Quare Astronomi nostræ ætatis, quamuis eruditissimi, nunquam animaduerterunt, quare Ptolemæus post Hipparchum censuerit de quadrante Solis, supra 365 dies, detrahenda esse scrup. 4'. 48''. B Id enim serio putant ab eo, & ante eum ab Hipparcho ex obseruatione æquinoctiorum instrumentis astrolabicis obseruatum: cum id non solum ex cyclis enneadecaetericis obseruatum sit, sed ea sit differentia non anni Iuliani & Tropici, sed portio nonadecima differentiæ inter vtramque enneadecaeteridem, Iulianam, & Lunarem. Quid? non doctissimi ætatis nostræ astronomi scribunt, Hipparchum anni metas huc vsque fluctuantes apud omnes nationes ab æquinoctiis ex Solis conuersione diebus trecentis sexaginta quinque, horis quinque, scrup. 55', easque potissimum ex Metonis, & Euctemonis obseruationibus cum suis denuo collatis determinasse? Adeo supine & oscitanter legerunt Ptolemæum suum. C Apud eum enim verba Hipparchi sonant, ex syzygiis enneadecaetericis collectam fuisse eam quantitatem anni. Sed sciant isti, & omnes hactenus, qui hæc non animaduerterunt, non solum Hipparchum cum veteribus ipsis, Metone, & Calippo, sed etiam Ptolemæum ipsum cum Hipparcho veram quantitatem anni Ttopici eruere conatos ex collatione enneadecaeteridum Lunarium, & æquabilium Iulianarum. In 16 enim cyclis nihil reliquum de ratione scrupularia Solis & Lunæ fieri arbitratus est Hipparchus. Quare hanc quantitatem differentiæ, vt diximus, per 300 diuisam, putauit esse differentiam anni Iuliani & Tropici. De- D nique vbicunque illi veteres ἀποκαταστάσεων συζυγιῶν fieri putarunt, ibi & τροπὴν Solis esse statuerunt. quod quam absurdum sit, Solis motum ex Lunari æstimare, nemo non videt. Igitur quantitas anni Tropici ab Hippatcho primum, deinde Ptolemęo assignata nihil aliud est, quam modus anni Iuliani nonadecima parte differentiæ vtriusque enneadecaeteridis mutilatus. Ea, vt diximus, est scrup. 4', 48''. nostra 82, $\frac{7}{19}$. hoc est 4', 33'', 20''', $\frac{7}{19}$. Differentia, scrup. 0', 14'', 39''', $\frac{12}{19}$.

Hic an-

A Hic annus constat mensibus duodecim alternis plenis & cauis, & diebus præterea vndecim. Ij menses nunquam congruunt cum Lunæ cursu, nisi anno primo enneadecaeteridis. In reliquis variant nouilunia: quæ designantur per terminos nouiluniorum, siue residua epactarum. In primo anno enneadecaeteridis, epactæ nullæ sunt: Termini 30. In secundo epactæ XI, Termini XIX. & sic deinceps, donec ad caput enneadecaeteridis denuo redeatur. Denique primus annus numeri aurei huius anni est 19 nostri semper. Neque vnquam variat ratio in epactis: quod tamen fit in hoc nostro anno Iuliano, propter προέμπτωσιν Lunæ. Caput autem huius anni est in secunda Aprilis, anno primo periodi Iudaicæ, feria quarta, cyclo B Solis secundo, cyclo Lunæ Dionysiano quarto. Operæ pretium igitur videre προέμπτωσιν σελήνης in tot annis, quot a capite periodi Iulianæ putantur. Nihil enim est pulchrius, quam hæc scire, præsertim cum ea res tam male a conditoribus cycli Paschalis curata sit: qui ignoratione huius rei vtilissimæ simul & iucundissimæ, ex hoc capite incommoda multa atque errores in posteros deriuarunt. Subiiciam igitur Tabulam primum annorum expansorum, ex methodo Rabbi Addà vetustissimi Iudæorum Doctoris, vsque ad 114 annos, vt in nouiluniis Iudaicis fecimus. deinde similem annorum collectorum addemus. Postremo amplius vtilitates huius doctrinæ explicabimus.

TABV-

TABVLA ANNORVM EXPANSORVM
RABBI ADDA.

Anni expans.	Quantitas anni solaris Rabbi Adda.				Differentia.			
	Feria.	Horae.	Scrup. 1080.	Momenta 76.	Horae.	Scrup. 1080.	Momenta 76.	A
1	1	5	997	48	0	82	28	
2	2	11	915	20	0	164	56	
3	3	17	832	68	0	247	8	
4	4	23	750	40	0	329	36	
5	6	5	668	12	0	411	64	
6	7	11	585	60	0	494	16	
7	1	17	503	32	0	576	44	
8	2	23	411	4	0	658	72	
9	4	5	338	52	0	741	24	
10	5	11	256	24	0	823	52	
11	6	17	173	72	0	906	4	
12	7	23	91	44	0	988	32	
13	2	5	9	16	0	1070	60	
14	3	10	1006	64	1	73	12	
15	4	16	924	36	1	155	40	
16	5	22	842	8	1	237	68	
17	7	4	759	56	1	320	20	
18	1	10	677	28	1	402	48	
19	2	16	595	0	1	485	0	
20	3	22	512	48	1	567	28	
21	5	4	430	20	1	649	56	
22	6	10	347	68	1	732	8	
23	7	16	265	40	1	814	36	
24	1	22	183	12	1	896	64	
25	3	4	100	60	1	979	16	
26	4	10	18	32	1	1061	44	
27	5	15	1016	4	2	63	72	
28	6	21	933	52	2	146	24	
29	1	3	851	24	2	228	52	
30	2	9	768	72	2	311	4	
31	3	15	686	44	2	393	32	
32	4	21	604	16	2	475	60	
33	6	3	521	64	2	558	12	
34	7	9	439	36	2	640	40	
35	1	15	357	8	2	722	68	
36	2	21	274	56	2	805	20	
37	4	3	192	28	2	887	48	
38	5	9	110	48	2	970	0	
39	6	15	27	48	2	1052	28	
40	7	20	1025	20	3	54	56	
41	2	2	942	68	3	137	8	
42	3	8	860	40	3	219	36	
43	4	14	778	12	3	301	64	
44	5	20	695	60	3	384	16	
45	7	2	613	32	3	466	44	
46	1	8	531	4	3	548	72	
47	2	14	448	52	3	631	24	B
48	3	20	366	24	3	713	52	
49	5	2	283	72	3	796	4	
50	6	8	201	44	3	878	32	
51	7	14	119	16	3	960	60	
52	1	20	36	64	3	1043	12	
53	3	1	1034	36	4	45	40	
54	4	7	952	8	4	127	68	
55	5	13	869	56	4	210	20	
56	6	19	787	28	4	292	48	
57	1	1	705	0	4	375	0	
58	2	7	622	48	4	457	28	
59	3	13	540	20	4	539	56	
60	4	19	457	68	4	622	8	
61	6	1	375	40	4	704	36	
62	7	7	293	12	4	786	64	
63	1	13	210	60	4	869	16	C
64	2	19	128	32	4	951	44	
65	4	1	46	4	4	1033	72	
66	5	6	1043	52	5	36	24	
67	6	12	961	24	5	118	52	
68	7	18	878	72	5	201	4	
69	2	0	796	44	5	283	32	
70	3	6	714	16	5	365	60	
71	4	12	631	64	5	448	12	
72	5	18	549	36	5	530	40	
73	7	0	467	8	5	612	68	
74	1	6	384	56	5	695	20	
75	2	12	302	28	5	777	48	
76	3	18	220	0	5	860	0	
77	5	0	137	48	5	942	28	
78	6	6	55	20	5	1024	56	D
79	7	11	1052	68	6	27	8	
80	1	17	970	40	6	109	36	
81	2	23	888	12	6	191	64	
82	4	5	805	60	6	274	16	
83	5	11	723	32	6	356	44	
84	6	17	641	4	6	438	72	
85	7	23	558	52	6	521	24	
86	2	5	476	24	6	603	52	

QVAN-

A

		QVANTITAS ANNI SOLARIS RABBI ADDA.				DIFFERENTIA.		
		Feriæ.	Horæ.	Scrup. 1080.	Momenta 76.	Horæ.	Scrup. 1080.	Momenta 76.
	87	3	11	393	72	6	686	4
	88	4	17	311	44	6	768	32
	89	5	23	229	16	6	850	60
	90	7	5	146	64	6	933	12
	91	1	11	64	36	6	1015	40
	92	2	16	1062	8	7	17	68
	93	[illegible]	22	979	56	7	100	20
	94	5	4	897	28	7	182	48
	95	6	10	815	0	7	265	0
	96	7	16	732	48	7	347	28
B	97	1	22	650	20	7	429	56
	98	3	4	567	68	7	512	8
	99	4	10	485	40	7	594	36
	100	5	16	403	12	7	676	64
	101	6	22	320	60	7	759	16
	102	1	4	238	32	7	841	44
	103	2	10	156	4	7	923	72
	104	3	16	73	52	7	1006	24
	105	4	21	1071	24	8	8	56
	106	6	3	988	72	8	91	4
	107	7	9	906	44	8	173	32
	108	1	15	824	16	8	255	60
	109	2	21	741	64	8	338	12
	110	4	3	659	36	8	1420	40
	111	5	9	577	8	8	502	68
	112	6	15	494	56	8	585	20
C	113	7	21	412	28	8	667	48
	114	2	3	330	0	8	750	0

DIFFERENTIA ENNEADECAETERIDVM RABBI ADDA, ET SIDEREARVM.

	Dies.	Horæ.		
1	0	1	502	
2	0	2	1004	
3	0	4	426	
4	0	5	928	
5	0	7	350	
6	0	8	852	
7	0	10	274	
8	0	11	776	
9	0	13	198	
10	0	14	700	
17	1	0	974	Differentia Cycl. 17 & Sid.
17	1	0	685	Diff. 17. Cycl. ☽ & anni sol.

DIFFERENTIA ANNI SIDEREI ET ANNI RABBI ADDA.

	Dies.	Horæ.		
1	0	0	248	28
2	0	0	496	56
3	0	0	745	8
4	0	0	993	36
5	0	1	161	64
6	0	1	410	16
7	0	1	658	44
8	0	1	906	72
9	0	2	75	24
10	0	2	323	52
20	0	4	647	28
30	0	6	971	4
40	0	9	214	56
50	0	11	538	32
60	0	13	862	8
70	0	16	105	60
80	0	18	429	36
90	0	20	753	12
100	0	22	1076	64
105	0	0	58	52

D

ΠΡΟΗΓΗΣΙΣ ΙΣΗμερινὴ in Anno Rabbi Adda.

1	0	0	111	48
2	0	0	223	20
3	0	0	334	68
4	0	0	446	40
5	0	0	558	12
6	0	0	669	60
7	0	0	781	32
8	0	0	893	4
9	0	0	1004	52
10	0	1	36	24
20	0	2	72	48
30	0	3	108	72
40	0	4	145	20
50	0	5	181	44
60	0	6	217	68
70	0	7	254	16
80	0	8	290	40
90	0	9	326	64
100	0	10	363	12
200	0	20	726	24
300	1	7	9	36
400	1	17	372	48
500	2	3	735	60
600	2	14	18	72
700	3	0	382	80
800	3	10	745	26
900	3	21	28	32
1000	4	7	391	44
2000	8	14	783	12
3000	12	22	94	56
4000	17	5	486	24
5000	21	12	877	68
6000	25	20	189	36
7000	30	3	581	4
8000	34	10	972	48
9000	38	18	284	16

In 191. annis fit periodus feriarum 7. o 29. 16.

 A

TABVLA ANNORVM COLLECTORVM RABBI ADDA.

Anni collecti.	Quantitas anni solaris Rabbi Adda. Feria.	Horae.	Scrup. 1080.	Differentia. Dies.	Horae.	Scrup. 1080.
114	2	3	330	0	8	750
228	4	6	660	0	17	420
342	6	9	990	1	2	90
456	1	13	240	1	10	840
570	3	16	570	1	19	510
684	5	19	900	2	4	180
798	7	23	150	2	12	930
912	3	2	480	2	21	600
1026	5	5	810	3	6	270
1140	7	9	60	3	14	1020
1254	2	12	390	3	23	690
1368	4	15	720	4	8	360
1482	6	18	1050	4	17	30
1596	1	22	300	5	1	780
1710	4	1	630	5	10	450
1824	6	4	960	5	19	220
1938	1	8	210	6	3	870
2052	3	11	540	6	12	540
2166	5	14	870	6	21	210
2280	7	18	120	7	5	960
2394	2	21	450	7	14	530
2508	5	0	780	7	23	300
2622	7	4	30	8	7	1050
2736	2	7	360	8	16	720
2850	4	10	690	9	1	390
2964	6	13	1020	9	10	60
3078	1	17	270	9	18	810
3192	3	20	600	10	3	480
3306	5	23	930	10	12	150
3420	1	3	180	10	20	900
3534	3	6	510	11	5	570
3648	5	9	840	11	14	240
3762	7	13	90	11	22	990
3876	2	16	420	12	7	660
3990	4	19	750	12	16	330
4104	6	23	0	13	1	0
4218	2	2	330	13	9	750
4332	4	5	660	13	18	420
4446	6	8	990	14	3	90
4560	1	12	240	14	11	840
4674	3	15	570	14	20	510
4788	5	18	900	15	5	180
4902	7	22	150	15	13	930

Anni collecti.	Quantitas anni solaris Rabbi Adda. Feria.	Horae.	Scrup. 1080.	Differentia. Dies.	Horae.	Scrup. 1080.
5016	3	1	480	15	22	600
5130	5	4	810	16	7	270
5244	7	8	60	16	15	1020
5358	2	11	390	17	0	690
5472	4	14	720	17	9	360
5586	6	17	1050	17	17	30
5700	1	21	300	18	2	780
5814	4	0	630	18	11	630
5928	6	3	960	18	20	960
6042	1	7	210	19	4	210
6156	3	10	540	19	13	540
6270	5	13	870	19	22	210
6384	7	17	120	20	6	960
6498	2	20	450	20	15	630
6612	4	23	780	21	0	300
6726	7	3	30	21	8	1050
6840	2	6	360	21	17	720

B

DE ANNO RABBI ADDA.

In tabulas duas duplici pagina construximus, annorum expansorum, & collectorum. In priore pagina continetur quantitas anni Solaris προεμπτώσεως σεληνιακῆς, in altera differentia illius anni & Iuliani, hoc est, προέμπτωσις σεληνιακή. Rabbi Ada, vel, vt Epiphanius scribit, Ἀδδᾶ, videns in 600 annis & amplius, a Calippo ad sua tempora, rationes periodi Seleucidarum in peius ruere, vt biduum integrum epocham neomeniarũ morari inciperent, collatis Hipparchi cũ Calippicis neomeniis, deprehendit hoc vitium receptum ex vsu anni Iuliani, qui iusto Solari longior esset: Quare Hipparchum sequutus, eam anni So-

A ni Solaris quantitatem, quam protulimus, definiuit dierum 365, hor. 5. scrup. $\frac{997}{1080}$. momentorum $\frac{48}{76}$. Itaque verum est, quod scribit Rabbi Haie Hispanus, annum Solarem, qui definitur a Rabbi Adda, esse eum ipsum modum anni, quem Hipparchus terminauit: vt mirari satis non possim, quomodo homo Iudæus, sæculo barbaro natus, diuinare potuerit annum Adda esse annum Hipparchi. Idem autem Rabbi Haie vocat hunc nostrum רב אדא בר אהבה Magistrum ADA Filium Ahaba. Huius anni initium cadit in noctem, quæ secuta est Kalendas Aprilis, litera A, anno primo periodi Iudaicæ, Iulianæ autem 954, cyclo Solis secundo, Lunæ quarto. Ratio hæc est. Annus Solaris Seleucidarum, quo vtuntur hactenus Iudæi, vt toties B diximus, incipit a nocte, quæ sequitur VII Octobris. Annus autem primus Iudaicus hinc incipit, & sequenti Nisan intercalatur bisextum Iudaicum. Quare si statim a nocte, quæ sequitur VI Octobris, in litera A statuatur neomenia Tisri, vt postulat πρόληψις neomeniarum in methodo Iudaica: Neomenia Nisan incipiet a nocte, quæ sequitur, proxime diem Aprilis. Hinc igitur incipit vsus neomeniarum Ecclesiasticarum, atque adeo Tekupharum. Vsum dixi. Nam computus, siue epilogismus Tekupharum incipit ab Autumno. Sed Tekupha Nisan prima est, & ideo familiam ducit. Quare quemadmodum Tekupha vernalis est in secunda Aprilis, ita Solstitialis in secunda Iulij, autumnalis in Kalendis Octobris: Brumalis in vl- C tima Decembris. Atque hæc quidem initio periodi Iudaicæ. Nam hodie propter προεμπτώσεων Lunarem, XVII dies in antecedentia illæ Tekuphæ promotæ sunt, vernalis quidem vsque in XV. Martij, Solstitialis in XV Iunij, autumnalis in XIIII Septembris, brumalis in XIIII Decembris. Contraria prorsus est ratio Tekupharum Rabbi Samuelis. Nam illæ semper hærent in eodem situ dierum Iulianorum. Nihil enim aliud sunt, quam epochæ æquinoctiorum, & solstitiorum Sosigenis. Quare fit, vt menses propter προεμπτώσεων recedant ab illis. Nam ex prolepsi & fictione mathematica, initio periodi Iulianæ, Tekupha Tisri erat in XVII Elul in primo anno cycli Iudaici, in secundo in XXVIII aut XXVII D Elul. Hodie in primo anno cycli Tekupha est in IIII Tisri, in secundo anno peragitur circiter XXV, aut XXIIII Tisri, nisi quid vitij obtulerint Translationes ciuiles. Nam hoc semper excipiendum est in hoc quidem negotio. At contra in ratione anni προεμπτώσεως semper Tekuphæ in eadem die mensis reperiuntur in omnibus primis annis cycli, in alia die immutabili in omnibus secundis annis, nisi, quod iam dixi, aliquid turbauerit Translatio feriæ politica. Nam in primis omnibus an-

nis cycli ordinaria Tekupha est in XXIIII Elul: in omnibus secundis in V Tisri: & ita in omnibus annis immutabilis est situs Tekupharum in diebus mensium, quatenus per Translationes liceat: Cuius rei Laterculum infra subiecimus.

TERMINI TEKVPHARVM RABBI ADDA, IN ANNIS CYCLI LVNARIS.

	Tekupha Autumnalis.	Tekupha Brumalis.	Tekupha Vernalis.	Tekupha Solstitialis.
1	24 Elul	26 Casleu	18 Adar	2 Tamuz
2	5 Tisri	8 Tebeth	12 Nisan	14 Tamuz
3	17 Tisri	19 Tebeth	22 Adar posterioris	25 Sivvan
4	27 Elul	28 Tebeth	3 Nisan	5 Tamuz
5	9 Tisri	10 Tebeth	13 Nisan	16 Tamuz
6	19 Tisri	22 Tebeth	25 Adar posterioris	28 Sivvan
7	1 Tisri	3 Tebeth	7 Nisan	9 Tamuz
8	12 Tisri	14 Tebeth	17 Adar posterioris	19 Sivvan
9	22 Elul	24 Casleu	26 Adar	28 Tamuz
10	3 Tisri	5 Tebeth	9 Nisan	11 Tamuz
11	14 Tisri	17 Tebeth	20 Adar posterioris	23 Sivvan
12	25 Elul	28 Casleu	29 Nisan	3 Tamuz
13	7 Tisri	9 Tebeth	12 Nisan	15 Tamuz
14	18 Tisri	19 Tebeth	21 Adar posterioris	25 Sivvan
15	27 Elul.	28 Tebeth	5 Nisan	7 Tamuz
16	10 Tisri	13 Tebeth	16 Nisan	18 Tamuz
17	22 Tisri	23 Tebeth	25 Adar posterioris	29 Sivvan
18	2 Tisri	3 Tebeth	6 Nisan	9 Tamuz
19	12 Tisri	15 Tebeth	18 Adar posterioris	21 Sivvan

Isti Termini, vt diximus, semper immutabiles manerent, absque translationibus esset. Sed & interuentus bisexti Iudaici turbat ordinem, & alia quoque occurrere transuersa possunt; quæ Tekupham de sedibus suis solicitent. Nunc ad methodum inuestigandæ Tekuphæ veniamus. Diximus vsum ecclesiasticum inire a Tekupha Nisan. Sed computus incipit a Tisri. Primus annus intercalat diem ex quadrantibus collectum. Et tunc Tekupha Nisan nulla scrupula, nullas horas appendices habuit. In omni anno Iudaico, qui sequitur proxime quaternarium, semper dies intercalatur, secundum methodum Samuelis. Puta in annis, 5, 9, 13, 17, 21, 25. & ita deinceps progrediendo per numerum quaternarium. Diuisis itaque annis Iudaicis per quatuor, quantum potest, si vnitas relinquitur, ille est annus, cui competit intercalatio diei. si binarius reliquus est, is est annus secundus a bisexto; & sic vsque ad quartum annum absolutum. Itaque in ratione Tekuphæ Samuelis, in anno, cui competit intercalatio, nulla scrupula, nullæ horæ appendices reliquæ fiunt in Tekupha Nisan, hoc est in nocte, quæ sequitur XXV Martij. Ita etiam in anno Rabbi Adda primus Nisan nulla habuit scrupula reliqua de ratione horaria. Annus est 365 dierum, horarum 5, scrup. 997, momentorum 48. Abiectis omnibus septenariis

A nariis dierum, relinquitur character vnius anni 1, 5,997,48. hoc est, feria prima, horæ 5, scrup. 997, Momenta 48. Quia igitur in primo anno Tekupha Tisri est hora nona in nocte, Tekupha autem Nisan in principio noctis, sine vllis horis, aut scrupulis, interuallum erunt duæ Tekuphæ absolutæ, duo nempe quadrantes dierum 365,5,997,48. hoc est, 182,14,1038,62, vt habes in Laterculo. Adiectis horis 9 Tekuphæ Tisri, fient omnes horæ 23,1038,62. Sed nulla debebant superesse scrupula. Tekupha enim Nisan primi anni nihil aliud est, quam dies solidus ex quatuor

TEKVPHÆ.			
Dies.	Hor.	Scrup. 1080.	Momenta 76.
.91	7	519	31
182	14	1038	62
273	22	478	17
365	5	997	48
R. 3,	9,	41,	14

B quadrantibus conflatus, κατὰ πρόληψιν. At horis 23, 1038, 62, ad diem solidum, desunt horæ 0, 41, 14. Ergo Tekupha Tisri fuit horarum 9, scrup. 41, momentorum 14, feria tertia, Kal. Octob. in litera A, cyclo Solis tam Romano, quam Iudaico primo. Ideo Radix, vt vulgus loquitur, harum Tekupharum Rabbi Adda, est 3, 9, 41, 14, semper adiicienda annis præteritis ex vtraque Tabula collectis. Anno igitur 5355, Tisri fuit 5, 3, 904, feria quinta, Septembris v. Iudæi Palæstini notant Tekupham Rabbi Adda feria 7, hor. 8, scrup. 760, moment. 50, in decima die Tisri. Ex Tabula annorum collectorum accipe numerum annorum præteritorum proxime minorem 5244,

C eique respondentes numeros 7, 8, 60, 0. Reliquos autem annos 110 accipe ex Tabula annorum expansorum, eique e regione congruentes numeros, 4, 3, 659, 36. Quæ summa collecta erit 4, 11, 719, 36. cui adiecta Radix pro anno currente aut ineunte, conflabit characterem Tekuphæ Tisri 7, 20, 760, 50, hoc est feriam septimam, horas viginti ab occasu Solis antecedente, hoc est, horam 8 ab ortu diei sequentis in feria septima, scrupulis 760, momentis 50, vt propositum erat. Iam cum is fuerit annus cycli sextusdecimus, in Tabula Terminorum Tekupha Tisri

5244	7, 8, 60, 0	16,15,1020,0
110	4, 3, 659,36	0, 8, 420,40
5354	4, 11, 719,36	17, 0, 360,40
	3, 9, 41,14	
	7, 20, 760,50	

D in anno xvi cycli incidit in x Tisri. Cum deniq; character huius Tekuphæ fuerit septima, & x Tisri fuerit itidem feria vii, proculdubio ea est vera sedes Tekuphæ, vt etiam notatum est in Kalendario Palæstino. Fuit igitur Tekupha in xiiii Septembris. Quod si ignorarem, hoc ex numeris differentiæ collectis deprehenderem, qui sunt dies 17,0,360,40, vt habes in Diagrammate. Detractis enim 17 diebus ex 31, hoc est ex integro Septembri, & Kalendis Octobris, remanent 14 dies absoluti de Septembri. Iam deprehensa Tekupha

Tisri, reliquæ per adiectionem horarum 7, 519, 31, crescunt. Charaĉteri igitur Tekuphæ Tisri, hoc est 7, 20, 760, 50 adiice, hor. 7, 519, 31. Habes feriam 1, 4, 200, 5 characterem Tekuphæ brumalis. Nam in hoc negotio, vt ex 76 momentis fit vnum scrupulum, & ex 1080 scrupulis vna hora, sic ex 24 horis fit feria: & cum horarum numerus excedit 12, reliquum horarum deputatur diei. Rursus in eodem Kalendario Palæstino Tekuphæ vernalis character est 1, 11, 709, 36. Adiectione hor. 7, 519, 31, habebis feriam 1, 11, 719, 36, characterem Tekuphæ vernalis. Et ita in infinitum. Hæc est vera methodus harum Tekupharum, rei sane pulcherrimæ, in qua deprehendenda sudauimus aliquantum, quod negare non possumus. Suspicor autem, neque me fallit coniectura, huius præclari inuenti diatribam aut disputationem Rabbi Adda extare apud Orientales Iudæos. Vnde enim diuinasset Rabbi Haie Hispanus annum Adda esse annum Hipparchi, nisi Adda ipse indicasset? Et sane Hipparchus, vt iam diximus, intra sexdecim cyclos Lunares vnum diem de rationibus Calippicis perire sentiens, hoc argumento putauit se iustum anni modum deprehendisse, nempe vt de quadrante pars $\frac{1}{304}$ detrahenda sit, vel propter commodiorem vsum calculi $\frac{1}{300}$. quod & Ptolemæus credidit verum. Atque vt Aristarchus octo cyclis absolutis ab Euctemone & Metone solstitium obseruauit, ita Hipparchus XV cyclis ab eadem obseruatione idem fecit: Ptolemæus autem XV cyclis absolutis æquinoctium vernum indagauit post Hipparchi obseruationem. Vt manifeste appareat tres illos summos Mathematicos, cyclorum orbes exspectasse, vt ad eas obseruationes aggrederentur; eamque methodum ideo affectasse, quia ex reditu Lunæ ad Solem in eadem die, crediderunt se veram anni quantitatem assequi posse. Hinc igitur est, quod ex quadrante diei annuo vnam $\frac{1}{304}$, aut $\frac{1}{300}$ detrahendam esse censuerunt.

A

DE ANNO ΠΡΟΗΓΗΣΕΩΣ ΙΣΗΜΕΡΙΝΗΣ.

Qvod Basilæ Olympiæ, Hierophantæ Athenis annum semper definierint dierum CCCLXV, cum quadrante, & quarto quoque anno exacto diem ex quadrantibus excurrentem (quem Cicero mysteria Olympiadum vocat) Basilæ quidem inter VIII, & IX Iulij, Hierophantæ autem inter VII, & VIII Ianuarij intercalarent, satis ex iis, quæ ante a nobis demonstrata sunt, exploratum esse puto. Et quidem σημεῖον θερινὸν ipsis erat in VIII Iulij, vt toties diximus, vbi erat octaua pars asterismi Cancri, paulo ante initium Olympiadum. Vnde puto natum, vt vulgo crederetur sol-
B stitia in octauis partibus signorum confici: quod quidem primus Græcorum deprehendisse videtur Cleostratus Tenedius: cum alioqui nulla necessaria aut naturalis caussa fuisse videatur, cur sedem solstitij octauæ diei Iulij assignarent, nisi quia neomenia mensis Lunaris illius, in cuius plenilunio prima Olympias ab Iphito celebrata est, incidit in nonam Iulij. Quia igitur ante illam epocham nunquam neomenia primi mensis statuebatur, inde factum, vt octaua dies, qui ipsis erat citimus terminus neomeniarum Olympicarum, σημεῖον θερινόν, item τροπαὶ θεριναὶ dicerentur. Neque apud veteres Græcos per τροπὰς θερινὰς aliud intellige, quam octauam diem Iulij. Sane ea opinio tandiu hominum mentes occupauit, donec
C certis posterorum obseruationibus verum erutum est: cum Thales Milesius primus Græcorum doctrinam æquinoctiorum & solstitiorum aperuerit, dicatis ei studio voluminibus duobus. Laertius: κατά τινας δὲ δύο μόνα (βιβλία) συνέγραψε περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, τὰ ἄλλα καταληπτὰ εἶναι νομίσας. Ego lego ἀκατάληπτα. Vtinam illi libri extarent iam tum primum nascentis astrologiæ! Sed Meton & Euctemon, Olympiade octagesima septima deprehenderunt solstitium duodecim diebus abesse εἰς τὰ προηγούμενα, ab illo signo æstiuo vulgari, quod κέντρον θερινὸν vocatum fuisse diximus. Quo iniecta est hominibus illis priscis non solum suspitio de mendo, sed etiam voluntas veri eruendi, Aristarchum dico, & Timocharin. Quid illi
D suis obseruationibus prodiderint, eius rei quædam apud Ptolemæum extant reliquiæ. Hipparchus vero Timocharidis premens vestigia, sensit singulas asterismorum stellas, seruata eadem semper distantia inuicem, eodemque interuallo, progressu temporis, vltra æquinoctialem circulum promotas, cum à vetustioribus astrologis antea eas citra æquinoctium sitas fuisse obseruatum esset. Quare non sine admiratione collegit, particulam diei, quæ accedit modulo anni supra CCCLXV dies, minorem esse quadrante, ratione solstitiorum

& æquinoctiorum, ratione vero asterismorum, maiorem: hoc est, A
reditum Solis ab æquinoctio, ad idem æquinoctium; aut a bruma,
ad brumam, minorem esse reditu Solis a stella fixa ad eandem stellam.
Nam hoc volunt illa verba Ptolemæi, quæ omittenda non erant.
ἄγει γὰρ μάλιστα καὶ τοῦτον (Ἵππαρχον) εἰς τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν τό, διὰ
μὲν τῶν περὶ τὰς τροπὰς καὶ τὰς ἰσημερίας φαινομένων ἀποκατάστασιν, ἐλάσ-
σονα τὸν ἐνιαύσιον χρόνον εὑρίσκεσθαι τῆς ἐπὶ ταῖς τξε ἡμέραις τοῦ δ' προσθήκης.
διὰ δὲ τῶν περὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας θεωρουμένων, μείζονα. His adductus,
inquit, infert, octauam sphæram moueri motu quodam tardo. De-
bemus igitur illi vnico Naturæ consiliario, quod μετάβασις τῶν τροπικῶν
καὶ ἰσημερινῶν σημείων animaduersa sit. Inde nata est duplicis gene-
ris periodus Solaris, κατὰ τροπάς, καὶ κατ' ἀστερισμούς. ergo annus, B
qui nihil aliud est, quam περίοδος ἡλίου ἀπὸ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ σημεῖον, &
ipse quoque necessario duplex erit, Tropicus, & astricus: quo ver-
bo vtitur Varro, cum dicit, Cæli choreas astricas. Tropicum
ita definit ipse Hipparchus ἐν τῷ περὶ ἐμβολίμων μηνῶν καὶ ἡμερῶν: ὁ
καθ' ἥλιον ἐνιαυτός ἐστι χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τὴν αὐτὴν
τροπὴν παραγίνεται, ἢ ἀπὸ ἰσημερίας εἰς τὴν αὐτὴν ἰσημερίαν. His vesti-
giis insistentes definiemus annum astricum: χρόνον, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος ἀπό
τινος ἀστέρος ἀπλανοῦς ἐπὶ τὸν αὐτὸν παραγίνεται. Annus igitur tropicus mi-
nor est anno Iuliano siue Hierophantico: vt contra annus astricus
maior eodem. Quod quidem in admirationem rapuit eruditissi-
mum scriptorem, vt inquit Ptolemæus, cum videret solstitia & æ- C
quinoctia confici, antequam Sol ad idem punctum Eclipticæ, vn-
de profectus erat, reditionem faceret. Igitur puncta æquinoctialia
sunt mobilia, & consequenter circulus maximus ad ipsa descriptus,
& ad eclipticam obliquus, est mobilis: & proinde ambo tropici illi
circulo paralleli sunt mobiles. Polus ergo trium parallelorum com-
munis est mobilis. Non igitur idem est polus mundi, qui & paral-
lelorum circulorum; neque hactenus vnquam idem polus mundi
fuit, qui & parallelorum. Stella illa, quæ est in cauda Cynosuræ, a
veteribus credita est esse polus mundi arcticus: neq; immerito. Nun-
quam enim nobis moueri ne minimum quidem videtur. Hippar-
chus vero reprehendit Eudoxum, qui de ea stella ita in suo ἐνόπτρῳ D
scripserit: ἔστι δέ τις ἀστὴρ μένων ἀεὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον. οὗτος δὲ ὁ ἀστὴρ πό-
λος ἐστὶ τοῦ κόσμου. At contra Hipparchus hæc reprehendens, ἐπὶ τοῦ πό-
λου, inquit, οὐδὲ εἷς ἀστὴρ κεῖται, ἀλλὰ κενός ἐστι τόπος, ᾧ παράκεινται τρεῖς
ἀστέρες, μεθ' ὧν τὸ σημεῖον τὸ κατὰ τὸν πόλον τετράγωνον ἔγγιστα σχῆμα περιέ-
χει, καθάπερ καὶ Πυθέας φησὶν ὁ Μασσαλιώτης. Quæro, quomodo po-
tuit scire Pytheas Massiliensis, vbi sit polus mundi, vt Eudoxo si-
lentium indiceret? & quare illi potius Hipparchus credit, quam
Eudoxo?

A Eudoxo? Longe validior est ratio, cur credamus stellam illam, quæ moueri non videtur, esse polum quam aliam. Nam quem Pytheas & Hipparchus credunt esse polum mundi, is eorum sæculo erat polus parallelorum: saltem Hipparchus comperit obseruationibus suis, polum æquinoctialis, quem ipse eundem cum mundano credebat, sæculo suo, ab illa caudæ cynosuræ stella abfuisse gradib. 12, 24'. Hoc enim testatur Ptolemæus libro primo Geographiæ: παραδίδοται δὲ, inquit, ὑπὸ τοῦ Ἱππάρχου, τῆς μικρᾶς ἄρκτου ὁ νοτιώτατος, ἔσχατος δὲ τῆς οὐρᾶς ἀστὴρ, ἀπέχειν τοῦ πόλου μοίρας ιβ' καὶ δύο πέμπτα. At hodie, vt a peritis obseruatum est, ea stella distat a polo circuli æquinoctialis grad. 3, 24'. A sæculo igitur Hipparchi ad nos, polus æquinoctia-
B lis & parallelorum promotus est ad stellam cynosuræ gradus nouem fere, & ita progrediendo tandem idem erit polus parallelorum cum polo mundi, siue is est stella illa, siue alius locus, quem omnino proxime ab ea stella abesse necesse est. Nam cur ea stella sit polus mundi, rationem si non veram, at veri simillimam adferre possumus, quod moueri non videatur. Quod autem eadem stella non sit polus mundi, nulla omnino caussa paullo tolerabilior adferri potest. His igitur animaduersis, constat æquinoctialia puncta moueri, ideoque circulos ad ea descriptos, & consequenter polos eorum esse mobiles: & quia propius ad eam stellam gradum faciunt per λόξωσιν eclipticæ, & hodie maxima solis declinatio ibi sit, vbi vici-
C nior est illi stellæ λόξωσις eclipticæ, necessario hodie λόξωσις Solis longe minor erit, quam antea. Quo enim λόξωσις eclipticæ propior illi stellæ, eo minor erit Solis declinatio, quæ a temporibus Ptolemæi, ad hoc sæculum, decreuit scrupula prima 22' fere: atque semper decrescet, donec polus parallelorum in polum mundi conueniat, vbi maximam periodum contingere necesse est. Quia vero certum punctum poli mundani ignoramus, ideo neque tempus illius maximæ & notabilis periodi apprehendere possumus. Neque enim nobis exploratum est stellam in cauda Cynosuræ esse verum polum Mundi, neque si constaret, propterea verum annum illius ἀποκαταστάσεως assequeremur. Deus Optim. Max. hoc æternæ prouidentiæ suæ, καὶ
D ἀνιχνεύτῳ consilio excepit, & curiositati humanæ omnem inuestigationis viam præclusit. Quod enim semper polus Æquinoctialis circuli ad polum Mundi progreditur, hoc vtique experientia, & obseruatio longi temporis docuit, docetque quotidie. Postquam autem vterque polus in vnum conuenerit, quæ deinceps mutatio consecutura sit, hoc vero nulla ratio humana, nulla scientia eruere potest. Sed vt vnde digressa est, illuc reuertatur oratio nostra, Hipparchus, quod videret stellas fixas a termino æquinoctialis

circuli

circuli alium ſitum obtinere ab eo, quem Timocharis obſeruauerat, A
Ptolemæus autem alium ab illo, quem Hipparchus determinauerat,
propterea ambo eoſque ſequuti poſteri *ἀπλανῆ* Sphæram, non autem
circulum æquinoctialem, moueri exiſtimarunt. quod perinde eſt,
ac ſi quis ſubtemen, non tramam moueri dixerit. Sed cum Sol prius
puncta tropica & æquinoctialia deſignet, quam eas metas, a qui-
bus profectus eſt, contingat; non ideo vllus nouus motus erat aſſi-
gnandus octauæ ſphæræ, præter ordinarium ab oriente ad occiden-
tem: quæ primum quidem Hipparchi ſuſpicio, poſterorum fuit aſſe-
ueratio. Non enim nouus motus comminiſcendus, ideo quod Sol
prius Solſtitia conficiat, quam locum, vnde profectus erat, contin-
gat: vt neque quod Luna celeriuſcule Solem conueniat poſt XIX B
annos, quam ad eum locum perueniat, vnde a Sole diſceſſum an-
tea fecit. Quod ſi vlla *μετάβασις* eſſet octauæ ſphæræ ab occaſu ad or-
tum, vt volunt: ſequeretur, vt quæ ſtellæ olim ſtringebant horizon-
tem alicuius loci, eæ non comparerent; & contra comparerent, quæ
antea ne horizontem quidem ſtringebant. Denique puncta conta-
ctus *τοῦ κύκλου ἀειφανοῦς*, id eſt circuli Arctici, variarent. Quod ri-
diculum eſt. Eadem enim puncta contactus circuli Arctici ſunt ho-
die in inclinatione Romæ, & Helleſponti, quæ olim. Cum dico
circulum Arcticum, non intelligo illum fabuloſum & iocularem
Ioannis de Sacroboſco, & recentiorum: ſed veterum circulum Ar-
cticum intelligimus vtiliſſimum ad *θεωρίαν τῶν ἀπλανῶν ἀειφανῶν*, cu- C
ius polus eſt polus mundi, non æquinoctialis, finitio autem conta-
ctus horizontis: cui hactenus contingere non potuit, vt eſſet paral-
lelus æquinoctiali. Quod cum ego ex vltima antiquitate in lucem
reuocarem, pædagogulis vapulaui, & pene tanquam Euripides a ca-
nibus miſer diſcerptus ſum. *τὴν δ' ἀτοπίαν* illius motus octauæ ſphæræ
excepit non minus ridiculum commentum motus Trepidationis:
quia collatis Timocharidis, Hipparchi, Ptolemæi, & Muhamme-
dis Albateni Aractenſis obſeruationibus, ſtellæ fixę nunc celerius,
nunc tardius progredi, ſeruata eadem tamen diſtantia, nunc etiam
conſiſtere videantur, &, ſi diis placet, etiam repedare, vt planetæ
ſolent. Et hoc aiunt poſteriorum obſeruationibus valde confirmari, D
quod per illas animaduerſum ſit æquinoctia nunc citius, nunc
tardius confici. Sed quis locus iſtis *θεοῖς ἀπὸ μηχανῆς*, ſublato patre
horum portentorum motu octauæ ſphæræ? Illum ſuſtuleris, & hæc
quoque vna opera peremeris. Celeritatem, tarditatem, *στηριγμὸν*
καὶ ἀναποδισμὸν ſuper inæqualitate æquinoctiorum, tanquam incu-
de, fabricarunt. Tardiora enim, inquiunt, ſolſtitia, & æquino-
ctia ab Ariſtarcho Samio, ad Hipparchum, ab eo ad Ptole-
mæum;

A mæum; quam à Ptolemæo ad Muhammedem Albateni. Sed amabo, diſcutiamus eam inæqualitatem, eiuſque cauſſam eruamus. Si enim vlla eſt inæqualitas eiuſcemodi, vt volunt, ea non ſtatim, ſed poſt aliquot ſæcula contingit, quod & ipſi concedunt, & periodos anomaliarum huic rei dedicarunt. Anno XVII tertiæ periodi Calippi, XXX Meſori, circa occaſum Solis, obſeruatum æquinoctium autumni ab Hipparcho. Triennio poſt, hoc eſt XX anno, νεμήνιᾳ τῶν ἐπαγομένων, obſeruatum æquinoctium ab eodem, mane, cum, vt notat ipſe Hipparchus, debuiſſet meridie. Rurſus anno ſequente, τῇ αὐτῇ νεμηνίᾳ, ſexta hora diei, obſeruatio facta eſt, quæ diſſidet a prima, conuenit autem antecedenti. At XXXII anno,
B τῇ τρίτῃ τῶν ἐπαγομένων εἰς τὴν τετάρτην, media nocte, obſeruatum, cum deberet mane. Atqui hanc æquinoctij obſeruationem ἀκριβεστάτην vocat Hipparchus. Anno ſequente, τῇ τρίτῃ τῶν ἐπαγομένων (εἰς τὴν τετάρτην) æquinoctium commiſſum mane. Hoc conuenit proxime antecedenti, non autem vlterioribus. XXXVI anno, τῇ τετάρτῃ τῶν ἐπαγομένων, veſpere. Atqui ratio poſtulabat media nocte. Si igitur quotannis fere inæqualitas contigit, quid opus ſæculorum anomalias excogitare, cum in XIX annis tot inæqualitates contigerint? Qui retroceſſiones & ἐποχὰς admittunt, & aut motus trepidationis, aut libramenta architectati ſunt, nihil aliud cauſantur ad inæqualitatem æquinoctiorum adſtruendam, præter obſeruationes. Atqui
C Hipparchus negat obſeruationes inæqualitatum idoneas eſſe ad inæqualitatem vllam æquinoctiis aſſignandam. Τοιαύτας τηρήσεις, inquit Ptolemæus, οὐχ ἡγεῖται Ἵππαρχος ἀξιοπίστους πρὸς τὴν ὑπόληψιν τῆς ἀνισότητος τῶν ἐνιαυσίων χρόνων. ἀπὸ δέ τινων τῶν σεληνιακῶν ἐκλείψεων ἐπιλογιζόμενος, &c. Nimirum non fidit organis, quibus æquinoctia & ſolſtitia indagantur, cum illa fallere poſſint, & ſæpenumero æquinoctia & ſolſtitia contingant media nocte. Itaque coniectura potius, quam certa obſeruatione ſæpe æquinoctiorum momenta examinantur. Quod ſi vlla repedatio, ſiue ἀναποδισμὸς æquinoctiorum eſſet, eſſet vtique & λοξώσεως, ſiue maximæ declinationis Solis, quæ tamen a temporibus Ptolemæi, ad hoc ſæculum, depre-
D henſa eſt ſemper decreſcere, ita vt Albateni minorem deprehenderit, quam Ptolemæus; Elzarakeel minorem, quam Muhammedes Albateni; Prophatius Iudæus minorem, quam Elzarakeel; & ita deinceps ad noſtra tempora. Quæ conſtantia decrementi oſtendit nunquam æquinoctia retroceſſiſſe. Quod ſi tam facilis eſſet via æquinoctia indagandi, quam facile declinatio Solis maxima examinatur, eandem materiam in æquinoctiorum anticipationibus comperiremus, quam in maxima Solis λοξώσει. Nunc vero per inſtru-

menta

menta non ſemper tuta eſt via illa. Quare recte Hipparchus per ob- A
ſeruationes Eclipſium Lunarium & longas periodos motuum Luna-
rium, quos ἐξελιγμοὺς vocabant, ad rem perueniri poſſe putauit.
ἐξελιγμοὺς veteres appellabant circuitus vniuerſales quatuor motuum
Lunę, anomaliarum, ſyzygiarum, περιπάτων, & latitudinum. Anti-
quiores Hipparcho commenti erant exeligmum annorum Hiero-
phanticorum, ſiue Iulianorum, vt nos vocamus, XVIII, dierum 10,
49'. quo interuallo putabant pręciſe confici 223 ſyzygias, 239 a-
nomalias, 242 latitudines, 241 longitudines, ſiue περιπάτους, aut ζῳ-
διακοὺς, ὡς τῆς καταστάσεως αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας θεωρουμένης. Sed
& triplum eius, quod nonnulli poſtea excogitarunt, & totam eam
rationem Hipparchus damnauit, excogitato exactiore, vt ipſe puta- B
bat, exeligmo, ſed longiore, annorum Hierophanticorum 345, qui
ſunt dies 1206007, ſyzygię 4267, cum vna hora ęquinoctiali.
Eo interuallo putauit reſtitui anomalias 4573, Zodiacos 4612,
minus grad. 7 $\frac{1}{2}$ fere. Verum quidem in totidem annis Hiero-
phanticis, aut, vt nos loquimur, Iulianis, totidem ſyzygias com-
prehendi. Sed abundant dies 3. 36'. Totidem vero anomalias, &
περιπάτους, quot ipſe putauit, reſtitui, id vero falſiſſimum: vt ne ad-
dam periodum nullam latitudinis in eo reſtitui. Sed ipſe deprehen-
ſo errore non exſpectauit correctorem, at alium longe maiorem,
quem accuratiorem putarit, priore damnato, ſubrogauit, ſyzygia-
rum 5458, cum periodis πλάτους 5923. Hic modus temporis re- C
ſpondet annis Ægyptiacis 441, diebus 213, cum vno ſcrupulo diei
fere, annis autem Arabicis 454, cum ſyzygiis 10, annis Hiero-
phanticis 441, diebus 102. Cycli Lunares ſunt 23, cum annis ap-
pendicibus Arabicis 4, ſyzygiis v. Sed longe mendoſiſſimus eſt, &
inutilior priore: atque, vt vere dicam ἑλιγμὸς eſt, non ἐξελιγμός. Et
ſane, vt teſtatur Ptolemæus, οὐκ ἔστιν ἁπλοῦν τὸ πρᾶγμα, οὔ τι ἀπόρι-
στον. Mihi vero prorſus & ἀδύνατον videtur. Nunquam enim aſſe-
queris, vt περίπατος Lunæ cum ſyzygia conueniat: vt alia prætercam
ἄπορα, quæ inde conſequuntur. Quod ſi vllus ἐξελιγμὸς eſſet πορι-
στὸς, non eſt dubium, quin vberrimi fructus hinc ad nos emana-
rent, præſertim in ratione temporum. Eo enim deprehenderetur D
vera reuerſio Solis à ſtella, ad ſtellam: neque deſperandum eſſet,
quin & puncta æquinoctialia, & ſolſtitialia eo modo adipiſci poſſe-
mus. Nunc nihil aliud ſcimus, quam annum κατ' ἀστερισμὸν eſſe lon-
giorem anno κατὰ τροπάς. Duplicis igitur anni tam Tropici, quam
aſtrici μετάβασις alterius eſt εἰς τὰ προηγούμενα, aſtrici autem εἰς
τὰ ἑπόμενα. quæ quidem μετάβασις dupliciter conſideratur τοπι-
κῶς, καὶ χρονικῶς. Et localem quidem notamus partibus ſumptis in
longitudi-

A longitudine Zodiaci: temporalem autem diebus in contextu politico anni Iuliani, qui medius est quodammodo inter Tropicum & astricum. Localem quidem μετάβασιν anni Tropici Ptolemæus putauit fieri vno gradu in annis centum. Sed longissimi temporis obseruatione per ipsa φαινόμενα compertum est, in 72 annis propemodum vnius gradus εἰς τὰ προηγούμενα, progressum fieri: vt in 2025 annis absolutis per 28 gradus æquinoctia prægressa sint a prima stella Arietis, a temporibus vsque Euctemonis & Metonis, ad annum Christi 1594. Totidem enim putamus ab anno 317 Nabonassari, quo Heliotropium a Metone in Porticu πνυκὶ constitutum est, ad annum Christi 1594. Illo enim sæculo principium dodecatemorij B Arietis incidebat in primam stellam Arietis. At iuxta epilogismos Ptolemæi 20 $\frac{1}{4}$ gradus tantum promota fuissent solstitia. De temporali autem mutatione hactenus periti non cessant addubitare. Nam quod intra 304, aut 300 annos æquinoctia vnum diem promoueri putauit Hipparchus, & eum sequutus Ptolemæus, eam non esse προήγησιν ἰσημερινὴν, sed προέμπτωσιν σεληνιακὴν, validissime demonstrauimus in anno Rabbi Adda. Hanc Hipparchi & Ptolemæi hallucinationem primus & deprehendit & confutauit Muhammedes Albateni, qui collatis suis cum Ptolemaicis obseruationibus, comperit a temporibus Ptolemæi, ad sua, per annos 743, æquinoctia gradum in anteriora fecisse dies septem fere. Hinc colle- C git per annos 106 diem vnum in anno politico Romano æquinoctia sedem suam anteuertere. Sed Elzuphi & Elzarakeel in 131 annis id fieri asseuerarunt, vt docet longe doctissimus Hebræorum Rabbi Aben Ezra in suo libro, cui Titulus Initium Sapientiæ. *Est etiam,* inquit, *quidam ex illis, qui dixit diminutionem de quadrante, qui vnicuique anno competit, esse partem centesimam sextam vnius diei,* (intelligit Albateni) *quidam ex illis partem centesimam decimam. Atqui constat, iuxta sæculum nostrum esse partem centesimam tricesimam vnam. Nitimur enim loco Solis* (id est æquinoctio) *qui erat temporibus Elzuphi: cui similem artificem nullum audiuimus in epilogismo astrorum. Et ipse quidem ita docuit. Sequutus est eum Abraham* D *Elzarakeel* (puto quem vocant Arzakel) *cui nemo temporum suorum comparandus fuerit. Ipse inuestigauit locum Solis* (æquinoctium) *in sæculo suo: qui quidem conueniebat obseruationi Elzuphi.* Hæc doctissimus Iudæus, qui ea scribebat anno Iudaico 4908, vt ipsemet prodidit, hoc est ab hinc annis 448. Persæ vero in 648 annis quinque dies de bisextis Iulianis perimunt, Alfonsini in 134 fere. His animaduersis concludimus, annum προηγήσεως ἰσημερινῆς esse annum Iulianum deminutum differentia conuersionis annuæ Iu-

lianæ, & conuersionis æquinoctialis, qui est iustus modus anni Tropici. Eius duo genera facimus. Aut enim conuersione sola censetur ab æquinoctio, ad idem æquinoctium; & proprie annus Tropicus dicitur: aut præter conuersionem etiam in partes naturales describitur, quæ sunt signa cælestia, aut dodecatemoria; quo nomine vocabimus annum cælestem. Sic anni Iudaici non solum naturales sunt, sed & duorum generum. Sola conuersio enneadecaeterica eos Solares facit: descriptio vero mensium Lunares. Differentia autem detrahenda de quadrante inter tot peritorum discrepantia iudicia, quænam accipienda sit, adhuc delibero. Nam res perardua est, & intuta, cum propter instrumenta necesse sit aliquem falli. Itaque Muhammedes Albateni cap. LII scribit Hipparchum & Ptolemæum per instrumenta decipi potuisse. Ego vero Ptolemæum potius crediderim, quam Hipparchum. Hipparchicæ Obseruationes conueniunt cum recentioribus. Nullæ autem magis discrepant, quam Ptolemaicæ. Vt omnes inter se conciliet doctissimus Copernicus minimas, medias, maximas αὐξομειώσεις commentus est. Quæ omnia nos eadem putamus, cum motu terræ & libramento; hoc est ingeniosiora commenta, quam veriora. Interea modum anni Tropici iuxta sententiam Alfonsinorum assumemus, dum ratio longioris temporis aut illum confirmauerit; aut confutato, meliorem repererit.

A

B

DE ANNO ΜΕΤΕΜΠΤΩΣΕΩΣ ΗΛΙΑΚΗΣ. C

ANNVM Solarem vulgus vocat etiam annum Iulianum. Hipparchus quidem reditionem ab æquinoctio, ad idem æquinoctium, annum Solarem vocat. Sed & Solis ab eodem puncto Zodiaci, ad idem punctum, conuersio, proprie est annus Solaris. Reliqui igitur anni nomine quidem tenus sunt, re autem non sunt periodi solares. Reditus Lunæ a Sole, ad Solem, est periodus maior periodo Lunari, quæ dicitur περίπατος. Contra reditus Solis ab æquinoctio, ad idem æquinoctium, est periodus minor periodo Solari, quam vocamus περίπατον ἡλίου κατ' ἀστερισμὸν, aut κατ' ἀστέρα: aliter annum astricum verbo Varroniano. Nam ἀστρώδη vocare cum doctissimo Copernico, religio est. Non enim magis ἀστρώδης dici potest annus astricus, quam τροπώδης annus Tropicus. Vtrunque barbarum & ineptum. Annus igitur astricus non magis determinari potest, quam tropicus. Imo difficilior longe, & incertior eius inuestigatio. quæ si in nostra esset potestate, nullo firmiore munimento ratio temporum insisteret. Postquam neque Hipparchus, qui primus eius rei suspicionem D

quandam

A quandam iniecit potius, quam certam ſcientiam profeſſus eſt, neq; vllus alius poſt eum, ad tempora Thebith filij Coræ, de modo illius anni definiuit, contenti erimus eo, quem ipſe Thebith ſciuit. Is igitur putat reditum Solis a ſtella fixa, ad eandem, eſſe dierum CCCLXV, hor. VI, ſcrup. 9'. 12". En tabulam ſubiecimus προηγήσεως ἰσημερινῆς κατὰ τόπον, καὶ κατὰ χρόνον, vna cum modo μετεμπτώσεως ἡλιακῆς. Motum ſiue μετάβασιν æquinoctiorum & Solſtitiorum in anteriora χρονολόγοις

TABVLA ANNORVM TROPICI ET ASTRICI.

Lineæ annorũ Iulianorum.	προηγήσεις ἰσημερινὴ τοπική.			προηγήσεις ἰσημερινὴ χρονική.				μετέμπτωσις ἡλιακή.			
	gr.	'	"	D.	H.	'	"	D.	H.	'	"
1	0	0'	50"	0	0	10'	44"	0	0	9'	12"
2	0	1'	40"	0	0	21'	28"	0	0	18'	24"
3	0	2'	31"	0	0	32'	12"	0	0	27'	36"
4	0	3'	21"	0	0	42'	56"	0	0	36'	48"
5	0	4'	11"	0	0	53'	40"	0	0	46'	0"
6	0	5'	1"	0	1	4'	24"	0	0	55'	12"
7	0	5'	52"	0	1	15'	8"	0	1	4'	24"
8	0	6'	42"	0	1	25'	52"	0	1	13'	36"
9	0	7'	32"	0	1	36'	36"	0	1	22'	48"
10	0	8'	22"	0	1	47'	20"	0	1	32'	0"
20	0	16'	45"	0	3	34'	40"	0	3	4'	
30	0	25'	7"	0	5	22'	0"	0	4	36'	
40	0	33'	29"	0	7	9'	20"	0	6	8'	
50	0	41'	51"	0	8	56'	40"	0	7	40'	
60	0	50'	14"	0	10	44'	0"	0	9	12'	
70	0	58'	36"	0	12	31'	20"	0	10	44'	
80	1	6'	59"	0	14	18'	40"	1	12	16'	
90	1	15'	21"	0	16	6'	0"	0	13	48'	
100	1	23'	44"	0	17	53'	20"	0	15	20'	
200	2	47'	27"	1	11	46'	40"	1	6	40'	
300	4	11'	11"	2	5	40'	0"	1	22	0'	
400	5	34'	54"	2	23	33'	20"	2	14	20'	
500	6	58'	38"	3	17	26'	40"	3	4	40'	
600	8	22'	21"	4	11	20'	0"	3	20	0'	
700	9	46'	5"	5	5	13'	20"	4	11	20'	
800	11	9'	49"	5	23	6'	40"	5	2	40'	
900	12	33'	32"	6	17	0'	0"	5	18	0'	
1000	15	20'	59"	7	10	53'	20"	6	9	20'	
2000	27	54'	32"	14	21	46'	40"	12	18	40'	
3000	40	51'	47"	22	8	40'	0"	19	4	0'	
4000	55	49'	3"	29	19	33'	20"	25	13	20'	
5000	69	46'	19"	37	6	26'	40"	31	22	40'	
6000	88	7'	18"	44	17	20'	0'	38	8	0'	
7000	100	28'	17"	52	4	13'	20"	44	17	20'	

προήγησιν vocamus. Vera enim illa est anticipatio tam loco, quam A
tempore. Sed tardiorem motum Solis ad consequendos fines stellæ,
a quibus prius profectus est, ἀκυρολόγως προέμπτωσιν vocamus. Ea e-
nim μετάβασις tantum τῷ πρός τι consideratur, nempe ratione aut ci-
uilium dierum Iulianorum, aut Tropicorum. Vtroque enim anno
Tropico, & Iuliano tardior est. Ortus stellarum duplex est, ἑῷος
καὶ ἀκρόνυχος. Rursus ἑῷος duplex. Aut enim stella oritur cum So-
le, & vocatur ἐπιτολὴ ἀληθινή: aut ex Solis radiis explicatur, &
vocatur ἐπιτολὴ φαινομένη, siue ἐξαυγασμός. Prior ortus consideratur
cum Sole: ideo tardior erit, quam alter. De ortu Eoo vero & ad-
parente stellarum, vide quæ Geminus erudite tradidit. Caniculæ
longitudo a prima stella Arietis est grad. 71. Ergo tempore Me- B
tonis Sol in XI, aut XII gradu dodecatemorij Geminorum, cir-
citer Kalend. Iunij positus coniunctus erat Caniculæ (cuius tamen
latitudo est plusquam 39. grad. sed improprie dicetur Sol coniun-
ctus cum Canicula.) Sed μετάβασις τοπικὴ facta est ab illis tempori-
bus, grad. 28. 15'. 28''. vt colligere potes ex prima Columna.
Itaque hodie ille locus est nonus gradus dodecatemorij Cancri.
Hæc vero longiore tractatu, & maiore otio discutienda erant. V-
sus tabulæ patet. Annis a latere collectis, μετάβασις προηγήσεως, tam
temporalis, quam localis colliguntur. Exemplum: A tempore ob-
seruati a Metone Solstitij, cyclo Lunæ VII, ad annum Christi
hunc, quo hæc scribebamus, 1595, anni fluxerunt 2026. qui- C
bus debentur προηγήσεως τοπικῆς 2000 quidem annis grad. 27. 54.
32, viginti annis, grad. 0.16'. 45''. Sex denique annis grad. 0.5'.1''.
Qui fiunt simul gradus 28. 16'. 18'' προηγήσεως τοπικῆς, a tempore
obseruati a Metone Solstitij. Sic eadem methodo colliges μετάβασιν
χρονικὴν, dierum 15. hor. 2. 25'. 44''. προεμπτώσεως denique ἡλιακῆς
dierum 12. hor. 22. 39'. 12''. Hipparchus obseruauit æquinoctium
autumnale exactissime, annis 285 absolutis post tempora Metonis,
idque deprehendit in illud tempus incidere, quod conuenit 27 Se-
ptembris, cum iam biduum προηγήσεως χρονικῆς factum esset. Itaque æ-
quinoctium autumni tempore Metonis incidebat in 29 Septembris;
cum tamen ille id posuerit in 27, eodem die scilicet, quo Hippar- D
chus, mendose. quia solstitium vno die citius pronuntiauit, quam
oportebat: deinde quia dodecatemorio Virginis 30 dies tantum at-
tribuit, cum oporteret 31. Quod autem Solstitium male ab eo ob-
seruatum sit, ostenderunt Hipparchus, & Ptolemæus, qui eam ob-
seruationem ὁλοσχερῆ, non autem ἀκριβῆ vocant. Verba Ptolemæi: ἔοι-
κεν γὰρ καθόλου τε τὰς τῶν τροπῶν τηρήσεις δυσδιακρίτους εἶναι, καὶ πρὸς τούτοις τὰς
ὑπ' ἐκείνων (Μέτωνος καὶ Εὐκτήμονος) παραδεδομένας ὁλοσχερέστερον εἰλημμένας,

ὡς καὶ τῷ

A ὡς δὲ τῷ Ἱππάρχῳ δοκεῖ, φαίνεσθαι. Duo igitur dies perperam ſumpti præcipitarunt æquinoctium autumnale, vnus quidem anticipatus ſolſtitio, alter autem Virgini demptus. Quare ſequentia dodecatemoria claudicant, vt verbi gratia, initium Veris in 24 Martij, cum debuiſſet in 26. Vnde recte obſeruatum ab Hipparcho, æquinoctium incidit in 24 eiuſdem. Sed de his hactenus.

DE PERIODIS SOLARIBVS, ET PRIMVM

B

DE SALCHODAI NEVRVZ VETERVM PERSARVM.

ANNORVM alij mere Lunares ſunt, vt Arabici, alij mere Solares, vt illi qui epocha æquinoctiali inſiſtunt, aut ſolſtitiali, aut brumali: alij ex vtroque genere mixti: cuiuſmodi eſt Iudaicus, quem menſium plenorum & cauorum alternatio Lunarem, periodus autem enneadecaeterica Solarem arguunt. Alij ſimpliciter ciuiles, nulla ratione alterutrius ſideris fulti, ſed tacito conſenſu, aut lege recepti, qui tamen habent aliquid, quod ad alterutrum ſi-
C dus referri poſſit. Vt, exempli gratia, annus priſcus Romanorum ad Lunarem formam deſcriptus videri poterat, quatenus numerus dierum proxime aberat a modo duodecim menſium Lunarium: ad Solarem etiam componi videbatur, interuentu Merkedonij intercalatitij poſt ſingula biennia vertentia. Ita enim duo anni Romani ſinguli per ſe conſiderati Lunares pene videbantur, cum Merkedonio autem ſimul Solares erant, vt qui pauxillis horis a biennio Iuliano diſcreparent. Rurſus anni Perſarum, quatenus tricenarios menſes, & fine duodecim menſium quinque epagomenas vſurpabant, nihil de alterutro ſidere referebant: quatenus vero poſt centum viginti annos, regulari triginta dierum, hoc eſt vnius menſis ſolidi intercalatione, ad
D priſcam epocham reuocabantur, mere Solares ex periodo ipſa centum viginti annorum cenſeri poſſunt. Quare ſinguli vtique per ſe conſiderati neque Lunares ſunt, neque Solares: καθ' ὁμάδα autem, hoc eſt contemplatione totius periodi, mere Solares ſunt, vtpote qui a metis iterum ad carceres reuertebantur. Hæc periodus centum viginti annorum, vt libro III diſputatum eſt, lingua Perſica سال كوداي SAL CHODAI dicebatur, hoc eſt, ANNVS DEI. Deus autem Perſarum eſt Sol, vt ſciunt mediocriter docti.

Ita SAL CHODAI est annus magnus Solaris constans ex 120 annis Iulianis solidis, & totidem Ægyptiacis, siue Persicis, cum vno præterea mense æquabili. Si igitur hodie neomenia Phrurdin in Kalendis Maj inciperet, ea post 120 annos in Kalendis April. deprehendetur. neomenia autem ἐπαγομένων hærebit in 27 Martij. Pro neomenia igitur ἐπαγομένων dicendum erit, neomenia Phrurdin. In 26 autem Aprilis, cui competebat vicesima sexta Phrurdin, ea erit neomenia epagomenon. Itaque annus ille habebit XIII menses, in quibus sunt duo Phrurdin, primus & tertiusdecimus, idem aperiens, & claudens annum tanquam Ianus Patulcius, & Clusius in sacris Romanis. Itaque idem est λοχαγὸς καὶ οὐραγὸς, ducens & cogens agmen. A

Sic prisca epocha neomeniam primam secundæ periodi auspicabatur, sed non eiusdem mensis. Nam primo anno periodi, neomenia Phrurdin incidebat in epocham: anno vero 121, neomenia sequentis mensis in eandem conueniebat. Rursus in 241 anno, neomenia tertij mensis: in 361, neomenia quarti. Denique omnium mensium neomeniæ in epocham incurrentes periodum ordiebantur, totum contextum anni Romani peruagantes: donec post 1440 annos Iulianos, iterum neomenia primi mensis consequebatur ipsam epocham. Porro mensium dies singuli, vt ostensum est libro III, erant heroum, aut regum cognomines. Etiam epagomenæ ipsæ nominibus regum notabantur. sed illa nomina erant etiam communia quinque vltimis diebus omnium mensium. Erant autem hæc: Ahnud, Aschnud, Asphandemad, Vvahascht, Haschnuſch. Hæc, inquam, nomina communia sunt tam quinque epagomenis, quam quinque vltimis diebus mensium, 26, 27, 28, 29, 30. Quoties igitur translatio ἐπαγομένων fiebat, pro Oromazda, cui erat cognominis omnis neomenia mensium, assumebatur Aschnud, vt esset neomenia mensis intercalaris, quæ fuerat antea neomenia τῶν ἐπαγομένων. Ipsæ autem ἐπαγόμεναι eorum lingua vocabantur, vocanturque hodie وَحَق WAHAK, vt Ægyptiorum نسي NISI. Arabes autem vocant مُسْتَرِقَة MVSTERIKATHVN, vel MVSTERAKATHVN id est, obreptitios, & furtiuos dies, quasi ad verbum dixeris κλεπτιμαίους. Sunt enim dies adscititiæ: quo nomine Græcis ἐπαγόμεναι dictæ. Intercalabant autem quadrantem, quod nos Bisextum dicimus, post quatuor annos ita: Primus quadrans, siue Bisextum, vt nos loquimur, dicebatur Oromazda, a primo die mensis: anno quarto exacto secundus quadrans dicebatur Behemen, de nomine secundæ diei mensis. Tricesimum denique Bisextum cognominabatur Haschnusch de nomine tricesimæ diei mensis: tricesimo primo ineunte B C D

constabat

A constabat 120 annos æquabiles ab epocha fluxisse: ideoq; neomeniam eius mensis, qui fuerat signifer periodi, triginta dies epocham priscam post se reliquisse. Tunc igitur triginta dies intercalabantur, & ipsæ WAHAK a fine proxime antecedentis mensis, in finem triginta dierum reiiciebantur: vt mensis, qui hactenus a centum viginti annis fuerat secundus, in totidem annos deinceps esset primus, & familiam duceret. Hoc erat magnum NEVRVZ veterum illorum Persarum, quod regifico luxu, circensibus, & luculentis Panegyribus celebrabatur, vtpote quod vna ætas humana tantum visura esset semel. quod Romani suis sæcularibus ludis facere solebant, quos cum indiceret præco, inuitabat populum ad ludos, quos nunquam am-
B plius visuri essent, vt merito Ouidius de illis dixerit,

---- *Ætas quos videt vna semel.*

His propter epochā Solarē locus erat: sed non plane distincta erant lib. 3. Vbi falsum est, quod Laterculū mensiū habet, τὰς ἐπαγομένας per omnes menses traiici. Verum est quidem traiici per omnes menses, sed non in illa Panegyri Sal chodai; cum potius hoc fieret in Encæniis noui alicuius Regis. Nam quoties ἐνθρονισμὸς Regis noui celebraretur, Epagomenæ a fine mensis illius, vbi hactenus fuerant, ad finem illius mensis traiiciebantur, in quem competebat ἐνθρονισμὸς, indicta Panegyride, & epulo, quod eorum lingua TYCTA vocabatur. Nam A-
C rabes de hac تاريخ id est æra, loquentes; ita scribunt: وكانت عادتهم بان يجددونه في زمان كل سلطان عظيم يقوم لهم

Erat consuetudo instaurandi eam (ÆRAM) quoties potēs aliquis Rex ipsis præficiebatur. Hoc factum est tempore Iezdegird. Epagomenæ a fine Aban, ad finem Adar traiectæ. Rursus cæso Iezdegird, Othmen filio Vphen imperium Persicum inuadente, eædem Epagomenæ a fine Adar, in finem Asphandar traductæ. Ab eo tempore, ad nos vsque, Asphandar est vltimus mensis Persici anni, & Phrurdin primus, cum antea nullus esset certus vltimus mensis, nisi is, qui appendices Epagomenas habebat: nullus item certus primus mensis, nisi qui post Epagomenas proxime sequebatur. Ægyptiorum diuersa erat ratio. Nam
D tametsi quadrantes, siue bisexta singulis diebus mensis descendendo notabant, tamen nullam periodum instituebant, nisi eam, quæ fiebat post 1461 annos Ægyptiacos, qui erant anni 1460 Iuliani. Thoth autem semper erat primus mensis, non autem incertus, vt apud Persas, a quorum ratione omnino dissentire se omnibus argumentis profitebantur. Quotannis enim, solenni ad eam rem instituto, Apim suum deducebant in locum, qui dicebatur ADYTOS. Ibi iureiurando adi-

gebantur, neque diem, neque mensem intercalaturos, quem in festum A diem immutarent, sed CCCLXV dies peracturos, sicut institutum est ab antiquis. Quæ totidem verbis referuntur a Scholiaste Germanici Cęsaris. Vbi vides eos perstringere intercalationem mensis Persici. Persicumque SAL CHODAI cum intercalatione mensis irridere. Igitur propter caput periodi Persicæ, & vetus NEVRVZ, hic erat locus de ea re disputandi, cum ea epocha, vt nomen Neuruz ostendit, esset Solaris, vtique instituta primum in ipso verno æquinoctio, quod incidebat in 28 Martij Iuliani. Hanc epocham hodierni Persæ vocant نوروز خريرتن NEVRVZ CHARIRATHIN, quare autem, causam me ignorare alibi dixi. Ea epocha fuit vna periodo integra ante Nabonassar, cum tamen Nabonassari enthronismo epagomenę traducendę fuerint a fine Mesori, ad finem Thoth, si periodi modum seruare, & fines priscę epochæ tueri voluissent, quod sine vllo dubio ab ipsis Chaldæis factitatum. Ægyptiis autem hoc mutare religio fuit, propter illud solenne iusiurandum, quod iam retulimus. Si igitur Magis Persarum, in quorum potestate erat intercalatio, tanta religio fuisset suas WAHAK finibus illius mensis, qui annum claudebat, semper coërcere, quanta fuit Ægyptiis semper in fine Mesori illas continere, neque inde illas licenter in Encæniis Regum luxare, facilis fuisset via, ad initia & causas illius SAL CHODAI penetrandi. Nunc, quia in Encæniis omnis imperatoris Persici τῶν ἐπαγομένων fiebat traductio, prorsus turbata sunt vestigia verum indagandi. Nam quod in Arabicis literis notatum inueni, prorsus ignoro. C
وابتدا تزدخهم في زمان جمشيد Initium eorum æræ tempore Gemschid. Quærant igitur studiosi.

DE MAGNA PERIODO CHALDAICA.

QVOD Chaldæi iisdem æquabilibus annis, quibus Ægyptij & Persæ, vsi sint, fidem fecerint anni Nabonassari æquabiles. Nabonassar autem erat Rex Chaldæorum. Quia igitur D singulis dodecaeteridibus omnes significationes stellarum in orbem redire credebant, hoc non fecissent, nisi illas dodecaeteridas a certa epocha notarent. Notabant igitur per bisexta nostra. Hoc est, cum quarta die mensis notabatur quartus quadrans, id est, quartum bisextum, tunc Dodecaeteris Chaldaica redierat in orbem. Cum autem decima Dodecaeteris signata erat in tertiadecima mensis, tunc exactis decem dodecaeteridibus, solidus mensis intercalabatur, & caput

A & caput priſcæ epochæ iterum neomeniam menſis primi nanciſcebatur. Magna igitur periodus Chaldaica decem Dodecaeteridibus Chaldaicis conſtabat, annis æquabilibus 120, menſe vno, annis Iulianis 120 abſolutis. De Dodecaeteride Chaldaica, quæ primi omnium publicauimus, vide libro ſecundo.

DE HELED VETERVM HEBRÆORVM.

VETERES Hebræos Chaldææ terræ inquilinos alia anni forma, quam Chaldaica vſos tam abſurdum credere, quam
B difficile demonſtrare. Imo nihil procliuius, quam contrarium demonſtrare: quod faceremus, niſi id iam libro III præſtitiſſemus. Nam, vt reliqua argumenra omittam, menſes diluuij, qui referuntur a Moſe, meri tricenarij ſunt. Prærerea appellatio anni omne dubium tollit. Vocabant enim שְׁנַת יָמִים, Annum dierum, hoc eſt annum, quem non æquabili tributione menſium ciuilium deſcribere poſſis, ſed dierum tantum numero complecti. Præter XII enim menſes, abundant quinque epagomenæ, quæ menſem non conſtituunt, & tamen ſine illis annus dierum conſtare non poſſit. Vocabant etiam יָמִים ſimpliciter, id eſt dies. Hoc enim nomine totam Solis conuerſionem intelligebant. Qua in re Græcos imitatores ha-
C buerunt, qui ἡμερῶν nomine periodum Solarem, aut ἔτος καθ' ἥλιον inrelligebant. Sciſcitantibus oraculum de modo placandi Deos reſpondit Pithius, placari poſſe, ſi κατὰ μῆνας, & καθ' ἡμέρας ſacrificaretur. κατὰ μῆνας eſt σεληνιακῶς, καθ' ἡμέρας autem ἡλιακῶς. Etiam nos meminimus ab Arabibus annum Romanorum Iulianum ايام رومي Dies Romanos dici. Laban homo Chaldæus XXIIII Geneſeos; *Maneat*, inquit, *puella apud nos dies*, aut *denarium*. Per dies, annum Solis vertentem, per denarium, menſes decem, hoc eſt, 300 dies, intelligit. Quod autem in illa anni forma intercalatione vterentur, teſtis vox תְּקוּפָה, quæ annum vertentem ſignificat, vt Græcis τροπή. Hoc vero non vagum, ſed certum, καὶ ἐμπρόθεσμον tempus ſignifi-
D cat. Ita accipiendum Exodi XXXIIII, cum Deus præcipit σκηνοπηγίαν celebrari לִתְקוּפַת הַשָּׁנָה, anno vertente: quod apud Samuelem dicitur, תְּקוּפַת יָמִים, τροπὴ ἡμερῶν aut περίοδος ἡμερῶν. In anno igitur æquabili non potuerunt tueri fines epochæ, vt tempus ciuile ad illam dirigerent; niſi officio intercalationis. Ecquem modum habere potuerunt, niſi Chaldaicum? A Chaldæis annum habuerunt: ab iiſdem intercalationem retinuerunt. Habuerunt igitur ipſi ſuam magnam periodum, qualis fuit Salchodai Perſarum, aut denarius

denarius Dodecaeteridum Chaldaicus. Quod ſane vero verius. Nam A
120 annis definiebant ſæculum, vt vitam humanam, Geneſeos VI, 3. Hoc ſpatium Hebræi vocant חלד, id eſt, durationem vitæ humanæ: Arabes autem العمر item الدهر. Atque id tempus erat Hebræis, vt Romanis Sæculum. Caput eius magnæ periodi erat in 26 Octobris, vt alibi demonſtratur.

DE SÆCVLO ROMANO.

NON dubium eſt, quin aliquando apud Græcos vel aliquos, vel vniuerſos modus anni fuerit 354 dierum, & ſingulis bienniis B
exactis, hoc eſt, vt Herodotus loquitur, διὰ τρίτου ἔτεος, XXII, & XXIII dies alternis intercalarentur. Nam & eius rei Solinus diſertim meminit (quanquam apud illum perperam XXI dies pro XXII excuſum eſt) & ea, quæ refert Herodotus de intercalatione menſis ſolidi διὰ τρίτου ἔτεος ſatis aperiunt, etiam ſæculo Herodoti apud quaſdam Græcas nationes illam formam adhuc reſediſſe. Sed impoſuit Herodoto modus loquendi Hierophantarum, qui in menſibus cauis pro δευτέρα ἱσταμένου dicebant, & præcipiebant dici, τρίτη ἱσταμένου, ne vllus menſis eſſet ſine triceſima die, quam τριακάδα vocabant, & religioſo cultu obſeruabant, vt manifeſto docet nos Ariſtoteles in Oeconomicis, cuius verba produximus, & interpretati ſumus, C
libro primo. Cum igitur omnes menſes habuerint τριακάδα, propterea Herodotus putauit, omnes menſes τριακονθημέρους eſſe. Rurſus cum intercalabant XXII dies, pro ſecunda dicebant ἐνάτη ἱσταμένου: cum autem XXIII intercalabantur, pro δευτέρα dicebatur ὀγδόη. Hinc natæ ſunt τριετηρίδες καὶ πεντετηρίδες. Trieteris erat biennium cum XXII, aut XXIII diebus intercalaribus. Pentaeteris erant quatuor anni cum 45 diebus intercalaribus, qui conſurgebant ex illis inſitiuis XXII, & XXIII. Neque vlla alia melior ratio adferri poteſt horum duorum temporum. Tetraeteris igitur erat dierum 1461. quod eſt verum luſtrum biſexti Iuliani, aut Eudoxei, vt Plinius notat. At Trieteris erant dies alternis 730, & 731. & propterea Statius Achilleidos primo eleganter Trieterida vocauit alternam. D

— Huius in vmbra
Alternam reuocare pia Trieterida Matres Conſuerant. —

Alternam, nimirum τὴν παρ' ἕνα ἐνιαυτὸν ἀποκαθισταμένην. Sed locus ille corruptus hodie apud Statium. Legitur enim *Alternum r. p. Trietterica m.*

Hanc

A Hanc rationem prisci illi Aborigines siue ab Euandro, siue ab Ænea
edocti annum suum 354 dierum definierunt, donec superstitione
imparis numeri 355 pro 354, cæpti vsurpari: in intercalationis au-
tem modo & situ nihil immutatum. Alternis enim xxii, & xxiii
dies fine biennij intercalabant. Itaq; eorum biennia alternis erant 732
& 733 dierum, biduo aut triduo Græcorum bienniorum modum exce-
dentia. Hinc fiebat, vt fine xi bienniorum, dies xxii, aut xxiii supra
rationes Solis excrescerent. Quibus animaduersis, vnus Merkedonius
(ita vocabant numerum xxii aut xxiii dierum insititiorum) omit-
tebatur. Et sic xxii anni cum Sole æquabantur. Igitur vndecim bien-
nia priscorum Romanorum fiebant dies 8057. Vndecim autem bien-
B nia Iuliana sunt dies 8035: neglectis scilicet horis 12 appendicibus.
Itaque differentia est 22 dies, nempe vnius iusti Merkedonij mo-
dus. Hunc igitur omittentes iustam periodum xi bienniorum con-
ficiebant, quorum decem habebant singulos Merkedonios suos, vlti-
mum autem constabat duobus annis communibus, nempe diebus
710. Hæc erat periodus anni Romani. Quia vero apud Romanos
spatium quinque annorum id erat, quod Græcis Tetraeteris, iustam
periodum æquationis annorum existimarunt esse eam, in qua perio-
dus xi bienniorum ab omnibus annis Lustri inciperet: quod non po-
test accidere, nisi in quinque periodis exactis. Prima periodus incipit
ab anno primo lustri, secunda a tertio, tertia a quinto, quarta a secundo,
C quinta a quarto. cuius rei tabulam consule libro secundo, capite de
anno Romano. Ita fiebant quinquaginta quinque biennia, hoc est
anni cx. in quibus quinquies anni Romani rationes cum So-
laribus pariabant, periodi autem ipsæ cum lustro. Hoc tempus
Sæcvlvm dictum, cum Circensibus ludis, & pompa indici
solebat, ne omissione eius turbaretur anni ratio. Sed & cum piacu-
lo omissum instaurari iussum a Sibylla.

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἴκῃ χρόνος ἀνθρώποισι,
Ζωῆς εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
Μεμνῆσθαι Ῥωμαῖε, &c.

D Nota sunt de Publio Valerio Poplicola & ara Terenti & Trinoctio
sæculari. Huic Panegyri diuersum caput ab anno. Nam anni caput
a diebus brumalibus. Sæculares autem ludi committebantur diebus
æstiuis. Zosimus: κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν
θεωρίαν ἀχθῆναι, &c. In quo Eleos imitati sunt, qui initium prisci anni a
bruma, ludicrum autem Olympicum a diebus æstiuis inibant. Hæc
est ratio, cur sæculum Romanum cx annis constaret, vt Horat.
cecinit,

Certus vndenos decies per annos A
Orbis vt cantus referatque ludos.

Et Sibyllæ teſtimonium iam a nobis productum : εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ᾠδάων. Omiſſio igitur vndecimi Merkedonij & ignoratio cauſſæ Sæculi Romani, eam perturbationem in Faſtos induxit, quam expoſuimus libro ſecundo, quem de reliquis huius rei cauſſis conſulas licet.

DE PERIODO MAGNA DIONYSIANA.

OMNIVM periodorum finis, eſt æquatio rationum anni ciuilis cum rationibus Solis. Nam & Salchodai Perſicum, & B
denarius Dodecaeteridum Chaldaicarum, & Cheled Hebraicum, & Sæculum Romanum hoc vnum agunt, vt quæcunque labes per omiſſionem, aut diſſimulationem interuenit in vſu temporum ciuilium quotidiano, ea tandem obice æquationis fulciatur. Inſitio enim vnius menſis ſolidi caput anni centeſimi viceſimi primi ineuntis in priſtinas ſedes ſummouebat veteribus Perſis, Chaldæis & Hebræis. Contrario remedio Romanis omiſſio vnius Merkedonij annum centeſimum vndecimum ineuntem in veteris epochæ poſſeſſionem reſtituebat. Ἀμεθοδία Terminorum Paſchalium, & incerta eius rei apud veteres Chriſtianos doctrina feneſtram aperuit eruditioribus aliquam periodum ineundi, cuius expli- C
catione rationes Solis cum Lunaribus pariarent. Et quidem Theophilus, & alij quaſdam excogitarunt. Sed Victorinus acute animaduertit, nullam fieri neque aliter poſſe, quam ductu cycli Solaris in cyclum Lunarem, qui fiunt anni 532. Sed eam periodum reformauit Dionyſius Exiguus, capto initio eius a primo anno Chriſti, vt ipſe & ſibi, & poſteritati perſuaſit, non autem a baptiſmo Chriſti, vt fecerat Victorinus. Vnde hactenus non ab auctore Victoriniana, ſed ab interpolatore Dionyſio, Dionyſiana dicta. Quo interuallo quædam tantum accidunt ſemel, quædam quater, quædam pluries. Semel incidit in 532 annis, vt Terminus Paſchalis in dato aureo numero in eundem annum cycli Solaris incurrat. Exemplum: D
Eſto, ſi ita videtur, datus annus præſens 1596. Annus eſt primus periodi quartæ Dionyſianæ, item primus cycli. Terminus Paſchalis V Aprilis. Annus cycli Solis nonus. Aio Terminum Paſchalem nunquam amplius concurſurum cum cyclo Solis IX, & numero aureo primo, per totum periodi tempus. Rurſus quædam quater tantum accidunt in tota periodo. Citimum Paſcha eſt in XXII Martij, cum numerus aureus eſt XVI, litera autem Dominicalis D. Hoc

A accidit quater, nempe in annis periodi 510.320.73.415. Contra remotissimum Pascha est XXV Aprilis, aureo numero VIII, litera Dominicali C. Hoc accidit quater, in annis nempe 46,141,388,483: Denique quædam pluries. Hoc anno 1596, qui est, vt dixi, primus quartæ periodi ineuntis, Matthiæ festum erit prima dies ieiunij post Quinquagesimam. Hoc omnino accidere non potest, nisi cum litera Dominicalis est C. præterea hoc accidit in aureis numeris, 1, 6, 9, 12,17. Quater autem in vno quoque horum numerorum accidit. Vicesies igitur intra 532 annos Festum Matthiæ orditur primam diem ieiunij τῶν ἀποκρεῶν ἡμερῶν. Itaque qui abstinent ab esu carnium, vno die plus abstinebunt, quam in reliquis annis, propter vigiliam Mat-
B thiæ, quæ incidit in diem Martij, vltimam τῶν κρεωφάγων ἡμερῶν: quæ erit crastina die, cum hæc scribebam. Rara occurrit historia in Cedreno, & aliis, quæ non indigeat ope huius periodi. Ideo illius maxime habenda ratio, tametsi sero recepta est in Ecclesiis Occidentis. Nam temporibus Caroli Martelli Galliarum Ecclesiæ vna tantum Victoriniana vtebantur, vt ex Fredegario didicimus; Adone Viennensi, & aliis. Sed & neque statim post editionem Constantinopoli admissa. Nam eius editio incidit in annum vltimum Imp. Iustini, circa initium Iustiniani. Tamen confusio incidit circa Pascha anno Christi 546, cyclo Solis XXIII, aureo numero XV. quod non contigisset, si plane in vsum admissa fuisset editio periodi. quanquam;
C si propius rem putemus, hoc contigerit ex edicto Iustiniani, quantum verba Cedreni assequi possumus, quæ apposuimus: τῷ δὲ ἔτει (Ἰουστινιανοῦ) γέγονε λεῖψις σίτου καὶ οἴνου, καὶ χειμὼν πολὺς ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ διαστροφὴ τοῦ ἁγίου Πάσχα. καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀπόκρεων μηνὶ Φεβρουαρίῳ Δ (ΙΔ) ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα παραθεῖναι κρέας. καὶ πολλῶν τῶν κρεωπωλῶν προβαλόντων, οὐδεὶς ἠγόρασεν, οὐδ' ἤσθιεν. τὸ δὲ Πάσχα γέγονε κατὰ τὸ βασιλικὸν πρόσταγμα. καὶ διεξέθη ὁ λαὸς νηστεύσας ἑβδομάδα περισσήν. Locus est insignis. Quoties terminus Paschalis est Dominica, constat solenne Resurrectionis in sequentem Dominicam diffundi. Hoc enim sciunt & mediocriter harum rerum periti. Anno igitur Christi 546, qui erat quintus decimus aurei numeri, vicesimus
D autem tertius cycli Solis, terminus Paschalis incidit in Dominicam, Kalend. Aprilis. Itaque populus putauit Pascha eodem die celebrandum cum Termino Paschali, cum octaua potius die Aprilis celebrandum fuisset. Quod sane factum est vtique ex edicto Principali. Ita contigit LIII dies populum ieiunasse, & ab esu carnium abstinuisse, cum ex consuetudine 46 tantum dies ieiunio attributi sint: Hoc igitur indicat, nondum plane receptam fuisse periodum illam,

TABVLA PERIODI MAGNÆ DIONYSIANÆ.

Litera Terminal.		D	G	E	A	D	B	E	C	F	B	G	C	F	D	G	C	A	D	B
Terminus Paschalis.		v. April	xxv. Mar.	xiii April	ii Apr.	xxii Mar.	x Apr.	xxx Mar.	xviii Apr.	vii Apr.	xxvii Mar.	xv Apr.	iv Apr.	xxiv Mar	xii Apr.	Kal Apr.	xxi Mar.	ix Apr.	xxix Mar.	xvii Apr.
Numerus aureus.		I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI	XII	XIII	XIV	XV	XVI	XVII	XVIII	XIX
D C	IX	1 IX	2 X	3 XI	4 XII	5 XIII	6 XIV	7 XV	8 XVI	9 XVII	10 XVIII	11 XIX	12 XX	13 XXI	14 XXII	15 XXIII	16 XXIV	17 XXV	18 XXVI	19 XXVII
B	X	20 XXVIII	21 I	22 II	23 III	24 IV	25 V	26 VI	27 VII	28 VIII	29 IX	30 X	31 XI	32 XII	33 XIII	34 XIV	35 XV	36 XVI	37 XVII	38 XVIII
A	XI	39 XIX	40 XX	41 XXI	42 XXII	43 XXIII	44 XXIV	45 XXV	46 XXVI	47 XXVII	48 XXVIII	49 I	50 II	51 III	52 IV	53 V	54 VI	55 VII	56 VIII	57 IX
G	XII	58 X	59 XI	60 XII	61 XIII	62 XIV	63 XV	64 XVI	65 XVII	66 XVIII	67 XIX	68 XX	69 XXI	70 XXII	71 XXIII	72 XXIV	73 XXV	74 XXVI	75 XXVII	76 XXVIII
F E	XIII	77 I	78 II	79 III	80 IV	81 V	82 VI	83 VII	84 VIII	85 IX	86 X	87 XI	88 XII	89 XIII	90 XIV	91 XV	92 XVI	93 XVII	94 XVIII	95 XIX
D	XIV	96 XX	97 XXI	98 XXII	99 XXIII	100 XXIV	101 XXV	102 XXVI	103 XXVII	104 XXVIII	105 I	106 II	107 III	108 IV	109 V	110 VI	111 VII	112 VIII	113 IX	114 X
C	XV	115 XI	116 XII	117 XIII	118 XIV	119 XV	120 XVI	121 XVII	122 XVIII	123 XIX	124 XX	125 XXI	126 XXII	127 XXIII	128 XXIV	129 XXV	130 XXVI	131 XXVII	132 XXVIII	133 I
B	XVI	134 II	135 III	136 IV	137 V	138 VI	139 VII	140 VIII	141 IX	142 X	143 XI	144 XII	145 XIII	146 XIV	147 XV	148 XVI	149 XVII	150 XVIII	151 XIX	152 XX
A G	XVII	153 XXI	154 XXII	155 XXIII	156 XXIV	157 XXV	158 XXVI	159 XXVII	160 XXVIII	161 I	162 II	163 III	164 IV	165 V	166 VI	167 VII	168 VIII	169 IX	170 X	171 XI
F	XVIII	172 XII	173 XIII	174 XIV	175 XV	176 XVI	177 XVII	178 XVIII	179 XIX	180 XX	181 XXI	182 XXII	183 XXIII	184 XXIV	185 XXV	186 XXVI	187 XXVII	188 XXVIII	189 I	190 II
E	XIX	191 III	192 IV	193 V	194 VI	195 VII	196 VIII	197 IX	198 X	199 XI	200 XII	201 XIII	202 XIV	203 XV	204 XVI	205 XVII	206 XVIII	207 XIX	208 XX	209 XXI
D	XX	210 XXII	211 XXIII	212 XXIV	213 XXV	214 XXVI	215 XXVII	216 XXVIII	217 I	218 II	219 III	220 IV	221 V	222 VI	223 VII	224 VIII	225 IX	226 X	227 XI	228 XII
C B	XXI	229 XIII	230 XIV	231 XV	232 XVI	233 XVII	234 XVIII	235 XIX	236 XX	237 XXI	238 XXII	239 XXIII	240 XXIV	241 XXV	242 XXVI	243 XXVII	244 XXVIII	245 I	246 II	247 III
A	XXII	248 IV	249 V	250 VI	251 VII	252 VIII	253 IX	254 X	255 XI	256 XII	257 XIII	258 XIV	259 XV	260 XVI	261 XVII	262 XVIII	263 XIX	264 XX	265 XXI	266 XXII
G	XXIII	267 XXIII	268 XXIV	269 XXV	270 XXVI	271 XXVII	272 XXVIII	273 I	274 II	275 III	276 IV	277 V	278 VI	279 VII	280 VIII	281 IX	282 X	283 XI	284 XII	285 XIII
F	XXIV	286 XIV	287 XV	288 XVI	289 XVII	290 XVIII	291 XIX	292 XX	293 XXI	294 XXII	295 XXIII	296 XXIV	297 XXV	298 XXVI	299 XXVII	300 XXVIII	301 I	302 II	303 III	304 IV
E D	XXV	305 V	306 VI	307 VII	308 VIII	309 IX	310 X	311 XI	312 XII	313 XIII	314 XIV	315 XV	316 XVI	317 XVII	318 XVIII	319 XIX	320 XX	321 XXI	322 XXII	323 XXIII
C	XXVI	324 XXIV	325 XXV	326 XXVI	327 XXVII	328 XXVIII	329 I	330 II	331 III	332 IV	333 V	334 VI	335 VII	336 VIII	337 IX	338 X	339 XI	340 XII	341 XIII	342 XIV
B	XXVII	343 XV	344 XVI	345 XVII	346 XVIII	347 XIX	348 XX	349 XXI	350 XXII	351 XXIII	352 XXIV	353 XXV	354 XXVI	355 XXVII	356 XXVIII	357 I	358 II	359 III	360 IV	361 V
A	XXVIII	362 VI	363 VII	364 VIII	365 IX	366 X	367 XI	368 XII	369 XIII	370 XIV	371 XV	372 XVI	373 XVII	374 XVIII	375 XIX	376 XX	377 XXI	378 XXII	379 XXIII	380 XXIV
G F	I	381 XXV	382 XXVI	383 XXVII	384 XXVIII	385 I	386 II	387 III	388 IV	389 V	390 VI	391 VII	392 VIII	393 IX	394 X	395 XI	396 XII	397 XIII	398 XIV	399 XV
E	II	400 XVI	401 XVII	402 XVIII	403 XIX	404 XX	405 XXI	406 XXII	407 XXIII	408 XXIV	409 XXV	410 XXVI	411 XXVII	412 XXVIII	413 I	414 II	415 III	416 IV	417 V	418 VI
D	III	419 VII	420 VIII	421 IX	422 X	423 XI	424 XII	425 XIII	426 XIV	427 XV	428 XVI	429 XVII	430 XVIII	431 XIX	432 XX	433 XXI	434 XXII	435 XXIII	436 XXIV	437 XXV
C	IV	438 XXVI	439 XXVII	440 XXVIII	441 I	442 II	443 III	444 IV	445 V	446 VI	447 VII	448 VIII	449 IX	450 X	451 XI	452 XII	435 XIII	434 XIV	455 XV	456 XVI
B A	V	457 XVII	458 XVIII	459 XIX	460 XX	461 XXI	461 XXII	463 XXIII	464 XXIV	465 XXV	466 XXVI	467 XXVII	468 XXVIII	469 I	470 II	471 III	472 IV	473 V	474 VI	475 VII
G	VI	476 VIII	477 IX	478 X	479 XI	480 XII	481 XIII	482 XIV	483 XV	484 XVI	485 XVII	486 XVIII	487 XIX	488 XX	489 XXI	490 XXII	491 XXIII	492 XXIV	493 XXV	494 XXVI
F	VII	495 XXVII	496 XXVIII	497 I	498 II	499 III	500 IV	501 V	502 VI	503 VII	504 VIII	505 IX	506 X	507 XI	508 XII	509 XIII	510 XIV	511 XV	512 XVI	513 XVII
E	VIII	514 XVIII	515 XIX	516 XX	517 XXI	518 XXII	519 XXIII	520 XXIV	521 XXV	522 XXVI	523 XXVII	524 XXVIII	525 I	526 II	527 III	528 IV	529 V	530 VI	531 VII	532 VIII
Litera Dominicalis.	Cyclus Solis.																			

aut si

A aut si receptam fuisse concedamus, perperam ab Episcopis, & presbyteris interpretatam fuisse. Iam proposuimus Tabulam huius periodi, cuius vsus pernecessarius in ratione eorum temporum, quæ imperium Constantini Magni secuta sunt, vsque ad tempora vltimorum Constantinopolis Cæsarum. Creberrimi casus in illis historiis occurrunt, quorum ratio sine hac periodo nunquam explicari potest. Ab annis igitur Christi vnitate auctis, vt præcipit regula Dionysiana, abiice 532 quantum potest, si quidem numerus annorum Christi maior fuerit 532 annis. Reliquum est annus currens periodi. Exemplum: esto annus Christi supra propositus 546. Addita vnitate, abiectis 532, remanet annus currens XV secundæ periodi Dionysianæ. In cella, vbi est annus
B 15, infra ipsos annos 15, habes XXIII, hoc est vicesimum tertium annum cycli Solis. A latere autem secundæ columnæ, e regione XXIII, habes literam Dominicalem G, in prima columna. Ergo anno XV periodi cyclus Solis fuit 23, litera dominicalis G. Supra 15 annum habes Terminum Paschalem Kal. April. in litera G. Ergo cum litera dominicalis fuerit G, Terminus Paschalis incidit in Dominicam, & propterea diffundenda est solẽnitas Resurrectionis in Dominicam proxime sequentem. Igitur Pascha in VIII Aprilis. Proinde vulgus errauit anno XIX Iustiniani, qui putauerit Pascha cum termino in Kal. Aprilis celebrandum esse. In Cedreno satis constat etiam mediocriter docto, pro Δ Φεβρουαρίου, legendum ΙΔ Φεβρουαρίου. De vitio huius periodi, & aliis, quæ ad
C eam rem pertinent, satis suo loco libro secundo. Anastasius lib. XXII. 706. *Anno vicesimo imperij Constantini factus est error Paschæ: & Orthodoxi quidam in Oriente octaua Idus Aprilis Pascha celebrarunt. At vero erronei hæretici Idus Aprilis.* Erat annus 760 Christi. Cyclus ☽ primus. Terminus Paschalis Nonis April. non octaua Iduum. Itaque quum postridie Dominica fuerit, quid sibi velit nescio. Nam VI. Aprilis nullus Terminus conuenit. Mirus est locus.

DE ANNO TROPICO PERSARVM,
SIVE NEVRVZ GELALÆO,
AVT SVLTANEO.

D A Cæde Iezdegird, ad hæc tempora, idem semper fuit status anni Persici, solutis habenis, nulla intercalatione diei, aut mensis seruata. Neque alium annum popularem habent omnes illi, qui magno Sultano Zophi hodie parent; quanquam in iis, quæ ad eorum religionem, ritus, & cultum pertinent, Lunaribus mensibus Hegiræ vtantur. Quia vero fastidiose, atque superstitiose diem, & tempus æquinoctij inuestigant, propter panegyrim, quam ex anti-

quiſſimo Perſarum inſtituto in ipſo momento, in quo æquinoctij ſidus A conficitur, celebrari opus eſt, vt abunde docuimus libro III. in illa autem forma vaga anni Iezdegirdici difficile eſt id aſſequi, tam propter neglectum in anno Perſico quadrantem, quam propter prægreſſionem æquinoctiorum: ob eam rem, Imperator Coraſan, ſiue Meſopotamiæ, conuocatis peritiſſimis aſtrologiæ viris curam noui anni inſtituendi delegauit. Imperatoris, qui id edixit, & ſanxit, nomen eſt, Albu Arſalan Elſelegeuki Elhavvaraz, Muſchahi Sultan Coraſan. Conuenerunt ad edictum Regium octo præſtantiſſimi viri, Omar Elhaiamu, Abu Hali, Haſen filius Haitham, Elbiruni, Abu Elvvapha Elbuzgiani, Ellukari, Iudex iuriſdictionis Elphakati, & Aben Sina, quem vulgo Auiſenam vocant. Hi octo روزوس id eſt primates viri, ſciuerunt, in 130 annis propemodum æquinoctia priſcas ſedes anteuertere B بالايام رومى in diebus Romanis, hoc eſt in anno Iuliano: ita vt in 648 annis Romanis præciſe quinque intercalationes Biſexti Romani, quod ipſi كبيسة اليوم vocant, omittendæ ſint. Caput autem anni ſtatuerunt in æquinoctio ab ipſis obſeruato, in die quartadecima Adar Rumi, hoc eſt Martij Iuliani, hora 2 $\frac{18}{360}$ poſt meridiem dictę diei, feria quinta, XVIII Phrurdin Iezdegirdici, anno 448 a cæde ipſius Iezdegird, ſexta Ramadhan, anno Hegiræ 471. Erat annus Chriſti Dionyſianus 1079, cyclus Solis XXIIII, Lunę XVI. Ille dies vocatus Oromazda Phrurdin Neuruz Eſſultani. Hoc eſt, neomenia æquinoctij imperatorij. Menſium C enim appellationibus non aliis vtuntur, quam popularibus Iezdegirdicis. Nunquam vero intercalatur dies, niſi ſumma ex ſcrupularia ratione collecta horas 24 conſummauerit. Hinc fit, vt non raro, quinto anno exacto intercaletur. Tunc ELWAHAK, hoc eſt ἐπαγόμεναι, fiunt VI dierum, vt ſolet quarto quoque anno exeunte in anno Actiaco Elkupti. Hac anni forma vtuntur in Panegyribus Neuruz, in annalibus, & Chronologiis, & in Almenichis, & Ephemeridibus ſuis: ne vlla temporum interueniat perturbatio, quæ in anno populari Iezdegirdico euitari non poteſt, propter neglectam veteris Neuruz Salchodai periodum magnam. Nomen huic anno factum تاريخ الجلالية النجومية: D Æra Auguſta aſtronomica. Nam جلال eſt maieſtas. Vocatur etiam تاريخ الملكي Æra Regia, maſculino genere, vt antea feminino. Tabulam huius formæ ſubiecimus.

TABVLA

A

TABVLA MAGNÆ PERIODI
NEVRVZ GELALI.

	Anni expans.	CHARACTER ANNI. Feria	Hora	Scrup. 1080.	Προήγησις χρονική. Dies	Hora	Scrup. 1080.
	1	1	5	880	0	0	200
	2	2	11	680	0	0	400
	3	3	17	480	0	0	600
	4	4	23	280	0	0	800
	5	6	5	80	0	0	1000
	6	7	10	960	0	1	120
	7	1	16	760	0	1	320
	8	2	22	560	0	1	520
B	9	4	4	360	0	1	720
	10	5	10	160	0	1	920
	11	6	15	1040	0	2	40
	12	7	21	840	0	2	240
	13	2	3	640	0	2	440
	14	3	9	440	0	2	640
	15	4	15	240	0	2	840
	16	5	21	40	0	2	1040
	17	7	2	920	0	3	160
	18	1	8	720	0	3	360
	19	2	14	520	0	3	560
	20	3	20	320	0	3	760
	21	5	2	120	0	3	960
	22	6	7	1000	0	4	80
	23	7	13	800	0	4	280
	24	1	19	600	0	4	480
	25	3	1	400	0	4	680
C	26	4	7	200	0	4	880
	27	5	13	0	0	5	0

Anni collecti	CHARACTER ANNI. Feria.	Horæ.	Προήγησις χρονική. Dies.	Horæ.
27	5	13	0	5
54	4	2	0	10
81	2	5	0	15
108	1	4	0	20
139	6	17	1	1
162	5	6	1	6
189	3	19	1	11
216	2	8	1	16
243	7	21	1	21
270	6	10	2	2
297	4	23	2	7
324	3	12	2	12
351	2	1	2	17
378	7	14	2	22
405	6	3	3	3
432	4	16	3	8
459	3	5	3	13
486	1	18	3	18
523	7	7	3	23
540	5	20	4	4
567	4	9	4	9
594	2	22	4	14
621	1	11	4	29
648	7	0	5	0
℞.	5.		2.	158

Periodi collectæ.	Dies.
648	5
1296	10
1944	15
2592	20
3240	25
3888	30
4536	35
5184	40
5832	45
6480	50
7128	55
7776	60
8424	65

Menses Gelali.	Dies collecti.	CHARACTER NEOMENIARVM.						
Phrurdin	30	7	1	2	3	4	5	6
Adarpahascht	60	2	3	4	5	6	1	2
Chardad	90	4	5	6	7	1	2	3
Thir	120	6	7	1	2	3	4	5
Mardad	150	1	2	3	4	5	6	7
Scheharîz	180	3	4	5	6	7	1	2
Mehar	210	5	6	7	1	2	3	4
Aban	240	7	1	2	3	4	5	6
Adar	270	2	3	4	5	6	7	1
Di	300	4	5	6	7	1	2	3
Behemen	330	6	7	1	2	3	4	5
Asphandar	360	1	2	3	4	5	6	7
Wahak	365	3	4	5	6	7	1	2

IN 27 annis, vt vides, nulla ſcrupula de horis fiunt reliqua : in vicesies quater 27 annis, hoc eſt in 648, nullæ horæ ſuperſunt : & feria redit in orbem : quæ eſt periodus magna conſtans ex minuſculis 24, quarum ſingulæ annorum 27.

D METHODVS. Scribebamus hæc anno Chriſti Dionyſiano 1595, Decembris Iuliani 23, feria III. Pro perpetua methodo, abiice ſemper de anno Chriſti currente annos 1079. Relinquuntur anni præteriti Gelalæi. Si annorum præteritorum ſumma reſidua exceſſerit 648; abiectis 648 ; remanent anni periodi magnæ annorum 648. Abiectis igitur ex methodo, 1079 annis, de anno

 Chriſti

Christi currente 1595, remanent anni Gelalæi præteriti 516. Volo A
scire, cui diei Gelalææ respondet dies proposita Iuliana. Annis proxime minoribus collectis 513 congruunt de charactere anni, 7.7.0. Item προηγήσεως χρονικῆς 3. 18. 0. Reliquis autem tribus congruunt characteris 3.17. 480. προηγήσεως autem 0.0. 600. Summa: character 4. 0. 480 προήγησις: 3. 18, 600. Radix 5. 2. 158 cum charactere 4. 0. 480. composita dat 2. 2. 638, neomeniam Phrurdin Gelalæi, nempe feriam secundam hor. 2. 638, a meridie Phrurdin. Tempus igitur incidit post meridiem x diei Martij Iuliani. Et id demonstratur etiam ex modo προηγήσεως χρονικῆς dierum 3. 18. 600. Tot enim dies, horas, & scrupula antegressum est æquinoctium meridiem XIIII Martij Iuliani, ab editione Gelalæa. A meri- B
die x Martij, ad propositam diem XXIII Decembris, sunt dies 289, inclusiue. In laterculo mensium, numerus proxime minor 270 e regione Adar mensis noni, de 289 abiectus relinquit 19 diem Di mensis Gelalæi decimi. Character anni est feria secunda; vt iam vidimus. Ergo ex Laterculo mensium neomenia Di fuit feria VI. Et proinde XIX Di fuit feria III, nempe dies proposita 23 mensis Decembris Iuliani. Quod fuit propositum. Hæc anni forma & elegantissima est, & commodissima propter periodum absolutam: neque eius ratiocinia multum absunt ab obseruationibus Hipparchi. Nam si retro instituantur periodi Gelalææ 648 annorum, vt ab anno periodi Iulianæ 4496, a quo anno ad Phrurdin Gelalæum sunt anni C
1296, quæ sunt duæ periodi magnæ: annus 73 periodi prioris incidet in annum periodi Iulianæ 4568, in quo obseruatum æquinoctium ab Hipparcho, feria 3, 18 horis post meridiem ipsius feriæ tertiæ. Atqui 72 annis periodi competunt de charactere 5.10. 720. Quibus adiectus character Gelalæus, siue Radix, 5. 2. 158, componit characterem anni obseruati æquinoctij Hipparchici feriam 3. 12. 878. vt post mediam noctem æquinoctium contigerit ex epilogismo Gelalæo, quod Hipparchus obseruauit circa ortum Solis.

PORRO sciendum, periodum 648 annorum non extare in collectis annis Gelalæis, quos habemus Arabice scriptos: sed nos eam periodum excogitasse. Nam illorum anni, vt diximus, sunt D
collecti per 30 annos tantum. Nos vero tandem animaduertimus ex 648 eiusmodi annis periodum elegantissimam fieri, in qua, peremptis quinque bisextis in anno Iuliano, feria redit in orbem. Quare si Persis ea periodus hodie est in vsu, est cur gaudeamus, id a nobis nullo indicante animaduersum fuisse. Sin autem, esto illa periodus nostra anni Gelalæi, non Gelalæa. Subiecimus etiam motum Lunæ μετεμπτώσεως in hac anni forma. Annus Gelalæus est dierum

A rum 365. hor. 5. 880. Deductis diebus 354. hor. 8. 876, qui est modus anni Lunaris, remanent dies 10. 21. 4, Epactæ vnius anni. Triplicatæ, deducto mense Lunari, relinquunt dies 3.2.299. Et ita semper propagando, & mensem Lunarem, cum res postulat, deducendo, tandem epactæ anni 9 fiunt dies 29. 10. 718. B quæ summa minor est mense Lunari, nempe 29. 12. 793. Deductis igitur 29. 10. 718 de 29. 12. 793, remanent dies 0. 2. 75. excessus Lunæ supra Solem. quæ est μετέμπλωσις Lunæ in anno Gelalæo. Igitur

EPACTÆ LVNARES IN CYCLO GELALAEO.

	Anni expans.	Dies.	Horæ.	Scrup. 1080.
	1	10	21	4
	2	21	18	8
Emb.	3	3	2	299
	4	13	23	303
	5	24	20	307
Emb.	6	6	4	598
	7	17	1	602
	8	27	22	606
Emb.	9	9	6	897
	10	20	3	901
Emb.	11	1	12	112
	12	12	9	116
	13	23	6	120
Emb.	14	4	14	411
	15	15	11	415
	16	26	8	419
Emb.	17	7	16	710
	18	18	13	714
	19	29	10	718

CYCLI μετεμπλώσεως.

Cycli	Dies μετεμπλώσεως.	Horæ.	Scrup. 1080.
1	0	2	75
2	0	4	150
3	0	6	225
4	0	8	300
5	0	10	375
6	0	12	450
7	0	14	525
8	0	16	600
9	0	18	675
10	0	20	750
20	1	17	420
30	2	14	90
40	3	10	840
50	4	7	510
60	5	4	180
70	6	0	930
80	6	21	600
90	7	18	270
100	8	14	1020
200	17	5	960
300	25	20	900
400	34	11	840

Luna in 12 cyclis, hoc est annis Gelalæis 228, descendet vna die. C Verbi gratia, si nouilunium fuerit in neomenia Phrurdin, post 228 annos, erit in secunda Phrurdin: post 456, in 3 Phrurdin. Et sic deinceps. De qua re amplius disputabitur in nouo anno cælesti.

DE NOVO ANNO CÆLESTI.

EX his, quæ proxime disputauimus, satis acceptum est, annum Tropicum esse duplicis generis. Aut enim sola conuersione censetur: vt ab æquinoctio, ad idem æquinoctium: aut non solum caput naturale habet, sed etiam partibus naturalibus descriptus est: qua- D lia sunt naturalia circuli segmenta, quæ Dodecatemoria dicuntur. Ideo iure a nobis Cælestis vocetur. Prioris generis est Gelalæus a nobis proxime demonstratus. Alterius forma a nemine hactenus edita fuit, nedum apud gentem aliquam recepta. Totius negotij duo præcipua, descriptio mensium, & caput anni. Menses totidem, quot Signiferi Dodecatemoria. Sed quatuor tantum ex illis vere naturales dici possunt, qui a quatuor cardinibus describuntur, vtroque æquinoctio, bruma & solstitio. Ptolemęus demonstrauit & a se & ab

Hipparcho, maiorem arcum a Sole confici ab æquinoctio verno, ad autumnale, quam ab autumnali, ad vernum: item maiorem esse quadrantem ab initio Arietis, ad initium Cancri, quam reliquum, ad initium libræ: duos autem reliquos alterum altero pauxillo maiusculum esse, sed quæ differentia nullius momenti futura sit in ratione ciuilium temporum. Rursus arcum ab initio Arietis, ad initium Libræ esse paulo minorem dierum 187: sed ita, vt tuto integri dies 187 assumi possint. Quadrans igitur prior incipiens ab Ariete, nullo erroris periculo, dierum 94 sumi potest: sequens vero 93. In hoc enim discedimus ab Euctemone, Metone, Eudoxo, Philippo, Dionysio, Dositheo, & reliquis parapegmatum artificibus, qui circulum æstiuum totidem quidem dierum definiuerunt, sed illis in mensium tributione ratio claudicat, attributis tam Tauroni, quam Didymoni 32 diebus, ac vno de Parthenone præter ius detracto. Nos sapientissimos Arabas sequimur, qui vni Didymoni duos supra triginta, reliquis quinque singulos supra tricenos dant. In altero semicirculo Arabibus cum veteribus Parapegmatum auctoribus conuenit, descriptis Toxone & Ægone vndetricenum, cæteris quatuor tricenum dierum. Quod si quis obiiciat, hæc mutari posse propter apogeum Solis, aut aliam nescio quam caussam, næ ille, quid sit ciuilis annus cælestis, ignorat, qui ab emendatore Chronologiæ exigat, quod ab astrologo, aut summo mathematico præstari non potest. præterea τὰ φαινόμενα, ostendunt hanc rationem adhuc constare, & cum veterum obseruationibus æquinoctialibus congruere. Superest Caput anni. Huius quoque duo fastigia, Epocha Solis, & interuallum temporis. Epochas Solis quatuor naturales tantum diximus, vtrumque æquinoctium, & vtrumque punctum Tropicum. Sed tutius alterutrum æquinoctium. Nam obseruatio Solstitiorum operosissima, & aleæ plenissima, quod Sol per Tropicum plurimos dies immoretur: quo fit, vt incrementa & decrementa dierum circa illa puncta diutissime sint ἀνεπαίσθητα. Itaque veteres Græci scribunt, Solstitiali & Brumali tempore per quadraginta dies, extremum Gnomonis vmbræ in lineis horologiorum tropicis morari, ita vt nulla aut certe parua admodum παράλλαξις per 40 dies percipiatur: vt verum fuerit, quod de illo tempore anni Manilius dixit: *Statque vno Natura loco.* Hinc est, quod Hipparchus diffidit, non solum Euctemonis, Metonis, Aristarchi, & Archimedis, sed & suas quoque solstitiorum obseruationes vitio carere. Adeo difficilis res, Solstitij momentum deprehendere. Si igitur interuallum temporis statuerimus, postea epocham Solis, quam visum fuerit, assumemus. Esto igitur annus periodi Iulianæ 764, in quo statuemus caput & epochæ nostræ, & anni cælestis.

A lestis. Deinde eligatur ex veteribus obseruationibus æquinoctialibus accuratissima omnium, ad cuius regulam rationes nostras componamus. omnium vetustissimæ æquinoctiorum obseruationes sunt Hipparcheæ. Sed omnium accuratissima, & quam adeo ἀκριβεστάτην ipse obseruator Hipparchus vocat, est illa, qua æquinoctium notatum est in tertia ἐπαγομένων, sequente quarta, in media nocte anni 601 desinentis a meridie Thoth primi Nabonassar, anno 32 tertiæ periodi Calippicæ; quod tempus congruit horis 12 a meridie 26 Septembris anni 4567 periodi Iulianæ, feria septima, sequente prima. Hæc profecto omnium æquinoctialium obseruationum accuratissima, & maiori parti posteriorum obseruationum conue-
B nientissima comperta est. Ideo non solum ex commendatione auctoris, sed etiam ex eius fide, quæ nobis explorata est, omnibus aliis anteponetur. Ab ea igitur retro putanda sunt æquinoctia. quod fiet, si prius, quem modum anni sequemur, definiuerimus. Nam duo tantum sunt, qui alios omnes excludunt, Alfonsinus, & Gelalæus. Sed Alfonsinus longe melior, & tutior: quia posterior Gelalæo, ideoque certior. Nam a temporibus Ptolemæi, artifices posteriores anni modum maiorem pronunciarunt, quam priores. Albateni in annis 106 vnum bisextum de diebus Romanis, vt ipse loquitur, perire putat. Sapientes Persidis formæ Gelalææ conditores in annis 129, aut 130. Elzuphi, & Alzarakeel in annis 131. Alfon-
C sini postremi omnium, in annis 134. Hic progressus incrementorum nimirum inde est, quod a longinquioribus interuallis certior est rei examinatio. Itaque hoc satis nobis acceptum est, de modo anni Tropici, de quo nemo hactenus quicquam certi definire potuit, nullum meliorem Alfonsino inueniri posse. Annus igitur ex Alfonsino præscripto est dierum 365. hor. 5.49.16′ prope. Abiectis omnibus septenariis dierum, relinquitur character vnius anni 1. 5. 49′. 16″. hoc est, feria prima, hor. 5.49′.16″. duplum eius est 2.11. 38′. 32″. Ita potest Tabula characteris anni in infinitum propagari. Iam ab epocha a nobis instituta, nempe ab anno periodi Iulianæ 764, ad annum eiusdem periodi 4567, in quo æquinoctium autumna-
D le ab Hipparcho obseruatum, anni sunt præcisi Iuliani 3803. Quibus congruunt de charactere iam dicto 7. 9. 28′. 27″. Hoc est, si toties assumas characterem anni 1. 5. 49′. 16″. quot sunt anni interualla, habebis feriam 7. hor. 9. 28. 27″. Character autem æquinoctij Hipparchei fuit 7.12. 0. 0. de quo deductis 7.9. 28′. 27″, remanent 7. 2. 31. 33″. character æquinoctij autumnalis anni 764 periodi Iulianæ, hoc est feria 7, hor. 2.31′.33″. post meridiem dictæ feriæ septimæ, idque Alexandriæ. Quod si modum anni Alfonsini

Alfonſini 365. 5. 49′. 16″, ex modo anni Iuliani 365. 6′.0′.0″ dedu- A
xeris, habebis hor. 0. 10′,44″. differentiam anni Iuliani & Alfonſini, quæ eſt προήγησις ἰσημερινὴ χρονική. quam ſi per 3803 annos multiplicaueris, habebis dies 28, hor. 8. 31′. 33″, προηγήσεως χρονικῆς ab æquinoctio anni 764, ad æquinoctium Hipparchi, in anno 4567. Igitur compoſitis 28 diebus, horis 8.31′.33″. cum 26.12 Septembris, peruenies ad meridiem 25 Octobris, feria ſeptima, vbi fuit æquinoctium ciuile anni noſtri cæleſtis, in anno epochæ noſtræ 764, ad meridianum Alexandriæ. Quare a Zygone anni 764 ſumemus initium epilogiſmorum noſtrorum. Confecimus igitur Tabulam anni Solaris Tropici primum per annos expanſos 76, qui anni ſunt compoſiti cum charactere Zygonos anni propoſiti 764. Æquinoctium fuit feria 7. B
2. 31′. 33″. hoc eſt hora ſecunda poſt meridiem feriæ ſeptimæ. Sed quia nos aſtronomice feriam inſtituimus a meridie, ciuiliter autem ab occaſu Solis, character noſter erit 1. 2. 31′. 33″. cum quo ſi compoſueris characterem vnius anni 1. 5. 49. 16, habebis characterem anni ſecundi 2. 8. 21′. Ita propagando habebis 76 annos characteri anni implicitos. Deinde ſequitur Tabula annorum collectorum per 76, ſine charactere. Adiecti quatuor laterculi neomeniarum cæleſtium ſinguli ab vno quatuor naturalium menſium incipientes cum characteribus ſuis. vt patet in ſubiectis exemplis.

TABVLA

A

TABVLA ANNI TROPICI IN ANNIS EXPANSIS.

	Anni expansi.	CHARACTER ANNI.			Προήγησις χρονική.			Προήγησις τοπική.		
		Feria.	Horae.	Scrup. prima.	Dies.	Horae.	Scrup. prima	Gr.	Scrup. I.	Scrup. II.
	1	1	2	33	0	0	11	0	0	50
	2	2	8	21	0	0	21	0	1	40
	3	3	14	10	0	0	32	0	2	30
	4	4	19	59	0	0	43	0	3	20
	5	6	1	49	0	0	54	0	4	10
B	6	7	7	38	0	0	4	0	5	0
	7	1	13	27	0	1	15	0	5	50
	8	2	19	16	0	1	26	0	6	40
	9	4	1	6	0	1	37	0	7	30
	10	5	6	55	0	1	47	0	8	20
	11	6	12	44	0	1	58	0	9	10
	12	7	18	33	0	2	9	0	10	0
	13	2	0	23	0	2	20	0	10	50
	14	3	6	12	0	2	30	0	11	40
	15	4	12	1	0	2	41	0	12	30
	16	5	17	51	0	2	52	0	13	20
	17	6	23	40	0	3	2	0	14	10
	18	1	5	29	0	3	13	0	15	0
	19	2	11	18	0	3	24	0	15	50
	20	3	17	8	0	3	35	0	16	40
	21	4	22	57	0	3	45	0	17	30
	22	6	4	46	0	3	56	0	18	20
	23	7	10	35	0	4	6	0	19	10
	24	1	16	25	9	4	18	0	20	0
C	25	2	22	14	0	4	28	0	20	50
	26	4	4	3	0	4	39	0	21	40
	27	5	9	52	0	4	50	0	22	30
	28	6	15	42	0	5	1	0	23	20
	29	7	21	31	0	5	11	0	24	10
	30	2	3	20	0	5	22	0	25	0
	31	3	19	10	0	5	33	0	25	50
	32	4	14	59	0	5	43	0	26	40
	33	5	20	48	0	5	54	0	27	30
	34	7	2	37	0	6	5	0	28	20
	35	1	8	27	0	6	16	0	29	10
	36	2	14	16	0	6	26	0	30	0
	37	3	20	5	0	6	37	0	30	50
	38	5	1	54	0	6	48	0	31	49
	39	6	7	44	0	6	59	0	32	30
	40	7	13	33	0	7	9	0	33	20

Anni expansi.	CHARACTER ANNI.			Προήγησις χρονική.			Προήγησις τοπική.		
	Feria.	Horae.	Scrup. prima.	Dies.	Horae.	Scrup. prima.	Gr.	Scrup. I.	Scrup. II.
41	1	19	22	0	7	20	0	34	10
42	3	1	11	0	7	31	0	35	0
43	4	7	1	0	7	42	0	35	50
44	5	12	50	0	7	52	0	36	40
45	6	18	39	0	8	3	0	37	30
46	1	0	29	0	8	13	0	38	20
47	2	6	18	0	8	24	0	39	20
48	3	17	7	0	8	35	0	40	0
49	4	17	56	0	8	46	0	40	50
50	5	23	46	0	8	57	0	41	40
51	7	5	35	0	9	7	0	42	30
52	1	11	29	0	9	18	0	43	20
53	2	17	13	0	9	29	0	44	10
54	3	23	3	0	9	40	0	45	0
55	5	4	52	0	9	50	0	45	50
56	6	10	41	0	10	1	0	46	40
57	7	16	30	0	10	12	0	47	30
58	1	22	20	0	10	23	0	48	10
59	3	4	9	0	10	33	0	49	10
60	4	9	58	0	10	44	0	49	0
61	5	15	48	0	10	55	0	50	50
62	6	21	37	0	11	5	0	51	40
63	1	3	26	0	11	16	0	52	30
64	2	9	15	0	11	27	0	53	20
65	3	15	2	0	11	38	0	54	10
66	4	20	54	0	11	48	0	55	0
67	6	2	43	0	11	59	0	55	50
68	7	8	32	0	12	10	0	56	40
69	1	14	22	0	12	21	0	57	30
70	2	20	11	0	12	31	0	58	20
71	4	2	0	0	12	42	0	59	10
72	5	7	49	0	12	53	1	0	0
73	6	13	39	0	13	4	1	0	50
74	7	19	28	0	13	14	1	1	40
75	2	1	17	0	13	25	1	2	30
76	3	7	7	0	13	36	1	3	20

TABV-

A

TABVLA ANNI TROPICI
IN ANNIS COLLECTIS.

	CHARACTER ANNI.			Προήγησις χρονική.			Προήγησις τοπική.				CHARACTER ANNI.			Προήγησις χρονική.			Προήγησις τοπική.		
Anni Collecti.	Feria.	Horæ.	Scrup. prima.	Dies.	Horæ.	Scrup. prima.	Gr.	Scrup. I.	Scrup. II.	Anni Collecti.	Feria.	Horæ.	Scrup. prima.	Dies.	Horæ.	Scrup. prima.	Gr.	Scrup. I.	Scrup. II.
76	3	10	24	0	13	36	1	3	35	3116	7	18	25	23	5	35	43	26	55
152	6	20	48	1	3	12	2	7	10	3192	4	4	49	23	19	11	44	30	30
228	3	7	12	1	16	48	3	10	45	3268	7	15	13	24	8	47	45	34	5
304	6	17	36	2	6	24	4	14	20	3344	4	1	37	24	22	23	46	37	40
380	3	4	0	2	20	0	5	17	55	3420	7	12	1	25	11	59	47	41	15
456	6	14	24	3	9	36	6	21	30	3496	3	22	25	26	1	35	48	44	50
532	3	0	48	3	23	12	7	25	5	3572	7	8	49	26	15	11	49	48	25
608	6	11	12	4	12	48	8	28	40	3648	3	19	13	27	4	47	50	52	0
684	2	21	36	5	2	24	9	32	15	3724	7	5	37	27	18	23	51	55	35
760	6	8	0	5	16	0	10	35	50	3800	3	16	1	28	7	59	52	59	10
836	2	18	24	6	5	36	11	39	25	3876	7	2	25	28	21	35	54	2	45
912	6	4	48	6	19	12	12	43	0	3952	3	12	49	29	11	11	55	6	20
988	2	15	12	7	8	48	13	46	35	4028	6	23	23	30	0	47	56	9	55
1064	6	1	36	7	22	24	14	50	10	4104	3	9	37	30	14	23	57	13	30
1140	2	12	0	8	12	0	15	53	45	4180	6	20	1	31	3	59	58	17	5
1216	5	22	24	9	10	36	16	57	20	4256	3	6	25	31	17	35	59	20	40
1292	2	8	48	9	15	12	18	0	55	4332	6	16	49	32	7	11	60	24	15
1368	5	19	12	10	4	46	19	4	30	4408	3	3	13	32	20	47	61	27	50
1444	2	5	36	10	18	24	20	8	5	4484	6	13	37	33	10	23	62	31	25
1520	5	16	0	11	8	0	21	11	40	4560	3	0	1	33	23	59	63	35	0
1596	2	2	24	11	21	36	22	15	15	4636	6	10	25	34	13	35	64	38	35
1672	5	12	49	12	11	12	23	18	50	4711	2	20	49	35	3	11	65	42	10
1748	1	23	12	13	0	48	24	22	25	4788	6	7	13	35	16	47	66	45	45
1824	5	9	36	13	14	24	25	26	0	4864	2	17	37	36	6	23	67	49	20
1900	1	10	0	14	4	0	26	29	35	4940	6	4	1	36	19	59	68	52	55
1976	5	6	24	14	17	36	27	33	10	5016	2	14	25	37	9	35	69	56	30
2052	1	16	48	15	7	12	28	36	45	5091	6	0	49	37	23	11	71	0	5
2128	5	3	12	15	20	48	29	40	20	5168	2	11	23	38	12	47	72	3	40
2204	1	13	36	16	10	24	30	43	55	5244	5	21	37	39	2	23	73	7	15
2280	5	0	1	16	23	59	31	47	30	5320	2	8	1	39	15	59	74	10	50
2356	1	10	25	17	13	35	32	51	5	5396	5	18	25	40	5	35	75	14	25
2432	4	20	49	18	3	11	33	54	40	5472	2	4	49	40	19	11	76	18	0
2508	1	7	13	18	16	47	34	58	15	5548	5	15	13	41	8	47	77	21	25
2584	4	17	37	19	6	23	36	1	50	5623	2	1	37	41	22	23	78	25	10
2660	1	4	1	19	19	59	37	5	25	5700	5	12	1	42	11	59	79	28	45
2736	4	14	25	20	9	35	38	9	0	5776	1	22	25	43	1	35	80	32	20
2812	1	0	49	20	23	11	39	12	35	5852	5	8	49	43	15	11	81	35	55
2888	4	11	13	11	12	47	40	16	10	5928	1	19	13	44	4	47	82	39	30
2964	7	21	37	22	2	23	41	19	45	6004	5	5	37	44	18	23	83	43	5
3040	4	8	1	22	15	59	42	23	20	6080	1	16	1	45	7	59	84	46	40

B

C

LATER-

A

LATERCVLVM ZYGONOS.

1 2 31′ 33″. DIES

Zygon	1	2	3	4	5	6	7	30	30
Scorpion	3	4	5	6	7	1	2	30	60
Toxon	5	6	7	1	2	3	4	29	89
Ægon	6	7	1	2	3	4	5	29	118
Hydron	7	1	2	3	4	5	6	30	148
Ichthyon	2	3	4	5	6	7	1	30	178
Krion	4	5	6	7	1	2	3	31	209
Tauron	7	1	2	3	4	5	6	31	240
Didymon	3	4	5	6	7	1	2	32	272
Karkinon	7	1	2	3	4	5	6	31	303
B Leonton	5	4	5	6	7	1	2	31	334
Partheoon.	6	7	1	2	3	4	5	31	365

LATERCVLVM ÆGONOS.

6 10 20′ 33″. DIES

Ægon	1	2	3	4	5	6	7	29	29
Hydron	2	3	4	5	6	7	1	30	59
Ichthyoo	4	5	6	7	1	2	3	30	89
Krion	6	7	1	2	3	4	5	31	120
Tauron	2	3	4	5	6	7	1	31	151
Didymon	5	6	7	1	2	3	4	32	183
Karkinoo	2	3	4	5	6	7	1	31	214
Leonton	5	6	7	1	2	3	4	31	245
Parthenon	1	2	3	4	5	6	7	31	276
Zygoo	1	2	3	4	5	6	7	30	306
Scorpion	6	7	1	2	3	4	5	30	336
Toxon.	1	2	3	4	5	6	7	29	365

LATERCVLVM KRIONOS.

4 8 31′ 33″. DIES

Krion	1	2	3	4	5	6	7	31	31
Taoron	4	5	6	7	1	2	3	31	62
Didymon	7	1	2	3	4	5	6	32	94
Karkioon	4	5	6	7	1	2	3	31	125
Leonton	7	1	2	3	4	5	6	31	156
Parthenon	3	4	5	6	7	1	2	31	187
Zygon	6	7	1	2	3	4	5	30	217
C Scorpion	1	2	3	4	5	6	7	30	247
Toxoo	3	4	5	6	7	1	2	29	276
Ægon	1	2	3	4	5	6	7	29	305
Hydroo	5	6	7	1	2	3	4	30	335
Ichthyon.	7	1	2	3	4	5	6	30	365

LATERCVLVM KARKINONOS.

1 22 49 29. DIES

Karkinon	1	2	3	4	5	6	7	31	31
Leontoo	4	5	6	7	1	2	3	31	62
Partheoon	7	1	2	3	4	5	6	31	93
Zygon	3	4	5	6	7	1	2	30	123
Scorpion	5	6	7	1	2	3	4	30	153
Toxoo	7	1	2	3	4	5	6	29	182
Ægon	1	2	3	4	5	6	7	29	211
Hydron	2	3	4	5	6	7	1	30	241
Ichthyon	4	5	6	7	1	2	3	30	271
Krion	6	7	1	2	3	4	5	31	302
Tauron	2	3	4	5	6	7	1	31	333
Didymon	5	6	7	1	2	3	4	32	365

Tabula, vt vides, duplex eſt anniorum expanſorum, & collectorum, vtraque trinum ordinum. primus ordo annorum expanſorum continet characterem anni. Hoc eſt, anni expanſi habent implicitum characterem primi Zygonis, in anno 764; progredientes per appoſitionem characteris vnius anni 1.5.49′.16″. At primus ordo in annis col-
D lectis habet tantum ſimplices annos ſine charactere. Secundus ordo eſt differentia anni Iuliani, & anni Tropici, quæ eſt πρόσθεσις χρονική. Tertius ordo eſt πρόσθεσις ἐπακτή. Sequuntur quatuor Latercula incipientia ſingula ab vno ex quatuor naturalibus menſibus, cum ſuis characteribus feriarum: item cum charactere æquinoctij vtriuſque, brumæ, & ſolſtitij in anno primo epochæ noſtræ. Zygonos enim Æquinoctialis character, vt vidimus, eſt 1.2.31′.32″. Ægonos eſt 6.10.20′.33″. Quem colligimus ex obſeruatione Lunæ coniunctæ cum Spica Virginis in

 anno

anno primo Imperatoris Traiani, Christi autem 98 ineunte. Ex qua A obseruatione comperimus Solis ingressum in Capricornum fuisse Alexandriæ horis 18.20.1, feria 6 post meridiem 22 Decembris, anni Christi 97. qui erat annus periodi Iulianæ 4810. Interuallum ab epocha nostra, anni 4046. Itaque character illis conueniens de modo anni Alfonsini, nempe 7.7.58'. detractus de charactere 7.18.20', relinquit characterem neomeniæ Ægonos, aut brumæ in anno 764, nempe 6. 2. 23'. Character æquinoctij Krionos est ex æquinoctij verni obseruatione Hipparchea, quæ secuta est autumnalem anni 32 periodi tertiæ Calippicæ. quam & ipse Hipparchus ἀκριβεστάτην vocat. Denique character Solstitij Karkinonos, nempe 1. 22. 49'. 29", est ex Ptolemæi obseruatione in anno Christi 140. Sed tardior est vno die, vt sunt omnes Ptolemaicæ obseruationes. Quare qui B anni caput a Karkinone instituere volet, vnum diem de feriæ charactere minuere debet: & ita recte congruet epilogismus cum phænomenis. Nam vt Metonis Solstitium saltem vno die maturius fuit iusto, ita Ptolemaicum tardius est vno die. Quemadmodum autem Hipparchus damnat obseruationem Metonis, ita Albateni suspectas habet Ptolemaicas, & caussam erroris in instrumenta confert. Hæc autem tabula vt est duplex, ita compendio duarum tantum ingressionum contenta est. Itaque sine vllo labore neomeniam Zygonos adipisceris. Methodus hæc est: Semper

5472	2	4	49	40	19	11	76	18	0
73	6	13	39	0	13	4	1	0	50
5545	1	18	28	41	8	15	77	18	50

C

ab anno currente periodi Iulianæ abiice annos 763. Residuus numerus est annus currens ab epocha nostra, hoc est annus, qui inire debet, & cuius Zygonos neomeniam inuestigamus. Accipe proxime minorem numerum in annis collectis, reliquum in annis expansis, & numeros eis congruentes. Habebis characterem neomeniæ quæsitæ, dies προηγήσεως χρονικῆς, gradus προηγήσεως τροπικῆς. Exemplum esto annus Christi 1595, qui est periodi Iulianæ 6308. Abiectis 763, residui 5545 significant annos 5544 abiuisse ab epocha, & 5545 iam incipere. Numerus proxime minor in annis quidem collectis D 5472, reliquus autem 73 in annis expansis. Quorum omnium e regione numeri collecti dant characterem Zygonos feriam 1. 18. 50'. Fuit igitur æquinoctium ciuile Alexandriæ, hora 18 post meridiem feriæ septimæ, in die 13 Septembris. a qua meridie ἀστρονομικῶς putamus feriam primam. Itaque æquinoctium ciuile incidit scrup. 50' post ortum Solis. XIIII Septembris, feria prima. Porro dies προηγήσεως χρονικῆς 41. 8. 15', significant totidem dies anticipasse æquino-

A æquinoctium a 26 Octobris, qui retro putati desinunt in 14 Septembris. Denique 77. 18'. 50'. grad. æquinoctium anteuertit in antecedentia. Adeptus characterem neomeniæ Zygonos, ex Laterculo reliquorum mensium neomenias colliges; vt patet: neque monitore opus est. Qui igitur volet instituere caput anni a Zygone, vt nos, aut ab Ægone, meminerit de periodo Iuliana semper minuere annos 764. Reliqui erunt anni præteriti. Qui autem ordietur annum suum a Krione, aut Karkinone, deducere debet annos 765, vt reliqui sint anni præteriti. Quod si instituit tabulam annorum expansorum cum Radice implicita, vt nos fecimus, quia tunc annus expansus sumitur pro anno currente, pro methodo Zygonis & Ægo-B nis, 763 duntaxat detrahendi erunt, vt nobis factum est: pro methodo autem Krionos & Karkinonos, 764. Hac anni forma, quam proponimus, neque melior, neque elegantior, neque tutior excogitari potest, vt pote quæ obseruationibus veterum, & rationibus astronomicis nititur. His ita animaduersis, Hemerologium, siue Kalendarium ex laterculi præscripto construendum est cum septuplici columna. Prima continebit numerum dierum mensis, secunda characterem dierum: tertia Epactas Lunares anni Tropici: quarta cyclum Iudaicum: quinta omnium capacissima neomenias Iudaicas: Sexta dies mensium Iulianorum. Septima & vltima Epactas Lunares in anno Iuliano.

ZYGON ♎ DIES XXX.

Dies	Character	Epactæ	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
1	7	0			26 Octo.	XXVII
2	1	29	II	MARCHESVVAN	27	XXVI
3	2	28	X	MARCHESVVAN	28	XXV
4	3	27			29	XXIIII
5	4	26	XVIII	MARCHESVVAN	30	XXIII
6	5	25	VII	MARCHESVVAN	31	XXII
7	6	24	XV	MARCHESVVAN	1 Nou.	XXI
8	7	23			2	XX
9	1	22	IIII	MARCHESVVAN	3	XIX
10	2	21			4	XVIII
11	3	20	XII	MARCHESVVAN	5	XVII
12	4	19	I	MARCHESVVAN	6	XVI
13	5	18			7	XV
14	6	17	IX	MARCHESVVAN	8	XIV
15	7	16	XVII	CASLEV	9	XIII
16	1	15			10	XII
17	2	14	VI	CASLEV	11	XI
18	3	13			12	X
19	4	12	XIIII	CASLEV	13	IX
20	5	11	III	CASLEV	14	VIII
21	6	10	XI	CASLEV	15	VII
22	7	9			16	VI
23	1	8	XIX	CASLEV	17	V
24	2	7			18	IIII
25	3	6	VIII	CASLEV	19	III
26	4	5	XVI	CASLEV	20	II
27	5	4			21	I
28	6	3	V	CASLEV	22	O.XXIX
29	7	2			23	XXVIII
30	1	1	XIII	CASLEV	24	XXVII

TOXON ♐ DIES XXIX.

Dies Toxonos	Character	Epactæ	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ
1	4	29	II	TEBETH	25 Dec.	XXV
2	5	28	X	TEBETH	26	XXV
3	6	27			27	XXI
4	7	26	XVIII	TEBETH	28	XX
5	1	25	VII	TEBETH	29	XXI
6	2	24	XV	TEBETH	30	XXI
7	3	23			31	XX
8	4	22	IIII	TEBETH	1 Ianuar.	X X
9	5	21			2	XV
10	6	20	XII	TEBETH	3	XV
11	7	19	I	TEBETH	4	XV
12	1	18			5	XV
13	2	17	IX	TEBETH	6	XI
14	3	16	XVII	SEBAT	7	XII
15	4	15			8	XI
16	5	14	VI	SEBAT	9	X
17	6	13			10	X
18	7	12	XIIII	SEBAT	11	XX
19	1	11	III	SEBAT	12	VI
20	2	10	XI	SEBAT	13	V
21	3	9			14	V
22	4	8	XIX	SEBAT	15	V
23	5	7			16	II
24	6	6	VIII	SEBAT	17	II
25	7	5	XVI	SEBAT	18	II
26	1	4			19	I
27	2	3	V	SEBAT	20	O.X
28	3	2			21	XXV
29	4	1	XIII	SEBAT	22	XXV

SCORPION ♏ DIES XXX.

Dies Scorpiones	Character	Epactæ	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
1	2	0. 29	II	CASLEV	25 Nou.	XXVI
2	3	28	X	CASLEV	26	XXV
3	4	27			27	XXIIII
4	5	26	XVIII	CASLEV	28	XXIII
5	6	25	VII	CASLEV	29	XXII
6	7	24	XV	CASLEV	30	XXI
7	1	23			1 Decem.	XX
8	2	22	IIII	CASLEV	2	XIX
9	3	21			3	XVIII
10	4	20	XII	CASLEV	4	XVII
11	5	19	I	CASLEV	5	XVI
12	6	18			6	XV
13	7	17	IX	CASLEV	7	XIIII
14	1	16	XVII	TEBETH	8	XIII
15	2	15			9	XII
16	3	14	VI	TEBETH	10	XI
17	4	13			11	X
18	5	12	XIIII	TEBETH	12	IX
19	6	11	III	TEBETH	13	VIII
20	7	10	XI	TEBETH	14	VII
21	1	9			15	VI
22	2	8	XIX	TEBETH	16	V
23	3	7			17	IIII
24	4	6	VIII	TEBETH	18	III
25	5	5	XVI	TEBETH	19	II
26	6	4			20	I
27	7	3	V	TEBETH	21	O
28	1	2			22	XXIX
29	2	1	XIII	TEBATH	23	XXVIII
30	3	0			24	XXVII

ÆGON ♑ DIES XXIX.

Dies Ægonos	Character	Epactæ	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ
1	5	0. 29	II	SEBAT	23 Ian.	XX
2	6	28	X	SEBAT	24	XXV
3	7	27			25	XX
4	1	26	XVI	SEBAT	26	XXI
5	2	25	VII	SEBAT	27	XX
6	3	24	XV	SEBAT	28	XX
7	4	23			29	XX
8	5	22	IIII	SEBAT	30	X X
9	6	21			31	XVI
10	7	20	XII	SEBAT	1 Febr.	XV
11	1	19	I	SEBAT	2	XV
12	2	18			3	X
13	3	17	IX	SEBAT	4	X
14	4	16	XVII	ADAR PRIOR	5	X
15	5	15			6	X
16	6	14	VI	ADAR PRIOR	7	X
17	7	13			8	X
18	1	12	XIIII	ADAR PRIOR	9	IX
19	2	11	III	ADAR PRIOR	10	[illegible]
20	3	10	XI	ADAR PRIOR	11	V
21	4	9			12	V
22	5	8	XIX	ADAR PRIOR	13	V
23	6	7			14	[illegible]
24		6	VIII	ADAR PRIOR	15	[illegible]
25	1	5	XVI	ADAR	16	II
26	2	4			17	I
27	3	3	V	ADAR	[illegible]	[illegible]
28	4	2			[illegible]	XX
29	5	1	XIII	AOAR.	[illegible]	XX

HYDRON ♒ DIES XXX.

Dies Hydronos.	Chara-cter.	Epactæ.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
1	6	0			21 Feb.	XXVII
2	7	29	II	ADAR.	22	XXVI
3	1	28	X	ADAR.	23	XXV
4	2	27			24	XXIIII
5	3	26	XVIII	ADAR.	25	XXIII
6	4	25	VII	ADAR.	26	XXII
[illegible]	5	24	XV	ADAR.	27	XXI
8	6	23			28	XX
9	7	22	IIII	ADAR.	1 Martij.	O
10	1	21			2	XXIX
11	2	20	XII	ADAR.	3	XXVIII
12	3	19	I	ADAR.	4	XXVII
13	4	18			5	XXVI
14	5	17	IX	ADAR.	6	XXV
15	6	16	XVII	ADAR POSTER.	7	XXIIII
16	7	15			8	XXIII
[illegible]	1	14	VI	ADAR POSTER.	9	XXII
[illegible]	2	13			10	XXI
[illegible]	3	12	XIIII	ADAR POSTER.	11	XX
[illegible]	4	11	III	ADAR POSTER.	12	XIX
[illegible]	5	10	XI	ADAR POSTER.	13	XVIII
[illegible]	6	9			14	XVII
[illegible]	7	8	XIX	ADAR POSTER.	15	XVI
[illegible]	1	7			16	XV
[illegible]	2	6	VIII	ADAR POSTER.	17	XIV
[illegible]	3	5	XVI	NISAN.	18	XIII
[illegible]	4	4			19	XII
[illegible]	5	3	V	NISAN.	20	XI
[illegible]	6	2			21	X
[illegible]	[illegible]	1	XIII	NISAN.	22	IX

KRION ♈ DIES XXXI.

Dies Krionos.	Chara-cter.	Epactæ.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
1	3	29	II	IIAR	22 April.	VII
[illegible]	4	28	X	IIAR	23	VI
3	5	27			24	V
4	6	26	XVIII	IIAR	25	IIII
5	7	25	VII	IIAR	26	III
6	1	24	XV	IIAR	27	II
7	2	23			28	I
8	3	22	IIII	IIAR	29	O.
9	4	21			30	XXIX
10	5	2[illegible]	XII	IIAR	1 Mai.	XXVIII
11	6	19	I	IIAR	2	XXVII
12	7	18			3	XXVI
13	1	17	IX	IIAR	4	XXV
14	2	16	XVII	IIAR	5	XXIIII
15	3	15			6	XXIII
16	4	14	VI	IIAR	7	XXII
17	5	13			8	XXI
18	6	12	XIIII	IIAR	9	XX
19	7	11	III	IIAR	10	XIX
20	1	10	XI	IIAR	11	XVIII
21	2	9			12	XVII
22	3	8	XIX	IIAR	13	XVI
23	4	7			14	XV
24	5	6	VIII	IIAR	15	XIIII
25	6	5	XVI	SIVVAN	16	XIII
26	7	4			17	XII
27	1	3	V	SIVVAN	18	XI
28	2	2			19	X
29	3	1	XIII	SIVVAN	20	IX
30	4	m. 29	II	SIVVAN	21	VIII
31	5	28	X	SIVVAN	22	VII

ICHTHYON ♓ DIES XXX.

[illegible]	Chara-cter.	Epactæ.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
[illegible]	1	[illegible]	II	NISAN	23 Mart.	VIII
2	2	28	X	NISAN	24	VII
[illegible]	3	27			25	VI
[illegible]	4	26	XVIII	NISAN	26	V
5	5	25	VII	NISAN	27	IIII
6	6	24	XV	NISAN	28	III
[illegible]	[illegible]	23			29	II
8	1	22	IIII	NISAN	30	I
9	2	21			31	O.XXIX
[illegible]	3	2[illegible]	XII	NISAN	1 April.	XXVIII
[illegible]	4	[illegible]9	I	NISAN	2	XXVII
12	5	18			3	XXVI
13	6	[illegible]	IX	NISAN	4	XXV
14	7	16	XVII	NISAN	5	XXIIII
15	1	15			6	XXIII
16	2	14	VI	NISAN	7	XXII
[illegible]	3	13			8	XXI
[illegible]	4	12	XIIII	NISAN	9	XX
[illegible]	5	11	III	NISAN	10	XIX
[illegible]	[illegible]	1[illegible]	XI	NISAN	11	XVIII
[illegible]	[illegible]	9			12	XVII
[illegible]	1	8	XIX	NISAN	13	XVI
[illegible]	[illegible]	7			14	XV
24	[illegible]	6	VIII	NISAN	15	XIIII
25	4	5	XVI	IIAR	16	XIII
26	5	4			17	XII
27	6	3	V	IIAR	18	XI
28	[illegible]	2			19	X
29	1	1	XIII	IIAR	20	IX
30	2	0			21	VIII

TAVRON ♉ DIES XXXI.

Dies Tauronos.	Chara-cter.	Epactæ.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactæ Iulianæ.
1	6	27			23 Mai.	VI
2	7	26	XVIII	SIVVAN	24	V
3	1	25	VII	SIVVAN	25	IIII
4	2	24	XV	SIVVAN	26	III
5	3	23			27	II
6	4	22	IIII	SIVVAN	28	I
7	5	21			29	O.XXIX
8	6	20	XII	SIVVAN	30	XXVIII
9	7	19	I	SIVVAN	31	XXVII
10	1	18			1 Iun.	XXVI
11	2	17	IX	SIVVAN	2	XXV
12	3	16	XVII	SIVVAN	3	XXIIII
13	4	15			4	XXIII
14	5	14	VI	SIVVAN	5	XXII
15	6	13			6	XXI
16	7	12	XIIII	SIVVAN	7	XX
17	1	11	III	SIVVAN	8	XIX
18	2	10	XI	SIVVAN	9	XVIII
19	3	9			10	XVII
20	4	8	XIX	SIVVAN	11	XVI
21	5	7			12	XV
22	6	6	VIII	SIVVAN	13	XIIII
23	7	5	XVI	TAMVZ	14	XIII
24	1	4			15	XII
25	2	3	V	TAMVZ	16	XI
26	3	2			17	X
27	4	1	XIII	TAMVZ	18	IX
28	5	0			19	VIII
29	6	29	II	TAMVZ	20	VII
30	7	28	X	TAMVZ	21	VI
31	1	27			22	V

DIDYMON ♊ DIES XXXII.

Dies Didimenos	Character	Epactae	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactae Iulianae.
1	2	26	XVIII	TAMVZ	23 Iun.	IIII
2	3	25	VII	TAMVZ	24	III
3	4	24	XV	TAMVZ	25	II
4	5	23			26	I
5	6	22	IIII	TAMVZ	27	0
6	7	21			28	XXIX
7	1	20	XII	TAMVZ	29	XXVIII
8	2	19	I	TAMVZ	30	XXVII
9	3	18			1 Iuli.	XXVI
10	4	17	IX	TAMVZ	2	XXV
11	5	16	XVII	TAMVZ	3	XXIIII
12	6	15			4	XXIII
13	7	14	VI	TAMVZ	5	XXII
14	1	13			6	XXI
15	2	12	XIIII	TAMVZ	7	XX
16	3	11	III	TAMVZ	8	XIX
17	4	10	XI	TAMVZ	9	XVIII
18	5	9			10	XVII
19	6	8	XIX	TAMVZ	11	XVI
20	7	7			12	XV
21	1	6	VIII	TAMVZ	13	XIV
22	2	5	XVI	AB	14	XIII
23	3	4			15	XII
24	4	3	V	AB	16	XI
25	5	2			17	X
26	6	1	XIII	AB	18	IX
27	7	0.29	II	AB	19	VIII
28	1	28	X	AB	20	VII
29	2	27			21	VI
30	3	26	XVIII	AB	22	V
31	4	25	VII	AB	23	IIII
32	5	14	XV	AB	24	III

LEONTON ♌ DIES XXXI.

Dies Leontonos.	Character.	Epactae.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactae Iulianae.
1	2	22	IIII	ELVL	25 Aug.	0.
2	3	21			26	XXIX
3	4	20	XII	ELVL	27	XXVIII
4	5	19	I	ELVL	28	XXVII
5	6	18			29	XXVI
6	7	17	IX	ELVL	30	XXV
7	1	16	XVII	ELVL	31	XXIIII
8	2	15			1 Sept.	XXIII
9	3	14	VI	ELVL	2	XXII
10	4	13			3	XXI
11	5	12	XIIII	ELVL	4	XX
12	6	11	III	ELVL	5	XIX
13	7	10	XI	ELVL	6	XVIII
14	1	9			7	XVII
15	2	8	XIX	ELVL	8	XVI
16	3	7			9	XV
17	4	6	VIII	ELVL	10	XIIII
18	5	5	XVI	TISRI	11	XIII
19	6	4			12	XII
20	7	3	V	TISRI	13	XI
21	1	2			14	X
22	2	1	XIII	TISRI	15	IX
23	3	0.29	II	TISRI	16	VI[illegible]
24	4	28	X	TISRI	17	VII
25	5	27			18	VI
26	6	26	XVIII	TISRI	19	V
27	7	25	VII	TISRI	20	[illegible]
28	1	24	XV	TISRI	21	[illegible]
29	2	23			22	[illegible]
30	3	22	IIII	TISRI	23	I
31	4	21			24	0.X[illegible]

KARKINON ♋ DIES XXXI.

Dies Karkinonos.	Character.	Epactae.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactae Iulianae.
1	6	23			25 Iuli.	II
2	7	22	IIII	AB	26	I
3	1	21			27	0.XXIX
4	2	20	XII	AB	28	XXVIII
5	3	19	I	AB	29	XXVII
6	4	18			30	XXVI
7	5	17	IX	AB	31	XXV
8	6	16	XVII	AB	1 Aug.	XXIIII
9	7	15			2	XXIII
10	1	14	VI	AB	3	XXII
11	2	13			4	XXI
12	3	12	XIIII	AB	5	XX
13	4	11	III	AB	6	XIX
14	5	10	XI	AB	7	XVIII
15	6	9			8	XVII
16	7	8	XIX	AB	9	XVI
17	1	7			10	XV
18	2	6	VIII	AB	11	XIIII
19	3	5	XVI	ELVL	12	XIII
20	4	4			13	XII
21	5	3	V	ELVL	14	XI
22	6	2			15	X
23	7	1	XIII	ELVL	16	IX
24	1	0			17	VIII
25	2	29	II	ELVL	18	VII
26	3	28	X	ELVL	19	VI
27	4	27			20	V
28	5	26	XVIII	ELVL	21	IIII
29	6	25	VII	ELVL	22	III
30	7	24	XV	ELVL	23	II
31	1	23			24	I

PARTHENON ♍ DIES XXXI.

Dies Parthenonos.	Character.	Epactae.	Cyclus Iud.	MENSES IVDAICI.		Epactae Iulianae.
1	5	20	XII	TISRI	25 Sept.	XXVIII
2	6	19	I	TISRI	26	XXVII
3	7	18			27	XXVI
4	1	17	IX	TISRI	28	XXV
5	2	16	XVII	TISRI	29	XXIIII
6	3	15			30	XXIII
7	4	14	VI	TISRI	1 Octob.	XXII
8	5	13			2	XXI
9	6	12	XIIII	TISRI	3	XX
10	7	11	III	TISRI	4	XIX
11	1	10	XI	TISRI	5	XVIII
12	2	9			6	XVII
13	3	8	XIX	TISRI	7	XVI
14	4	7			8	XV
15	5	6	VIII	TISRI	9	XIIII
16	6	5	XVI	MARCHESVVAN	10	XIII
17	7	4			11	XII
18	1	3	V	MARCHESVVAN	12	XI
19	2	2			13	X
20	3	1	XIII	MARCHESVVAN	14	IX
21	4	0			15	VIII
22	5	29	II	ἐμβολ. MARCHESVVAN	16	VII
23	6	28	X	ἐμβολ. MARCHESVVAN	17	VI
24	7	27			18	V
25	1	26	XVII	ἐμβολ. MARCHESVVAN	19	IIII
26	2	25	VII	ἐμβολ. MARCHESVVAN	20	III
27	3	24	XV	ἐμβολ. MARCHESVVAN	21	II
28	4	23			22	I
29	5	22	IIII	ἐμβολ. MARCHESVVAN	23	0
30	6	21			24	XXIX
31	7	20	XII	ἐμβολ. MARCHESVVAN	25	XXVI[illegible]

A Supereſt, vt Hemerologium noſtrum Tabula lunari inſtruamus, ac menſes Iudaicos in eo deſignemus. Conſtruatur igitur Tabula primum ad 76 annos expanſos, vt factum eſt in Solari, deinde in annos collectos, vt patet in exemplo ſubiecto.

TABVLA NOVILVNIORVM ZYGONOS IN ANNIS EXPANSIS.

Anni expanſi.	Character nouilunij. Feriæ.	Horæ.	Scrupula.	Cycli ⊙ Iuliani.	Neomeniæ in menſib. Iulianis.	Epactæ Tropicæ.	Epactæ Iulianæ.	Cyclus ☽ Iudaic.
Emb. 1	2	5	243	E	27 Octo.	29	26	2
2	1	2	832	DC	14 Nou.	11	8	3
B Emb. 3	5	11	628	B	3 Nou.	22	19	4
4	4	9	137	A	22 Nou.	3	29	5
5	1	17	1013	G	11 Nou.	14	11	6
Emb. 6	6	2	809	FE	31 Octo.	25	22	7
7	5	0	318	D	19 Nou.	6	3	8
8	2	9	114	C	8 Nou.	17	14	9
Emb. 9	6	17	990	B	28 Octo.	28	25	10
10	5	15	499	AG	15 Nou.	10	7	11
Emb. 11	3	0	295	F	5 Nou.	20	17	12
12	1	21	884	E	24 Nou.	1	27	13
13	6	6	680	D	13 Nou.	12	9	14
Emb. 14	3	15	476	CB	1 Nou.	24	21	15
15	2	12	1065	A	20 Nou.	5	2	16
16	6	21	861	G	9 Nou.	16	13	17
Emb. 17	4	6	657	F	30 Octo.	26	23	18
18	3	4	166	ED	17 Nou.	8	5	19
19	7	12	1042	C	6 Nou.	19	16	1
C Emb. 20	4	21	838	B	27 Octo.	0	26	2
21	3	19	347	A	15 Nou.	10	7	3
Emb. 22	1	4	143	GF	3 Nou.	22	19	4
23	7	1	732	E	22 Nou.	3	0.28	5
24	4	10	528	D	11 Nou.	14	11	6
Emb. 25	1	19	324	C	1 Nou.	24	21	7
26	7	16	913	BA	18 Nou.	7	4	8
27	5	1	709	G	8 Nou.	17	14	9
Emb. 28	2	10	505	F	28 Octo.	28	25	10
29	1	8	14	E	16 Nou.	9	6	11
Emb. 30	5	16	890	DC	4 Nou.	21	18	12
31	4	14	399	B	23 Nou.	2	28	13
32	1	23	195	A	13 Nou.	12	9	14
Emb. 33	6	7	1071	G	2 Nou.	13	20	15
34	5	5	580	FE	20 Nou.	5	2	16
35	2	14	376	D	9 Nou.	16	13	17
Emb. 36	6	23	172	C	30 Octo.	26	23	18
D 37	5	20	761	B	18 Nou.	7	4	19
38	3	5	557	AG	6 Nou.	19	16	1
Emb. 39	7	14	353	F	26 Octo.	0	27	2
40	6	11	942	E	14 Nou.	11	8	3
Emb. 41	3	20	738	D	4 Nou.	21	18	4
42	2	18	247	CB	22 Nou.	3	0. 29	5
43	7	3	43	A	11 Nou.	14	11	6
Emb. 44	4	11	919	G	30 Oct.	26	23	7
45	3	9	428	F	19 Nou.	6	3	8
46	7	18	224	ED	8 Nou.	17	14	9
Emb. 47	5	3	20	C	28 Oct.	28	25	10
48	4	0	609	B	16 Nou.	9	6	1
Emb. 49	1	9	405	A	5 Nou.	20	17	12
50	7	6	994	GF	25 Nou.	0.29	26	13
51	4	15	790	E	12 Nou.	13	10	14
Emb. 52	2	0	586	D	2 Nou.	23	20	15
53	7	22	95	C	21 Nou.	4	1	16
54	5	6	971	BA	9 Nou.	16	13	17
Emb. 55	2	15	767	G	29 Oct.	27	24	18
56	1	13	276	F	17 Nou.	8	5	19
57	5	22	71	E	7 Nou.	18	15	
Emb. 58	3	6	948	DC	26 Oct.	0	27	2
59	2	4	457	B	14 Nou.	11	8	
Emb. 60	6	13	253	A	3 Nou.	22	19	4
61	5	10	841	G	22 Nou.	3	0. [illegible]	5
62	2	19	638	FE	11 Nou.	14	11	6
Emb. 63	7	4	434	D	31 Oct.	25	22	7
64	6	0	1023	C	19 Nou.	6	3	8
65	3	10	819	B	8 Nou.	17	14	9
Emb. 66	7	19	615	AG	28 Oct.	28	25	10
67	6	17	124	F	16 Nou.	9	6	11
Emb. 68	4	1	1000	E	5 Nou.	20	17	12
69	2	23	509	D	24 Nou.	1	27	13
70	7	8	305	CB	12 Nou.	13	10	14
Emb. 71	4	17	101	A	1 Nou.	24	21	15
72	3	14	690	G	20 Nou.	5	2	16
73	7	23	486	F	10 Nou.	15	12	17
Emb. 74	5	8	282	ED	29 Oct.	27	24	18
75	4	5	871	C	17 Nou.	8	5	19
76	1	14	667	B	6 Nou.	19	16	1

TABVLA

TABVLA NOVILVNIORVM IN ANNIS COLLECTIS. A

Anni Collecti.	Character nouilunij.			Μετίμπτωσις.			Προέμπτωσις.		
	Feria.	Horæ 12.	Scrup. 1080	Dies.	Horæ 12.	Scrup. 1080.	Dies.	Horæ 12.	Scrup. 1080.
76	3	18	220	0	7	924	0	5	860
152	7	12	440	0	15	768	0	11	640
228	4	6	660	0	23	612	0	17	420
304	1	0	880	1	7	456	0	23	200
380	4	19	20	11	5	300	1	4	1060
456	1	13	240	1	23	144	1	10	840
532	5	7	460	2	6	1068	1	16	620
608	2	1	680	2	14	912	1	22	400
684	5	19	900	2	22	756	2	4	180
760	2	14	40	3	6	600	2	9	1040
836	6	8	260	3	14	444	2	15	820
912	3	2.	480	3	22	288	2	21	600
988	6	20	700	4	6	13	3	3	380
1064	3	14	920	4	13	1056	3	9	160
1140	7	0	60	4	21	900	3	14	1020
1216	4	3	280	5	5	744	3	20	800
1292	7	21	500	5	13	588	4	2	580
1368	4	15	720	5	21	432	4	8	360
1444	1	9	920	6	5	276	4	14	140
1520	5	4	80	6	13	120	4	19	1000
1596	1	22	300	6	20	1044	5	1	780
1672	5	16	520	7	4	888	5	7	560
1748	2	10	740	7	12	732	5	13	340
1724	6	4	960	7	20	576	5	19	120
1900	2	23	100	8	4	420	6	0	980
1976	6	17	320	8	12	264	6	6	760
2052	3	11	540	8	20	108	6	12	540
2128	7	5	760	9	3	1032	6	18	320
2204	3	23	980	9	11	676	7	0	100
1280	1	18	120	9	19	720	7	5	960
2356	4	12	134	10	3	564	7	11	740
2432	1	6	56	10	11	408	7	17	520
2508	5	0	780	10	19	252	7	23	300
2584	1	18	1000	11	3	96	8	5	80
2660	5	13	140	11	10	1020	8	10	940
2736	2	7	360	11	18	864	8	16	720
2812	6	1	580	12	2	708	8	22	500
2888	2	19	800	12	10	552	9	4	280
2964	6	13	1020	12	18	396	9	10	60
3040	3	8	160	13	2	240	9	15	920
3116	7	2	380	13	10	84	9	21	700
3192	3	20	600	13	17	1008	10	3	48
3267	7	14	820	14	1	882	10	9	260
3344	4	8	1040	14	9	696	10	15	40
3420	1	3	180	14	17.	540	10	20	900
3496	4	21	400	15	1	384	11	2	680
3572	1	15	620	15	9	228	11	8	460
3648	5	9	840	15	17	72	11	14	240
3724	2	3	1060	16	0	996	11	20	20
3800	5	22	200	16	8	840	12	1	880
3876	2	16	420	16	16	684	12	7	660
3952	6	10	640	17	0	528	12	13	400
4028	3	4	860	17	8	372	12	19	220
4104	6	23	0	17	16	216	13	1	0
4180	3	17	220	18	0	60	13	6	860
4256	7	11	440	18	7	984	13	12	640
4332	4	5	660	18	15	828	13	18	420
4408	7	23	880	18	23	672	14	0	200
4484	4	18	20	19	7	516	14	15	1060
4560	1	12	240	19	15	360	14	11	840
4636	5	6	460	19	23	204	14	17	620
4712	2	0	680	20	7	48	14	23	400
4788	5	18	900	20	14	972	15	5	180
4864	2	13	40	20	22	816	15	10	1040
4940	6	7	260	21	6	660	15	16	82
5016	3	1	480	21	14	504	15	22	600
5092	6	19	700	21	22	348	16	4	380
5168	3	13	920	22	6	192	16	10	160
5244	7	8	60	22	14	36	16	15	1020
5320	4	2	280	22	21	960	16	21	800
5396	7	20	500	23	5	804	17	3	580
547	4	14	720	23	13	648	17	9	36
5548	1	8	940	23	21	492	17	15	14
5624	5	3	80	23	5	336	17	20	10
5700	1	21	300	24	13	180	18	2	780
5776	5	15	520	24	21	24	18	8	56
5852	2	9	740	25	4	948	18	14	34
5928	6	3	960	25	12	792	18	20	120
6004	2	22	100	25	20	635	19	1	98
6080	6	16	320	26	4	480	19	7	76

Tabula annorum expanſorum ſeptuplex. Primus verſus continet D annos expanſos in cyclos quatuor, hoc eſt, in annos 76. Secundus characterem nouilunij Zygonos. Exemplum: In primo anno epochæ noſtræ, hoc eſt, in anno 764 periodi Iulianæ, nouilunium Zygonos fuit 2. 5. 243. hoc eſt, feria ſecunda, hor. 5. 243. Et quia erat Cyclus Solis Iulianus VIII, Litera Dominicalis E, vnde ſequitur nouilunium incidere in literam F, propterea nouilunium fuit in 27 Octobris, vt habes in quarto

A in quarto versu Tabulæ, vt in tertio cyclum Solis Iulianum. Quia vero neomenia Zygonos fuit 26 Octobris, ergo nouilunium confectum fuit secunda Zygonis. Quare in Kalendario, e regione secundæ Zygonos, habes epactam Tropicam 29, vt in versu quinto Tabulæ; item epactam 26 Iulianam e regione eiusdem secundæ Zygonos, & 27 Octobris, vt etiam habes eandem in versu sexto Tabulæ; & in versu vltimo 2 cyclum Iudaicum, vt in Kalendario. Volo nunc scire neomeniam anni centesimi epochæ nostræ, hoc est, anni 864 periodi Iulianæ. Duobus ingressibus hoc expeditur, vt supra in methodo neomeniæ Zygonos. Primo ingressu quæritur numerus proxime minor annorum collectorum. Reliquus nu-
B merus habetur in annis expansis. Vt hic in exemplo nostro, proxime minor numerus est 72, cui respondet character neomeniæ 3.18. 220. In annis expansis 24, character 4. 10. 528. Summa annorum 100, character 1.4.748. Itaque nouilunium Zygonos fuit feria prima. Cyclus Iudaicus e regione anni 24, est 6: Epacta Tropica 14: Iuliana 11. Quære in Hemerologio, siue Kalendario, in mense Zygone. Hæc omnia sunt e regione 17 diei Zygonos, vndecima Octobris. Sed quia hæc variare possunt, propter celerem medium motum nouiluniorum, & ptopter characterem neomeniæ Zygonos, quære prius characterem Zygonos ex Tabula Solis. Fuit igitur cha-

76	3	18	220
24	4	10	528
100	1	4	748

C racter neomeniæ Zygonos 5.2.49. hoc est, feria quinta. A quinta feria, ad primam inclusiue, sunt 3. Itaque quære in Kalendario 3, in columna characteris. Atque is numerus est e regione 13 Zygonos, qui compositus cum 5, abiecto septenario dat feriam primam nouilunij Zygonos. Ergo nouilunium contigit non in 14 Zygonos, vt ostendebat Tabula annorum expansorum, sed in 13 die. Itaque in nouiluniis inuestigandis semper doctrina characteris neomeniæ Zygonos antecedere debet. Nam neomenia Zygonos variat epactas. Neque solum neomenia, hoc est, cyclus Solis, variat epactas, sed etiam μετέμπτωσις Lunæ in anno Tropico, vt πϱοέμπτωσις in anno Iu-
D liano. De quibus nunc dicendum.

76	3	10	24
24	1	16	25
	5	2	49

DE CAVSIS ΠΡΟΕΜΠΤΩΣΕΩΣ σεληνιακῆς, καὶ μετεμπτώσεως.

EX iis, quæ de anno Rabbi Adda, & periodo magna Hipparchi diximus, iam constat de proemptosi Lunari in anno Iuliano. Contrarium accidit in anno Tropico, in quo epactarum numerus

merus decreſcit, & Luna moratur dies anni: vt contra in anno Iulia- A
no epactarum numerus creſcit, & annus Iulianus moratur nouilunia poſt annos 304, vno die. μετέμπτωσις, inquam, dicta relatione anni Tropici, quem moratur Luna: quemadmodum & μετέμπτωσις σεληναιακὴ ratione anni Iuliani, quem anteuertit cyclus Lunaris. Quæcunque enim μετάπτωσις Lunaris fit, ſiue illa eſt in anno Iuliano εἰς τὰ προηγούμενα, & vocatur προέμπτωσις, ſiue in anno Tropico εἰς τὰ ἑπόμενα, & vocatur μετέμπτωσις, ea, inquam, nunquam conſideratur neque cernitur, niſi in periodis Lunaribus, quæ proxime à Solis rationibus abſunt. Eæ autem ſunt Enneadecaeterides. Si quid enim vtriuſque ſideris rationes variant, hoc in exitu Enneadecaeteridos potius, quam alibi, ſpectatur. Neque enim diuerſa inter ſe comparamus, ſed ſimilia, paria, & æqualia. Modus anni Tropici eſt dierum 365. hor. 5,886. de quibus deducto anni Lunaris modo 354,8,876, relinquuntur dies 10,21,10 Epactæ anni primi in anno Tropico. Duplicatæ fiunt 21. 18. 20. Triplicatæ, deducto menſe Lunari, fiunt 3.2.317. Sextuplicatæ, deducta ſemper ſyzygia vna, fiunt 6.4.634, Epactæ anni ſexti. Ita propagando, & ſyzygiam deducendo, vbi ratio exigit, epactæ deciminoni anni fiũt 29.10.832, quæ ſunt minores vna ſyzygia, nempe diebus 29, 12, 793. Quare, non, vt in anno Inliano, deducendum erit ſpatium ſyzygiæ de exceſſibus Solis, ſed contra, hic Epactæ Solis, nempe 29,10,832, deducendæ de 29,12,793. Et remanent dies 0. 1.1041, Epactæ, non iam προεμπτώσεως, vt in anno Iuliano, ſed μετεμπτώσεως anni Tropici. Igitur enneadecaeteris Lunaris maior eſt enneadecaeteride Tropica Solari, diebus 0. hor. 1.1041, Hoc eſt, quod vocamus μετέμπτωσιν.

Anni Enneadecaeteridos.	Epactæ Προεμπτώσεως.			Epactæ Μετεμπτώσεως.		
1	10	21	204	10	21	10
2	21	18	408	21	18	20
3	3	2	899	3	2	31
4	14	0	23	13	23	32
5	24	21	227	24	20	3 7
6	6	5	718	6	4	634
7	17	2	922	17	1	644
8	28	0	46	27	22	654
9	9	8	537	9	6	95
10	20	5	741	20	3	961
11	1	14	152	1	12	178
12	12	12	356	12	9	188
13	23	8	560	23	6	19
14	4	16	1051	4	14	495
15	15	14	175	15	11	5 5
16	26	11	379	26	8	515
17	7	19	87	7	16	8 2
18	18	16	1074	18	13	822
19	0	1	485	29	10	831

B

C

Linea cyclorum.	Cycli Προεμπτώσεως.			Cycli Μετεμπτώσεως.		
1	0	1	485	0	2	2041
2	0	2	970	0	3	1002
3	0	4	375	0	5	96
4	0	5	860	0	7	924
5	0	7	265	0	9	8
6	0	8	750	0	11	846
7	0	10	155	0	13	80
8	0	11	640	0	15	768
9	0	13	45	0	17	72
10	0	14	530	0	19	69
20	1	4	1060	1	15	30
30	1	19	510	2	10	99
40	2	9	1040	3	6	600
50	3	0	490	4	2	2
60	3	14	1220	4	21	90
70	4	5	470	5	17	510
80	4	19	1000	6	13	120
90	5	10	45	7	8	810
100	6	0	980	8	4	420
200	12	1	880	16	8	84
300	18	2	780	24	13	18
400	24	3	680	32	17	60

D

Subie-

A Subiecimus igitur Laterculum Epactarum Iulianarum προεμπτώσεως cum Epactis Tropicis μετεμπτώσεως, per annos vnius Enneadecaeteridos: vt possis inter se epactas tropicas cum Iulianis comparare. Adiunctum est Laterculum cyclorum primum expansorum, deinde per denarios, postremo per centenarios collectorum. Iam scimus ex demonstratione periodi Hipparcheæ, & anni Rabbi Adda, in 304 annis προέμπτωσιν fieri diei vnius, qui sunt cycli 16. & colliguntur dies 0. 23. 200. Deficit ab vno die, hor. 0. 880. Quare in 304 annis non fit iusta προέμπτωσις. Sed in 323 fit paulo maior vno die. Hoc exemplo vetustissimæ alicuius obseruationis demonstrandum est. Anno 28 Nabonassar, qui erat secundus Mardokempadi Regis B Chaldæorum, obseruata Eclipsis Babylone. quod tempus incidit in annum 3994 periodi Iulianæ, Martij viii, sequente ix, feria vi, sequente vii, hora 11. 45', Alexandriæ. Rursus anno Christi 1504, vltima Februarij, sequente prima Martij, feria v, sequente vi, obseruatum eiusdem sideris deliquium: quod Alexandriæ fuerit hora 14. 25', post meridiem diei vltimæ Februarij, anno bisextili periodi Iulianæ 6217. Interuallum: cycli enneadecaeterici 117 absoluti, dies 7, hor. 2. 720. Vtrumque enim nouilunium eodem aureo numero, nempe quarto, accidit. Aliter προέμπτωσις notari non posset. Ergo in cyclis enneadecaetericis 117 fit προέμπτωσις dierum 7, hor. 2. 720. quæ sunt periodi Hipparcheæ vii, cycli v. Tabula cyclorum C προεμπτώσεως proxime a nobis proposita promittit dies 7. 1. 585. At in ratione anni tropici, in annis 247, id est cyclis xiii, fit προέμπτωσις dierum 0. 23. 1065. Deficit xv momentis ab vno die solido. Quare in annis 2090, qui sunt cycli 110, fit προέμπτωσις dierum solidorum 9. hor. 0. 32. Hæc est maxima periodus μετεμπτώσεως. Aliter habent rationes μετεμπτώσεως in anno Gelalæo, vt suo loco dictum est. Anno igitur xviii epochæ nostræ, qui est 781 periodi Iulianæ, neomenia Tebeth deciminoni in cyclo Iudaico contigit in xxii Scorpionos. In anno igitur 2091 epochæ, qui fuit 2854 periodi Iulianæ, neomenia eiusdem Tebeth anni xix in cyclo Iudaico descendit in neomeniam Toxonos. Atque adeo hinc colligitur, vt ex D æquatione Solis & Lunę fiunt ἐμβόλιμοι menses, ita ex metemptosi Lunari nasci menses ἐκβολίμους. Nam Tebeth decimusnonus cycli Iudaici non fuerit amplius nouilunium Scorpionos, sed potius is mensis, qui proxime ipsum Tebeth antecedit, nimirum mensis Casleu. Itaque ambo in anno xix cycli Iudaici in eandem epactam inciderunt, nempe xxix, hic quidem in neomenia Scorpionos, alter autem in neomenia Toxonos. Cum vero in Kalendario notatus sit Casleu cycli secundi Iudaici e regione

gione neomeniæ Scorpionos ; in anno 2090 debuerit notari Casleu cycli XIX Iudaici. A Nam Casleu ille secundi cycli, qui notatus est initio epochæ in neomenia Scorpionos, is, inquam, pessum iit descendendo vsque ad decimum diem Scorpionos, anno 2091 epochæ, eo loco, vbi notatus Casleu cycli XII initio epochæ. Cum dicimus cyclum primum, secundum Iudaicum, aut Dionysianum, intelligimus annum primum, secundum cycli Iudaici: in quo vulgus Computatorum sequimur, & ad eorum institutum nos componimus. Propter hanc μετέμπτωσιν, appositæ sunt epactæ tam προεμπτώσεως, quam μετεμπτώσεως in Tabula annorum collectorum Lunæ, vt patet in exemplo ipsius Tabulæ. Epactæ προεμπτώσεως sunt adiiciendæ epactis Iulianis. Contra epactæ μετεμπτώσεως sunt detrahendæ de epactis tropicis. B Epactas Iulianas, & tropicas, vt iam didicisti, vocamus eas, quæ in Kalendario notatæ sunt, nimirum epactas æquabiles, hoc est, per vndenarium æquabiliter progredientes. Epactas autem προεμπτώσεως & μετεμπτώσεως vocamus eas, quę in tabulam annorum collectorum coniectę sunt, hoc est epactas emendatas. Rursus epactę ęquabiles alternant per 30, & 29 in Kalendario: Cum igitur numerus maior epactę μετεμπτώσεως deducendus est de epacta tropica minore, accommodari debet epacta antecedens. Verbi gratia : Epactę Scorpionos sunt vndetriginta. Ergo antecedentes, nimirum epactę Zygonos, sunt triginta. Si igitur epacta Zygonos in anno proposito fuerit 12, & detrahendę fuerint, C exempli gratia, 23 Tropicę epactę de 12: adiectis 29, de summa confecta detrahenda erunt illa 23. Contrario modo, quando epactę προεμπτώσεως cum epacta Iuliana propositi anni compositę excesserint 30, tunc deducenda erunt 29, aut 30, prout mensis Iulianus, quo de agitur, habet 30, aut 29 epactas. Hęc quidem perpetuam fidem pręstarent, nisi neomenia mensis Solaris epactas nunc moraretur, nunc prçcipitaret. Itaque vno die citius, aut serius, epacta sępe nouilunium indicabit. Sed raro hęc methodus fallit. Exemplum: anno Christi 1599, periodi Iulianę 6312, absoluti erunt cycli Lunares ab epocha nostra 292. Deductis enim 763, ex perpetua regula, de 6312, remanet D annus currens epochę nostrę 5549. Neomenia Zygonos, 6. 17. 46, XIIII Septembris, cyclo Solis Iuliano XI. Nouilunium Marchesvvan 3. 14. 103, IX Octobris : e cuius re-

5548	5	15	13	41	8	47	77	21	25
1	1	2	33	0	0	11	0	0	50
5549	6	17	46	41	8	58	77	22	15
	14 Septemb.								
5548	1	8	940	23	21	492	17	15	140
1	2	5	243	0		0	0		0
5549	3	14	103	23	21	492	17	15	140
	9 Octob. Marchesvvan.			Epacta v.			Epacta XIIII.		

gione

A regione Epacta XIIII. Ergo fuit XXVI Zygonos: e cuius regione E-
pacta V. Colliguntur Epactæ μετεμπτώσεως fere 24, deducendæ de
veteri Epacta 29. Remanent Epactæ V anni propositi. Scis enim
primum nouilunium fuisse in XXVII Octobris e regione epactæ 29.
Eodem modo colliguntur epactæ προεμπτώσεως 17. quæ coniunctæ
cum epacta Iuliana veteri XXVI componunt 43. de quibus detra-
henda 29: propterea quod epacta Iuliana in Octobri est 30 dierum.
Ergo antecedens fuit 29. Itaque remanet epacta 14 Iuliana anni
propositi. Propterea omnes numeros Tabulæ tam Solaris, quam Lu-
naris in duo diagrammata coniecimus, vt docilis lector etiam pene
harum rerum imperitus huic methodo assuescat, qua nihil tracta-
B bilius. Quod si epacta moratur nouilunium, aut præcipitat vno
die, hoc vero mirandum non est. Sed nulla arte efficies, vt epactæ
quæcunque illæ sint, in perpetuum vadimonio nouilunia sistant.
Optima hæc ratio anni est, qua melior excogitari non potest: quod
non inficiabuntur, nisi homines aut maleuoli, aut imperiti. Ea
igitur omnes docti vti debent, vt solent hodie periti Persidos: qui
in scriptis suis forma Gelalæa vtuntur, puta in Chronicis, in Al-
menechiis, siue Tekuin. Regiæ quoque Panegyries in dies Gelalæos,
non Iezdegirdicos indicuntur. Notabunt igitur Astrologi ita: Illa
Eclipsis contigit illo anno epochæ, qui erat Christi ille annus, illa
die Zygonos, quæ erat illa dies mensis Iuliani. Omnino Epheme-
C rides ad illam formam sunt describendæ, cum diebus Iulianis a la-
tere, vt est notatum in meo Kalendario Persico. Sane peritus artifex
aut conditor Ephemeridum videbit neomenias mensium cælestium
raro anteuertere ingressus Solis in prima puncta signorum.

DE EMENDATIONE PERIODORVM LVNARIVM.

Qvod periodus Callippi elegantissima opus habuerit castiga-
tione Hipparchi, sed sero a Iudæis accepta, a Christianis au-
tem cyclorum & Octaeteridum Paschalium conditoribus ne
D intellecta quidem, nedum accepta fuerit, satis constare puto ex iis,
quæ libro secundo & de Hipparchi periodo, & de cyclis & Octae-
teridibus Paschalibus disputata sunt. Temporibus igitur Diocletiani,
Rabbi Adda, & alij eius sæculi æquales Iudæi doctissimi, adhibi-
tis in consilium Hipparchi rationibus, vt testatur Rabbi Haije His-
panus, periodum veterem Calippi Alexandream, qua hactenus vsi
erant, ab initio Seleuci, maiorem quarta parte diei fere pronuncia-
runt, vt in quatuor periodis pene vnus dies supra rationes Lunæ ex-

curtat. Vt igitur aliquibus pomœriis neomenias ſuas finirẽt,animaduer- A
terunt id per dies ſimplices ciuiles fieri non poſſe,vt hactenus factum
erat in Calippica periodo. Id autem melius ſe adepturos putarunt
per medij motus Lunaris epilogiſmos. Quare cum luculentiſſimum
Computum, quo hodie vtuntur, & quo nihil præſtantius in eo ge-
nere excogitari poteſt, inſtituerunt. Hæc fuit prima forma anni ciui-
lis caſtigata : quam ſi ſecuti eſſent Chriſtiani noſtri in cyclis ſuis,
non ſolum periodos 532 annorum inemendatas poſteris non re-
liquiſſent, ſed ne vllas quidem tales inſtituere opus fuiſſet. Neque
enim fruſtra temporibus Conſtantini Magni gloriabantur Iudæi, ſe
Chriſtianos docere poſſe rectam neomeniarum Paſchalium ratio-
nem, vtpote qui paulo ante eam a Rabbi Adda didiciſſent. Ne- B
que enim dubitamus Rabbi Adda huius elegantis computi Iudai-
ci, aut vnicum, aut præcipuum conditorem fuiſſe. Nunc cum vete-
res, qui de Paſchatis diſputatione Eccleſiam in magnum diſcrimen
coniecerunt, rationem hanc erudiτiſſimam neglexerint, vt de ea
Iudæos ne percontari quidem dignum cenſuerint, eos errores in cy-
clis Paſchalibus, quos hodie videmus, reliquerunt. Iam enim tem-
poribus Dionyſij Exigui, ipſo vidente & ſciente Dionyſio, cycli Paſ-
chales non præſtabant, quod promittebant : vt opus fuerit ipſi Dio-
nyſio alium cyclum Lunarem, alium Paſchalem inſtituere : quaſi
Iudæis alius ſcilicet cyclus ſit Paſchalis, alius Lunaris. quod eſt ri-
diculum. Denique negligentia poſterorum cycli Dionyſiani quatri- C
duo nouilunia, vel potius terminos Paſchales morari cæperunt.
Quod quidem ab initio animaduerſum, non tamen ſtatim in literas
relatum, quod homines illorum temporum vix auderent credere
aliquid peccatum eſſe in illis, quæ ab Eccleſia ſemel recepta vſu
longinqui temporis confirmata eſſent. Non memini de hac re ab
vllo ſcriptore ante 300 annos mentionem iniectam. Hinc autem
multos ſcimus tam Latini nominis, quam Græci multa de antici-
pationibus Terminorum Paſchalium queſtos, multa etiam ad re-
formationem in medium protuliſſe : ex noſtris quidem Ioannem de
Sacro Buſto, aut Sacro Boſco, Linconienſem, Petrum de Dacia co- D
gnomine Philumenam, Ioannem de Saxonia, viros eruditos : ex
Græcis vero Nicephorum Gregoram, & Iſaacium Argyrum. Cuius
verba ex eius Computo Græco excepta huc inſerere non minus vti-
le, quam iucundum fore cenſuimus.

ISACII

A ISACII ARGYRI DE EMENDATIONE CYCLI PASCHALIS;

Excerptum ex eius computo Græco, post Canonion Paschale.

Et hæc quidem satis. Ab his autem proxime necessarium est, ostendere causam, cur Canon ille Paschalis mendose editus est: & vtrum ita a principio editus fuerit, necne: item, cum ita sit, quando contingat Pascha a nobis rite celebrari, & quando ab exacta regula deficit. Horum, quæ diximus, nulla alia causa est, præ-
B ter quam quod Lunæ ad eundem locum per decem & nouem annos Romanos reditus non exacte a nobis assumptus est, quemadmodum in processu per aliam temporum conuersionem ostendemus, quæ per annos viginti quinque Ægyptiacos fit, & qua mirabilis Ptolemæus in opere constructionis vsus est, facta vtriusque conuersionis inter se comparatione. Comparamus autem sic. Decemnouennalem Lunæ conuersionem quadruplamus, quod per quadriennium annus Romanus ex quadrantum diurnorum accessione restituatur. Ita fiunt anni Romani LXXVI. Triplamus etiam eodem modo viginti quinque annorum Ægyptiacorum lustrum. & facit annos LXXV.
C Hos LXXV Ægyptiacos annos exacta Lunæ restitutio anteuenit scrupulis diurnis sexagenariis 8.′ 21.″ Quia vero LXXVI anni Romani LXXV annos Ægyptiacos superant diebus CCCLXXXIIII,

Anni Ægypt.		Anni Romani
	75	76 .
Dies	365	365. 52
Dies	27375.	27759
	Excessus Dies 384	

vt ex appositis ratiociniis constat: illis si adiecerimus portionem diurnam de exacta Lunæ conuersione, scrupula 8′. 21″, & de conflatis diebus 384. 8.′ 21″, deduxerimus mensium tredecim Lunarium dies appendices 383. 53.′ 52″: habebimus exactam Lunæ restitutionem, qua decemnouennales quatuor orbes Romanos anteuenit scrupulis diurnis 14′. 29″. quæ quidem est portio diei minor qua-
D drante. Sed interea esto quadrans fere. In quatuor ergo lustris septuaginta sex annorum, hoc est in trecentis quatuor annis Romanis, quæ per denos nouenos annos fit restitutio, non ad amussim superat exactissimam die vno solido. Atque iccirco facile deprehendi potest, Canonem deficientem hodie duabus diebus a plenilunio Pascha Iudaici, ante bis trecentos quatuor annos Romanos constructum fuisse. Quod si Paschalium pleniluniorum dies exactissimum ostenderet oppositionum tempus, possemus accuratius ratiocinari an-

te quot annos talis Canon compositus fuerit. Interea tamen vt co- A gnoscamus post quot annos a præsenti, integræ dies duæ, quæ descis-cunt ab examine, consummandæ sint, plenilunij Pascha Iudaici præsenti cyclo appositi, quod decimam Aprilis diem scriptam habet, rationem iniuimus. Deprehendimus autem, propter non accuratam, vt dictum est, conuersionis Lunaris rationem, qua Canon vtitur, desciscere in octauam Aprilis post horas tres æquinoctiales ab ortu Solis, qui in eadem die contigit. Quia vero tres horæ æquinoctiales sunt octaua pars temporis nocturni & diurni, si annorum CCCIIII Romanorum, in quibus integram noctem & diem exacta conuersio non exactam, quæ fit in XIX annis, anticipat, octauam partem assumpserimus, id est, annos Romanos XXXVIII: ha- B bebimus post quot annos a præsenti integræ erunt dies duæ ab examine deficientes. Post illam autem conuersionem, rursum alius diei scrupulis incipiet exacta restitutio non exactam anticipare. Post annos autem triginta octo a præsenti erit annus 6919. His ita animaduersis, consideremus, an & singulis annis peccat dies, in qua nos sacrosanctum Pascha celebramus, aut alias quidem peccat, alias non. Patebit vero, si ad vnum diem mensis dumtaxat Pascha nostrum exigeretur, & non opus esset illud Dominica die celebrare, singulis annis peccaturum illud, quemadmodum & Iudaicum Pascha, & quidem duabus diebus, quemadmodum & illud. Sed quia Dominica die celebratur, propterea non semper peccat. Sed subtilius res C putetur: Quotiescunque Iudaicum Pascha, quod vni diei mensis subiectum est, contingit Dominica, aut feria secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, tunc nostrum Pascha non peccat, cum sequenti Dominica celebratur. Quando vero feria sexta, aut Sabbato, tunc vero vel nimium quantum a recto desciscit. Incidente enim in feriam sextam, cum deberemus proxime sequente Dominica Pascha celebrare, in eam Dominicam, quæ post illam sequitur, transcendimus, quandoquidem Pascha Iudaicum, quod in Canone assumitur, biduo, quod a nobis demonstratum est, Pascha a Iudæis celebrari solitum præuertit. In Sabbato quoque idem contingit propter eandem caussam. Cum enim deberemus, interueniente postridie D Dominica, Pascha celebrare, in illam, quæ post eam sequitur, transitum facimus. Vno quidem hoc casu peccatur, propter causam, quam diximus, non exactæ restitutionis Lunaris. Est & alius casus, (quanquam hoc quidem raro accidit,) propter verni æquinoctij luxationem. Retro enim progreditur, & ipsum quoque post conuersiones annorum, propter eam caussam, quam dicemus; quæ ita habet: Solem interuallo 365 dierum & quadrantis ab eodem puncto

ad idem

A ad idem reuerti, pinguius acceptum eſt: ſecundum vero ſubtilem rationem, aliqua diei portione minus, vt quidem Ptolemæus in Compoſitione ait, trecenteſima: vt autem Perſarum Mathematici, & nos ſolſtitium per plures dies obſeruantes, deprehendimus portionem illam maiorem ducenteſima parte, quam quidem a diebus 365 & quadrante auferre oporteat. Æquinoctium enim vernum ait Ptolemæus ſæculo ſuo confici XXI Martij. Nos autem ipſum deprehendimus ante XV Martij, ex ſolſtitij obſeruationibus ipſum putantes. Quia vero lex Moſaica proximo poſt vernum æquinoctium plenilunio ſtatim Paſcha celebrare Iudæis præcipit: quo tempore Canon Paſchalis conſtructus eſt, cum ſcilicet vernum æquinoctium in XXI,

B aut XX Martij propemodum conficeretur: Pleniluniorum dies in Canone notati, & Iudaicum Paſcha indicantes, prima quidem ſunt rite poſt æquinoctium plenilunia. Non enim reperies Canonem tranſgredi plenilunium viceſimæ primæ Martij, quod quidem tunc erat primum poſt æquinoctium, aliud autem vicem eius ſubſtituere. Nunc vero cum vernum æquinoctium ſex aut pluribus diebus retro progreſſum fuerit, poſſent eſſe alia prima plenilunia ante XXI Martij, in quibus Iudæi quidem Paſcha celebrent, nos vero plenilunia Canonis ſequentes integrum menſem a congruo tempore deſciſcamus. Ante annos enim quinquaginta, cum adhuc ætate iuuenis eſſem, & in quadam Thraciæ vrbe, cui nomen Ænos, degerem,

C vidi loci inquilinos Iudæos viceſima Martij Paſcha ſuum obiuiſſe: nos vero noſtrum ſanctum Paſcha viceſima tertia Aprilis celebrauimus, ſecuti diem Plenilunij Canonis in XVIII Aprilis notatam. Ego quidem tunc rem admiratus ſum adhuc rudis Mathematicarum rerum. Poſtea vero cauſſas rei ex aſtronomicis diſciplinis edoctus, percepi hoc rite contigiſſe. Ex his igitur conſtat, quoties proxime exactum vernum æquinoctium, hoc eſt XV Martij, vſque ad XX eiuſdem, contingit plenilunium fieri, nos a regula deficere, quod ad plenilunia Aprilis tranſgreſſum facimus. Et quidem ante nos doctiſſimus Gregoras de hoc ſcripſit, edito libro, in quo nullam eruditionem deſideres, & transformato canone, & in eum, qui

D huic ſæculo competit, ſtatum reſtituto. Qui & in populo, & in conſpectu Imperatoris, & ipſius ſenatus & lectiſſimorum eccleſiæ virorum ab omnibus laudatus eſt: & vniuerſi Paſcha, ſi fieri poſſet, ex emendatione Canonis celebrandum eſſe decreuerunt, ipſa veritate verborum confutati. Nos vero, non quod ſolenne Paſcha mutandum eſſe cenſeamus, hunc ſermonem inſtituimus: neque ideo, vt eos, qui hunc Canonem conſtruxerunt, criminaremur, tanquam imperite & vitioſe principium eius ediderint, in hæc

verba effuſi ſumus. Apage eiuſmodi verba : neque vitilitigatores ca- A lumnioſam in nos linguam vibrent. Hoc enim ſolum ſtuduimus oſtendere, quomodocunque edatur Canon, euitari non poſſe, quin a tempore vitioſum fiat, efficiens, vt decemnouennalis luſtri diſ-

CANON PASCHALIS EMENDATIONIS, AVCTORE NICEPHORO GREGORA, cuius Argyrus in ſuperiore Methodo differit.

☾ Cycli.	Paſcha Legale.	1/18 · 7/15	2/19 · 11/24	3/21 · 14/8	9/20 · 15/26	10/27 · 21/4	5/11 · 22/16	11/17 · 6/28	☾ Epactæ.
1	M. 31	A. 7 I	A. 6 II	A. 5 III	A. 4 IIII	A. 3 V	A. 2 VI	A. 8 VII	XIIII
2	M. 20	M. 24 IIII	M. 23 V	M. 22 VI	M. 21 VII	M. 27 I	M. 26 II	M. 25 III	XXV
3	A. 8	A. 14 II	A. 13 III	A. 12 IIII	A. 11 V	A. 10 VI	A. 9 VII	A. 15 I	VI
4	M. 28	M. 31 V	M. 30 VI	M. 28 VII	A. 4 I	A. 2 II	A. 2 III	A. 4 IIII	XVII
5	A. 16	A. 21 III	A. 20 IIII	A. 19 V	A. 18 VI	A. 17 VII	A. 23 I	A. 22 II	XXVIII
6	A. 5	A. 7 VI	A. 6 VII	A. 12 I	A. 11 II	A. 10 III	A. 9 IIII	A. 8 V	IX
7	M. 25	M. 31 II	M. 30 III	M. 29 IIII	M. 28 V	M. 27 VI	M. 26 VII	A. 1 I	XX
8	A. 13	A. 14 VII	A. 20 I	A. 19 II	A. 18 III	A. 17 IIII	A. 16 V	A. 15 VI	I
9	A. 2	A. 7 III	A. 6 IIII	A. 5 V	A. 4 VI	A. 3 VII	A. 9 I	A. 8 I,I	XII
10	M. 22	M. 14 VI	M. 23 VII	M. 29 I	M. 28 II	M. 27 III	M. 26 IIII	M. 25 V	XXIII
11	A. 10	A. 14 IIII	A. 13 V	A. 12 VI	A. 11 VII	A. 17 I	A. 19 II	A. 15 III	IIII
12	M. 30	M. 31 VII	A. 6 I	A. 5 II	A. 4 III	A. 3 IIII	A. 2 V	A. 1 VI	XV
13	M. 19	M. 24 III	M. 23 IIII	M. 22 V	M. 21 VI	M. 20 VII	M. 26 I	M. 25 II	XXVI
14	A. 7	A. 14 I	A. 13 II	A. 12 III	A. 11 IIII	A. 10 V	A. 9 VI	A. 8 VII	VII
15	M. 27	M. 31 IIII	M. 30 V	M. 29 VI	M. 28 VII	A. 3 I	A. 2 II	A. 1 III	XVIII
16	A. 15	A. 21 II	A. 20 III	A. 19 IIII	A. 18 V	A. 17 VI	A. 16 VII	A. 22 I	XXIX
17	A. 3	A. 7 IIII	A. 6 V	A. 5 VI	A 4 VII	A. 10 I	A. 9 II	A. 8 III	X
18	M. 23	M. 24 VII	M. 30 I	M. 29 II	M. 28 III	M. 27 IIII	M. 26 V	M. 25 VI	XXI
19	A. 11	A. 14 V	A. 13 VI	A. 12 VII	A. 18 I	A. 12 II	A. 16 III	A. 15 IIII	II

B

C

crimen, quod in exiguo tempore paruum dictu, & inſenſile videbatur multorum annorum proceſſu nequaquam negligendum ſit. D

Hactenus Argyrus.

Eſt autem plana methodus Canonis. Numeri, qui ſunt in duplicibus cellis frontalibus, indicant cyclum Solarem Græcorum. Nam cyclus Græcorum incipit a cyclo XVIII Latinorum, in litera F. Quare & XVIII Græcorum habebit eandem literam F. Et propterea congeminati ſunt I. XVIII. propter communem literam F. quæ eſt in VII Aprilis, & in XXIIII Martij, & ita deinceps deſcendendo per

A per numerum Cycli aurei. Eodem modo cycli VII. XV habent eandem literam F. Consequenter XIII. XXIIII habent literam E. quæ etiam est in VI. Aprilis, XXIII Martij, & ita deinceps descendendo. in singulis cellis Pascha Christiani subiecti sunt numeri feriales I. II. III. IIII. V. VI. VII. significantes feriam, in quam incidit Pascha legale, siue Iudaicum. Exemplum. In primo anno cycli, Pascha legale est in XXXI Martij. Christianum in VII April. in cuius cella est nota I, id est feria prima. Ergo Pascha legale est in feria prima. Quod verum est. Nam litera Dominicalis est F, in vlt. Martij.

IN METHODVM CORRECTIONIS PASCHALIS ISACII ARGYRI.

B QVO tempore hoc scripserit Argyrus, non longius quærendum. Ipse notam apposuit annum Græcorum 6881: hoc est Christi 1372. vt ab eo ad hunc 1596, fluxerint anni CCXXIIII. Quod vero ait ante quinquaginta annos se, cum in vrbe Traciæ Aeno esset, obseruasse a Iudæis Pascha celebratum fuisse vicesima Martij, quo anno Christiani in XXIII Aprilis Pascha resurrectionis celebrarint, sequentes, vt ipse ait, Terminum Paschalem appositum Canoni in XVIII Aprilis: manifesto quidem indicat annum cycli Lunaris fuisse VIII, literam autem Dominicalem A. Hæc non potuerunt concurrere, nisi in anno Christi 1318. Cyclus Lunæ fuit VIII, Solis XI. Ideo terminus Paschalis Dionysianus XVIII Aprilis: litera Dominicalis A. Interuallum ab epocha Argyri retro ad illum C annum, sunt anni L V. Ideo recte dixit ante annos quinquaginta. Plus enim sunt, quam quinquaginta. Erat annus Græcorum 6826, Iudæorum 5078, incipiens ab autumno anni Christi 1317. Tisri 4. 8. 286, feria quinta, in VIII Septembris. Nisan sequens 6. 12. 724, feria septima, in IIII Martij. Ergo quintadecima Nisan in XVIII Martij. Quod si annus fuisset plenus, incidisset in XIX Martij. Quomodo igitur constabit fides auctori de Pascha a Iudæis in XX Martij celebrato? An alia vsi sunt anni forma, quam ea, qua alij Iudæi? Habuimus autem duo exemplaria Græca eiusdem Argyri: in quibus constanter notata erat vicesima Martij: vt non sit error librarij, sed potius ipsius Argyri. Quod vero ait æquinoctium vernum D obseruatum a Ptolemæo in XXI Martij, falsum est. Obseruatio enim confertur ab ipso Ptolemæo in Pachon VII, anni a meridie Nabonassari 887, feria secunda. Erat annus Christi 140. Litera Dominicalis DC. Ergo feria secunda in D, & proinde in XXII Martij. Itaque anno 143 æquinoctium peruenerat ad XXIII eiusdem Martij. Tantum abest, vt in XXI obseruatum sit a Ptolemæo. Habemus & alias Paschales correctiones Ioannis de Saxonia, Ioannis de Dacia cognomine Philomenæ, & aliorum, qui temporibus Argyri, aut ante, scripserunt. Sed hac sola Argyri contenti sumus.

DE EMENDATIONE CYCLI PASCHALIS. A

ATQVE hæc quidem Iſacius Argyrus homo Græcus, qui non tam ſuam, quam Gregoræ caſtigationem adducit. Sed & ipſius Gregoræ diatribam de ea re produxiſſem, niſi indigna viſa eſſet, quæ hic locum haberet, propter aniles quaſdam de æquinoctiis opiniones. Si quis vero tanti facit, vt in ea legenda horam perdere non recuſet, adeat ipſius Gregoræ librum VIII. Sed & ipſe Argyrus, & alij tam noſtri, quam Græci, qui hoc ſaxum volutarunt, nihil aliud ſuis ſcriptis conſequuti ſunt, quam vt negligerentur, & eorum ratio non haberetur: donec memoria auorum B noſtrorum id denuo agitatum, his ſuperioribus annis obtinuit. In hac re duo ſunt, caſtigatio cycli Paſchalis, & obſignatio æquinoctij in die Iuliana. Vtrique rationi vitium oblatum ex anticipatione vtriuſque ſideris in forma Iuliana. Alteram vocauimus προέμπτωσιν σεληνιακὴν: alteram προήγησιν ἰσημερινήν. De vtraque iam ſatis a nobis dictum. Eaſdem cauſſas vitiati cultus Paſchalis pronunciarunt primi illi, qui de hac re diſputarunt, vt habes apud Argyrum. Sed & Ioannes de Saxonia eaſdem cauſas prodit, atque eadem remedia. *Modus*, inquit, *corrigendi hunc errorem ſecundum Linconienſem eſt, vt verificetur quantitas anni, vt ex præcedentibus patet, & verificata Kalendario inſeratur. Aut aliter: Conſideretur tam dies æquinoctii ver-* C *nalis, quam plenilunii primi ſecundum veritatem: & ibi ponatur Terminus Paſcha. Et ſic abſque omni errore in proxima Dominica celebrabitur ipſum Paſcha.* Voluit igitur, in Kalendario Iuliano apponi diem ingreſſus Solis in Arietem, id eſt, neomeniam Krionos annotari. Ita enim fiet, vt dignoſcantur reiiculi menſes, quos ἐκβολίμους vocamus, a veris Paſchalibus. Ex iis autem, quæ ſuperius demonſtrauimus, potes colligere, quia quoſdam menſes ἐκβολίμους diximus, hoc nihil aliud eſſe, quam fieri poſſe, vt qui hoc ſæculo menſes Paſchales ſunt, aliquando non ſint Paſchales, propter μετέμπτωσιν Lunarem. Et quidem primis aliquot ſæculis epochæ noſtræ, hoc eſt, ab anno periodi Iulianæ 764, & deinceps, nullus D Niſan hodiernus fuit menſis Paſchalis, præter Niſan III, XI, & XIIII, in cyclo Iudaico. Nam is Paſchalis menſis eſt, cuius quintadecima, ſiue ſolenne Azymorum Iudaicum ſaltem incurrit in neomeniam Krionos. quemadmodum ille menſis eſt verus Tiſri, cuius quintadecima, ſiue σκηνοπηγία Iudaica incidit ſaltem in neomeniā Zygonos. Et contra, hodie in cyclo Iudaico duo Niſan ſunt, nonusdecimus, & octauus, qui migrarunt in locum Ijar. Quare ſequitur, vt annis XIX,

& VIII

A & viii cycli Iudaici, qui ſunt anni III, & XI noſtri aurei numeri Dionyſiani, pro Niſan aſſumatur Adar poſterior. Itaque omnino hic locus eſt τῇ ἐκϐολῇ. Cum primum autem fit ἐκϐολὴ, tunc ille cyclus habet tantum 234 ſyzygias, cum tamen cyclus enneadecaetericus conſtet ſyzygiis 235. Imo quia duo Adarin in vno cyclo pro duobus Niſanin aſſumendi ſunt, cyclus Iudaicus, quando duorum menſium fieret ἐκϐολὴ, eſſet tantum 233 ſyzygiarum. Igitur ne per προήγησιν fiat fraus neomeniæ Paſchali, non ſatis eſt cyclum Iudaicum ſequi, niſi etiam τῇ ἐκϐολῇ illorum duorum Niſanin duos Adarin poſteriores in locum eorum ſufficiamus. Altera caſtigatio, vt diximus, eſt προεμπτώσεως Lunaris, quæ poſt B xvii cyclos in anno Iuliano percipitur: & tunc epacta Iulianæ diei appoſita augenda eſt vnitate. Sed neque hoc ſatis. Epactæ enim vulgo æquabiles vſurpantur, per vndenarium numerum creſcentes, abiectis triginta, quoties numerus congeſtus eam ſummam conficit. Hæc enim ratio quanquam expedita, & tractabilis, atque vulgi vſibus accommodata, tamen non raro fallit. Aliquando enim epactæ etiam per duodecim, aliquando per decem tantum progrediuntur. Quæ variantia in orbem redit poſt quatuor cyclos, ſiue annos 76. Nam diuerſitas hæc aliquando ex biſexto Iuliano naſcitur. Quare neceſſe omnino, ex præſcripto epactarum æquabilium Dominicam ἀνάστασεως aliquando plenilunium anteuertere. C quod accidet anno 1598. qui eſt error vt craſſus, ita & manifeſtus. Inſtituenda igitur eſt periodus 76 annorum, appoſitis characteribus nouiluniorum Paſchalium, ſiue Niſanin Iudaicorum, vt illis ducibus veras epactas Iulianas nanciſcamur. Initium huius periodi eſt ab anno, qui antecedit primum annum Chriſti, hoc eſt ab anno primo cycli, qui contra ſcitum Dionyſij erat verus annus primus Chriſti. Sed nos vulgum ſequimur.

TABV-

A

TABVLA NOVILVNIORVM PASCHALIVM.

Linea Annorum.		Feria.	Horæ.	Scrup. 1080.	Cycl. ☉ Romanus.	Nouiluniū Paschale in dieb. Iulia.		Epacta Iuliana.
	1	4	7	551	D C	24	M.	VII
	2	1	16	247	B	13	M.	XVIII
Emb.	3	7	13	936	A	1	Ap.	XXVIII
	4	4	22	732	G	22	M.	IX
	5	2	7	528	F E	10	M.	XXI
Emb.	6	1	5	37	D	29	M.	II
	7	5	13	913	C	18	M.	XIII
Ijar	8	4	11	422	B	6	Ap.	XXIII
	9	1	20	218	A G	26	M.	V
	10	6	5	14	F	15	M.	XVI
Emb.	11	5	2	603	E	3	Ap.	XXVI
	12	2	11	399	D	23	M.	VIII
	13	6	20	1050	C B	12	M.	XIX
Emb.	14	5	17	784	A	30	M.	I
	15	3	2	580	G	20	M.	XI
	16	7	11	376	F	9	M.	XXII
Emb.	17	6	8	965	E D	27	M.	VI
	18	3	17	761	C	16	M.	XV
Ijar	19	2	15	270	B	4	Ap.	XXV
	20	7	0	66	A	25	M.	VI
	21	4	8	942	G F	13	M.	XVIII
Emb.	22	3	6	451	E	1	Ap.	XXVIII
	23	7	15	247	D	21	M.	X
	24	5	0	43	C	11	M.	XX
Emb.	25	3	21	632	B A	29	M.	II
	26	1	6	428	G	18	M.	XIII
Ijar	27	7	13	1017	F	6	Ap.	XXIII
	28	4	12	813	E	26	M.	V
	29	1	21	609	D C	15	M.	XVI
Emb.	30	7	19	118	B	3	Ap.	XXVI
	31	5	3	994	A	23	M.	VIII
	32	2	12	790	G	11	M.	XX
Emb.	33	1	10	299	F E	30	M.	I
	34	5	19	95	D	20	M.	XI
	35	3	3	971	C	9	M.	XXII
Emb.	36	2	1	480	B	28	M.	III
	37	6	10	276	A G	16	M.	XV
Ijar	38	5	7	865	F	4	Ap.	XXV
	39	2	16	661	E	24	M.	VII
	40	7	1	457	D	14	M.	XVII

RESIDVVM TABVLÆ NOVILVNIORVM PASCHALIVM.

Linea Annorum.		Feria.	Horæ.	Scrup. 1080.	Cycl. ☉ Romanus.	Nouiluniū Paschale in dieb. Iulia.		Epacta Iuliana.
Emb.	41	5	22	1046	C B	1	Ap.	XXVIII
	42	3	7	842	A	21	M.	X
	43	7	16	638	G	10	M.	XXI
Emb.	44	6	14	147	F	29	M.	II
	45	3	22	1023	E D	18	M.	XIII
Ijar	46	2	20	532	C	6	Ap.	XXIII
	47	7	5	328	B	26	M.	V
	48	4	14	124	A	15	M.	XVI
Emb.	49	3	11	713	G F	2	Ap.	XXVII
	50	7	20	509	E	23	M.	VIII
	51	5	5	305	D	12	M.	XIX
Emb.	52	4	2	894	C	31	M.	O.XXIX
	53	1	11	690	B A	19	M.	XII
	54	5	20	486	G	9	M.	XXII
Emb.	55	4	17	1075	F	27	M.	IIII
	56	2	2	871	E	17	M.	XIIII
Ijar	57	1	0	380	D C	4	Ap.	XXV
	58	5	9	176	B	24	M.	VII
	59	2	17	1052	A	13	M.	XVIII
Emb.	60	1	15	561	G	1	Ap.	XXVIII
	61	6	0	357	F E	21	M.	X
	62	3	9	153	D	10	M.	XXI
Emb.	63	2	6	742	C	29	M.	II
	64	6	15	538	B	18	M.	XIII
Ijar	65	5	13	47	A G	6	Ap.	XXIII
	66	2	21	923	F	26	M.	V
	67	7	6	719	E	15	M.	XVI
Emb.	68	6	4	228	D	3	Ap.	XXVI
	69	3	13	24	C B	22	M.	IX
	70	7	21	900	A	12	M.	XIX
Emb.	71	6	19	409	G	31	M.	O.XXIX
	72	4	4	205	F	20	M.	XI
	73	1	13	1	E D	8	M.	XXIII
Emb.	74	7	10	590	C	27	M.	IIII
	75	4	19	386	B	17	M.	XIIII
Ijar	76	3	16	979	A	4	Ap.	XXV

TABVLA Æquationis Epactarum.

Anni collecti.	Dies [illegible]
76	0
152	0
228	0
304	0
323	1
399	1
475	1
551	1
627	1
646	2
722	2
798	2
874	2
950	2
969	3
1045	3
1121	3
1197	3
1273	3
1292	4
1368	4
1444	4
1520	4
1596	4
1615	5
1691	5
1767	5
1843	5
1919	5
1938	6
2014	6
2090	6
2166	6
2242	6
2261	7
2337	7
2413	7
2489	7
2565	7
2584	8

B

C

Tabulam nouiluniorum Paſchalium per 76 annos conſtruximus, D
vt varietas nouiluniorum perſpici poſſit : quæ quidem aliquando propter biſextum accidit , aliquando etiam propter motum ipſum Lunæ medium. Propter biſextum , vt exempli gratia, anni primi & viceſimi, qui ſunt in eodem numero aureo, epactæ non ſunt eædem. Nam in anno primo epacta eſt VII, in anno autem 20 epacta eſt VI. idque propter biſextum. Nam in annis 39, & 58 iterum epacta eſt VII, nullo ſcilicet interueniente biſexto. Propter ipſum motum Lunæ

A Lunæ variat etiam epacta, nullo interuentu bisexti: vt in annis 4 & 23, in eodem aureo numero diuersæ sunt epactæ. Tutius igitur est per epilogismos nouiluniorum agere, vt Iudæi faciunt. Nullus alius est modus vera nouilunia Paschalia nanciscendi. Ita nullus error occurret in inuestigatione verni nouilunij. Primationem vocant nostri Computatores, id est primam Lunam, siue primum nouilunium Paschale. Nouilunium autem illud est neomenia Nisan: cuius quartadecima est ἡ πρώτη ἀζύμων ἰουδαϊκή. quintadecima autem est ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων. Vtriusque fit mentio apud Ioannem statim initio XIII cap. Nam illud πρὸ τῆς ἑορτῆς comprehendit καὶ τὴν παρασκευήν, quæ est XIIII Nisan, καὶ τὴν ἑορτήν, quæ est XV. Sed Christianorum

B quartadecima est quintadecima Iudæorum. Quintadecima Iudæorum est plenilunium, vt omnes sciunt. Quartadecima item Christianorum est plenilunium. Itaque computatores Græci quartamdecimam vocant nunc πληρεστέληνον, nunc πανσέληνον. Latini autem nunc terminum Paschalem, nunc plenilunium. Inter illos Ioannes de Saxonia vir eruditus, eruditi Computi conditor ita scribit: *Cum Luna dicatur quartadecima in ipso die plenilunii, ipsa debebat dici prima, non in die coniunctionis eius cum Sole, sed in proximo die sequenti, quo possibile est, vt primo appareat accensa a Sole. Quia si inciperet tempus primationis ab hora coniunctionis, necessario in die plenilunii Luna quintadecima diceretur.* Non potuit clarius demon-

C strari, Quartamdecimam Christianorum esse XV Nisan Iudaici, id est τὴν πανσέληνον. Sed & ipse Dionysius Exiguus, conditor periodi magæ Paschalis hoc melius ostendit. Aliam enim instituit methodum nouiluniorum, aliam neomeniæ Paschalis. Quartadecima Paschalis apud eum est sextadecima nouilunij. Atqui debebat esse quintadecima. Sed propter προέμπτωσιν vnius diei, quæ debebat esse quintadecima, ea est sextadecima. His ita constitutis, hoc sciendum ἐν προθεωρίας λόγῳ, nouilunia, quæ hic apposita sunt, incipere a primo anno cycli Dionysiani: hoc est, hic apposita esse nouilunia Paschalia annorum 76, a primo anno cycli Dionysiani, cuius secundus annus, est primus annorum vulgarium Christi. Annis igitur

D Christi addenda vnitas, vt solet in methodo periodi magnæ Dionysianæ. De summa deducendus est numerus proxime minor in Tabula æquationis epactarum. Exemplum. Esto annus Christi 1595. Volo scire quotus annus sit periodi annorum 76, quam constituimus. Adde vnitatem annis Christi. Abiecto proximo minore numero in Tabula æquationis epactarum, nempe 1520, relinquuntur 76, nempe annus vltimus periodi. Dico igitur annum Christi propositum 1595 esse vltimum periodi. Siquidem periodus est annorum 76.

Volo

Volo ſcire, quæ ſit epacta. Numerum μετεμπτώσεως e regione an- A
norum 1520, quos deduxiſti de annis Chriſti, nempe numerum 4, coniunge cum epacta, quæ eſt e regione anni 76, nempe cum 26. Habes 30. hoc eſt 0. Ergo anno propoſito 1595, epacta eſt 0 in anno Iuliano. Sciendum præterea omnes menſes ἐμβολίμους eſſe in XI appendicibus diebus Solaribus, quæ excreſcunt ſupra rationes Lunæ. Ideo in Computo Paſchali ſemper epactæ debent incipere a menſe Paſchali, nimirum a Martio. Itaque XI dies, quæ excurrunt ſupra annum Lunarem, incipiunt a XVIII Februarij, in quibus XI diebus ſemper, vt dixi, embolimi menſes ſunt. Cum autem vtendum eſt ἐκβολῆ, hoc eſt, cum vſurpandus eſt Adar poſterior pro Niſan, epacta erit in illis XI diebus Februarij B
poſtremis. Vſurpatur enim tunc menſis embolimus pro Niſan. Menſis autem embolimus eſt in XI excurrentibus diebus. Epacta igitur in illis quærenda eſt. Quoties ergo ἐκβολῆ vtendum eſt, epacta retro numeranda erit ab vltima Februarij. Exemplum. Eſto annus Chriſti 1598. Addita vnitate, vt præcipit regula Dionyſiana, & abiecto numero proxime minore 1520, relinquitur annus tertius magnæ periodi annorum 76. Epacta eſt 29. Adiice numerum προεμπτώσεως 4 e regione 1520. Fiunt 33. Deductis 30, vt fit ſemper in methodo epactarum, relinquuntur 3, epacta nempe anni propoſiti 1598. quæ numeranda eſt retro a 28 Februarij, in anno communi, a 29 autem, in anno biſextili. Itaque quintadecima men- C
ſis Paſchalis erit in XII Martij, hoc eſt in ſecunda Krionos. Dominica autem reſurrectionis erit in nona Krionos, ſiue XIX Martij Iuliani. Hic eſt facta ἐκβολὴ Niſan, pro quo aſſumptus Adar poſterior. Sic anno 1614 eadem methodo inuenies epactam 1, ab vltima Februarij ineundam. Vbi rurſus erit vtendum ἐκβολῆ, vt poſterior Adar in Niſan ſuccedat. Tabula æquationis compoſita eſt per progreſſum quinarium. Quinarius conſtat annis 323. hoc eſt cyclis XVII. quia in tot cyclis fit μετέμπτωσις in anno Iuliano, non in XVI, vt ſciſcit Hipparchus, qui tamen non ignorauit eandem periodum non iuſtam eſſe: ſed dixit σχεδὸν perire vnum diem in quatuor periodis Calippicis. Hoc eſt, quod comminiſci potuimus ad methodum D
epactarum, quæ tolerabilior, hoc eſt vero propior eſſet. Nam veram inſtituere velle, ſine methodo Iudaica, hoc vero eſt fruſtra fatigari. Cur autem methodum Iudaicam veteres Chriſtiani neglexerint, nulla alia videtur cauſſa afferri, præter odium ἄλογον in Iudæos conceptum.

DE AN-

A
DE ANNO NICENO.

Sed hæc omnia locum habent in forma Iuliana, in qua tamen
apparet manifeſta προήγησις χρονικὴ, puta quindecim dierum, a
temporibus Metonis, ad noſtra, vt ſuo loco demonſtratum
eſt. Et quamuis Paſcha recte obeatur plenilunio proximo poſt æ-
quinoctium, vbicunque tandem fuerit illud in anno Iuliano, ta-
men multi hactenus cenſuerunt Decreto Niceno non plane pare-
ri, niſi æquinoctium ſemper in XXI Martij hæreat, vbi illud ſta-
tuerant Patres illi. Quod ſi fingendum eſt æquinoctium ſemper in
XXI Martij deinceps hæſiſſe, hæſurumque: eadem ratione fingen-
B dum retro quoque in eadem XXI Martij fuiſſe. Si igitur in anno
Iuliano æquinoctium erat in XXI Martij, hoc eſt in anno Chriſti
325, ergo in anno primo Chriſti fuit in XXIII. In totidem enim
annis bidui abſoluti προήγησις facta eſt in anno Iuliano: qui quidem
annus Iulianus erit nobis examen anni Niceni: vt quota feria ſit li-
tera C in anno Niceno, ea ſit nota æquinoctij in anno Iuliano.
Exemplum. In anno Niceno eſto litera Dominicalis A. Ergo C,
quæ eſt tertia ab A, erit feria tertia: & proinde æquinoctium erit
in feria tertia. quæcunque igitur fuerit litera Dominicalis in anno
Iuliano, cum tertia ab ea debeat eſſe feria tertia, in illa erit æqui-
noctium. Vt hoc anno 1596, litera Dominicalis Iuliana eſt DC.
C Fingatur exempli gratia litera Nicena GF. litera C eſt quinta ab F.
Quare æquinoctium erit in feria quinta. Erit ergo in litera G in an-
no Iuliano, quę quinta eſt a C litera Dominicali Iuliana. Ita, vt dixi,
annus Iulianus erit regula Niceni. Sed quę via ineunda eſt huius in-
ſtituti? Duæ ſunt tantum, anni modus, & periodus quædam, quæ
cyclum quendam Solarem conſtituat: quia neceſſe eſt cyclum Sola-
rem Iulianum interrumpi, omittendo biſextum poſt aliquot annos,
vt iubet προήγησις χρονική. Duo tantum modi annui a nobis proban-
tur, Alſonſinus & Gelalæus. reliquos ipſa φαινόμενα ſatis refellunt.
Vter nobis eligendus ſit, id periodus, quæcunque potuerit conſtitui,
oſtendet. In modo anni Alſonſini duæ conſtitui poſſunt, aut qua-
D dringentorum annorum, aut 924. Nam biſextum vnum perit in
132 annis fere. Et ſepties tot anni ſunt 924. In 132 annis ſunt cy-
cli Solares Iuliani quatuor abſoluti, & viginti præterea anni cyclo
quinto inchoato. Ergo in viceſimo anno peribit vnum biſextum.
Quartus igitur annus erit biſextilis, hoc eſt pręditus litera duplici do-
minicali: quarum poſterior incipiet alium cyclum poſt annum 132, in-
eunte ſcilicet anno 133. Exempli gratia: ſi annus 132 debuerit ex con-
ſuetudine habere literam duplicem G F, habeat tantum G: litera au-

tem F sit initium cycli sequentis. Ita in periodo annorum 400, A
in annis 132, 264, 400, pro litera duplici assumetur prior, altera
autem differetur in annum sequentem. Itaque tres periodi minores
sunt duæ quidem priores annorum 132, tertia autem annorum 136.
in duabus prioribus vicesimus annus cycli quinti omittit bisextum,
in tertia vicesimo quarto anno fit omissio illa bisexti. Quia vero
iam indicauimus nobis fingendum esse retro semper æquinoctium
in XXI Martij fuisse, & deinceps futurum, satis est, si ab annis
Christi Computus noster incipiat: vt taceam, annos Christi valde
idoneos illi esse, quia quartus quisque eorum annus est bisextilis.
Cum autem annus primus Christi necessario secundum hypothesim
Niceni Canonis habuerit æquinoctium in XXIII Martij, fuit ergo B
æquinoctium feria quarta. Nam litera dominicalis Iuliana erat B.
Ergo in anno Niceno litera dominicalis fuit G. Siquidem G est
quarta a C. Primus igitur annus periodi annorum 400 habuit li-
teram dominicalem G. Annus vero 132, qui erat vicesimus cycli
quinti, debebat habere ex consuetudine duplicem literam ED. Sed
quia προήγησις χρονικὴ tollit bisextum, litera D differetur in annum
133, retenta sola E pro duplici ED. Rursus anno 264, nempe vi-
cesimo cycli quinti, competebat litera duplex BA. Sed B sola ma-
nebit: A vero incipiet cyclum anni 265. Denique anno 400, an-
nus vicesimus quartus cycli quinti ex consuetudine habuerit literam
duplicem AG. Sed A manebit secura in suis sedibus: G autem rur- C
sus incipiet periodum secundam annorum 400. Noster est ille ver-
sus Technicus ad methodum cycli Solaris Iuliani institutus,

Gaudet Flaccus equo, Dorus cane, Bosporus agno.

Methodus vero cycli Solaris Iuliani statuit primum annum bisexti-
lem, quintum, nonum, tertiumdecimum, decimumseptimum, &
sic deinceps. Sed non ita est, si cyclum instituas ex annis Christi.
Nam non primus, sed quartus quisque est bisextilis. Itaque cum
periodus annorum 400 constet ex tribus minoribus, earum pri-
mores literæ sunt GDA. Cum ergo G incipiet periodum, tunc me-
thodus incipiet a prima voce versiculi, nempe a GAVDET: quæ
statuetur in ima radice indicis: FLACCVS in ima radice medij: EQVO D
in ima radice medici digiti: DORVS CANE in ima radice auricu-
laris: quia ibi est bisextum. Ita percurres omnes articulos, donec
orbem annorum 28 consummaueris, semper bisextum in minimo
digito statuendo. Ab annis igitur Christi semper abiicienda sunt
400, quantum fieri potest: a reliquis autem 264, si numerus ex-
cesserit 264, aut 132, si minor fuerit. Reliqui anni diuidendi per
28. Exemplum: Annus Christi 325, abiectis 264, relinquit 61.

A Abiectis 28, remanent v. Quia abieci 264, ergo relinquitur vltima minor periodus annorum 136, incipiens a litera A: hoc est a voce AGNO, quam statues in uma radice indicis. Itaque cum numerus diuisus per 28 reliquerit v, litera dominicalis Nicena erat c, in anno 325. Fuit ergo æquinoctium feria prima. Erat autem litera quoque dominicalis Iuliana c. Tam igitur in anno Iuliano, quam in anno Niceno æquinoctium erat in XXI Martij, quæ habet literam c. Sed a nobis exigitur, vt æquinoctium anno Christi 325 fuerit in XXI Martij Iuliani, hodie vero sit in XI item Martij Iuliani. Decem igitur dierum προήγησις facta est, a 325 anno Christi, ad hunc 1596. differentia, anni 1271, quæ sunt periodi tres absolutæ. ideo-
B que ter tria bisexta tantum perierant a 325 anno Christi, ad hunc præsentem 1596. Quare æquinoctium erit in XII Martij, non autem, vt volebamus, in XI. Quod examen ipsum probabit. Abiectis 400 de 1596, quantum potest, relinquuntur 396. de quibus rursum deductis 264, relinquuntur anni 132. hoc est, quatuor cycli, & vicesimus annus quinti inchoati incipientis ab A, hoc est, a voce AGNO. Litera Dominicalis Nicena erit FE. Cum autem c sit sexta ab E, secundum hanc hypothesin æquinoctium fuerit feria sexta. Erit igitur in XII Martij Iuliani. Atqui debebat esse in XI. Quod est absurdum. Igitur in hac periodo annorum 400, æquinoctium non potest esse XXI Martij tempore Niceni Concilij simul, & in XI eius-
C dem Martij in hoc sæculo. Quod si per centenarios tres tollantur bisexta, eodem recidet methodus, & eandem absurditatem incurret. Rursus si hoc sæculo statuamus æquinoctium in XI Martij; literæ periodi debent esse AEB. Sed tunc anno 325 litera dominicalis fuerit D, æquinoctium vero in XX, non autem in XXI Martij. Quod ipsum est contra hypothesin. quæ absurditas iterum euitari non potest, etiam si per centenarios bisexta permantur. Quare periodus annorum 400 locum in forma anni Niceni habere non potest, nisi ludibrium lectoribus debere volumus, & παραλογίζεσθαι. Restat periodus annorum 924. cuius literæ essent GDAEBFC. Sed illa incipit statuere æquinoctium in XI Martij anno tantum 1584. Itaque neque
D hæc commoda est instituto nostro. Alfonsina vero anni quantitas ab hoc instituto longe alienissima est. Confugiendum igitur ad Gelalæam: cuius periodus elegantissima est annorum 648: quo interuallo pereunt bisexta quinque: vt in anno Gelalæo vidimus. Quam si instituamus a capite annorum Christi, literæ eius erunt GDAEB, hoc technico versiculo comprehensæ,

Gaudentes donis audebunt esse beati.

In illa semper vicesimus annus cycli quinti omittit literam vnam ex

duplici, præter vltimum annum, qui eſt octauus cycli, non autem viceſimus. Ea igitur periodus æquinoctium in XXI Martij, tempore Niceni conſeſſus, & in XI, hoc ſæculo ſtatuit, quanquam anno tantum 1560 incipit illud traduci in XI Martij. Nihilominus propoſiti compotes ſumus, & nullum ἀτόπημα conſequitur, quod euitari non poterat in periodo annorum 400, quæ per omnia inutilis eſt & inepta huic inſtituto, vtpote quæ æquinoctium ſtatuens in XXI Martij, anno Chriſti 325, illud locabit in XII Martij, ab anno 1524, ad annum 1600. & contra ſtatuens æquinoctium hoc ſæculo in XI Martij, illud traduxit in XX Martij, anno 325, hoc eſt, tempore conſeſſus Niceni. Amplectamur igitur periodum Gelalæam annorum 648, cuius laterculum infra ſubiecimus, vt vel imperitis harum rerum vſus eius expeditiſſimus ſit. A propoſitis igitur annis Chriſti abiice ſemper minorem numerum laterculi, quantum fieri poteſt. Litera a latere numeri, quem deduxiſti de annis Chriſti, ea erit prima litera cycli Solaris currentis. Exemplum. Eſto annus Chriſti præſens 1596 propoſitus. Deduco primum numerum proxime minorem 1296. Remanent anni 300. de quibus iterum deduco proxime minorem 292. Remanent 8. id eſt, octauus annus cycli Solaris, cuius cycli prima litera eſt A, e regione numeri 292 quem ab annis Chriſti abieci, notata. Quia igitur litera prima huius cycli currentis eſt A: ergo vox AGNO illi congruens ſtatuetur in ima radice Indicis: GAVDET in ima radice medij: FLACCVS in ima radice medici: EQVO, DORVS in ima minimi. Et ita inuenies in media radice minimi, in octauo anno GAVDET FLACCVS. Ergo hoc anno litera dominicalis Nicena duplex eſt G F. Eſto rurſus annus Chriſti 1296, qui inuenitur præciſus in Laterculo. Ab eo igitur deduc proxime minorem 648. Remanent itidem 648. De quibus iterum proxime minor numerus deducendus eſt, nempe 640. Remanent 8. Ergo annus Chriſti 1296 fuit octauus cycli Solaris currentis, cuius cycli prima litera erat B adiuncta ſcilicet numero 640, quem vltimum abieci. qui annus cum ſit quaternarius, haberet ex conſuetudine duplicem literam A G. Sed quia eſt vltimus periodi, vt patet, erit contentus priore litera A, altera G in annum ſequentem reſeruata. Aſſumſimus igitur periodum, quæ tempore Niceni conſeſſus ſtatuit æquinoctium in XXI Martij Iuliani, noſtro autem ſæculo in XI eiuſdem Martij Iuliani: quod periodus 400 annorum præſtare non poterat, quæ ſtatim in limine fidem ſuam decoquit. His conſtitutis ſupereſt methodus epactarum:

LATERCVLVM PERIODI NICENÆ.

240	G	508	E	244	D
2592	G	480	E	216	D
1944	G	452	E	188	D
1296	G	424	E	160	D
648	G	396	E	132	D
640	B	376	A	112	G
612	B	348	A	84	G
584	B	320	A	56	G
556	B	292	A	28	G
528	B	264	A	0	G

A B C D

A Epactarum: quæ per incrementa vndenarij numeri ſumptæ vulgo quidem ſunt vtiles, quia tractabiles, Paſchali autem cultui vt plurimum aduerſantur, nunc præcipitantes, nunc vero morantes nouilunia. Quia igitur vix eſt, vt aliter, quam per incrementa vndenarij numeri a vulgo capi poſſint, poteſt tamen quædam earum methodus iniri, quæ non omnino ſupra captum vulgi ſit. Primum igitur inſtituenda periodus annorum 76, quia in totidem annis epactæ redeunt in orbem, cum biſexti interuentu earum ordinarius progreſſus interturbetur. Eorum autem annorum 76 initium eſto a primo cyclo Dionyſiano: vt in ſuperiore capite fecimus. Itaque annis Chriſti ſemper addenda erit vnitas ad methodum cycli, vt alias dictum

B eſt. Quadruplici autem verſu conſtructa eſt Tabula periodi. Primus verſus habet annos expanſos per 76. Secundus literam dominicalem cycli Solaris Niceni. Tertius nouilunium in Martio, aut Aprili Niceno, quale debebat eſſe ſæculo Chriſti, ſi ſemper æquinoctium hæſiſſet in xxi Martij. Quartus denique verſus habet epactam Nicenam ſæculi Chriſti: quomodo notata eſt in Kalendario, ita vt

C ipſæ epactæ incipiant a Martio. Sunt enim Paſchales. Martius autem menſis Paſchalis. In Kalendis Martij, Epacta o notari debet. id eſt, epacta nulla. In 31 autem Martij o. 29. in Kalendis Aprilis 28. & ita ſemper alternis debent o. & o. 9 ordinari, donec in XVIII Februarij ponatur Epacta o. in vltima autem Februarij 20, anno communi, anno autem biſextili

D 19. Ita nulla confuſio interueniet propter biſextum, quæ omnino occurreret, ſi epactæ inciperent a Kal. Ianuarij.

Atque hæc eſt quidem periodus: quæ non ſemper habebit nouilunia in iiſdem ſedibus, propter *μετέμπτωσιν* Lunæ. Itaque poſt ali-

NOVILVNIA PASCHALIA IN ANNIS LXXVI.

Anni.	Litera Dominic. Nicena.	Nouilunium Paschale.	Epactæ	Anni.	Litera Dominic. Nicena.	Nouilunium Paschale.	Epactæ
1	BA	22 M.	9	39	C	22 M.	9
2	G	11 M.	20	40	B	12 M.	19
3	F	30 M.	1	41	AG	30 M.	1
4	E	20 M.	11	42	F	19 M.	12
5	DC	8 M.	23	43	E	8 M.	23
6	B	27 M.	4	44	D	27 M.	4
7	A	16 M.	15	45	CB	16 M.	15
8	G	4 Ap.	25	46	A	4 Ap.	25
9	FE	24 M.	7	47	G	24 M.	7
10	D	13 M.	18	48	F	13 M.	18
11	C	1 Ap.	28	49	ED	31 M.	29
12	B	21 M.	10	50	C	21 M.	10
13	AG	10 M.	21	51	B	10 M.	21
14	F	28 M.	3	52	A	29 M.	2
15	E	18 M.	13	53	GF	17 M.	14
16	D	6 Ap.	23	54	E	5 Ap.	24
17	CB	25 M.	6	55	D	25 M.	6
18	A	14 M.	17	56	C	15 M.	16
19	G	2 Ap.	27	57	BA	2 Ap.	27
20	F	23 M.	8	58	G	22 M.	9
21	ED	11 M.	20	59	F	11 M.	20
22	C	30 M.	1	60	E	30 M.	1
23	B	19 M.	12	61	DC	19 M.	12
24	A	9 M.	22	62	B	8 M.	23
25	GF	27 M.	4	63	A	27 M.	4
26	E	16 M.	15	64	G	16 M.	15
27	D	4 Ap.	25	65	FE	3 Ap.	26
28	C	24 M.	7	66	D	24 M.	7
29	BA	13 M.	18	67	C	13 M.	18
30	G	1 Ap.	28	68	B	1 Ap.	28
31	F	21 M.	10	69	AG	20 M.	11
32	E	10 M.	21	70	F	10 M.	21
33	DC	28 M.	3	71	E	29 M.	2
34	B	18 M.	13	72	D	18 M.	13
35	A	6 Ap.	23	73	CB	5 Ap.	24
36	G	26 M.	5	74	A	25 M.	6
37	FE	14 M.	17	75	G	15 M.	1
38	D	2 Ap.	27	76	F.	2 Ap.	27

quot cyclos, decreſcent epactæ, quia nouilunia peſſum eunt in anno Tropico, quemadmodum in anno Iuliano ſurſum enituntur. Itaque vt in anno Iuliano κτ᾽ προεμπτώσιν epactæ creſcunt, ita in anno Tropico κτ᾽ μετεμπτώσιν minuuntur. Hæc autem μετάβασις προεμπτώσεως fit quidem per 228, aut 247 annos Gelalæos, vt ſuo loco dictum eſt. Sed hoc æqualiter non procedit, vt ex collatione ipſorum nouiluniorum conſtat. Itaque conſtruximus Tabulam æquationis epactarum generatim per periodos Gelalæas, & membratim per minores periodos annorum 132, in quarum vltimo anno biſextum omittitur. Primus igitur verſus Tabulæ continebit annos earum minorum periodorum collectos, quorum initium conſurgit a primo anno Chriſti, cyclo Dionyſiano ſecundo. Secundus verſus continet literam dominicalem Nicenam. Tertius indicat, quotus annus ſit periodi Lunaris magnæ, quam proxime ante hanc poſuimus. Exemplum: E regione anni Chriſti 1561, in verſu tertio, habes 42. hoc eſt: Annus Chriſti 1561 eſt quadrageſimus ſecundus periodi: in qua periodo, ſæculo Chriſti, nouilunium Paſchale erat in 19 Martij, in typo Niceno. Quartus verſus continet diſtantiam cyclorum, ab anno periodi notato in verſu tertio, ad annum Chriſti propoſitum. Exemplum. Annus Chriſti 1561 habet e regione, in verſu tertio, 42 annum periodi. Igitur demptis 41 de 1561, remanent anni 1520. hoc eſt, cycli 80. Ergo ab anno Chriſti 41, ad annum Chriſti 1561, ſunt cycli abſoluti 80. In hoc enim negotio, ad methodum cycli, additur vnitas annis Chriſti, vt ſcis. Ergo pro 42 annis,

A (margin mark beside lines 1–2); B (beside "no Chriſti, cyclo Dionyſiano ſecundo…"); C (beside table row 133); D (beside table row 2341)

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM.

Anni Chriſti.	Litera Domin.	Anni periodi annorum 76	Cycli intercalationum.	Character cyclorum interualli.			Character nouiluniorum Paſchalium.			Nouilunia Paſchalia.	Epactæ.	Dies exemptiles
1	G	2	0	0	10	20	1	16	247	11 M.	20	0
133	D	58	4	3	18	220	2	3	396	23 M.	8	1
265	A	38	12	4	6	660	2	14	445	3 Ap.	26	1
397	E	18	20	4	19	20	1	12	781	16 M.	15	2
529	B	74	24	1	13	240	1	23	840	28 M.	3	3
649	G	42	32	2	1	680	5	9	442	22 M.	9	3
781	D	22	40	2	14	40	5	20	491	3 Ap.	26	4
913	A	2	48	3	2	480	4	18	727	16 M.	15	5
1045	E	58	52	6	20	700	3	23	540	26 M.	5	5
1177	B	38	60	7	9	60	5	16	925	7 Ap.	22	5
1297	G	6	68	7	21	500	2	2	537	2 Ap.	27	6
1429	D	62	72	4	15	720	1	0	873	15 M.	16	7
1561	A	42	80	5	4	80	1	11	922	26 M.	5	7
1693	E	22	88	5	16	520	1	22	971	7 Ap.	12	8
1825	B	2	96	6	4	960	7	21	127	20 M	11	9
1945	G	46	100	2	23	100	5	19	632	13 Ap.	16	9
2077	D	26	108	3	11	540	4	17	968	25 M.	6	9
2209	A	6	116	3	23	980	5	4	1017	6 Ap.	23	10
2341	E	62	120	7	16	120	4	1	273	19 M.	11	11
2473	B	42	128	1	4	560	4	12	322	30 M.	1	11
2593	G	10	136	1	16	1000	7	21	1014	25 M	6	12
2725	D	66	140	5	13	140	1	10	1063	5 Ap.	14	12
2857	A	46	148	6	1	580	1	22	32	17 Ap.	12	13
2989	E	26	156	6	13	1020	2	10	452	31 M.	[illegible]	14
3121	B	6	164	7	2	380	1	7	417	10 Ap.	19	14
3241	G	50	168	3	20	600	4	17	29	4 Ap.	25	14

A annis, 41 tantum demendi de annis 1561. Quintus versus continet characterem cyclorum interualli. vt in anno Christi supra proposito 1561, interuallum erat, cycli 80. quorum character est 5.4.80. Sextus versus habet characterem nouilunij anni in primo versu comprehensi. Exemplum: Annus Christi 1561, in versu quinto, habet characterem interualli, 5. 4.80. qui quidem character cum charactere anni 42 in periodo Paschali Iuliana compositus dat characterem nouilunij Paschalis 1. 11. 922, in anno Christi proposito 1561. In superiore Capite, In Tabula nouiluniorum Paschalium, e regione anni 42, habes characterem nouilunij Paschalis, 3. 7. 842. qui cum charactere 5. 4. 80 compositus facit

B eum, quem versus sequens continet, characterem, 1. 11. 922. Septimus versus comprehendit nouilunia Paschalia in Martio, aut Aprili Niceno. Octauus continet epactam. Nonus, qui & vltimus, numeros exemptiles: hoc est, de epacta detrahendos. Epacta enim decrescit, vt diximus. Exemplum: Annus Christi 1561 est 42 periodi. In Tabula nouiluniorum Paschalium in annis 76, quam proxime ante hanc posuimus, e regione anni 42, habes 19 Martij, cum epacta 12. Hic vero e regione anni 1561, habes 26 Martij: Epactam 5: numerum exemptilem 7. Hoc est: de epacta 12 sæculi Christi, quæ erat in anno 42 periodi, detrahenda sunt 7. Remanebunt 5 pro epacta anni propositi 1561.

C Imo ab anno Christi deinceps, ad annum 1693, semper 7 erunt detrahenda de omni epacta. Methodus hæc est. Primum vide, quotus periodi sit annus Christi propositus. Epactam ei e regione positam seorsim serua. Rursus accipe numerum annorum proxime minorem in Tabula æquationis Epactarum. e cuius regione positum numerum exemptilem detrahe de epacta. seorsim serua. Si epacta fuerit minor, quam numerus detrahendus, componantur 29 cum epacta. deinde fiat detractio. Exemplum. Esto annus Christi 1598 propositus. Addita vnitate, abiectis omnibus 76, remanet annus tertius periodi. In tabula proxime ante hanc posita, e regione anni tertij, habes 30 Martij Ni-

D ceni, item vnitatem pro Epacta. Rursus in Tabula æquationis numerus proxime minor est 1561. Dies exemptiles 7. Componatur vnitas, hoc est, epacta anni 3, cum 29. Fient 30. detractis 7, relinquitur epacta. 23 anni 1598. aut iidem dies cum 30 Martij continuati sistent nouilunium in VI Aprilis. Quod verum est. Nam character illius nouilunij erit 2. 12. 156, hoc est, feria secunda. Litera vero Dominicalis Nicena erit D.

Itaque nouilunium erit in VI Aprilis, vt iam ostensum est. Sed illud A
nouilunium est reiiculum, & Adar posterior pro Nisan assumendus.
E regione VI Aprilis Epacta est 23. Quare cum eadem sit e regione
VIII Martij, igitur neomenia Adar posterioris, hoc est, nouilunium
verum Paschale, erit in VIII Martij. Quintadecima Paschalis, hoc
est, quartadecima Christianorum, in XXII Martij. Dominica Resurrectionis in 29 Martij. Quod autem Epactam vnicam cum 29,
non autem cum 30 composuerimus, ratio in promptu est: quia a
31 Martij, & deinceps, mensis Lunaris est dierum 29 duntaxat. Propterea incipit ab 0.29. non autem ab 0, puro. Hæc sunt, quæcumque de Epactarum æquatione, & nouiluniis Paschalibus dici potuerunt. Nam sane, me auctore, ad illorum methodum computo Iu- B
daico tutius vtemur, quam alia via. Nulla enim tutior, aut expeditior. Sed hic tandem modus esto.

DE ANNORVM HARMONIA.

ANNORVM omnium, qui quidem ex vltima vsque antiquitate erui potuerunt, descriptiones generatim membratimque hæ
sunt. Restat nunc, vt tot discrepantium typorum veluti concilium quoddam, & concordiam instituamus. Nam & diuersa eorum
genera, vt Solaris & Lunaris, & congenerum non eadem forma: &
vniuersorum non idem principium, aut certe raro: & si quando hoc,
non vtique eodem tempore: vt periodi Olympicæ, & Atticæ, item
cycli Paschalis Samaritarum, & Iudæorum. Denique omnes formæ C
a Iuliana hoc differunt. Nam Indorum vetus annus Lunaris initium
quidem habuit a Kalendis primi Ianuarij Iuliani: sed omissio embolismi non patitur eum suis sese finibus continere, saltem intra periodum enneadecaetericam, quæ ne ipsa quoque post XVI, aut XVII cyclos
ad idem principium redire potest. Quomodo igitur anni aut ad vnum
typum Iulianum reuocari, aut in eo aliquam epocham obtinere possint, suo quidque loco accuratissime demonstratum est. Periodorum
Olympicæ, Atticæ, & Calippicæ, quorum vsus pernecessarius est,
vt methodus parabilis esset, summo studio elaborauimus. Et sane
speramus in eo diligentiam nostram ab æquo lectore minime desideratum iri. Tabulæ enim peculiares ei rei a nobis dicatæ sunt. Qua- D
tuor vero formæ contumacissimæ vix tandem in ordinem coguntur,
Tropica, Iudaica, Ægyptiaca, & Arabica. Vt igitur vna earum cum
reliquis tribus, & rursus omnes inter se conuenire possint, Tabulas
expeditissimas duas confecimus, priorem annorum expansorum 76,
alteram collectorum, vt in hoc negotio fieri solet. Vsum earum ad
calcem apposuimus, vtilitatem & necessitatem in rationibus temporum passim aperiemus.

TABVLA

A

TABVLA ANNORVM EXPANSORVM.

Anni Iulia-ni expans.	ANNORVM TROPICORVM. Anni Tropici.	Dies.	Horæ.	Scrup.	ANNORVM IVDAICORVM. Anni Iudaici.	Dies.	Horæ.	Scrup. 1080.	ANNORVM ÆGYPT. ARMEN. PERSIC. Anni Ægypt.	Dies.	Horæ.	ANNORVM ARAB. HAGAR. INDIC. Anni Arab.	Dies.	Scrupula.
1	1	0	0	11	1	10	21	204	1	0	6	1	10	53
2	2	0	0	21	2	21	18	408	2	0	12	2	21	46
3	3	0	0	32	3	3	2	899	3	0	18	3	32	39
4	4	0	0	43	4	14	0	23	4	1	0	4	43	32
5	5	0	0	54	5	24	21	227	5	1	12	5	54	25
6	6	0	0	4	6	6	5	718	6	1	12	6	65	18
7	7	0	1	15	7	17	2	922	7	1	18	7	76	11
8	8	0	1	26	8	28	0	46	8	2	0	8	87	4
9	9	0	1	37	9	9	8	537	9	2	6	9	97	57
10	10	0	1	47	10	20	5	741	10	2	12	10	108	50
11	11	0	1	58	11	1	17	152	11	2	18	11	119	43
12	12	0	2	9	12	12	11	356	12	3	0	12	130	36
13	13	0	2	20	13	23	8	560	13	3	6	13	141	29
14	14	0	2	30	14	4	16	1051	14	3	12	14	151	22
15	15	0	2	41	15	15	24	175	15	3	18	15	163	15
16	16	0	2	52	16	26	11	379	16	4	0	16	174	8
17	17	0	3	2	17	7	19	870	17	4	6	17	185	1
18	18	0	3	13	18	18	16	1074	18	4	12	18	195	54
19	19	0	3	24	19	0	1	485	19	4	18	19	206	47
20	20	0	3	35	20	10	22	689	20	5	0	20	217	40
21	21	0	3	45	21	21	19	893	21	5	6	21	228	33
22	22	0	3	56	22	3	4	304	22	5	12	22	239	26
23	23	0	4	6	23	14	1	508	23	5	18	23	250	19
24	24	0	4	18	24	24	22	712	24	6	0	24	261	12
25	25	0	4	28	25	6	67	123	25	6	6	25	272	5
26	26	0	4	39	26	17	4	327	26	6	12	26	282	58
27	27	0	4	50	27	28	1	531	27	6	18	27	293	51
28	28	0	5	1	28	9	9	1022	28	7	0	28	304	44
29	29	0	5	11	29	20	7	1046	29	7	6	29	315	37
30	30	0	5	22	30	1	18	637	30	7	12	30	326	30
31	31	0	5	33	31	12	22	841	31	7	28	31	337	23
32	32	0	5	43	32	23	9	1045	32	8	0	32	348	16
33	33	0	5	54	33	4	18	456	33	8	6	34	5	9
34	34	0	6	5	34	15	15	661	34	8	12	35	16	2
35	35	0	6	16	35	26	12	86[illegible]	35	8	18	36	26	55
36	36	0	6	26	36	7	21	275	36	9	0	37	37	48
37	37	0	6	37	37	18	18	479	37	9	6	38	48	41
38	38	0	6	48	38	0	2	970	38	9	12	39	59	34
39	39	0	6	59	39	11	0	94	39	9	18	40	70	27
40	40	0	7	9	40	21	21	298	40	10	0	41	81	20

B

C

RESI.

RESIDVVM TABVLÆ ANNORVM EXPANSORVM.

A

Anni Iuliani expansi	ANNORVM TROPICORVM. Anni Tropici	Dies	Horæ	Scrup	ANNORVM IVDAICORVM. Anni Iudaic.	Dies	Horæ	Scrup. horar.	ANNORVM ÆGYPT AR. MEN PERSIC. Anni Ægypt.	Dies	Horæ	ANNORVM ARAB. HAGAR. INOIC. Anni Arab.	Dies	Scrupula
41	41	0	7	20	41	3	5	781	41	10	6	42	92	13
42	42	0	7	31	42	14	2	993	42	10	12	43	103	6
43	43	0	7	42	43	25	0	117	43	10	18	44	113	59
44	44	0	7	52	44	6	8	608	44	11	0	45	124	52
45	45	0	8	3	45	17	5	812	45	11	6	46	135	45
46	46	0	8	13	46	28	2	1016	46	11	12	47	146	38
47	47	0	8	24	47	9	11	427	47	11	18	48	157	31
48	48	0	8	35	48	20	8	631	48	12	0	49	168	24
49	49	0	8	46	49	1	20	42	49	12	6	50	179	17
50	50	0	8	57	50	12	14	246	50	12	12	51	190	10
51	51	0	9	7	51	23	11	450	51	12	18	52	201	3
52	52	9	9	18	52	4	19	941	52	13	0	53	211	56
53	53	0	9	29	53	15	17	65	53	13	6	54	226	49
54	54	0	9	40	54	26	14	269	54	13	12	55	233	42
55	55	0	9	50	55	7	22	760	55	13	18	56	244	35
56	56	0	10	1	56	18	19	964	56	14	0	57	255	28
57	57	0	10	12	57	0	4	375	57	14	6	58	266	21
58	58	0	10	23	58	11	2	579	58	14	12	59	277	14
59	59	0	10	33	59	21	22	783	59	14	18	60	288	7
60	60	0	10	44	60	3	7	194	60	15	0	61	299	0
61	61	0	10	55	61	14	4	398	61	15	6	62	309	53
62	62	0	11	5	62	25	1	601	62	15	12	63	320	46
63	63	0	11	16	63	6	10	13	63	15	18	64	331	39
64	64	0	11	27	64	17	7	217	64	16	0	65	342	32
65	65	0	11	38	65	28	4	421	65	16	6	66	353	25
66	66	0	11	48	66	9	12	912	66	16	12	68	9	18
67	67	0	11	59	67	20	10	36	67	16	18	69	20	11
68	68	0	11	10	68	1	21	527	68	17	0	70	31	4
69	69	0	12	21	69	12	15	735	69	17	6	71	41	57
70	70	0	12	31	70	23	12	935	70	17	12	72	52	50
71	71	0	12	42	71	4	21	346	71	17	18	73	63	43
72	72	0	12	53	72	15	18	550	72	18	0	74	74	36
73	73	0	13	4	73	26	15	754	73	18	6	75	85	29
74	74	0	13	14	74	8	0	165	74	18	12	76	96	22
75	75	0	13	25	75	18	21	369	75	18	18	77	107	25
76	76	0	13	36	76	0	5	860	76	19	0	78	118	8

B

C

TABVLA

A

TABVLA ANNORVM COLLECTORVM.

		ANNORVM TROPICORVM.				ANNORVM IVDAICORVM				ANNORVM ÆGYPT. ARMEN PERSIC.			ANNORVM ARABICORVM		
	Anni collecti Iuliani.	Anni collecti Tropici	Dies	Horae	Scrupula	Anni collecti Iudaici	Dies	Horae	Scrupula	Anni collecti Ægypt.	Dies	Horae	Anni collecti Arab	Dies	Scrupula
	76	76	0	13	36	76	0	5	860	76	19	0	78	118	17
	152	152	1	3	12	152	0	11	640	152	38	0	156	236	34
	228	228	1	16	48	228	0	17	420	228	57	0	235	0	50
	304	304	2	6	24	304	0	23	200	304	76	0	313	119	7
	380	380	2	20	0	380	1	4	1060	380	95	0	391	237	24
	456	456	3	9	36	456	1	10	840	456	114	0	470	1	40
	532	532	3	23	12	532	1	16	620	532	133	0	548	119	57
B	608	608	4	12	48	608	1	22	400	608	152	0	626	238	14
	684	684	5	2	24	684	2	4	180	684	171	0	705	2	30
	760	760	5	16	0	760	2	9	1040	760	190	0	783	120	47
	836	836	6	5	36	836	2	15	820	836	209	0	861	239	4
	912	912	6	19	12	912	2	21	600	912	228	0	940	3	20
	988	988	7	8	48	988	3	3	380	988	247	0	1018	121	37
	1064	1064	7	22	24	1064	3	9	165	1064	266	0	1096	239	54
	1140	1140	8	12	0	1140	3	14	1020	1140	285	0	1175	4	10
	1216	1216	9	10	36	1216	3	20	800	1216	304	0	1253	122	27
	1292	1292	9	15	12	1292	4	2	580	1292	323	0	1331	241	44
	1368	1368	10	4	46	1368	4	8	360	1368	342	0	1410	5	0
	1444	1444	10	18	24	1444	4	14	140	1444	361	0	1488	123	17.
	1520	1520	11	8	0	1520	4	19	1000	1521	15	0	1566	241	34
	1596	1596	11	21	36	1596	5	1	780	1597	34	0	1645	5	50
	2672	1672	12	11	12	1672	5	7	560	1673	53	0	1723	124	7
	1748	1748	13	0	48	1748	5	13	340	1749	72	0	1801	242	24
	1824	1824	13	14	24	1824	5	19	120	1825	91	0	1880	6	40
	1900	1900	14	4	0	1900	6	0	980	1901	110	0	1958	124	57
C	1976	1976	14	17	36	1976	6	6	760	1977	129	0	2036	243	14
	2052	2052	15	7	12	2052	6	12	540	2053	118	0	2115	7	30
	2128	2128	15	28	48	2128	6	18	320	2129	167	0	2193	125	47
	2204	2204	16	10	24	2204	7	0	100	2205	186	0	2271	244	4
	2280	2280	16	23	59	2280	7	5	960	2281	205	0	2350	8	20
	2356	2356	17	13	35	2356	7	11	740	2357	224	0	2428	125	37
	2432	2432	18	3	11	2432	7	17	520	2433	243	0	2506	245	54
	2508	2508	18	16	47	2508	7	23	300	2509	262	0	2585	9	10
	2584	2584	19	6	23	2584	8	5	80	2585	281	0	2663	127	27
	2660	2660	19	19	59	2660	8	10	940	2661	300	0	2741	245	44
	2736	2736	20	9	35	2736	8	16	720	2737	319	0	2820	10	0
	2812	2812	20	23	11	2812	8	22	500	2813	338	0	2898	128	17
	2888	2888	21	12	47	1888	9	4	280	2889	357	0	2976	246	34
	2964	2964	22	2	23	1964	9	10	60	2966	7	0	3055	10	50
	3040	3040	22	15	59	1040	9	15	920	3042	26	0	1133	130	7
	3116	3116	23	5	35	3116	9	21	700	3118	45	0	3211	248	24
D	3192	3192	23	19	11	3192	10	3	480	3194	64	0	3290	11	40
	3268	3268	24	8	47	3268	10	9	260	3270	83	0	3368	129	57
	3344	3344	24	22	23	3344	10	15	40	3346	102	0	3446	248	14
	3420	3420	25	11	59	3420	10	20	900	3422	121	0	3525	12	30

RESI-

RESIDVVM TABVLÆ ANNORVM COLLECTORVM.

	ANNORVM TROPICORVM.				ANNORVM IVDAICORVM.				ANNORVM ÆGYPT ARMEN. PERSIC.			ANNORVM ARAB. HAGAR. INDIC.		
Anni collecti Iuliani.	Anni collecti Tropici	Dies.	Horæ.	Scrup.	Anni collecti Iudaici.	Dies.	Horæ.	Scrup. 1080.	Anni collecti Ægypt.	Dies.	Horæ.	Anni collecti Arab.	Dies.	Scrupula.
3496	3496	26	1	35	3496	11	2	680	3498	110	0	3603	130	47
3572	3572	26	15	11	3572	11	8	460	3574	159	0	3681	249	14
3648	3648	27	4	47	3648	11	14	246	3650	178	0	3760	13	20
3724	3724	27	18	23	3724	11	20	20	3726	197	0	3838	131	37
3800	3800	28	7	59	3800	12	1	880	3802	216	0	3916	249	54
3876	3876	28	2	35	3876	12	7	660	3878	235	0	3995	14	10
3952	3952	29	11	11	3952	12	13	440	3954	254	0	4073	143	27
4028	4028	30	0	47	4028	12	19	220	4030	273	0	4151	261	44
4104	4104	30	14	23	4104	13	1	0	4106	292	0	4230	15	0
4180	4180	31	3	59	4180	13	6	860	4182	311	0	4308	133	17
4256	4256	31	17	35	4256	13	12	640	4258	330	0	4386	251	34
4332	4332	32	7	11	4332	13	18	420	4334	349	0	4465	15	50
4408	4408	32	20	47	4408	14	0	220	4411	2	0	4543	134	7
4484	4484	33	10	23	4484	14	15	1060	4487	21	0	4621	252	24
4560	4560	33	23	59	4560	14	11	840	4563	40	0	4700	16	40
4636	4636	34	13	35	4636	14	17	620	4639	59	0	4778	134	57
4712	4712	35	3	11	4712	14	23	400	4715	76	0	4856	253	14
4788	4788	35	16	47	4788	15	5	180	4791	57	0	4935	17	30
4864	4864	36	6	23	4864	15	10	1040	4867	116	0	5013	135	47
4940	4940	36	19	59	4940	15	16	820	4943	135	0	5091	254	4
5016	5016	37	9	35	5016	15	22	600	5019	154	0	5170	18	20
5092	5092	37	23	11	5092	16	4	380	5095	173	0	5248	136	37
5168	5168	38	12	47	5168	16	10	160	5171	192	0	5326	254	54
5244	5244	39	2	23	5244	16	15	1020	5247	211	0	5405	19	10
5320	5320	39	1	559	5320	16	21	800	5323	230	0	5483	137	27
5396	5396	40	5	35	5396	17	3	580	5399	249	0	5561	255	44
5472	5472	40	19	11	5472	17	19	360	5475	268	0	5640	20	0
5548	5548	41	8	47	5548	17	15	140	5551	287	0	5718	138	17
5624	5624	41	22	23	5624	17	20	100	5627	306	0	5796	256	34
5700	5700	42	11	59	5700	18	2	780	5703	325	0	5875	20	50
5776	5776	43	1	35	5776	18	18	560	5779	344	0	5953	139	7
5852	5852	43	15	11	5852	18	14	340	5856	0	0	6031	257	24
5928	5928	44	4	47	5928	18	20	120	5932	19	0	6110	21	40
6004	6004	44	18	23	6004	19	1	980	6008	38	0	6188	139	57
6080	6080	45	7	59	6080	19	7	760	6084	57	0	6266	258	14
6156	6156	45	21	35	6156	19	13	546	6160	76	0	6345	22	30

HARMO-

A

HARMONIA MENSIVM.

MENSES LVNARES.

IVDÆORVM.	Annus communis.	Annus Embol.	SYROCHALDÆORVM.	HAGARENORVM	MACEDONVM SYROGRÆCORVM	Dies collecti.
TISRI	30	39	TISRIN *prior*	RABIV *prior*	HYPERBERETÆVS	39
Marchesvvan	59	59	*Tisrin posterior*	*Rabiu posterior*	*Dius*	59
Casleu	89	89	*Conum prior*	*Giumadiu prior*	*Apellæus*	89
Tebeth	118	118	*Conum posterior*	*Giumadiu poster.*	*Audynæus*	118
Schebat	148	148	*Aschbat*	*Regiabu*	*Peritius*	148
Adar prior	0	177	0 0	0 0	0 0	0
Adar posterior	177	207	*Adar*	*Sahabenu*	*Dystrus*	177
Nisan	207	237	*Nisan*	*Ramadhanu*	*Xanthicus*	207
B *Ijar*	236	266	*Ijor*	*Schevvalu*	*Artemisius*	236
Sivvan	266	296	*Haziran*	*Dhulkaidathi*	*Dæsius*	266
Tamuz	295	325	*Tamuz*	*Dhulhagiathi*	*Panemus*	295
Ab	325	355	*Ab*	*Muharramu*	*Lous*	325
Elul	354	384	*Ilul*	*Tzepharu*	*Gorpiæus*	354
0	0	0	*Embol.*	*Embol.*	*Dioscurus embol.*	384

MENSES LVNARES.

IVDÆORVM.	Annus cómun.	Annus Embol.	ATHENIENSIVM.	Dies collecti.	SAXONVM.	DANORVM.	Dies collecti.
C *Ab*	325	355	*Metagitnion*	59	*VVendenmonath*	*Hoostmaanet*	30
Elul	354	384	*Boedromion*	89	HALEGMONATH	*Fischemaanet*	59
TISRI	30	30	*Pyanepsion*	118	*VVintirfyllith*	*Seemaanet*	89
Marchesvvan	59	59	*Mæmacterion*	148	*Blothmonath*	*Slaetmanet*	118
Casleu	89	89	*Posideon*	177	*Giuli prior*	*Christmaanet*	148
Tebeth	118	118	*Gamelion*	207	*Giuli posterior*	*Clugmaanet*	177
Schebat	148	148	*Anthesterion*	236	*Solmonath*	*Bludemaanet*	207
Adar prior	0	177	0 0	0	0 0	0 0	0
Adar posterior	177	207	*Elaphebolion*	266	*Rethmonath*	*Aormaanet*	236
Nisan	207	237	*Munychion*	295	*Chosturmonath*	*Faremaanet*	266
Ijar	236	266	*Thargelion*	325	*Trimilchi*	*Maimaanet*	295
0	0	0	*Schirrhophorion I.*	354	*Lida prior*	*Hoemaanet*	325
Sivvan	266	296	*Schirrhophorió II.*	384	0 0	0 0	0
Tamuz	295	325	HEKATOMBÆON	30	*Lida posterior*	*Ormemaanet*	354
0	0	0	0 0	0	*Lida Embol.*	0 0	384

MENSES ÆQVABILES VAGI. MENSES ÆQVABILES TETRAETERICI.

ÆGYPTIORVM	ARMENIORVM.	PERSARVM		ATHENIENSIVM.	MACEDONVM	BITHYNORVM.	THEBANORVM.	
THOTH	SAHAMI	PHRVRDIN	30	GAMELION	Audynaus	Heracleus	BVCATIVS	30
Paophi	Theri	Adar-Pahaschth	60	Anthesterion	Peritius	Dius	Hermaus	60
Athyr	Caguts	Chardad	90	Elaphebolion	Dystrus	Bendiaus	* *	90
Choeac	Araths	Thir	120	Munychion	Xanthicus	Stratius	* *	120
Tybi	Mahic	Mardad	150	Targelion	Artemisius	Arius	* *	150
Mechir	Arichi	Scheberiz	180	Scirrhophorion	Dasius	Perepius	* *	180
Phamenoth	Ahels	Mehar	210	Hekatombaeon	PANEMVS	Aphrodisius	Hippodromius	210
Pharmuthi	Mariri	Aban	240	Metagitnion	Lous	Demetrius	Panemus	240
Pachon	Marchats	Adar	270	Boedromion	Gorpiaus	Heraus	* *	270
Payni	Harvvatsis	Di	300	Pyanepsion	Hyperberetaus	Hermaus	Damatrius	300
Epiphi	Navvasart	Behemen	330	Mamacterion	Dius	Metrous	Alalcomenios	330
Mesori	Hrri	Asphandar	360	Posideon	Apellaus	Dionysius	Leneon	360
Epagomena.	Epagomena	VVahaku	365	ἄναρχοι δύο	ἄναρχοι δύο	ἄναρχοι δύο	ἄναρχοι δύο	362

B

MENSES IVLIANI.

ROMANORVM.	Annus comm.	Annus bisext.	ATHENIENSIVM.	Annus communis.	Annus bisexti.	SYRORVM	MACEDONVM.	HAGARENORVM.	Annus comm.	Annus bisext.
IANVARIVS	31	31	Gamelion	215	255	Conum alter	Audynaus	Giumadyn alter	223	523
Februarius	59	60	Anthesterion	243	244	Aschbat	Peritius	Regiabu	151	152
Martius	90	91	Elaphebolion	274	275	Adar	Dystrus	Sahabenu	182	183
Aprilis	120	121	Munychion	304	305	Nisan	Xanthicus	Ramadhanu	212	213
Maius	151	152	Thargelion	335	336	Ijor	Artemisius	Schevvalu	243	244
Iunius	181	182	Scirrhophorion	365	366	Haziran	Dasius	Dhulkaidathi	273	274
Iulius	212	213	HEKATOMBÆON	31	32	Tamuz	Panemus	Dhulhagiathi	304	305
Augustus	243	244	Metagitnion	62	63	Ab	Lous	Muharramu	335	336
September	273	274	Boedromion	92	93	Ilul	Gorpiaus	Tzepharu	365	366
October	304	305	Pyanepsion	123	124	TISRIN prior	HYPERBERETÆVS	RABIV prior	31	33
Nouember	334	335	Mamacterion	153	154	Tisrin alter	Dius	Rabiu alter	61	16
December	365	366	Posideon	184	185	Conum prior	Apellaus	Giumadyn prior.	92	92

C

ANNI ACTIACI. MISCELA MENSIVM.

Dies a Kalen. Ianua.	ELKVPTI.	HABASSI.	Dies anni.	SAMARITARVM.			GELALI.		METONIS.			HEGIRÆ.	
241	THOTH	MASCARAM	30	ILVL	30	241	PHRVROIN	3(	KARKINON	31	178	MVHARRAMV	30
27	Papa	Tikmith	60	Tisri	61	271	Adar-Pahaschth	6(	Leonton	62	209	Tzepharu	59
301	Athur	Chadar	90	Marchesban	91	302	Chardad	90	Parthenon	92	239	Rabie prior	89
331	Chiac	Thaschas	120	Caslem	122	332	Thir	120	Zygon	122	269	Rabie poster.	118
361	Tuba	Tir	150	Tebith	153	363	Mardad	150	Scorpion	152	299	Giumadyn I.	148
26	Amschir	Iachathith	180	Schebat	181	29	Scheberiz	180	Toxon	181	328	Giumadyn II.	177
56	Parmahath	Magabith	210	Adar	212	57	Mehar	210	Ægon	210	357	Regiabu	207
86	Parmuda	[illegible]	240	Nisan	242	88	Aban	240	Hydron	240	22	Sahabenu	236
116	Paschunes	Ginboth	270	Ijar	273	118	Adar	270	Ichthyon	270	52	Ramadhanu	266
14(	Peyni	Sane	300	Sebin	303	149	Di	30(	Krion	301	83	Schevvalu	295
17(	Ebibi	Hamle	330	Tamuz	334	179	Behemen	330	Tauron	333	115	Dhulkaidathi	325
205	Musri	Nahase	360	Ab	365	210	Asphandar	36(	Didymon	365	147	Dhulhagiathi	354
236	Nisi	Pagomen	365	o o	o	o	VVahaku	36(	o o	o o	o		
	Bisext.	Bisext.	366	o o	o	o	o o	36(	o o	36(			

D

Tabulæ

A Tabulæ duplicis annorum ſcilicet expanſorum & collectorum quinæ columnæ ſunt. In prima ſunt anni Iuliani. In ſecunda anni Tropici. In tertia anni Iudaici. In quarta anni æquabiles Nabonaſſar, Armeniorum, & Iezdegird. In quinta anni lunares vagi Hagareni. Vtilitas & vſus per ſe patet. Sunto in exemplo anni 24 Iuliani. Illis reſpondent totidem anni Tropici, cum diebus 0. hor. 4. 18'. item totidem Iudaici, cum diebus 24. hor. 22. 712. & ſic de reliquis. Neque vſus eorum obſcurus. Annus Hegiræ cæpit, vt diſputatum eſt, anno Chriſti 622, Iulij XVI. Hic eſt annus Chriſti 1596. Volo ſcire, quando inibit neomenia Muharram. Aufer ſemper 622 ab anno currente Chriſti. Habebis annos Iulianos præte-

B ritos a XVI Iulij. Itaque abiectis 622 de 1596, habes annos Iulianos abſolutos 974 a XVI Iulij. Quibus congruunt de Tabula annorum, e regione numeri proxime minoris 912, anni Arabici 940, dies 3.20. & de Tabula annorum expanſorum; e regione reliqui numeri 62, anni Arabici 63. dies 320. 46. Summa: anni Arabici 1003 abſoluti, a die XVI Iulij anni Chriſti 622, ad eandem diem XVI anni 1596, cum diebus 324. ſcrup. 6. Itaque dicemus hoc anno 1596, in die XVI Iulij; abſolutum iri annos 1003 Hegiræ, & dies præterea 324 de anno currente 1004.

912	940	3	20
62	63	320	46
974	1003	324	6

Deſunt adhuc dies 30 anno abſoluendo, qui a XVI Iulij putati de-

C ſinunt in XV Auguſti. Itaque dicemus anno hoc 1596; in XV, aut XVI Auguſti inituram neomeniam Muharram anni 1005 Hegiræ. Nam XV, an XVI die Auguſti inceptura ſit neomenia, non potes ſcire, niſi per characterem anni Arabici, qui erit feria prima. Et hoc anno litera Dominicalis Iuliana eſt C. erit ergo in XV Auguſti. Vides quam expedita ſit methodus. Eodem modo volo ſcire annum Iudaicum huius anni 1596. Annus Iudaicus cæpit anno 953 periodi Iulianæ, 7 Octobris. & hic eſt annus periodi Iulianæ 6309. Deductis 953, reliqui erunt anni Iuliani abſoluti 5356, a 7 Octobris, ad eandem 7 Octobris an-

5320	5320	16	21	800
36	36	7	21	275
5356	5356	24	18	1075

D ni propoſiti 1596, quibus congruunt ex Tabula annorum collectorum proxime minoris numeri 5320, anni totidem Iudaici abſoluti, cum diebus 16 hor. 21. 800: & de Tabula annorum expanſorum reliqui numeri 36, totidem anni Iudaici, cum diebus 7. hor. 21. 275. Summa, anni Iudaici abſoluti 5356, cum diebus 24, hor. 18. 1075. Ergo hoc anno Chriſti 1596, in VII Octobris erunt abſoluti anni Iudaici 5356. Et præterea current dies 24 de Tiſri anni inchoati 5357. Cæpit ergo neomenia Tiſri die XIII Septemb.

Rursus Toth Nabonassar iniit 26 Februarij, anno periodi Iulia- A
næ 3967. quibus annis de præsenti anno periodi Iulianæ 6309
deductis, relinquuntur anni Iuliani absoluti 2342, a 26 Februa-
rij: qui fiunt anni æquabiles absoluti 2343, cum 220 diebus, ho-
ris 12: vt habes in diagrammate. Supersunt anno absoluendo dies
145, qui a 26 Februarij bisextilis putati desinunt in 19 Iulij. Quare annus 2344 a Nabonassar desinet in 19 Iulij anni huius Christi 1596. Itaque annus 2345 inibit

2280	2281	205	0
62	62	15	12
2342	2343	220	12

mox 20 eiusdem mensis Iulij, feria tertia. Quod etiam demonstra-
bitur, si ex perpetua regula tria adieceris annis 2345, & totum per
vII diuiseris. Remanet enim feria 3 anni 2345 ineuntis. Deni- B
que annus epochæ nostræ Tropicæ cæpit anno 764 periodi Iulianæ, 26 Octobris. Deductis 764, de 6309, præsenti scilicet anno, relinquuntur 5545 anni abso-

5472	5472	40	19	11
73	73	0	13	4
5545	5545	41	8	15

luti, a 26 Octobris anni 764, ad eandem 26 Octobris anni præ-
sentis 6309. Quibus congruunt totidem anni Tropici cum 41 die-
bus, horis 8, 15. qui retro numerati a 26 Octobris, desinerent in xv
Septembris. Sed propter bisextum ascendunt ad xIIII Septembris.
Hæc est methodus concordiæ annorum, vt sine vllo labore, aut tæ-
dio & maximo cum fructu Chronologus annos inter se conciliare
possit. Contra, si velim redigere annos Hegiræ 1003 in annos Iu- C
lianos, accipiam numerum expressum, si possim inuenire in colum-
na quinta: sin autem, proxime minorem. Numerus proxime minor
est, anni 940. 3. 20, quibus de 1003 annis deductis, remanent
anni Arabici 62. 3540. Quæro eundem numerum in columna
annorum expansorum, aut proxime minorem. Offerunt se anni Ara-
bici 62. 309. 53. qui deducti de 62. 350. 40, relinquunt dies 40.
47. Iam e regione 940. 3. 20 habeo annos Iulianos 912. Item e re-
gione 62. 309, 53 habeo annos Iulianos 61. qui simul fiunt anni
973. Pronuncio igitur, annos Iulianos 973 minores esse, quam
annos Arabicos 1003, diebus 40. 47. Si igitur adiecero tempori
Iuliano annos Epochæ Hegiræ, scilicet 621 annos Iulianos comple- D
tos, habebo annos Christi absolutos 1594. Desunt igitur anno Ara-
bico 1003 complendo dies 40. 47. Et proinde anno Christi 1595
currenti defuerunt 40. 47 dies absoluendo anno Hegiræ 1003, a
xvi Iulij. Huic Tabulæ duplici adiecimus menses nationum com-
paratos inuicem & membratim distinctos: Lunares quidem bis cum
Iudaicis conlatos, & Solares cum Iulianis. Reliqua per se patent.
Cum harum Tabularum fructus semel perceperis, non te pœni-
tebit

A tebit operæ in illos conlatæ, neque, quod equidem ſpero, diligentiam noſtram deſiderabis.

OMISSA LIB. II. & IV.

*Pag.*141.*l.*6. Poſt Septembri.*adde*: Hic Laterculus &c. duplex, vt vides: Prior pars continet annos cycli Dionyſiani: altera menſes cycli. Totus a dextris ſiniſtrorſum conſtat ſeptem verſibus, propterea quod ſeptem ſunt emboliſmi in cyclo. Vnde ſequitur, vt nunquam anni cycli ſingulares poſiti ſint, ſed aut terni, aut bini, ita poſtulante emboliſmi ratione. Itaque exempli gratia, in vltimo verſu habes 2.1.19. Hoc eſt: Triennium continuum Muharram manebit in eadem, vt Computatores loquuntur, Lunatione Dionyſiana, nimirum in annis 19, 1, 2 B cycli Dionyſiani. Quare in comparando Muharram cum Lunatione Dionyſiana, videndum ſemper, in qua Lunatione vltimus annus in illo verſu fuerit. Fieri enim poteſt, vt ſecundum methodum, quam dedimus, annus 1, aut 2, inueniatur ſub alio titulo frontali, quam vltimus, nempe 19. Exemplum: Addita vnitate annis Chriſti 1596, vt præceptum eſt, abiectis omnibus 228, remanet vnitas, hoc eſt annus primus cycli Dionyſiani: qui in laterculo eſt ſub titulo frontali o: e regione autem 11. Hoc eſt Muharram debebat eſſe in vndecima Lunatione Dionyſiana. Atqui anno ſuperiore, qui erat 19 Cycli, fuit ſub 209, ideoque in VI Lunatione. Quia igitur vltimus annus notatus in verſu, nempe 19, fuit in VI Lunatione, ideo & 1, 2, C erunt in eadem, vtpote cum ſint in eodem verſu. Sat eſt igitur vltimum annum obſeruare, a quo reliqui in eodem verſu collocati pendent. Rurſus anno Chriſti &c.

Pag. 272. ante Diatribam de Annis Emendatis.

PARAPEGMA CALICVTIENSIVM. Odoardus Barboſa ſcribens de Kanium, hoc eſt, Aſtrologis Calecutienſibus, dicit eorum menſes diuiſos eſſe in ſigna & planetas. quorum alios 29, alios 30, alios 31 dierum eſſe. Quis dubitat eum eſſe annum cæleſtem, quem ſupra proxime propoſuimus? Sed falſum, quod addit, eum annum Lunarem eſſe, itemque incipere ab Aprili. Nam qui 30 & 31 dierum menſes aliquot habet, non poteſt eſſe Lunaris: præterea qui cæ- D leſtis eſt, omnino a Vere, ideoque a principio Arietis incipiat, neceſſe eſt. Scito autem vocem Kanium non eſſe Indicam, ſed Arabicam كاهنون enim ſunt diuinaculi, augures, vates.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER QVINTVS.



VID antea, quam natus sis, acciderit, igno- A
rare, id est semper esse puerum, inquit togato-
rum disertissimus. Sed quid acciderit, scire,
quando autem, nescire, id vero est semper pe-
regrinum esse. Hoc verum esse, fidem fecerint
prisci Græci, qui antiquitatis commemoratio-
nem regulam esse dixerunt, ad quam res om-
nes, & actiones dirigantur. Eam qui ignorant,
non solum pueri sunt, vt vult ille, sed & rerum suarum & actionum
ignari. Non immerito igitur a principio veteres, obseruatis notatis-
que temporibus, annorum multorum memoriam in vnum conspe-
ctum coniecerunt. Sed quia in eo negotio nihil agit, qui certis inter- B
uallis tempora non distinguit, aut non ab vno certo interuallo, ad
reliqua indaganda progreditur, sero tandem posteriores animaduer-
terunt, historiam quidem actionum humanarum esse animam, hi-
storiæ autem temporum notationem. Quare hoc genus scriptionis
ex simplici duplex factum, ἱστορικὸν ϗ χρονολογικὸν, alterum quidem
alterius indigens, sed magis historicum Chronologici. Prioris scri-
ptionis duo vetustissimi Græcorum etiam hodie supersunt, Herodo-
tus, & Thucydides. Alterius auctores pene omnes tam sibi, quam no-
bis inuidit tempus: qui tamen non pauci fuerunt, & quidem maximi
viri, Ephorus, Eratosthenes, Thallus, Castor, Apollodorus, Thrasyl-
lus, Phlegon, alij. Supra omnes Dionysius Halicarnassensis Canones C
temporum Eratostheneos magnificat: qui si hodie extarent, per eos
solos reliquorum desiderium patienter ferre liceret. Illi omnes ni-
hil, aut pauca admodum certa definiunt ante primam Olympiadem.
Hinc omnia certa & explorata tradiderunt, beneficio Olympiadum,
quæ in publica tabularia referebantur, additis & nominibus &

præmiis

A præmiis Hieronicarum, & quidem in delubro Iouis Olympij, quod
Plinius eleganter ait ludorum claritate faſtos Græciæ complexum
fuiſſe. Et merito tempus deinceps a capite primæ Olympiadis ἱστορι-
κὸν vocarunt, cum omne, quod illud anteceſſit, biſariam diuiſiſ-
ſent, a capite Olympiadis retro ad Cataclyſmum μυθικὸν, aut ἡρωικὸν
vocantes, hinc totum deinceps in anteriora, ἄδηλον. Quicquid igi-
tur hodie certum eſt in definitione temporum, totum Olym-
piadi accepto referendum, ſine qua corruiſſent rationes hiſtoriæ.
Romani vtrumque genus ſero aggreſſi ſunt. Alterius meo iudicio
auctores Piſo Frugi, & Fabius Pictor omnium aut vetuſtiſſimi
ſunt, aut in vetuſtiſſimis. Alterius primus eſt M. Porcius Cato,
B qui omnes gentium Italicarum origines & vrbium initia in lu-
cem eruit, tanta diligentia, tam accurato ſtudio, vt in hac par-
te, ne Græcis quidem inferior ſit, quantum quidem ex Dionyſio
Halicarnaſſenſi coniicere poſſumus. Eum ſecuti ſunt extra aleam
poſiti M. Terentius Varro, Pomponius Atticus, Corn. Nepos, C.
Verrius Flaccus. Et M. quidem Cato ex Cenſoriis tabulis gra-
dum ſibi ſtruxit ad initia Vrbis perueniendi: M. autem Varro ex
Olympiadibus, & rerum Græcarum comparatione. Sed ne vtrique
quidem inter ſe ſatis conſtat. ſerius enim Cato, quam Varro, anno
vno, Vrbis primordia repetit. Tempus quidem exactorum Re-
gum certiſſimum deprehenſum eſt ex Tabulis Cenſoriis. Sed tem-
C pora, per quæ a ſeptem regibus in Vrbe imperatum eſt, pro ex-
ploratis & conceſſis aſſumunt, quæ iure in dubium vocari poſ-
ſint. Nemo enim, qui quidem proxime ab illis temporibus abfue-
rit, aut interuallum, per quod regnatum eſt, ſcriptum reliquit, aut
quotus eſſet annus vrbis conditæ is, in quem incidit primus conſu-
latus Bruti. Itaque confugit Varro ad defectum Solis, quem in exceſ-
ſu Romuli contigiſſe, non ex vllo veterum ſcripto, ſed ex maio-
rum fide vulgo perſuaſum erat. Sed & ſi conceſſero Solem in exceſ-
ſu Romuli defeciſſe, non tamen propterea concedam, XXXVII annos
regnaſſe. Quis enim hoc docuit? Quo auctore id credam? Sed &
conceſſis initiis Vrbis, non tamen propterea conſtat ſeries Conſu-
D lum: quod de multis ignoratur, quoto anno a Regibus exactis magi-
ſtratum iniuerint. Hinc accidit, quod reliquias Saxorum Capitoli-
norum rimanti mihi ſuccurrit de quibuſdam dubitare, de quibuſ-
dam etiam conſtet erratum eſſe. Sed & in annalium Romanorum
ſcriptoribus diligentiam non raro requiro. Secundum Varronis in-
ueſtigationem annus Vrbis DCCX cœperit ab illis Palilibus, quæ in
cædem Cæſaris inciderunt, anno ſecundo Iuliano: & proinde an-
nus DCCXXV, erat XVII Iulianus, in quem annum recte confert

Dio Conſulatum IIII C. Cæſaris Octauiani. Sed ſi illum de anno A
triumphi Cn. Domitij Caluini de Thracibus & Getis audias, dubi-
tes, an verum tempus rei expreſſerit, quod in annum vrbis DCCXVII
Saxum Capitolinum confert. Sed de Velleio Paterculo tacere non
poſſum. A Conſulatu Claudij Marcelli, & Cornelij Lentuli, ad
Conſulatum M. Vinitij Quartini, & C. Caſſij Longini, anni ſunt
præciſe LXXVI. At Velleius putat LXXVIII, duobus amplius.
Quare cum recte putet ab Vrbe condita, ad Conſulatum Vinitij
annos DCCLXXXII, vt annus DCCLXXXIII incidat in i-
pſum Conſulatum Vinitij: quot annos largitus eſt interuallo a Con-
ſulatu Marcelli, & Lentuli, ad Conſulatum Vinitij, neceſſe, vt
tot minus definiat interuallum ab Vrbe condita, ad eundem Con- B
ſulatum Marcelli & Lentuli. Itaque conſtituit illud interuallum an-
norum DCCIIII duntaxat, cum ſint tamen DCCVI. Et hinc ad
Conſulatum Quartini LXXVI, ad Palilia: vt a Palilibus eiuſdem an-
ni incipiat annus DCCLXXXIII ſecundum Varronem. Nam diſerte ipſe
alibi a Palilibus primis, ad Conſulatum Vinitij, putat annos præciſe
DCCLXXXII. Quod verum eſt, ſecundum Varronem, vſque ad Pali-
lia eiuſdem anni, anno Iuliano LXXV. Par hallucinatio eſt, cum ait, oc-
ciſis Hirtio & Panſa COSS. in eorum locum ſuffectos eſſe C. Cæſarem
Octauianum & C. Pedium, anno Vrbis DCCIX. Atqui ex iis, quæ ſu-
pra relata ſunt, cædes Cæſaris incidit in annum Vrbis DCCIX deſinen-
tem. & proximis Palilibus iniit annus DCCX. Et ſequenti anno C
DCCXI, a diebus æſtiuis iniuit Conſulatum primum Octauius.
Quare biennio minus dixit. Et propterea biennio amplius terminat
tempus, quod hinc ad Conſulatum Vinitij. LXXII enim annorum
tantum definit, nimirum hoc ſpatium eodem biennio donat, quo
alterum ſpatium defraudauit. LXX enim tantum ſunt anni a primo
Conſulatu C. Octauiani, ad dies æſtiuos Conſulatus Vinitij. Denique
a Conſulatu Sex. Ailij Cati, & C. Sentij Saturnini, ad Conſulatum
Vinitij, ſunt anni XXVII ſecundum Velleium, biennio amplius,
quam verum eſt, vt in ſuperioribus fecit, in quo hactenus conſtan-
tiam quandam in errore tenuit. Sed ab Vrbe condita, ad Conſula-
tum Cati & Saturnini, tantum ponit annos DCCLIIII, triennio D
minus, non, vt ſolebat, biennio: niſi dicamus perperam edi-
tum DCCLIV, pro DCCLV. quod non dubito, vt ſemper eadem
conſtantia ſeruetur biennium hinc detrahendi, illuc adiiciendi.
Vides, cum illi errores illis viris excidunt, quibus tot monimen-
ta vetuſtatis ſuppetebant, quid putemus noſtri æui doctis homi-
nibus accidere potuiſſe, & nobis ipſis, qui omnibus præſidiis an-
tiquitatis deſtituti ſumus? Sane poſt tempora M. Aurelij Antonini,
multa

A multa in fastis inexplorata sunt. Pauci sunt imperatotes, quorum initia ad suum tempus referre possis, vsque ad initia Iustiniani. Adeo omnia caliginis plena sunt. Paucula excipimus. Nam initium Alexandri Seueri incidit in annum Christi Dionysianum. ccxxii. Consulatus Vlpij Criniti, & Proculi Pontiani in ccxxxviii. sub quibus coss. ambo Maximini cæsi, quod fuit initium Gordiani. Initia Diocletiani Christiani conseruarunt, quæ cadunt in annum Christi cclxxxiiii. Sed non esse illud initium Diocletiani, suo loco demonstrabitur. Stiliconis secundus consulatus in ccccvi. Transitus Martini Episcopi Turonensis, in cccxcv. Et tamen nulla harum epocharum suis temporibus reddita est apud B Chronologos nostros, saltem quos viderimus. Quæ quidem interualla, cum reliquis, quæ a nobis diligenter obseruata sunt, poterunt manu deducere Chronologum ad reliqua eruenda. Et vt omnia non possit, in non paucis tamen operam non luserit. Nam si fides interuallorum dubia est, quomodo toti contextui consuletur? Quantum peccatum sit in historia Regum Francorum veterum, ignoratione transitus Martini, vnde seriem annorum putare solet Gregorius Turonensis? Quam nobiles epochæ ignorantur? Quis scit verum annum, quo Attila in campis Catalaunicis ab Aetio & Theodorico Gotho fusus est, vbi & Theodoricus ipse cæsus sit? Quam imperite etiam campos illos prope Tolosam constituunt? Imo qui- C dam iniuriam sibi fieri credunt, si in territorio Catalaunensi eos collocemus. Pari ignoratione occultatum est verum tempus, quo Gothi a Chlodoueo rege Francorum deleti, item quo Sarracenorum multa millia a Carolo Martello. item quando nepotes Karoli Magni ad Fontenacum multo sanguine nobilium Franci nominis decertarunt. Hæc sane nunquam eruentur, propter penuriam monumentorum. Quid vetera querimur? Ecce adhuc verus annus & dies captæ a Muhammede Turca Constantinopoleos ignoratur. Itaque quærant viam studiosi, qua posteritatis gratiam promereri possint & in Fastis Consulum corrigendis, & in reliquis, quæ ad temporum doctrinam faciunt, inuestigandis. Nos quod potuimus, præstiti- D mus, & hactenus quatuor libris omnium nationum annos & tempora ciuilia non solum descripsimus, quantum quidem ea æterno obliuionis silentio obruta in lucem eruere potuimus: sed etiam viam quandam muniuimus, qua illarum gentium rationes cum Iulianis & ciuilibus diebus nostris congruere, & comparari apte possint. Superest nunc, vt Chronologum toto orbe peregrinantem, & retro omnem temporum antiquitatem, & origines peruagantem, errantemque tanquam hospitem, aliqua methodo duce, primum quasi domum deducamus;

camus: vt cum veterum acta, Annales, Fastos legerit, possit aliquando, vbi sit, cognoscere, nę semper peregrinari cogatur. deinde vt hac copia Fastorum instructum eius animum in specula omnium temporum collocemus. Quemadmodum igitur interualla locorum certis signis distinguere publico quasi gentium consensu receptum est: vt puta in Italia millibus passuum: in Græcia stadiis: in Perside parasangis, quod nomen hodie in ea gente remanet: in Syria schœnis: in Gallia & Hispania Leucis, quod adhuc retinetur: in Germania Rustis, vt est apud Hieronymum: sic quædam signa sunt, quibus interualla temporum distingui possunt: non vtique quod æqualibus interuallis transigi res possit, quemadmodum mensuræ illæ, quibus itinera diximus a nationibus distingui, æquales sunt: sed quia idem est officium interuallorum in temporibus notandis, quod insignibus vrbibus ad diuidendas regiones. Illarum autem vrbium interualla æqualibus mensuris metiri solemus. Quod igitur Chorographi per stadiasmos ab vrbe, ad aliam vrbem, faciunt, idem nobis faciendum per annos, ab interuallo, ad interuallum. Ea interualla Græci ἐποχὰς vocant, quod illis sistantur, & terminentur mensuræ temporum. Censorinus Titulos, & Indices. Eorum termini sunt aut ab insigni euentu, vt a Diluuio, aut a loco nobili, vt ab excidio Troiæ, ab vrbis Palilibus, a conditu templi Salomonici, a colonia deducta. aut ab initiis illustrium Regum, & Principum, vt a Nabonassaro, a Diocletiano: aut a religionis & ceremoniarum instituto, a primo ludicro Olympico, ab Hegira. Eiusmodi nos, non vtique omnia, sed nobiliora selegimus: vt illorum terminis obseruatis, cætera interiecta ab aliis melius notari, aut inuestigari possint. Quemadmodum autem veteres pueris expositis monumenta & crepundia alligabant, quibus, cum adulti essent, agnoscerentur, quæ ab ea re Græcis γνωρίσματα vocata sunt: ita etiam in harum epocharum notatione eorum sedulitatem imitari debemus, & γνωρίσματα ad manum habere, quibus annus, de quo agetur, ita statim a lectore agnoscatur, vt pueri a parentibus per crepundia. Nam omni epochæ characterem suum & signum apponere debemus, vtrumque cyclum scilicet, Solis & Lunæ, &, cum ratio postulabit, etiam Indictiones. Vt enim olim hospites sine tessera non admittebantur, ita Chronologo sine Symbolo credi intutum est. Hac diligentia non solum maiorum nostrorum errata corrigemus, qui hac pulcherrima methodo nunquam vsi sunt, sed etiam hoc consequemur, vt in posterum erudita ingenia simili exemplo excitata diligentius & certius, quam maiores nostri fecerunt, interualla temporum, & eorum terminos inuestigent. Ne autem aliquis error propter longam

A gam seriem, & contextum epocharum succresceret, omnia ad dies Iulianos referre instituimus, quod quidem a nobis hactenus factum est: & ad certiorem methodi fidem, periodum nostram Iulianam tanquam βάσανον adhibuimus, sine qua tam inutilis est annus Iulianus, quam Chronologica scriptio sine anno Iuliano. Magno enim beneficio a C. Cæsare ad nos delata est ea anni forma, non solum omnium a Cæsare, sed etiam ante Cæsarem retro temporum fidissima custos, qua nihil potuit neque vsui populari conuenientius, neque memoriæ rerum conseruandæ accommodatius excogitari. Antequam vero interualla temporum digerimus, computos quosdam annorum artificiales proponere, eorumque rationes reddere decreuimus. Sunt B autem ij quatuor, periodus nostra Iuliana, computus Iudaicus, computi duo Constantinopolitani.

DE PERIODO IVLIANA.

Periodvm annorum dxxxii ex vtroque cyclo Solis & Lunæ in se ducto primus omnium excogitauit Victorinus homo Aquitanus. Ea periodus si quindecies multiplicetur, fient anni 7980. Atque hæc erit maxima periodus ad methodum vtriusque cycli, & Indictionis: quam vnaquæque natio, quæ vnum diem quarto quoque anno intercalare solet, in vsum computi sui C annalis conuertere potest. Sed diuersa illius possunt institui initia, quatenus a diuersis annis cycli vtriusque principium iniri potest. Nam Ægyptiorum & Æthiopum cyclus Solaris incipit ab alio capite ac Græcus, Græcus ab alio ac Latinus. Primum quadriennium Æthiopicum est E, D, C, BA. Græcum AG, F, E, D. Latinum GF, E, D, C. Idem dicas de cyclo Paschali, cuius aliud est initium in Ecclesia Romana, aliud in Ecclesia Constantinopolitana. Cyclus Solis Romanus dicitur, qui incipit a duplici litera GF, quod is fuerit cyclus tempore dimissi concilij Niceni, anno Christi 328. Nam cum annus Imperij Constantini cæperit xxiiii die Septembris, & deinceps magna religione illud initium obseruatum fuerit a sequentibus Im-D peratoribus, vsque ad tempora Iustini, aut Iustiniani, primus annus cycli Romani Solaris est is, qui simul cæpit cum Indictione Constantiniana, & statuit feriam primam in xxiiii Septembris, quod accidit anno 327, a quo incipit annus, qui imputatur anno Christi 328. Nam anno 327, indictio secunda cæpit xxiiii Septemb. feria prima. Itaque in Kalendario Romano, litera Dominicalis fuit G a Kal. Ian. ad xxiiii Februarij: inde F, propter bisextum, ad finem anni Romani. Merito igitur Ecclesia Latina hunc vocauit annum primum

primum cycli, qui cum anno primo Indictionis concurreret, & quidem a nobili epocha concilij dimissi, a quo tempore incipit emendatio anni Ecclesiastici, & Paschalis solennis, ex sententia Patrum. Primus annus cycli Paschalis dicitur idem, qui est primus in Ecclesia Ægyptiaca; quæ prima omnium cyclum enneadecaetericum instituit, sumpto initio a Thoth Diocletiani, anno Christi 284. Cuius quartadecima Luna incidit in V Aprilis, anno sequenti Christi 285, Pharmuthi decima anni primi currentis Diocletiani. Eum cyclum enneadecaetericum Eusebius Græcis Ecclesiis proposuit, quæ cum Latinis eum amplexæ sunt, eodem annorum ordine seruato, vt scilicet primus annus cycli esset apud illas, qui fuerat apud Ecclesias Ægypti. Quare Ecclesia Romana, Æthiopica, & Ægyptiaca eundem cyclum primum vocant etiam hodie, non tantum Dionysium Exiguum, quantum veterem consuetudinem secutæ. Nos quoque, qui poteramus diuersa capita vtriusque cycli instituere, nihil in ea re innouauimus, sed primum cyclum tam Solarem, quam Paschalem eum intelligimus, qui habetur in Ecclesia veteri Romana. Quare caput huius periodi annorum 7980 a Kal. Ianuarij habet primum annum cycli Solis, cum literis GF: a mense autem Martio primum cyclum Paschalem, cuius epactæ XI, quales sunt hoc anno 1596. & rursus a Kal. Ianuarij primam Indictionem. Nam vt cyclum vtrumque Romanum, sic Indictionem Romanam retinuimus, quæ incipit semper a Kal. Ianuarij, non a XXIIII Septemb. antecedentis, quæ est Indictio Cæsarea. Fingimus enim & annum Iulianum, & indictionem semper ab initio obtinuisse. Quare his positis, inutilis erit hæc periodus & Græcis, qui initium anni a Kal. Septembris, & Antiochenis, qui a Kal. Octobr. instituunt. Nunc eius vsum aperiamus. Videamus, quoto anno istius periodi incidit annus Christi primus vulgaris. Annus, in quem natalis Christi vulgo putatur incidisse, habebat literam duplicem dominicalem DC, ideoq; erat IX cycli Solaris Romani. Præterea habebat epactas Paschales XI. proinde erat primus cycli Niceni Paschalis. Si igitur instituatur Periodus annorum 532, incipiens a primo anno vtriusq; cycli, annus 457 eius periodi habebit annum cycli Solaris IX, & primum cycli Paschalis, vt erat in anno, in quem vult Dionysius Exiguus natalem Christi incidisse. Sed indictio non conuenit. Nam indictio illius anni erat quarta imperatoria a proximo Septembri, Romana a Kal. Ianuarij. At 457 per XV diuisa relinquunt 7, non 3, vt volebamus. Quatuor igitur plus hic sunt, quam opus fuit. Itaque si XI ad illa 7 adiiciantur, abiectis XV, relinquetur indictio III, quam quærimus. Toties igitur 532 anni componendi sunt, donec

per

A per XV diuisi relinquant XI. Hoc fit, si octies 532 assumamus, qui sunt anni 4256, qui cum 457 compositi dant annum 4713 nostræ periodi, in quem incidit natalis Christi, secundum Dionysium, & receptam opinionem. Itaque 4713 per 19, 28, 15 diuisa dant cyclum Paschalem primum a Martio, cyclum Solarem Romanum IX, a Kal. Ianuarij, Indictionem Romanam III ab iisdem Kal. Ianuarij. Quare hic annus, quo hæc scribebam, qui erat Christi 1596 Dionysianus, est 6309 periodi Iulianæ: cæpit igitur hæc periodus die XVIIII Paophi Ægyptij, siquidem fingimus annum Ægyptiacum ante hanc periodum fuisse, cui absoluendæ adhuc supersunt anni 1671. & rursus ad caput redeundum erit: quod ac-
B cidet anno Christi Dionysiano 3267. Itaque Kal. Ianuarij anni 3268 erit initium nouæ periodi. Iulianam vocauimus, quia ad annum Iulianum accommodata, & quidem a Kalendis Ianuarij. Est enim, vt diximus, iis inutilis, qui aliud anni Iuliani initium instituunt, quam Kalendas Ianuarias. Commodissima est hæc periodus ad omnes epochas, quæ præter cyclum vtrumque, & Indictionem, habet annum quoque Sabbaticum. Hoc anno incipiet annus secundus Sabbaticus a Tisri proximo, anno Iudaico 5357 ineunte. Diuide 6309 per 7. Habebis duo pro anno Sabbatico a Tisri proximo. Quemadmodum Chronologus hac sola vtens multis molestiis defungi potest, ita sine hac irritus est eius conatus,
C siquidem ad annum Iulianum omnia reuocare velit. Quis sit huius periodi vsus in Tabulis Prutenicis, libro primo indicatum est.

DE EPOCHA IVDAICA ARTIFICIALI, SIVE DE PRIMO TISRI IVDAICO.

ANNO Iphiti 465, qui erat primus Olympiadis CXVII, & tertiusdecimus a morte Alexandri, neomenia primi mensis Elidensis, qui erat Hyperberetæus apud Macedonas, incidit in X Iulij, vt habes in tabula neomeniarum Olympicarum, libro pri-
D mo. Neomenia Audynæi VIII Octobris, statim post κέντρον μετοπωρινόν. Syromacedones in gratiam Alexandri Audynæum in Hyperberetæum mutarunt: vt inde noua epoche periodi Calippicæ inciperet. Quare vltima dies anni Solaris, ad quem dirigebant periodum suam, erat ipsum κέντρον μετοπωρινὸν, hoc est septima Octobris: & ea erat sedes diei intercalaris quarto quoque anno exacto: quod etiam Iudæi retinuerunt: qui periodo Calippica, ad tempora vsque Diocletiani plus minus, vsi sunt. Sed cum Calippicæ neomeniæ biduo

veras neomenias morarentur, Synedrium Tiberiadenſe, conuocatis A
peritis aſtronomiæ magiſtris, inter quos, vt exiſtimo, Rabbi Adda fuit, vſu Calippicæ periodi ſimul cum computo annorum Alexandri abrogato, nouam rationem anni inſtituit, vt neomeniæ non per periodos, ſed per ipſum medium motum Lunarem putarentur, vt ſuo loco demonſtratum eſt. Cum igitur diem, vbi erat locus diei intercalandi, hoc eſt ſeptimam Octobris, putarent fuiſſe primam diem, in qua mundus conditus, hinc computum ſuum inire decreuerunt. Et quia dies æquinoctij, & ideo Tekuphæ autumnalis, erat in XXIIII Septembris, conſiderarunt, in quot annis neomenia Tiſri a centro Macedonico, id eſt a VII Octobris, ad XXIIII in anteriora progreſſus fecerit. quod non potuerunt deprehendere ſine doctrina B
anni Rabbi Adda. A VII igitur Octobris, ad XXIIII Septembris, dies ſunt XIII præciſe: quibus competunt anni 4104 ex doctrina Rabbi Adda. Totidem enim anni dant προηγήσεως σεληναϊκῆς dies XIII, horam vnam. Sed hodie ſæpenumero totus Tiſri eſt extra illam Tekupham, vt poteſt accidere, cum annus incidit in vltimum annum cycli Dionyſiani, qui eſt XVII cycli Iudaici. Quare iterum hodie alius computus ſtatuendus eſſet, ſiquidem Tekupham figere vellent in XIIII Septembris, vbi hodie conficitur æquinoctium. Anno igitur Chriſti Dionyſiano 1604, Tiſri erit 5. 22. 956, feria ſexta, cyclo Solis XVII, cyclo Lunæ IX, qui erit VII cycli Iudaici. A VII Octobris, ad XIIII Septembris, ſunt dies XXIII. quibus debentur cycli προεμπτώ- C
σεως 381. Totidem enim cycli fiunt dies προεμπτώσεως, 23. 0. 105, anni 7239. Ergo ſi inſtituendus eſſet nouus computus a VII Octobris, annus Chriſti vulgaris 1604 eſſet annus 7240 noui computi. Quare ipſi Iudæi animaduerterunt in anno contractuum ineunte 656, qui erat Chriſti 344, XIII dies cum hora Lunam promotam in anteriora a VII Octobris, ad XXIIII Septembris. Itaque mutatus eſt cyclus. Nam antea primus annus cycli reſpondebat tertiodecimo cycli Dionyſiani: in nouo autem computo reſpondet tertio anno eiuſdem cycli Dionyſiani. At ſi in anno 1604 inſtituendus eſſet nouus computus, primus annus illius computi reſponderet nono Dionyſiano. Iſte computus inſtitutus eſt ante tempora Conſtantini, ſæcu- D
lo Rabbi Adda. Itaque iure gloriabantur Iudæi temporibus Conſtantini, Chriſtianos fruſtra aucupari doctrinam celebrandi Paſcha, niſi Iudæi illis facem allucerent. Iuſta enim fuit illa iactatio, & quam Chriſtiani negligere non debebant. Quemadmodum autem Periodo noſtræ Iulianæ accidit, vt diuiſa per 7 ſemper relinquat annum Sabbaticum, quamuis id non affectauerimus, ita etiam quod Iudæi non captarunt, iſte computus nouus per VII diuiſus relinquit quoque

que

A que annum Sabbaticum. Quia vero annus istius computi 4105 incidebat in annum Christi 344, ex eo possumus colligere primum annum competere anno periodi Iulianæ 953, cyclo Solis primo, Lunæ tertio. Imperite vero fecerunt, qui primum nouilunium a VII Octobris instituunt, qui dies erat vltimus anni Solaris. Sed ipsi Iudæi nesciebant, quare VII Octobris esset terminus anni Solaris. Igitur annis 4104 debetur character 6. 23. 0. Et quia annus sequens, nimirum 4105, qui erat Christi 344, debebat incipere a feria secunda, & non a meridie, sed politice post occasum Solis, radicem suam instituerunt 2. 5. 204. quæ ad 6. 23. 0. addita componit nouilunium Tisri, 2. 4. 204. in anno Christi 344. Sciendum autem B potuisse ipsos carere illis scrupulis 204. Sed ipsi consulto ea addiderunt propter Tekupham. Nam 204 cum 876 componunt horam, vt videbimus in computo Iudaico. Sic si nouus ineundus esset computus anno Christi 1604, inducenda esset noua Radix 3. 4. 1061. Nam si annus Christi foret 7240 noui computi, computus ille cæpisset cyclo Solis Romani secundo, in quo litera Dominicalis esset E. Itaque feria tertia esset in VII Octobris, vt postulat radix. Imperite vero, vt alia, hanc epocham referunt ad initium mundi: cum minor sit decem cyclis, anno vno minus, & præterea incipiat a feria secunda: cum initium rerum cæperit a prima.

C DE EPOCHA ARTIFICIALI CONSTANTINOPOLITANA PASCHALI.

Ecclesia, vt diximus, putabat Indictionem, & cyclum Solarem ab anno dimissi concilij Niceni, siue ab anno Christi 327, hoc est a tempore Paschatis a Patribus correcti. Nam Indictio & cyclus literæ Dominicalis vtrumque Solare est. Sed Ecclesia Constantinopolitana post tempora Arcadij, & infra, instituit nouum computum, qui non solum Indictionem, sed etiam cyclum Paschalem contineret. Eum igitur cycli Paschalis primum annum in-D stituit, cuius nouilunium in ipsam Indictionem incideret, hoc est in XXIIII Septembris, cuius annus 5509 est annus is, in quem natalis Christi inciderit, secundum Dionysium. Igitur primus annus cycli Paschalis Constantinopolitani est idem cum anno primo cycli Iudaici, tertius autem cycli Dionysiani. Quare anno primo cycli Dionysiani congruit XVIII annus cycli Constantinopolitani. Diuide igitur 5509 per XIX. Relinquitur annus XVIII cycli Constantinopolitani respondens primo cycli Dionysiani. Rursus diuide 5509

per xv. Relinquitur Indictio iiii in anno natalis Chriſti. Eorum au- A
tem cycli Solaris annus primus reſpondet xvii anno cycli Solaris Romani. Ideo xxi annus cycli Solaris Conſtantinopolitani eſt ix annus cycli Romani. Diuide 5509 per 28. Remanet annus 21 cycli Græci reſpondens nono Romani. Potuiſſent & veterem cyclum Romanum retinere, ſi annum natalis Chriſti ſtatuiſſent 3229 computi ſui. Sed nimium breuis fuiſſet, vtique minor annis mundi. Quare illum computum maiorem compoſuerunt, quem poſteri indocti a mundi conditu repetunt eadem imperitia, qua Iudæi ſuum. Valde neceſſaria eſt hæc epoche in hiſtoria Conſtantinopolitana, & rebus Græcorum Eccleſiaſticis. Paſchalem vocauimus, quod eius primus annus cycli Paſchalis incidit in principium anni veteris Indictionis. B
Ideoque ea appellatione diſtinguetur a ſequenti epocha, quam Lunarem cognominamus. Anno hoc Chriſti 1596 incipiet annus 7106 a Kal. Sept. proximis, & ſecundum Græcos annus Chriſti 1597.

DE EPOCHA ARTIFICIALI CONSTANTINOPOLITANA LVNARI.

Dionysivs Exiguus, cum animaduerteret epactam Paſchalem inutilem eſſe ad nouilunia vulgo deprehendenda, de annis cycli Paſchalis iubet deduci tria. Reliquum eſt annus cycli Lunaris. Ita apud Dionyſium alius eſt cyclus Paſchalis, alius C
Lunaris: in quo aperte traducit inſcitiam Chriſtianorum, qui ad Lunæ rationes Paſchatis celebritatem ſeſe exigere profitebantur, & tamen alium cyclum Lunæ, alium Paſchatis inſtituentes, oſtendebant ſe non, vti profitebantur, Paſcha ad rationes Lunæ dirigere. Nouilunium Paſchale, cum epacta eſt xi, eſt in xxiii Martij. Sed hoc accidebat ſæculo Diocletiani, a quo temporibus Dionyſij Exigui Luna anticipauerat diem vnum. Itaque Luna noua deprehendebatur in xxii Martij, non autem in xxiii, vt in ſæculo Diocletiani. Opus eſt igitur epacta vii, quæ cum vnitate compoſita, & cum xxii Martij dabit triginta, nempe nouilunium. Itaque pro xi epacta, aſſumenda ſeptima, hoc eſt pro primo cyclo, aſſumendus cy- D
clus decimus ſeptimus. Et proinde recte monet Dionyſius Exiguus, tria de cyclo Paſchali deducenda, vt habeas cyclum Lunarem. Exemplum: Anno xvi cycli Paſchalis deductis iii de xvi, remanent xiii, cyclus Lunaris, cuius epacta xxiii cum vnitate compoſita ſtatuet nouilunium in vi Martij, tempore Dionyſij, quoties epacta Paſchalis eſt xxvi. Contrarium accidit in Græco computo, cuius annus incipit a Kal. Septembris. Anno, in quem

A in quem incidit ſecundus annus Diocletiani; id eſt, anno Chriſti 285, epacta Paſchalis Dionyſiana erat xi, ſtatuens nouilunium in xvi Septembris. Sed temporibus Iuſtiniani nouilunium erat in xv. Quia igitur September eſt primus menſis anni Conſtantinopolitani, opus eſt epacta xiiii, quæ cum vnitate compoſita ſtatuet nouilunium in xv Septembris. Pro xi igitur aſſumpſimus xiiii, & ideo pro cyclo primo aſſumendus cyclus quartus, cuius epacta eſt xiiii. Non igitur iii detrahenda de cyclo Paſchali Dionyſiano, vt in Martio, qui eſt initium anni Eccleſiaſtici Romani, ſed contra, iii cum currente cyclo componenda, vt habeas cyclum Lunarem Conſtantinopolitanum. Annus computi Paſchalis Conſtantinopo-B litani, in quem incidit natalis Chriſti, eſt 5509, vt ſuperiore capite demonſtratum eſt. Cyclus Paſchalis Dionyſianus primus. Conſtantinopolitanus autem decimus octauus. Epacta Dionyſiana xi. Oportet, vt computus diuiſus per xix relinquat iiii, pro cyclo Lunari. Sed relinquit 18. Vt igitur relinquat iiii, aut v addenda, aut xiiii detrahenda. Igitur xiiii detracta ſunt de 5509. & remanſerunt 5495, annus primus epochæ Lunaris, in quem Natalis Chriſti incidit. Ne igitur cogerentur ſemper detrahere xiiii de computo Paſchali, minuerunt computum xiiii annis in perpetuum, & ita duplici epocha vtuntur, priore, quam Paſchalem, & hac quatuordecim annis deminuta, quam Lunarem vocauimus, quod ad C Methodum Lunæ excogitata ſit. Vtramque putant a conditu mundi imperitiſſime, & hac poſteriore vtitur ſemper Cedrenus, niſi vno aut altero loco, vbi oblitus ſui altera pro hac vtitur: quod & accidit Maximo Monacho. In exemplis igitur Cedreni, ſemper 5494 de currente epocha detrahenda, non autem 5508, vt habeas annum Chriſti, & quidem a Kalendis Septembris. Nam quatuor menſibus citius annum Chriſti putat Eccleſia Græca, quam Eccleſia Latina. Vtuntur & alij Græci Conſtantinopolitanæ hiſtoriæ conditores hac epocha. In quo caute agendum Lectori, ne alteram pro altera accipiat. Alioqui mira perturbatio in hiſtoria conſequeretur. Cæterum hæc epocha methodum tantum Lunæ in ſæculo Iuſtiniani D promittit, non autem methodum cycli Solis, & Indictionis. Eſt autem computus Paſchalis Conſtantinopolitanus, de quo ſupra diſputatum eſt, maior vero computo a conditu mundi, annis 1559. Computus autem Iudaicus eſt minor annis centum & octoginta nouem. Hinc fit, quia vtrique computos illos a conditu rerum deducunt, vt alteri maiora interualla contra fidem ſacrorum Bibliorum, iſti vero breuiora faciant. Sunt & alij computi, vt ille, quem vetus Eccleſia ſtatuit ex ratiocinationibus ſe-

quem Christiani Arabes vocant تاريخ من هبوط لادم , hoc est, A
Æram a casu Adami. Cuius nullam rationem habendam censemus. Neque tanti est illum aut scire, aut ignorare.

DE CONDITV MVNDI.

Qvamvis inter veteres illos de primordiis rerum non conueniebat, cum alij homines ab initio semper fuisse, alij esse quidem cæpisse dicerent, sed quando cæperint, non constare: tamen omnium nationum tacitus consensus in id conspirauit, vt & cataclysmum fuisse crederent, & quantum hominum fuit, ex illius Diluuij pusillis reliquiis propagatum fuisse, vt quidem alij marem B tantum & fæminam: alij plures, sed intra modicum numerum, superfuisse crederent. Nulla est tam barbara natio, quam illius rei opinio quædam non imbuerit. Sed veris monumentis historiæ destituti, neque quid ante, aut post illum casum contigerit, sciunt, neque quod contigisse concedunt, quo referendum sit, vllam rationem inire possunt. Hinc multa annorum millia, & quædam immania temporum interualla expressit ab illis tam temporum inscitia, quam vestutatis affectatio. Hinc natæ sunt infinitæ Ægyptiorum Dynastiæ, etiam ante illos priscos populos, quos Hycsos, hoc est Pastores vocabant. Hinc Sinarum (imperite Chinas vocant Hispani) a prisco rege suo Vitey, ad regem Honog, qui anno Christi C 1572 viuebat, annos putant 4282. Nam a Vitey, ad Tzintzom postremum ex stirpe Vitey, numerant annos 2257. Is est, qui muro perpetuo Tartaros a Sinis disclusit circa tempora belli Peloponnesiaci. Ab eo, ad Honog, putant annos 2025. Quæ summa colligit annos 4282, ad annos Christi circiter 1571, 1572. Quare Vitey fuerit longe antiquior Abrahamo, cum ea summa longe epocham diluuij post se relinquat. Æthiopes quoque habent antiquissimos suos Reges, sed quorum annos ridicule putant, vt ex eorum dinumeratione nihil certi colligere potuerim. Sic Græci inepte eorum vetustatem mentiuntur, quorum initia ignorant. Vnde Seruius in illud, Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos, ANTIQVA, D inquit, *vel nobilis, vel quia duobus millibus, & octingentis annis regnasse dicitur.* quod tempus paulo maiusculum est initiis rerum. Et ita Troia condita fuerit illo tempore, quod ἄδηλον Varro ex Græcorum lectione vocat. Sed verba Censorini necessario adducenda, quæ ad hanc rem maxime pertinere visa. *Nunc vero id interuallum temporis tractabo, quod historicon Varro appellat. Hic enim tria discrimina temporum esse tradit. primum ab hominum principio, ad Cataclysmum*

A *taclyſmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum a Cataclyſmo priore, ad Olympiadem primam: quod quia in eo multa fabuloſa referuntur, μυθικὸν nominatur. Tertium a prima Olympiade, ad nos: quod dicitur ἱστορικὸν, quia res in eo geſtæ veris hiſtoriis continentur. Primum tempus, ſiue habuit initium, ſiue ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poteſt comprehendi. Secundum non plane quidem ſcitur, ſed tamen ad mille circiter, & DC. annos eſſe creditur. A priore ſcilicet Cataclyſmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum, anni circiter CCCC. Hinc ad Olympiadem primam, paulo plus CCCC. quos ſolos, quamuis mythici temporis poſtremos, tamen, quia memoriæ ſcriptorum proximos, quidam certius definire voluerunt.* B *Et quidem Soſibius ſcripſit eſſe CCCXCV. Eratoſthenes autem ſeptem & CCCC. Timæus CCCCXVII. Aretes IↃXIII. & præterea multi diuerſe: quorum etiam ipſa diſſenſio incertum eſſe declarat.* Hactenus Cenſorinus. Primum numerus annorum CIↃ IↃC ab ipſo propoſitus arguit legendum, *ad Inachi regnum, anni circiter* CIↃ CC, pro CCCC. Tempus autem, a quo ad primam Olympiadem Eratoſthenes putat annos CCCCVII, & mediocriter docto patet putari ab excidio Ilij, quod ipſe neſcio quare putat ab Inacho. Nam illud tempus neutri Inacho, Argiuo, aut Sicyonio congruere poteſt. Igitur Varro, vel Græci, quos Varro ſequitur, tempus mythicon definiunt annis 1600, cuius terminum primam Olympiadem C faciunt. & cuius caput LXXX annis poſterius fuerit diluuio. quæ ſententia quo propius a vero abfuit, eo melior, & tolerabilior. In quo videmus penitus non ignota fuiſſe rerum initia priſcis Græciæ ſcriptoribus, aut ipſi togatorum doctiſſimo Varroni. Rurſus Simplicius ſcribit, Chaldæos Calliſtheni de vetuſtate gentis percontanti annorum tantum mille nongentorum trium numerum edidiſſe, quo tempore capta Babylon ab Alexandro. qui annorum numerus ſexaginta tantum annis poſterior diluuio. Itaque non longe a vera epocha diluuij abfuere. vt videas in tanta rerum ignoratione parum diſcriminis eſſe inter Varronem, & ipſos Chaldæos: & paruum errorem illis condonandum eſſe, qui nulla admi- D nicula vetuſtatis ad harum rerum inueſtigationem, habebant. Nobis vero, quibus diuina monimenta facem ad hæc allucent, minus venia danda, ſi in tanto lumine cæcutimus. quod hactenus tamen nobis omnibus contigit, vt nemo aut veterum aut recentiorum adhuc rem ipſam tetigerit. Veteres Chriſtianos prætereo, quibus nullus pudor fuit interuallum a conditu rerum, ad diluuium, longe maius ſtatuere, quam ex dinumeratione annorum a Moſe definitorum colligi poteſt. quem ſtuporem auxit artificialis epocha

Conſtantinopolitana, annis 1559 excedens fines, quos Moſes præ- A
ſcribit. in qua vt peccatur largiendo, ita in Iudaica detrahendo. Hodie vero doctiſſimis hominibus, qui multum ſtudij ad hæc diſcutienda poſuerunt, per omnia conuenit in interuallo a conditu rerum, ad Exodum, ab Exodo item ad captum Sedekiam. Qui enim accurate rationem horum temporum putarunt, ab Adam, ad Exodum, annos ponunt abſolutos 2453. Hinc ad captum Sedekiam, annos abſolutos 907. Summa, a conditu rerum, ad captum Sedekiam, anni 3360 præciſe. Neque reperias, qui ab his finibus diſcedat, ſaltem eorum, qui Chronologica cum laude attigerunt. Neque enim epilogiſmus temporum a Moſe & reliquis ſacris libris definitorum plus aut minus colligere patitur. Quod ſi B
in vno anno plus, aut minus alius ab alio diſſentit, hoc contingit ex diuerſis mundi initiis, cum alij mundi initia ab Autumno, alij a Vere repetant. quam litem ſi deciderimus, reliqua plana erunt. Nemo enim dubitat duplicem fuiſſe veterum Hebræorum de mundi conditu ſententiam. Alij enim in Libra conditum volunt, argumento, quod antiquitus etiam ante Exodum Tekupha fuerit proxime æquinoctium. Eius ſententiæ adhuc veſtigia ſuperſunt in ſynagogis Iudæorum, & quidem vetuſtiſſimi inſtituti. Nam in Sabbato, quod poſtremum eſt in menſe Tiſri, incipit Lectionarium Iudaicum, cuius caput primum, quod בראשית vocant, eſt initium libri Geneſeos. Recentior opinio eorum, qui mundi conditum in æqui- C
noctium vernum conferunt: quia, inquiunt, tunc omnia germinant, quæ contra in Autumno marceſcunt. Alioquin quorſum, aiunt, terra germinare iuſſa, vt ſtatim primis Autumni frigoribus exoleſceret? Sed futile eſt argumentum, quamuis ea etiam fuerit olim opinio noſtra. Nam ſi hoc verum eſt, cum Deus iubet arbores fructum producere, oporteret vuas, & reliquos fructus, qui non niſi autumno matureſcunt, iam in ipſo verno æquinoctio fuiſſe. Quod eſt abſurdiſſimum. Deinde quæ temeritas eſt initium rerum inſtituere, diuerſum ab initio Hebræorum priſco? primus menſis in hiſtoria diluuij incipit ab autumno, Tekupha anni dierum eſt in autumno, Lectionarium vetuſtiſſima conſuetudine incipit ab autumno. Quare D
igitur nobis commentum noſtrum placet, & aliud initium inſtituimus aduerſus verbum diuinum, & veteris anni vſum? Igitur mundi primordia fuerunt in æquinoctio autumnali. Accedit priſcorum Ægyptiorum ſententia, quæ mundi initium ſtatuit in vltimis partibus Libræ. Quas poſteriores partes Libræ, & quomodo accipere debemus, paulo poſt exponetur. Non vtique aduocamus fidem Ægyptiorum ad fulciendam verbi diuini veritatem. Satis enim per ſe ipſa firma eſt.

A ma eſt. Sed oſtendimus in hoc miram Dei ſummi prouidentiam, qui in tanta re etiam Ethnicorum conſenſum cum ſacris rationibus paria facere voluerit. Cum igitur ratiocinia Moſis a conditu rerum, ad Exodum, annos colligant 2453, præciſe, vt annus Exodi ſit 2454 iniens & quidem a vere; menſe ſeptimo anni dierum. Ergo primus menſis illius anni adhuc labentis 2453 cæpit ab autumno antecedente. Deprehenſa igitur epocha Exodi in anno periodi Iulianæ, leuis labor erit annum conditi mundi in periodo Iuliana inuenire. Incidit igitur Exodus in annum periodi Iulianæ 3217, vt ſuo loco demonſtratur. Ergo primus menſis anni dierum, quem אֵיתָנִים Æthanim vocabant, cæpit in anno 3216. Et quia is erat, vt diximus, annus 2453 cur-
B rens ab Adam, manifeſto annus 764 periodi Iulianæ fuit primus mundi, a quo putauimus primam neomeniam Zygonos, XXVI Octobris. Neomenia igitur primi Æthanim in anno dierum vetere fuit in XXVI Octobris: Tekupha ergo in XXV, de qua Exodi XXXIV. 22, quod erat primum Sabbatum, in quo Deus requieuit ab opere Hexaemeri, quæ dies in parapegmate Ægyptiaco Dionyſiano erat vltima Zygonos. Vnde Ægyptij, cum dicebant tempore Firmici, mundum in XXX parte Libræ conditum, proculdubio in animo eum diem habebant, quod nondum προσηγήσεις ἰσημερινὰς obſeruauerant. Verba Firmici, libro ſeptimo, capite III, vbi de vltimis partibus Libræ: *Cætera enim numero ad* XXX *collocantur. In iſtis enim poſterioribus*
C *partibus, terra dicitur eſſe compoſita, vt Barbarica ratio confirmat.* Barbaricam rationem, vt in Manilio diximus, Ægyptiacam aſtrologiam vocat. Scis vero ex libro tertio, Ægyptios in anno ſuo Nabonaſſari etiam biſextum notare ſolitos, cum quarto quoque anno exacto in ſecunda die menſis notarent, quod in prima antea notatum erat, & nono anno in tertia, quod antea in ſecunda. Hoc modo conſeruabant memoriam omnium rerum. Itaque cum a multis ſæculis hanc diem in anno vago ſignatam haberent, factum eſt, vt accepto parapegmate Philadelphi Dionyſiano, ea in vltimum diem Zygonos inciderit. Prima igitur dies poſt ἑπταήμερον, fuit feria prima, XXVI Octobris, neomenia Zygonos, 23 Mechir Ægyptiaci, tri-
D ceſima Tiſri, 189 annis Iulianis, minus 19 diebus ante Tiſri Iudaicum, anno 1560 epochæ Conſtantinopolitanæ. Cyclus Solis Romanus VIII, Lunaris IIII. Vt hæc eſt veriſſima mundi epocha, ita nemo eam hactenus obſeruauit, ſed omnes XVI, aut XVIII annis antiquiorem produnt; qui error ex ignoratione anni Exodi manauit. Loci autem fines, vbi hominem primum ſtatuit Deus; digito deſignat Moſes, a duobus fluminibus ingentibus, Euphrate & Tigri, ad ſinum Perſicum. Deſcribit enim Moſes fluuium exeuntem, hoc eſt manantem

ex Eden,

ex Eden, diuisum in quatuor capita, Phison, Gehon, Tigrim, Euphratem. A Sciunt enim omnes Tigrim & Euphratem commisceri, & ingenti alueo in mare Persicum exonerari, sed antequam excipiantur sinu Persico, iterum in duo ingentia fluenta scindi instar Padi, & Rhodani. Ipsa autem fluenta multas paludes efficiunt, vt non solum scribit Arrianus, sed etiam mercatores, qui ante x annos ea loca adierunt, idem testantur. Fluentum igitur orientale Moses vocat פישון, hoc est, πλημμύρειν, propter paludes ingentes, quas efficit, cuiusmodi est Padusa, quam Padus fluuius facit. alterum, quod occidentem spectat, vocat גיחון, id est emissarium. Est enim porrectius altero, & propterea dictum emissarium, quod illud magnus ille alueus ex se emittat, vt Mincium lacus Benacus, Adduam Larius, B Ticinum Verbanus, Rhodanum Lemanus. Quare ab eadem caussa riuus, quem piscina Hierosolymitana emittebat, dicebatur גיחון Hebraice, quod idiotismo Hierosolymitano erat שילוחא, id est emissarium. Nihil est apertius hac expositione. quæ etiam fuit sententia summi nostri temporis sacrarum literarum interpretis: quo nihil potest verius, nihil doctius dici: quanquam rationem nominum Phison & Gihon non reddidit. Extitit quidam vir apprime doctus, & pius, cuius Chronicon ante vndecim annos editum fuit. Is mire æstuat, vt lumen Soli fœneret. Itaque mirum non est, si monstrum interpretationis adduxit. Et postquam ridicule interpretatus est verba Mosis, tandem nouam Geographiam proponit, vt quæ nunquam C fuerunt in rerum natura, ea ipse creauerit. Nihil est inutilius eo libro, imo, si verum dicere fas, nihil, quod pluris intersit Chronologiæ, nunquam legi, aut ignorari, si duo, aut tria excipias. Quod si aliorum errores insectandi maius nobis studium esset, quam nudam veritatem eruendi, immane volumen nasci posset ex confutatione illius libri. Mirum est diuinam doctissimi viri de illis quatuor fluminibus sententiam illius famelicum iudicium non expleuisse, vt opus fuerit inanibus, futilibus, & ineptis coniecturis nouam Chorographiam comminisci. Quid? nonne multi sunt, qui eius exemplo nihil aliud conantur, quam ostendere se melius intelligere Hebraice, quam Mosem ipsum? Eiusdem temeritatis est, cum vult persuadere D שִׁחוֹר non esse Nilum. Exempla, quæ ad hoc producit, aduersus eum faciunt. Æthiopica lingua postulat, vt שִׁחִר, Sihri diceretur. Propterea Nilus σεῖρις dictus est a veteribus Ægyptiis, teste Dionysio de situ orbis. cuius quidem nominis vestigia clara supersunt in nominibus propriis Osiris, Busiris, Petosiris, Calasiris. Quantum est hominum, quibus nihil placet, præter commenta sua! Quod partim inuidia accidit, partim quod nullus illis inest sensus veritatis. Sed hæc nihil ad

A institutum nostrum. Sunt enim & alij χορυβαντασαὶ, qui nouum paradisum architectati sunt. Sed eorum præclarum opus mors nobis inuidit. In Geographia Arabica duo sunt flumina nomine Gihon جيحون .alter est, quem Cydnum Græci vocant. Nam dicit abluere vrbem, quæ dicitur Mamistra, & exonerari in mare Romanum, id est sinum Issicum. Iam Mamistra est Tarsus. Alter Gihon est ingens fluuius ex sex totius orbis terrarum maximis: quorum nomina sunt hæc, vt ab ipso doctissimo Geographo ponuntur: Nilus: Degilah, id est Tigris: Phrath, id est Euphrates: Mahran fluuius Synadarum, Ganges: Bagnun Sinarum: Gihon Corasan.

B

DE DILVVIO.

A CONDITV rerum, ad diluuium, annos 1656 absolutos esse ex epilogismis annorum, quibus natalis & mors ab Adami & posterorum eius a Mose signata sunt, tam certum est, quam nemo hactenus dubitauit. Diluuium igitur incidit in annum 1657 a conditu mundi, periodi autem Iulianæ 2420, cyclo Solis XI, Lunæ VII. Cuius Neomenia Zygonos 7.18.12', Octobris XIII. Marchesvvan 5. 20. 349, feria VI, Octobris XIX, anni Iudaici 1468. Anni 1656 absoluti fiunt XIII periodi Neuruz Persicæ, quas Hebræi חֲלָדִים Heladim, id est sæcula vocabant. & præterea anni 96 super-
C erant de Heled, siue sæculo XIV. quo interuallo neomenia men-

Menses æquabiles Anni dierum Hebraici.			Menses Iudaici.			Menses cælestes.	
Æthanim	2 *Octob.*		*Marches.*	19 *Octob.*		♎	13 *Octob.*
Bul	1 *Nou.*		*Caslew*	17 *Nou.*		♏	12 *Nou.*
Tertius	1 *Dec.*		*Tebeth*	17 *Dec.*		♐	12 *Dec.*
Quartus	31 *Dec.*		*Schebat*	15 *Ian.*		♑	10 *Ian.*
Quintus	30 *Ian.*		*Adar*	14 *Feb.*		♒	8 *Feb.*
Sextus	29 *Feb.*		*Nisan*	14 *Mar.*		♓	9 *Mar.*
Septimus	30 *Mar.*		*Ijar*	13 *Apr.*		♈	10 *Apr.*
D *Ziu*	29 *Apr.*		*Sivvan*	12 *Mai*		♉	11 *Mai.*
Nonus	29 *Mai.*		*Tamuz*	11 *Iuni*		♊	11 *Iuni*
Decimus	28 *Iuni.*		*Ab*	10 *Iuli*		♋	13 *Iuli*
Vndecimus	28 *Iuli.*		*Elul*	9 *Aug.*		♌	13 *Aug.*
Duodecimus	27 *Aug.*		*Tisri*	8 *Sept.*		♍	13 *Sept.*
Epagomenæ	26 *Sep.*		o	o		o	o

ſis אֵיתָנִים Æthanim aſcendit in anteriora, dies XXIIII. quibus de XXVI Octobris detractis, ſupereſt ſecunda Octobris neomenia Æthanim, a qua cæpit שְׁנַת יָמִים annus dierum Hebraicus tempore diluuij. Epagomenæ Hebraicæ in XXVII Septembris. Neomenia Bul menſis ſecundi, Kalendæ Nouembris, feria quinta. Diluuium ergo XVII Nouembris, feria ſeptima, Scorpionos VI, Neomenia Caſleu. Geneſeos VII. 11, 12, 13. Menſis ſeptimi die XVII aquæ decreuerunt. Geneſeos VIII. 4. hoc eſt, XV Aprilis anni periodi Iulianæ 2421, anno biſextili, litera dominicali FE. Poſt XVII ſecundi menſis, hoc eſt, a XVIII Nouembris, ad XVI Aprilis dies ſunt CL. Geneſeos VIII. 3. Hoc eſt, aquæ incipientes creſcere a XVII Nouembris, in XIIII Aprilis deſiuerunt. Quod eſt interuallum idem, quod poſuimus, dierum CL. vt poteſt ex propoſita Tabella colligi. Cæpit igitur Diluuium neomenia Caſleu, XXV Paophi Ægyptiaci, VI Scorpionos. Decreuerunt aquæ tertia Iiar, XXV Phamenoth, quo tempore Arca in montibus Armeniæ requieuit. Culmina montium incipiunt apparere, neomenia X menſis, Iunij 28, XVIII Ab, quæ erat etiam XVIII Didymonos, IX autem Payni. Quadrageſimo die a neomenia decimi menſis, hoc eſt, decima vndecimi menſis, VI Septembris, feria ſeptima, emittitur coruus. Geneſeos VIII, 7. Et reliqua poſſunt perpendi ex Tabella. Sequenti anno 1658, neomenia Æthanim Kal. Octobris, feria ſecunda. Neomenia Zygonos, XIII Octobris. Neomenia Marcheſvvan, VIII Octobris anni Iudaici 1469. Neomenia Thoth XXIII Septembris, qua die vidit Noa ſuperficiem terræ penitus ab aquis exaruiſſe. Geneſeos VIII, 23. Die XXVI Nouembris, quæ erat 27 ſecundi menſis, VI autem Athyr, XVI Scorpionos, XXI Caſleu, feria quarta, Noa Soteria immolauit Deo Opt. Max. eademque die Deus admonuit eum fœderis ſui. Veteres Græci, vt diximus, octaginta annis propius abſunt ab hac epocha, Chaldæi autem ſexaginta. quanquam Chaldæi videri poſſint putaſſe annos ſuos ab imperio Nemrod. Quod autem perperam ab omnibus relatum eſt tempus huius tam nobilis caſus, eadem cauſa fuit, quæ & peccandi in epocha mundi.

DE EXODO HEBRÆORVM.

A DILVVIO, ad natum Abraham, anni 292. Geneſeos cap. XI. 10. ad finem. A nato Abraham, ad eius vocationem in terram Canaan, anni 75. Geneſeos XI. 4. Summa a diluuio ad Abrahami aduentum in terram Canaan, anni 364 abſoluti. Hactenus recte Chronologi. Rurſus recte hinc putant annos 430 ad Exodum. quod

A quod non solum docti Chronologi huius sæculi, sed & Iudæi prisci sequuntur. Illos enim 430 annos non a descensu Iacobi Patriarchæ in Ægyptum putant, sed ab ingressu Abrahæ in Canaan, & eius in Ægyptum migratione: quia interuallum a descensu Iacob in Ægyptum, ad tempus Exodi, angustius est, quam vt 430 annos complecti possit. Quod enim illos 430 annos ab ingressu Abrahæ in Canaan, non a Iacobi descensu putauerint veteres Iudæi, testis Iosephus libro III. cap. V. Κατέλιπον δὲ τὴν Αἴγυπτον μηνὶ Ξανθικῷ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην, μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια, ἢ τὸν πρόγονον ἡμῶν Ἀβράμον εἰς τὴν Χαναναίαν ἐλθεῖν, τῆς δὲ Ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν Αἴγυπτον γενομένης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δεκαπέντε ἐνιαυτοῖς ὕστερον. Ex B istis igitur colligitur, a conditu mundi, ad tempus Exodi, annos esse absolutos 2453. Annum autem mundi 2454 esse ipsum annum Exodi. Quod ita demonstramus. Duo sunt Characteres huius epochæ. Prior, feria neomeniæ mensis Paschalis, quæ fuit quinta. Alter, quod quadragesimus annus huius epochæ, quadragesimus sextus, quinquagesimus tertius, sunt Hebdomadici. Denique quod annus 908 ab eadem epocha & Hebdomadicus est, & tertius Olympiadis 47. Hæc simul non possunt concurrere nisi anno 3217 periodi Iulianæ, qui erat Iudaicus 2264, ideoque mundi 2453. Character Zygonos 2. 19. 46, Octobris septima. Marchesvvan, 3. 4. 113, octaua Nouembris. Erat annus incipiens 53 sæculi, siue He- C led Hebraici. Epagomenon neomenia, VIII Octobris. Neomenia Æthanim XIII Octobris. Nisan Lunaris 5. 17. 552, Secunda Aprilis. Neomenia Krionos, hoc est æquinoctium vernum, itidem secunda Aprilis. Merito igitur Deus pro veteribus mensibus dierum æquabilibus, Lunares instituit, & pro septimo primum, in quo & seruitutis iugum a ceruicibus Hebræorum depulit, & cuius neomenia cum neomenia æquinoctiali concurrebat. Quadragesimus igitur annus huius epochæ in anno Iudaico est 2303. qui est numerus septenarius, ideoque ille annus & Sabbaticus. Et rursus annus ab Exodo 908 est 3171 Iudaicus. qui & ipse est septenarius, vel Sabbaticus. In sacris Bibliis non est epocha insignita charactere præter Exodum, & ca- D sum Iekoniæ Regis. In nouo autem testamento vna tantum epocha characterem habet, nempe Passio Domini, Itaque omnium epocharum, quæ indubitatæ sunt, & characterem habent, Exodus est vetustissima, 721 annis antiquior prima Olympiade, initio autem Nabonassari 750. Ab hoc tempore vsus anni Lunaris in Ecclesiam inductus, reseruatis mensibus æquabilibus populo. Nam eos sæculo Solomonis adhuc in populari anno locum habuisse fidem fecerit mentio Æthanim & Ziu, in primo libro Regum. Egressi

igitur ſunt Hebræi ex Ægypto quarta decima Niſan, quæ incidebat A
in XV Aprilis, feria quarta, XVIII Pharmuthi. ſequente veſpera, a qua cæpit XIIII Niſan, mactatus agnus τῶν διαβατηρίων victima. XXII Ijar, quæ incidit in XXI Mai, obſeruatum primum Sabbatum, quæ erat XIIII Ziu in anno priſco dierum. Geneſeos XVI, 27. & per totum caput: ex quo deprehenſum etiam a Iudæis neomeniam Iiar illius anni incidiſſe in Sabbatum, & proinde neomeniam Niſan feria V contigiſſe. quæ eſt egregia obſeruatio, quæ frenat licentiam Chronologorum, qui nullum modum faciunt nouos annos, nouos reges, nouas epochas comminiſcendi. Mirum vero extitiſſe, qui aduerſus verba Moſis negent ſecundi menſis neomeniam in Sabbatum incidiſſe. Hebræi peruenerunt in deſertum Sin XV menſis ſecundi. Exo- B
di XVI. 1. Sexta die ab illa iubetur populus colligere duplum demenſum Mannæ; commate 5. Ea dies igitur erat XXI menſis. Atqui erat paraſceue, & proſabbatum. Commate 22. 23. Ergo neomenia menſis erat Sabbatum. Atqui Hebræi non migraſſent die Sabbati. Egregiam animaduerſionem. Quid eſt magis contra Sabbatum, quam Sabbato colligere Manna? Atqui multi profecti ſunt colligendi cauſſa die Sabbati Commatibus 27, 28. Iſti Critici non meminerunt adhuc legem datam non fuiſſe. Dicant mihi: Quomodo 22 menſis eſt Sabbatum, vt eſt in Commate 26, & tamen neomenia menſis non eſt Sabbatum? Valeant ergo, & commenta ſua imperitis venditent. Neomenia igitur ſecundi menſis fuit Sabbatum C
& neomenia primi feria quinta, eadem cum neomenia menſis æquinoctialis. Quæ eſt luculenta obſeruatio. Quamuis autem hac epocha characterem ſuum non habuiſſet feriam quintam, tamen ex epocha Nabopollaſſari facile indagari potuiſſet, aut ex obſeruatione anni Sabbatici. Qui aliter hoc tempus indagarunt, mire hallucinati ſunt.

DE PRIMO ANNO SABBATICO.

EA commoditas eſt periodi Iulianæ, annorum mundi, epochæ Iudaicæ, vt per diuiſionem ſeptenarij annum Sabbaticum indicent. Anno Chriſti 1575, a quo cæpit Tiſri Iudaicus 5335, D
Iudæi Palæſtini in ſuo Kalendario notarunt illum annum eſſe primum Hebdomadis annalis. quorum verba hæc ſunt: וְהִיא שְׁנַת רִאשׁוֹנָה לִשְׁמִיטָּה לְדַעַת הרמבם זל וְהַגְּאוֹנִים וּמִנְהַג בְּנֵי אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל. Hoc eſt: Is eſt annus primus Semitah, ſecundum opinionem Magiſtri Moſis, filij Maimon, & magnificorum & popularium terræ Iſrael. Annus igitur Iudaicus 5335 per 7 diuiſus relinquit annum primum Semitah. Idem faciet annus mundi illi reſpondens 5524, item annus periodi Iulianæ

A Iulianæ 6287, & quidem ab Autumno eiuſdem anni currentis. Ptolemæus affinis Hyrcani obſeſſus fuit in caſtro Dagon, anno Seleucidarum 177, qui reſpondet Iudaico 3626. Eum annum Ioſephus ſcribit fuiſſe Sabbaticum. Quod verum eſſe numerus ipſe 3626 per ſeptem diuiſus oſtendit. Idem Ioſephus ſcribit Hieroſolyma ab Herode capta M. Vipſanio Agrippa, L. Caninio Gallo coss. quem annum dicit fuiſſe Sabbaticum. Porro illi Conſules inciderunt in annum Iulianum nonum, cyclo Lunæ tertio. Proinde fuit annus Iudaicus 3724, à conditu mundi 3913. qui plane ſunt numeri ſeptenarij. Erat autem annus periodi Iulianæ 4677, qui per ſeptem diuiſus relinquit vnitatem; hoc eſt annum primum Hebdomadis in-B cipientem ab Autumno eiuſdem anni. Quare æſtas, in qua capta Hieroſolyma, incidit in annum Sabbaticum currentem. Anno Seleucidarum CXLIX, qui erat ſecundus ab exceſſu Antiochi Epiphanis, Antiochus Eupator Iudam Macabæum in arce obſidebat. Is annus erat Sabbaticus, auctore eodem Ioſepho, & libro priore Macabæorum. Erat autem 3598 Iudaicus, à mundi conditu 3787. Vterque numerus eſt ſeptenarius. Annus primus Sabbaticus eſt ſeptimus γεωργίας, poſtquam filij Hebræorum pedem in poſſeſſionem terræ Chanaan poſuerunt. Videndum, quotus annus Iudaicus, aut mundi is fuerit. Caleb libro Ioſuæ, capite XIIII, ait ſe miſſu Moſis terram exploraſſe, anno ſecundo a migratis finibus Ægypti, eum-C que annum, quo forte diuidendi erant agri, fuiſſe a natali ſuo octageſimum quintum: à profectione autem, quam terræ explorandæ cauſſa iuſſu Moſis ſuſceperat, quadrageſimum quintum. Miſſus vero fuerat a Moſe annos natus, vt ipſemet profitetur, quadraginta. Ergo annus κληρουχίας fuit præciſe quadrageſimus ſextus ab Exodo. Quod clarius probat idem, commate decimo, inquiens: *Deus hos totos quadraginta annos incolumem ſeruauit me.* Quadrageſimus vero ſextus annus ab Exodo in periodo Iudaica eſt 2310, mundi 2499. Vterque eſt ſeptenarius. Atque hic eſt annus κληρουχίας, quo non agricolationi, ſed aſſignationi opera data. Sequens igitur fuit primus γεωργίας, & ſeptimus ab eo eſt primus Sabbaticus ab Hebræis D obſeruatus, qui cæpit ſimul cum anno Iudaico 2317, Mundi 2506, incipiens vtique ab autumni anni periodi Iulianæ 3269. Etiam ſi Iudæorum hodierna obſeruatio facem nobis non alluxiſſet, tamen ex epocha Exodi annum Sabbaticum deprehendiſſemus: & rurſus ſine ea etiam ex Ioſepho & libro Macabæorum priore id tuto colligi potuit. Quam vero falluntur & veteres, & recentiores, qui Iubileum definiunt ſpacio annorum quinquaginta abſolutorum, non autem 49, hinc animaduerti poteſt.

DE ANNO SABBATICO SAMARITARVM COMMENTITIO. A

ILLVD in primis animaduertendum, Iudæos, quanuis extorres patria sua, non minus annum septimum Hebdomadis annuæ, quam septimum diem Hebdomadis dierum firmum, & immutabilem obseruasse: quæ sunt manifesta veteris & veræ Dei Ecclesiæ γνωρίσματα. Et sane post legem hodie Iudæi nihil habent vetustius anni Sabbatici obseruatione. At Samaritæ, nescio quare, annum quartum Hebdomadis Iudaicæ (quæ quidem est vera hebdomas) septimum statuunt Hebdomadis suæ. Siquidem anno Christi 1584, in cuius autumno cæpit Tisri Iudaicus 5345, ab eo Tisri cæperunt annum B
Semitah putare, vt videbitur libro VI. Necesse est omnino, quæ eorum inscitia est, eos vti æra quadam, cuius septenarios putent esse annos Sabbaticos. Neque dubito, quin res ita habeat. & fortasse putant a Nabonassaro, a quo annus Christi 1584, est 2331, & quidem septenarius. Sed hæc incerta.

DE ILII EXCIDIO.

POSTREMOS annos mythici temporis veteres scriptores certatim definire voluerunt, quod sint memoriæ scriptorum proximi, vt scribit Censorinus. Sed quare ipse eos deducat ab Inachi regno, ad primam Olympiadem, non autem a capto Ilio, vt re- C
liqui, caussam non capio. Non potest dici, quam variis iudiciis lis ventilata sit. Et quidem omnium sententias in medium adferre ambitiosum est. Neque enim errores alienos triumphamus, sed quantum potest fieri, tollimus. Ea igitur est Tetraeteridis Græcæ commoditas, vt ex die mensis sciatur quota sit prytania, modo constet quotus sit annus Tetraeteridis. Contra, datis diebus mensis & prytanias, deprehenditur, quotus sit annus Tetraeteridis. Vt in Decreto Atheniensium in gratiam Zenonis: Ἐπ' Ἀῤῥενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς Πρυτανείας. Vt vicesima mensis Mæmacterionis popularis sit vicesima tertia Prytanias, hoc non potest contingere, nisi anno pri- D
mo Tetraeteridis. Tunc enim XXVIII Pyanepsionis est nouilunium. Ideo XX Mæmacterionis est XXIII Prytanias. Quare audacter possumus dicere, illud Decretum datum fuisse anno primo Tetraeteridis Atticæ. Quod si quota esset Tetraeteris periodi Atticæ sciremus, & diem verum in Kalendario Iuliano dare possemus. Itaque videmus quæ sit vtilitas anni Attici & Olympici ad notationem temporum in rebus Græciæ. Quare ignoratio istius formæ non solum

A lum huic ſæculo, ſed & priſcis temporibus nocebat. Ex doctrina primi libri ſcimus neomenias anni Græci popularis peruagari menſem integrum in forma Iuliana. Hecatombæon, verbi gratia, aliquando incidit in X Iulij, aliquando in VI Auguſti. Igitur ſidus, quod veſpere neomeniæ Hecatombæonis oritur, in primo anno periodi Atticæ, non orietur in eadem neomenia, quando Hecatombæon erit in VI Auguſti. Propterea parapegmata ab artificibus propoſita erant, ne vulgus in eadem neomenia ſemper idem ſidus oriri aut occidere putaret. quod tamen vulgus negligebat, adeo vt quidam dux apud Polybium, cum ad ortum, aut occaſum Pleiadum (non memini vtrum fuerit) condixiſſet, non venit ad conſtitu-
B tum; falſus nimirum deſultorio menſium ſitu; quem non conſiderauerat. Duæ igitur de capto Ilio generaliter ſunt ſententiæ. Quidam enim multis annis ſupra quadringentos ante primam Olympiadem ponunt. Alij præter quadringentos, octo, ſeptem, ſex, & quinque tantum ponunt. Horum tantum nobis habenda ratio, & quidem inter eos eorum, qui Attica ſcripſerunt: quorum vnus conſenſus eſt in menſe & die menſis. Omnes enim Θαργηλιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος hoc contigiſſe dicunt. In annis Tetraeteridis variant. Vulgus ſolet diuidere menſem Lunarem in nouilunium, ſeptimam Lunam, plenilunium, & ſeptimam a fine: quas diuiſiones Quadrantes Lunæ vocant: aliter vocant primam, ſeptimam, quintamdeci-
C mam, viceſimam ſecundam. Græci φεγγάριον, διχόμηνιν, πανσέληνον, διχόμηνιν ὑστέραν. Hæ quatuor Lunaris menſis diuiſiones ſunt in viceſima tertia, ſiue ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος. Primo quippe anno Tetraeteridos, viceſima tertia Thargelionos eſt prima Luna, in ſecundo anno eſt ſeptima, in tertio eſt plenilunium, in quarto eſt viceſima ſecunda. Rurſus in viceſima tertia Thargelionos anni primi Luna occidit ſtatim veſpere. In anno ſecundo occidit media nocte. In anno tertio per totam noctem lucet. In quarto oritur a media nocte. Qui igitur 408 annis ante primam Olympiadem captum Ilion volunt, neceſſario anno tertio Tetraeteridos hoc contigiſſe volunt. Nam 408 anni retro putati deſinunt
D in XLIX annum periodi Olympicæ, ſiquidem fingimus retro ſemper eam periodum obtinuiſſe. Erat igitur XI annus deſinens periodi Atticæ. Semper enim deducendi ſunt 38 anni de periodo Olympica, vt habeas periodum Atticam: aut contra, adiiciendi. Non enim refert vtro modo experiare. Ergo plenilunio hoc contigit. Et ſane quoſdam de vetuſtioribus idem ſenſiſſe ſcribit Clemens. καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγεγραφότων, ὀγδόῃ φθίνοντος (Θαργηλιῶνος) βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. Qui annos 407 ponunt

a capto Ilio, ad primam Olympiadem, hi omnino cenſent captum A Luna viceſima ſecunda. Auctor enim τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος ita ſcribit: Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελαία. Ex hoc verſiculo Clemens nititur confirmare eorum ſententiam, qui volunt plenilunio τὴν ἅλωσιν Ἰλίου contigiſſe. Sed pace eruditiſſimi ſcriptoris, ἐπιτέλλειν non ſignificat lucere, quod ipſe aliud agens putat, ſed oriri, & incipere apparere. In idiotiſmo Hiſpanico elegantiſſime dicitur *Aßomar*. Latine exiſtere. Euripides Hecuba. Μεσονύκτιος ὀλλύμαν. Ibi Scholion vetus apud Fuluium Vrſinum: Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει. ἑάλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνός, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ὀγδόῃ ἱσταμένου. ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ὀγδόῃ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη. μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. ἀλλὰ δὲ οὐ συμπεφώνηκεν Εὐριπίδης, ὡς ὁμολογουμένης τῆς δόξης. Λυσίμαχος δέ φησι Δημοφῶντος Ἀθήνησι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου, Θαργηλιῶνος ἱσταμένου δωδεκάτῃ. Qui annos 406, vt apud Euſebium, aſſignant; ij primo anno ſequentis Tetraeteridis, hoc eſt, XIII periodi, captum Ilion omnino volunt, hoc eſt nocte illuni. Sed nemo veterum noctem illunem fuiſſe prodit. Itaque audiendi non ſunt. Poſtremo qui 405 annos putant, ij Septima Luna accidiſſe volunt, anno Tetraeteridis ſequentis ſecundo, periodi XIIII. Virgilius: B

Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia Lunæ. C

Seruius: *Septima Luna capta eſt Troia, cuius ſimulachrum apud Argos conſtitutum. Hinc eſt quod dicit*: *Oblati per Lunam.* — Doctiſſimus Politianus hic hariolatur præter ſolitum de ſilentio Lunæ. Conſtat igitur omnibus de tempore anni, non de anno. Nam fine veris Ilion captum quidem volunt, paulo ante ſolſtitium. Quod & Virgilius ſequutus eſt:

— vix prima inceperat æſtas:
Et pater Æneas dare ventis vela iubebat. — De anno vero non conuenit. Atqui doctiſſimi inter eos, qui hæc diſquiſiuerunt, interuallum a capto Ilio, ad primam Olympiadem, definiunt annorum D 407 præciſe, Ephorus, Calliſthenes, Damaſtes, Phylarchos, Canones Eratoſthenis, quibus multum tribuit Dionyſius Halicarnaſſenſis. Quare Diodorus omnium accuratiſſimus ait annum primum Olympiadis XCIII definentem, hoc eſt, annum CCCLXXIII a primo Olympico ludicro, eſſe ὀγδοηκοστὸν πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν. Deductis igitur 373 de 780, remanent anni 407, interuallum a capto Ilio, ad 95 Olympiadem ineuntem.

A tem. Contigit igitur hic casus anno tertio tertiæ Tetraeteridos Atticæ, hoc est, anno XI periodi Atticæ, plenilunio. Neomenia Thargelionos XXXI Mai. vicesima tertia Thargelionos in XXII Iunij. Supererant ad caput anni sequentis, XXXVII dies, quorum XVI ad προπὰς θερινάς; id est VIII Iulij exclusiue. Et proinde XXI erant πεντήλοι ἡμέραι, ad caput anni sequentis, vt habes libro primo, in Tabula neomeniarum Atticarum. Sed Dionysius Halicarnassensis dicit fuisse viginti tantum πεντήλας, XVII autem ad προπάς. Intelligit ergo inclusiue. Includit enim VIII Iulij in illum numerum. quod & Plutarchum facere animaduertimus, qui pro τριάκοντα dicit τριακοστόν, & contra ἑκατοστὸν pro ἕκατον. Neque ille so-B lum, sed & alij Græci. Incidit igitur ille annus in 3531 periodi Iulianæ. Annus autem primus Iphiti incidit in annum 3938 periodi Iulianæ. Differentia, anni 407. quod erat propositum. Notabis autem in Tabula neomeniarum Atticarum, libro primo, πεντήλας ἡμέρας pertinere non ad eum annum, cui appositæ sunt, sed ad sequentem. Exemplum: In primo anno periodi annotatur πεντήλη nulla. Hoc significat, a fine anni antecedentis, qui erat vltimus periodi, ad initium primi anni, nullam esse πεντήλω ἡμέραν. Rursus secundo anno appositæ sunt 27 πεντήλαι. Hoc est, a fine primi, ad initium secundi, sunt 27 πεντήλαι. Proinde anno XII πεντήλαι 21 attributæ significant, a fine anni XI, ad initium XII, fuisse πεντήλας ἡμέρας 21, quas C tamen Dionysius XX tantum esse censet, excludens nimirum VIII Iulij ab illis. Rursus cum dicimus plenilunium fuisse, intelligimus secundum vsum periodi Atticæ, &, vt Dionysius ait, ὥσπερ νῦν ⊕ Ἀθηναῖοι τὸν χρόνον ἄγουσι. quod prudentissime ab eo dictum. Periodus enim Attica accommodabat nouilunia Tetraeteridum sæculo Iphiti. Itaque a capto Ilio, ad primam Olympiadem, & sæculum Iphiti, facta erat Lunæ προήγησις horarum 32. A sæculo autem Iphiti, ad Dionysium Halicarnassensem, & Augustum, bidui solidi. Quare erraret, qui ad Lunæ rationes hæc exigere vellet. Captum igitur est Ilion anno periodi Iulianæ 3531, Iunij XXII. Anno mundi 2767, Didymonos quartadecima. Character Zygonos 1.9.35. Octobr. V. D Anno Iudaico 2578, Tamuz XIIII, cuius character 3.14.910. Atque hic est verus annus & dies capti Ilij. Nam vt diximus, XXIII Thargelionis, in anno tertio Tetraeteridos habet plenilunium. In hoc anno Thamuz & Didymon concurrebant. Epocha igitur, quæ annos 407 absolutos ponit ante primam Olympiadem, est ex sententia Eratosthenis. Vocetur Eratosthenea. Ea omnium est certissima. In libro primo cum ageremus de periodo Attica, nos contulimus casum Ilij in 408 annum ante primam Olympiadem. sed hæc

opinio de 407 annis longe certior. Ex his eruditus Lector potest A aduertere, quanta vtilitas sit in anni Attici doctrina, & quam longe fallantur, qui menses Athensiensium populares ad Lunæ rationes reuocant, & neomeniam Hecatombæonis in Iunio vt plurimum statuunt. De variis circa hunc casum veterum sententiis adducam verba Clementis Alexandrini. Κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Αἰγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος. Ἑλλάνικος δὲ δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνὸς, &c. Nos Atticos veriora protulisse putamus, Θαργηλιῶνος τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος. B

DE CONDITV TEMPLI SOLOMONICI.

ANNVS primus templi Solomonici est 480 iniens Exodi Hebræorum: priore Regum, cap. VI, 1. Erat annus mundi 2932, quinquagesimus secundus vicesimi quinti Heled, siue sæculi Hebraici. Epagomenon Neomenia in VIIII Octobris: neomenia Æthanim XIIII Octobris: neomenia Ziu XI Mai, vt anno ante Exodum. 480 enim anni sunt quatuor sæcula Hebraica absoluta. Itaque eædem neomeniæ anni dierum erant tempore conditus templi, quæ fuerant anno mundi 2452, qui antecessit annum Exodi. C Zygonis character 3. 0. 3', in quarta Octobris. Neomenia Tauronos XXX Aprilis. Erat annus 3696 periodi Iulianæ, Iudaicus 2743. cuius Sivvan 4. 0. 790, Mai XXIIII. Itaque cum capite VI prioris Regum dicatur templi fundamenta iacta mense Ziu, hoc tempus incidit in mensem Maium. Sed Chronicorum posteriore, cap. III, 1, notatur secunda Ziu, qua iaci cæpta fundamenta. quod tempus conuenit diei XII Mai, feria sexta. Animaduertendum vero, annos 2453 præcise esse a conditu mundi, ad Exodum, si a vere initia rerum repetamus. A verno enim æquinoctio anni 764 periodi Iulianæ ; ad vernum æquinoctium anni 3217 eiusdem, sunt anni præcise 2453. Sed si ab autumno anni 764 ordiamur D annos mundi, erunt tantum anni 2452, & menses sex. Id notamus, ne quis errorem putet. Nam aliter fieri non potest. Cum igitur annus, quo templum inchoatum, sit quadringentesimus octagesimus ab Exodo, manifesto is erat annus periodi 3696, vt a nobis demonstratum est: & propterea erat mundi annus labens 2932 ab autumno. Itaque ab initio rerum, ad initium Templi, sunt anni absoluti 2931, & menses septem præcisi. In his igitur prudenter agendum,

A dum, & considerandum, vtrum ab Exodo, hoc est, a vere, annus incipiat, an ab autumno antecedenti. Igitur fundamenta templi iacta, anno periodi Iulianæ 3696, Mai XII, feria sexta. Thoth die VIII: anno mundi 2932, Tauronos XIII, Ziu mensis dierum secunda. anno Iudaico 2743, Ijar XXVI, cuius character 2. 11. 1077. Rursus animaduertendum, in referendis neomeniis, translationum Iudaicarum rationem nos non habere, sed tantum medij motus Lunaris politici, hoc est, anni ordinarij Iudaici.

DE ENCÆNIIS TEMPLI.

B Constrvctioni Templi anni septem dati solidi, cum mensibus sex. 1. Regum, cap. VI, 37, 38. Ergo absolutum Templum in autumno anni periodi Iulianæ 3703: qui erat mundi 2940, & cuius iam vnus mensis elapsus erat. Neomenia Zygonos 5. 22. 42. Octobris III. Erat annus sexagesimus vicesimi quinti Heled Hebraici. Neomenia Æthanim XII Octobris. Neomenia Bul. XI. Nouembris. Annus Iudaicus 2751. Igitur anni Sabbatici mense secundo encænia Templi celebrata. siquidem primus mensis anni Sabbatici incidit in initium Autumni. Bul igitur est octauus mensis anni Paschalis, secundus autem anni Sabbatici.

C

DE INITIO OLYMPIADVM ET PRIMO ANNO IPHITI.

Cvm veteres Græci anni Lunaris modum scirent esse dierum 354, eum autem ad solis rationes componere vellent, expectabant interuallum temporis, quo numerum dierum, qui propius abesset a iusto mense, intercalarent. Bienniis igitur exactis, alternis XXII & XXIII dies intercalabant, pro secunda mensis nonam, aut octauam mensis dicentes, ne mensis videretur τριακάδι defraudari: quemadmodum in cauis mensibus, tertiam pro secunda mensis dicebant. Ita fiebat, vt in anno communi duodecim τριακάδες essent, in embolimæo tredecim. Quia igitur menses omnes τριακάδας habebant, ex eo Herodotus putauit annum 360 dierum esse, & singulis
D bienniis exactis, quod ipse vocat διὰ τρίτου ἔτεος, mensem τριακονθήμερον intercalari. In quo pueriliter peccauit. Neque proculdubio alia fuit causa eum ita putasse, nisi quod videret omnium mensium vltimam diem τριακάδα, vocari. Quod igitur annus aliquot Græcorum priscorum CCCLIIII diebus constaret, & singulis bienniis exactis XXII dies intercalarentur, non solum fidem fecerit C. Iul. Solinus, qui ita scripsit, sed etiam vetustissimorum Græcorum intercalatio, quæ

quæ ſingulis bienniis exactis celebrabatur, XXII, & XXIII alternis. A
Quod ſiquis obiiciat, apud Solinum non XXII dies, ſed XXI inter-
calari ſolitos, ex eoque colligendum, annum Græcorum 360 die-
rum fuiſſe, & ſine anni quarti XXI dies fulciendæ epochæ adiici,
concedemus id verum eſſe, & locum habere in iis nationibus, qui
Pentaeterica ſacra inſtaurabant, non in iis, qui Trieterica tantum
habebant, in quibus neceſſario annus erat dierum 354, & alternis
XXII, & XXIII dies intercalabantur. poſt quam intercalationem in-
ſtaurabatur ſolenne Trietericum. Cum igitur XXII dies intercala-
bantur, tempus illud aliquo inſigni cultu ſignabant, quod vocabant
Trietericon. Cum autem XXIII dies intercalati eſſent, hoc item
tempus celebriore ſolenni notabant: vt Elidenſes Olympiade, Pho- B
cenſes Pythiade, Athenienſes maiuſculis Quinquatribus, item ma-
iuſculis myſteriis. Habebant enim & minuſcula μυστήρια. Ita fiebat
vt ex quater diebus CCCLIIII, & XLV intercalaribus fierent dies
1461. quod eſt luſtrum Solare Ægyptiorum, & Græcorum, vt etiam
ex Eudoxo notat Plinius. Vt certum eſt, multas nationes Græciæ,
præſertim Aſiaticas, hac intercalatione vſas, ita non conſtat, an
Elidenſes ea vnquam vſi fuerint, aut, ſi illam aliquando vſurparint,
quando eius vſum deſiuerunt. Nam ſemper eorum ſacra ludicra
πενταετηρικὰ celebrabantur die XV menſis, & quidem plenilunio.
Erat igitur menſis mere Lunaris. Sed eorum menſes erant τριακονθ-
ήμεροι. Itaque ſingulis quinquenniis ineuntibus, menſis incipiebat C
a nouilunio, vt accurate a nobis libro primo diſputatum eſt. Græci
igitur primam putant Olympiada, quam Iphitus Praxonidæ filius
inſtituit, anno periodi Iulianæ 3938. Cenſorinus enim ſcribens an-
no Chriſti vulgari 238, qui erat periodi Iulianæ 4951, ait eum an-
num fuiſſe a prima Iphiti Olympiade 1014. Ergo prima Olympias
celebrata anno periodi Iulianæ 3938, XVI Ab, Iulij XXIII, feria
III, cuius neomenia characterem habuit 3, 3. 905, Iulij IX, anno
Iudaico 2985. Inde obtinuit, vt neomenia primi menſis Elidenſium,
qui erat Macedonibus Hyperberetæus, nunquam promoueretur ci-
tra IX Iulij, obicem & terminum ei ſtatuendo VIII Iulij, quam
propterea vocabant τροπὰς θερινάς. Erat annus mundi 3174. Neo- D
menia Zygonos: 2. 16. 4′5, Kalendis Octobribus Neomenia
Karcinonos Kalendis Iulij. Prima igitur Olympias celebrata XXIII
Karcinonos, cyclo Solis XVIII, Lunæ V, anno 722 ab Exodo,
anno 246 ab initio regni Solomonis, & proinde 36 Azariæ Re-
gis Iuda, qui & Vzzia dictus fuit. Hoc tempus vocatur luſtrum a
Latinis, id eſt περίοδος. Sed quia a Græcis dicitur πενταετηρὶς, (inepte
quidam etiam magni nominis viri Penterim vocant) propterea La-
tini

A tini putarunt esse annorum quinque solidorum. Nam & Ausonium ita putasse demonstrauimus; & Ouidius eodem offendit, cum ait:

Postque meos ortus Pisaa vinctus oliua
Abstulerat decies præmia victor eques.

Hoc enim est quinquaginta annos decem Olympiadibus definire: & alibi:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta
Iam tempus lustri transit in alterius.

Eandem mentem Ausonij fuisse libro primo indicauimus. Sed non prætereundum, cum iam desitum esset ludicrum Olympicum, Lu-B strum Iulianum, cæptum dici Olympiadem: ne cui forte id imponat. Ausonius:

Mille annos, centumque & bis fluxisse nouenos
Consulis Ausonii nomen adusque leges.
Fors erit, vt, lustrum cum se cumulauerit istis,
Confectam Proculus signet Olympiadem.

Ausonij Consulatus incidit in annum Christi 379, indictione VII, auctore Marcellino Comite: quod & aliis argumentis demonstrari potest. Erat annus cycli Solis XXIIII, & proinde quartus lustri Iuliani: quod quidem lustrum incipit semper ab anno bisextili. Nam & primus annus Iulianus habuit literas dominicales CB. Præterea C alibi demonstrabimus, in magno Paschali Consules a Bruto primo Consule, ad sæculum Iustiniani, per quadriennia digestos fuisse, quorum quadrienniorum primus annus semper est bisextilis. Ergo digestum fuit per lustra Iuliana. Quod lustrum vocet Olympiadem Ausonius, hoc vero nouum non est, sed potius quod lustrum Iulianum illi dicitur Olympias: cum quadriennij vltimus annus, in quem incidit Consulatus Ausonij, sit quartus lustri Iuliani. Hoc etiam confirmatur aliquot locis scriptorum illius sæculi. Constantinus Magnus decessit anno Christi 337, die Pentecostes, anno quarto Olympiadis Iphiteæ 278, duobus circiter mensibus ante initium Olympiadis Iphiteæ 279. Socrates ait decessisse anno secundo Olympiadis 278. D Proculdubio intelligit annum secundum lustri Iuliani. Erat enim cyclus Solis X, secundus a bisexto. Theodosius senior, optimus & Christianissimus Princeps, obiit anno Christi 396, anno 3 Olympiadis 293, Ianuarij die XVII, Olybrio & Probino COSS. Socrates vero scribit obiisse anno primo Olympiadis 294. Sane cyclus Solis erat XIII, ideoque primus lustri Iuliani, quam Olympiadem vocat. Arcadius decessit anno Christi 409, quarto Olympiadis 296, Basso & Philippo COSS. Kal. Mai. Socrates autem ait anno secundo Olym-

do Olympiadis 297: quia nimirum erat annus Cycli Solis XXVI, A & ideo secundus lustri Iuliani. Hæc satis confirmant Olympiadem apud illos scriptores esse non solum spatium lustri Iuliani, hoc est dierum 1461, sed etiam merum lustrum Iulianum esse, cuius annus primus sit bisextilis duplici litera Dominicali præditus. Ostendimus vero libro IV, iam temporibus Luciani Hecatombæonem, aut primum mensem Elidensium, merum Quintilem Iulianum: & propterea interuallum Olympicum iam non, vt antea, vagum, sed stabile fuisse. Quare considerandum est, quod idem Socrates scribit, Constantium Chlorum Constantini Magni patrem obiisse anno primo Olympiadis 271, die Iulij XXV: quod tempus congruit anno Christi 305. qui est secundus a bisexto. Si Olympias Socrati nihil B aliud est, nisi lustrum Iulianum, secundum hæc, Constantius obierit anno Christi 304, non autem 305. Ego nihil definio. & omnia quæ ad obitum Constantij Chlori, cædem Maxentij, initia Constantini Magni pertinent, omnia, inquam, multis tenebris inuoluta sunt: quanquam scimus cum Eusebio Constantium Chlorum anno Christi 307 decessisse. Constantius Constantini F. decessit Flauiis Tauro & Florentio Coss. anno Christi 361, primo Olympiadis 284. Socrates primo anno eiusdem Olympiadis decessisse testatur. Quare hic Olympias non fuerit lustrum Cæsarianum. Denique Valens Imp. cæsus est a Gotthis, anno ante Consulatum Ausonij, hoc est, anno Christi 378, cyclo Solis 23, & ideo anno tertio C lustri Romani, anno secundo Olympiadis 289. Socrates confert in annum quartum Olympiadis 289. Sed fallitur. Neutri enim Olympiadi, Iphiteæ, aut Iulianæ conuenire potest. Nam videtur conferre in ipsum annum Consulatus Ausonij. Ex his manifesto colligitur, Olympiadem illis vltimis temporibus lustrum quidem non Iphiteum intelligi, sed Iulianum, idq; a mense Septemb. antecedente. In veteribus monimentis LVSTRVM designatur singulari L. vt in stela, quæ ex portu Anconitano Romam translata: in qua KϚL. & ZKL. & HKL. & ΘK. L. significant XXVI Lustrum, XXVII, XXVIII, XXIX, &c. & creberrimum in numismatis Prouincialibus Græcis vt Γ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. ΜΕΓΑΣ. L. Γ. id est, lustro D tertio. Item TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡΜ. ΑΥΤΟΚ. L. A. id est, Lustro primo. & ita in omnibus prouincialibus nummis Imperatorum Græcis, vsque ad filios Constantini. In illis nummis aliquando L. aliquando Λ sculptum est. vt: ΑΥΓ. ΝΕΡΟΥΑΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. Λ. Γ. id est, Λύστρῳ τρίτῳ. &, ΑΥΤ. ΝΕΡΟΥΑΣ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Λ. Β. Λύστρῳ δευτέρῳ. Id autem Lustrum intelligimus Lustrum indictionum

aut

A aut illationum. Iustrum vero pensionum & indictionum erat quadriennij. Zosimus : Μέλλοντος τοῦ τετραετοῦς ἐνίστασθαι χρόνου, καθ' ὃ ἔδει τοῦτο τὸ τέλος εἰσφέρεσθαι. 691. In ara etiam vetustissima Romæ legitur MINISTRI. LVSTRI. SECVNDI. quod huc referendum. Sed quid volunt illa in numismatis prouincialibus Græcis ? ΕΤΟΥΣ. ΙΕΡΟΥ. ΝΕΟΥ. ΠΡΩΤΟΥ. ΕΤΟΥΣ. ΙΕΡΟΥ. ΝΕΟΥ. ΔΕΥΤΕΡΟΥ. ΕΤΟΥΣ. ΙΕΡΟΥ. ΝΕΟΥ. ΙΓ. Quod idem est in Gellio, libro XVIII; cap. primo, *Æstate anni noui.* Non satis capio. Idem, nisi fallor, vult inscriptio vetus de Colonia Viminatio, vbi anni a primo, ad XIIII digesti sunt : COLON. VIM. AN. I. COLON. VIM. AN. II. & ita deinceps vsque ad XIIII inclusi-
B ue. Neque aliter interpretor nummos Philipporum Augg. in quibus hæ notæ sunt, I. II. III. IIII. V. VI. Puto enim notari annos sæculi millenarij. Sed viderint docti. Nisi sint anni imperij : vt videmus in nummis Iustini, & Iustiniani. Nam & sunt nummi Iustiniani, in quibus notatur annus XXXVIIII imperij eius : qui & vltimus illi fuit.

DE PRIMIS PALILIBVS VRBIS.

SERO Romani Fastos suos annis Vrbis signarunt, vt nos vix tandem a Karoli Magni temporibus annum Christi Dionysianum in Fastos nostros retulimus. Priscum illud & primum Romanorum
C institutum, Consulibus, non annis Vrbis tempora notare. At pleramque aliarum Italiæ ciuitatum annus primus & exploratus erat, & ab eo tempora designabant. Extat hodie egregium vetustatis monimentum Interamnæ in basilica episcopali:

SALVTI. PERPETVÆ. AVGVSTÆ	GENIO. MVNICIPI. ANNO. POST
LIBERTATIQVE. PVBLICÆ	INTERAMNAM. CONDITAM
POPVLI. ROMANI	DCCIIII. AD. CN. DOMITIVM
	AHENOBARBVM. [redacted] COS.
	[redacted]

PROVIDENTIÆ. TI. CÆSARIS. AVGVSTI. NATI. AD. ÆTERNITATEM
ROMANI. NOMINIS. SVBLATO. HOSTE. PERNICIOSISSIMO. P. R.
D FAVSTVS. TITIVS. LIBERALIS. VI. VIR. AVG. ITER
P. S. F. C.

Hæc tabula manifesto gratulatur Tiberio Cæsari de cæde Seiani, quæ accidit anno ante Consulatum CN. DOMITI Ahenobarbi, & L. Vitellij, qui obiit in magistratu, & cuius nomen hic derasum est. Id tempus congruit anno 32 Christi Dionysiano, quem secutus est annus Passionis Dominicæ. Erat annus periodi Iulianæ 4745.

de quo detractis annis solidis 703, remanet annus primus Interamnæ conditæ 4042 in periodo Iuliana, qui est annus Iphiti 104, vltimus nimirum 26 Olympiadis. Rursus in Apocha Collicti cuiusdam Rauennatis ita scriptum est: *Imp. Domino Iustiniano P. P. Aug. Anno tricentesimo octauo Rañ. P. C. Basilij, anno vicesimo: tertio Iduum Iuliarum. Ind. duodecima Rañ.* Erat annus Christi 564. Ergo Colonia Rauenna deducta anno Christi 256. Extat præterea vetus saxum Puteolanum cum anno X C a Colonia deducta, P. Rutilio, Cn. Manlio COSS. Ex quibus COSS. patet Coloniam Puteolos deductam A. A. V. C. DLX, vt etiam constat ex Liuij lib. XXXIIII. Cum igitur & coloniarum deductarum & natalium municipiorum annus singulis Italiæ nationibus constaret; pudendum erat Romæ primordia eius hactenus ignorata fuisse, vt Ennius a primis vrbis Palilibus, ad sua tempora, septingentos annos putauerit, cum tamen nondum ad sexcentesimum peruentum esset. Siquidem ita canebat:

Septingenti sunt paulo plus, aut minus anni,
Augusto augurio postquam incluta condita Romast.

Primum omnium togatorum M. Porcium Catonem puduit ignorationis rei simul, & supinitatis Romanorum. Is ex Censoriis Tabulis collegit annum primorum Consulum creatorum, & Regifugij; & inde retro dinumeratis annis 244, per quæ Romæ regnatum est a septem regibus, peruenit ad initia Vrbis. In Tabulis enim Censoriis reperit anno penultimo ante Vrbem a Gallis captam, lustrum Romæ actum L. Valerio Potito, T. Mallio Capitolino COSS. anno post exactos Reges centesimo vndeuicesimo, δυεῖν ἔτεσι πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως ἑνὸς δέοντι εἰκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, vt loquitur Dionysius: vt annus captæ Vrbis a Brenno sit centesimus vicesimus primus iniens. Hæc accurata Catonis obseruatio magno adiumento fuit ad initia Vrbis indaganda, siquidem constabat de interuallo; per quod regnatum est. Nam quomodo & ipse, & Varro, qui hæc postea diligentius perpendit, illud tempus explorauerint, nemo in literas retulit: quod tamen admonuisse pluris intererat, cum antiquius sit, quam tempus captæ Vrbis, quod propius erat memoriæ sæculi Catoniani. Igitur pro concesso, aut explorato habebant, a Palilibus vrbis, ad primos Consules, fluxisse annos, vt quidem Cato putabat, CCXLIII, vt autem Varro, vno amplius. Et quia immutabilis est annus primorum Consulum validissime ex Censoriis Tabulis demonstratus, qui incidebat in annum Iphiti 167 currentem, hinc sequitur, secundum Catonem Romam conditam anno Iphiti 24, duobus mensibus ante initium 25: secundum Varronem autem, vt diximus, anno vno minus.

A minus. Itaque Palilia Varroniana incidunt in annum Iphiti 23, qui
est annus tertius sextæ Olympiadis. Hinc quasi in factiones duas res
discessit, vt altera Palilia sint Catoniana, altera Varroniana. In Fa-
stis Capitolinis, Consulatus C. Claudij Neronis, & M. Liuij Salinato-
ris II, confertur in annum Vrbis DXLVI. Ergo Consules, qui proxi-
me antecedebant, M. Claudius Marcellus V, T. Quinctius Crispi-
nus, gesserunt magistratum anno Vrbis DXLV, secundum illa saxa
Capitolina. At Liuius illis coss. ait ludicrum Olympicum celebra-
tum, quam nemo negauerit fuisse Olympiadem CXLIII. anno periodi
Iulianæ 4506. Palilia igitur illorum coss. incidunt in annum quar-
tum Olympiadis CXLII, hoc est, in annum Iphiti 568. Ergo Roma
B condita anno Iphiti 24, secundum fastos Capitolinos. Et proinde
Palilia Fastorum Capitolinorum sunt Catoniana. Rursus Liuius scri-
bit, per eos dies, quibus profectus est ad bellum Consul L. Corne-
lius Scipio Africani frater, ludis Apollinaribus, a. d. V. Eid. Quintil.
cælo sereno interdiu obscuratam lucem fuisse, cum Luna sub orbem
Solis subiisset. Hæc eclipsis proculdubio contigit prid. Eid. Mar-
tias Iulianas, anno periodi Iulianæ 4524, cyclo Lunæ secun-
do. At Fasti Capitolini Consules L. Scipionem Asiaticum, & C. Læ-
lium. C. F. Nepotem comparant in annum Vrbis DLXIII. Ergo Vrbs
condita anno periodi Iulianæ 3961, vt supra, hoc est 24 Iphiti. Sed
nodus restat. Nam Piso Consulatum Scipionis Asiatici, & Lælij con-
C iicit in annum Vrbis DXVI. Interuallum 33 Consules. At in Cas-
siodoro, & Fastis Onufrianis 32 tantum. Quare vnum par Con-
sulum hinc effugisset. Sed falsum est. Nam Fasti Capitolini compa-
rant hos duos Consules in annum Vrbis DXCV, non autem DXC
VI, vt Piso, & eum sequutus Onufrius. Fastos Capitolinos sequi-
tur Solinus, cap. secundo. Is scribit, C. Pompeio Gallo, Q. Ve-
rannio coss. anno Vrbis DCCCI, Olympiadem CCVII actis pu-
blicis notatam fuisse. Olympias CCVII iniuit anno periodi Iulia-
næ 4762, cyclo Lunæ duodecimo. Ergo 9 addenda ad 801, vt
diuisa per XIX relinquant 12. & proinde Roma condita cyclo Lu-
næ decimo, anno periodi Iulianæ 3961. Et vetus Chronologus a-
D pud Clementem: ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ τῆς Ῥώμης κτίσιν συνά-
γεται ἔτη εἴκοσι τέσσαρα. Igitur Fasti Capitolini, & Solinus Catoniana
Palilia sequuntur. Sed diligenter cauendum, ne annum Vrbis curren-
tem pro ineunte accipiamus. Hoc etiam prudentioribus imponere
potest. Nam cum dicitur, Consules illos iniisse magistratum Kalen-
dis Ianuarij illius anni Vrbis, dubitari potest, fluentis ne, an a Palili-
bus proximis incipiendi, intelligendum sit. Sane Paulus Orosius cæ-
dem Cæsaris confert in annum Vrbis 716. videtur κατὰ πρόληψιν ita

vocare annum, qui nondum inceptus erat. Apud Dionyſium Halicarnaſſenſem, anni, qui putantur ab Vrbe condita, ſunt a Palilibus Catonianis. Varronis auctoritas plures ſectatores habuit, quam Catonis, *qui*, vt ait Cenſorinus, *nunc diuerſarum ciuitatum conferens tempora, nunc defectus eorum, & interualla retro dinumerans, eruit verum: lucemque oſtendit, per quam numerus certus non annorum modo, ſed & dierum iniri poſſet.* His accedit prolixa Ciceronis prædicatio: *Tu (Varro) ætatem patriæ, tu deſcriptionem temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum, & locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti.* Velleius ait annum Vrbis DCCLXXXIII cæpiſſe a Palilibus, in quæ incidit Conſulatus Vinitij: & Vrbem cæptam condi annis viginti duobus abſolutis a primo ludicro Olympico, hoc eſt, anno viceſimo tertio currente Iphiteo. Cenſorinus annum Chriſti 238 ait fuiſſe 1014 Iphiti, 991 autem Vrbis, a Palilibus Varronianis. Plutarchus & anno XXIII Iphiteo condi cæptam Vrbem ſcribit, & die, quo prima iacta fundamenta, Solem defeciſſe. ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ὁ Ῥωμύλος τὴν πόλιν ἔκτισεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι, καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι (σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται) τὸν Τήϊον ἐποποιόν, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. Cicero coniunctionis quidem luminarium meminit, ſed nulla defectus Solaris mentione, libro ſecundo de Diuinatione: *L. quidem Tarrutius Firmanus familiaris noſter in primis Chaldaicis rationibus eruditus Vrbis etiam noſtræ natalem diem repetebat a Palilibus, quibus eam a Romulo conditam accepit: Romamque, cum in iugo eſſet Luna, natam eſſe dicebat: neque eius Fata canere dubitabat.* Si Kalendæ Ianuariæ anni priſci Romanorum eo tempore cæperunt a VIII Ianuarij, vt certiſſimum eſt aliquando hinc cæpiſſe, quæ fuit epocha priſci anni Attici, viceſima ſexta Aprilis Iuliani conuenerit in Palilia priſci anni; cum Luna eſſet in iugo, cyclo Lunæ nono: quod conuenit ſententiæ Tarrutij, in viceſimam primam Pharmuthi Actiaci natalem Vrbis conferentis, quæ eſt XXVI Mai, feria ſecunda, neomenia Sivvan 3008. cuius character 2.7. 484. Sed nullam eclipſim Solis tunc potuiſſe contingere conſtat ex eclipſi Solis, quæ 38 anno poſt præciſe, ſequenti menſe, eodem cyclo incidit. Nam interuallo vnius cycli deliquia luminarium poſſunt referri, non autem interuallo duorum cyclorum, vno menſe amplius. Hinc colligere licet, quo iudicio legenda ſint Solini ſcripta, qui ſcribit L. Tarrutium cenſuiſſe Romam conditam Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis, &, ſi Dis placet, Mercurio & Venere Soli oppoſitis in ſepti-

A in septimo signo a loco Solis. Plinius libro secundo, cap. XII. *Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Thales Milesius Olympiadis XLVIII anno quarto, prædicto Solis defectu, qui sub Astyage Rege factus est, Vrbis conditæ anno* CLXX. Sane annus quartus Olympiadis XLVIII cæpit a cyclo Lunæ sexto. Quare si annus Vrbis 170 currebat, cum ille annus Olympiadis cæpit, Palilia Vrbis centesima septuagesima inciderunt in cyclum VI. Igitur prima Palilia cæperint cyclo Lunæ octauo; anno Iphiti vicesimo secundo currente. Itaque iste computus esset antiquior Varroniano, anno vno. Quod falsum est: vt & illud falsum, illum Solis defectum contigisse anno quartoillius Olympiadis. Contigit enim vicesima octaua Mai IIII an-
B num proxime antecedentis, quem cum Eusebio putamus esse, qui a Thalete prædictus. Alius tamen defectus contigit anno II Olympiadis XLIX. Kal. Octobris. qui videtur conuenire 170 anno Vrbis Catoniano. Itaque apud Plinium error esset XLVIII, pro XLIX Olympiade. & IV annum pro II. Porro quicunque Catonis Palilia sequuntur, ij omnes conferunt natalem Vrbis in annum primum Olympiadis VII, cum ex iis, quibus sententiam suam adstruunt, manifesto indicent, se intelligere Romam conditam Palilibus, quæ proxime initium Olympiadis VII antecesserunt. Aliter sentiunt, aliter dicunt. Certe Dionysius Halicarnassensis suauissimus simul, & diligentissimus scriptor ex iis, quæ colligit, nihil aliud quam docet,
C vnius tantum anni discrimen interesse inter Catonem & Varronem. & tamen ait Romam conditam ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χάροπος ἔτος τῆς δεκαετίας πρῶτον. Quemadmodum igitur duæ sunt optimæ sententiæ de Ilio capto: alrera, quæ annos 407, altera, quæ annos 406 ante primam Olympiadem interuallum illud faciunt: ita sunt duæ optimæ de conditu Romæ: altera, quæ in annum tertium, altera, quæ in annum quartum Olympiadis VI hoc tempus conferunt. Qui igitur annis a capto Ilio vtitur, debet prius admonere, vtram sententiam amplectitur, Eratostheneam, an alteram. Qui vero a Palilibus Vrbis rationes temporum putat, dicat, vtra sequi-
D tur, Varroniana, an Catoniana. Anno Vrbis 800, Claudio Augusto Cæsare, L. Vitellio COSS. celebrati sunt sæculares ludi, anno Christi 47, a cuius Palilibus iniuit octagesimus natalis Vrbis Varronianus. Anno vero Christi 248, Philippo Augusto seniore III, & Philippo Augusto iuniore II COSS. (quod Cassiodorus Æmiliano & Aquilino COSS. celebratos scribat, solens nugatur) celebratus est annus Vrbis millesimus absolutus Varronianus. & a Palilibus eiusdem anni cæpit natalis Vrbis vnus & millesimus. Et sane inter-

interuallum ludorum sæcularium Claudij Aug. & Philipporum A Augg. sunt anni 201 præcisi. Ineuntem enim Octagesimum celebrauit Claudius, cum debuisset anno sequenti primum post octagesimum celebrare. Quamuis igitur antiquitus veri sæculares ludi erant, qui anno centesimo vndecimo redeunte edebantur, tamen centenarium quenque Vrbis natalem SÆCVLVM vocabant. neque id tantum, sed omnem centenarium annorum. Hinc Claudianus inducens Romam Honorium alloquentem, fine anni, qui antecessit Consulatum VI ipsius Honorij, ita canit: --*iam flauescentia centum*

Messibus æstiuæ detondent Gargara falces,
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus sæcula Consul. B

Erat annus Christi 404, ad finem decurrens, cum hæc canebat Dea, cuius natalis 1157 iniuerat a Palilibus eiusdem anni 404. Hic nullus est centesimus annus, nullum sæculum rediens per centenos vndenos annos. Sed centum annos Dea dicit abiisse, ex quo ipsa in vrbe sua ter tantum suos Cæsares vidit. Reliquum tempus ipsos aut Constantinopoli desedisse, aut in bellis externis occupatos fuisse. Quia vero qui centeno quoque anno ludi celebrabrantur a Consule, (celebrabantur autem ab omni nouo Consule, quod dicitur, ὑπατείας δοῦναι, Prospero autem in minore Chronico dicitur Consulatum edere) illos nemo amplius visurus est, quia nemo tantum viuere solet, ideo dicit, ludos nemini amplius videndos. Denique non sæ- C culares ludos celebratos fuisse dicit anno Christi 404, sed sæculum præteriisse, ex quo Augusti ab Vrbe absunt. Simplex est sensus: & tamen amicus noster, quem sine honore nominare neque possumus, neque debemus, Onufrius Panuinius putat ludos sæculares illo anno a Consulibus editos: cum tamen nulla caussa subsit neque centenarij natalis Vrbis, neque sæculi Romani. Nam vltimi ludi sæculares sunt ij, quos Philippi Augusti ediderunt: quod vt taceam, satis confirmat Aurelius Victor Andreæ Schotti. *Et quoniam nomen admonuit, nostra quoque ætate post mille centesimus, Consule Philippo excessit, nullis, vti solet, solennibus frequentatus. Adeo in dies cura minima Romanæ Vrbis.* Conqueritur, quod centenarius Vrbis an- D nus celebratus non sit, qui cadebat in consulatum Philippi & Saliæ. At superstitiosior illo Zosimus, non quod Philippo, & Salia COSS. sed decimo anno post dati nulli sint ludi sæculares, acerbissime expostulat, vt interuallum a sæcularibus Seueri Augusti congrueret sæculo prisco. Tantum abest, vt postea vlli ludi sæculares commissi sint, vt voluit doctissimus Onufrius. Sed mentio Sæculi admonuit me loci, quem adducit Censorinus ex septimo Annali L. Calpurni Pisonis

A Pisonis Frugi. *Roma condita anno* DXCVI, *sæculum occipit heis Consulibus, queis proxumei sunt Consules M. Aimilius & M. F. Lepidus, C. Popilius absens.* Nam aliud sæculum hic intelligit. & cum Fasti Capitolini hos COSS. in annum DXCV coniiciant; qui est annus Catonianus: ergo DXCVI annus erit Varronianus. At Piso antiquior Varrone. Ergo Varro non est auctor illius sententiæ, quæ prima Palilia confert in 23 annum Iphiti. Hic hæreo.

DE PRIMO THOTH NABONASSARI.

De anno æquabili Ægyptiorum satis a nobis dictum loco suo in III libro, & in IIII, cum de anno Gelalæo disputaremus.
B Eius commoditatem reliquis omnibus typis annorum prætulerunt, quod nulla intercalationis necessitate transigatur, & ab imperitissimis quibusque etiam nemine præeunte sine errore obseruari potest. Tamen sine adiectione diei intercalabant, quod eorum Hierophantæ quinto quoq; anno exacto pro prima Thoth, secundam assumebant, in omni obseruatione cælesti. Exempli gratia: si primo anno Σώθεως, id est, Caniculæ ortus obseruatus esset neomenia Thoth, illa neomenia vocabatur Σῶθις per solidum quadriennium. quinto anno ineunte secunda Thoth vocabatur Σῶθις. & ita deinceps pergendo totum anni contextum peruagabantur per annos Ægyptiacos 1461. quibus absolutis iterum Σῶθις reuertebatur in neome-
C niam Thoth. Hoc satis a nobis alibi demonstratum hic delibandum tantummodo fuit. Ergo fiebat, vt sine adiectione diei intercalatio procederet, quia Σῶθις semper in eadem epocha hærebat: quod vt obseruarent, dies mensium erant cognomines Deorum, Heroum, & veterum Regum; vt in anno Persico ostendimus. Itaque Σῶθις erat cognominis per totum quadriennium eius Dei, aut Herois, in cuius diem inciderat. Ipsos quoque menses noli dubitare Deorum, & Heroum cognomines fuisse. Nam & dies & menses Ægyptiorum alicuius Dei cognomines fuisse scribit Herodotus libro secundo: *μεὶς τε ϗ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί.* profecto Thoth primus mensis est lingua Ægyptiaca, qui Ἑρμῆς Græcis. Pharmuthi extat in nomine
D veteris Regis Ægyptij Mispharmutosi. *Μεσρὴλ* autem est is Heros, qui Ægypto nomen dedit, quod nomen adhuc retinet vulgo pars magnæ vrbis Kairum. Hebræis dicitur *μεσρεΐμ* מִצְרַיִם. Παῦνι proculdubio est פַּעְנֵחַ, quo nomine Ioseph Patriarcha cognominatus fuit a Pharaone. Paophi & Pachon vestigia retinent in nominibus propriis Paphnutius, & Pachomius. Epiphi plane est, qui Ἔπαφος Græcis dicitur, filius Isidis, quæ & Io. Nabonassar igitur, quem Nabonazaron vocat Censorinus, Babyloniæ Rex cæpit impe-

rare anno periodi Iulianæ 3967, Iphiti 29: quod demonstratione A non indiget, cum tot exempla eclipsium illis annis notata satis ostendant eius initium consurgere a cyclo Lunæ XV, Solis autem XIX, Februarij XXVI, feria quarta. Erat annus mundi 3203. Neomenia Zygonos 3.17.33′, Kal. Octob. Neomenia Ichthyonos XXVI Februarij, feria IIII. Itaque eadem cum neomenia Thoth. Neomenia Krionos XXVIII Martij, feria VI: quæ conuenit cum neomenia Paophi. Itaque nobilis fuit ille annus Ægyptiacus neomeniis Thoth & Phaophi, conuenientibus cum neomeniis cælestibus. Quare non est dubium, quin Chaldæi illi principi nouum Neuruz instituerint, & neomeniam Epagomenon statuerint in XXIII Martij, vt solebat semper in Enthronismo magni alicuius Regis. Erat annus Iu- B daicus 3014. Adar 5. 23. 734, feria sexta, Februarij XXI. Itaque neomenia Thoth incidit in VI Adar. Neomenia Nisan XXII Martij. Neomenia igitur Paophi VII Nisan. Quemadmodum Olympiadibus historiæ, ita etiam annis Nabonassari astrologiæ custodiam accepto referimus. Et quemadmodum delubrum Olympij Iouis ludorum claritate Fastos Græciæ complexum erat, vt scribit Plinius: ita etiam antiquitatem obseruationum cælestium hæc epocha continet, cuius memoriam Berosus, Hipparchus, Epigenes & Ptolemæus nobis custodierunt. Quin hodie eius, absque Ptolemæo, & Censorino esset, neque vola neque vestigium appareret. Nam de Beroso & Epigene ita scribit Plinius, libro VII. cap. LVI. *E diuerso Epigenes apud Babylo-* C *nios* DCCXX *annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptos docet, grauis auctor in primis. Qui minimum, Berosus & Critodemus* CCCCLXXX *annorum.* Anni CCCCLXXX a Nabonassaro sunt anni LVI a morte Alexandri, circa quod tempus Berosus floruit, quod congruit XII plus minus anno Antiochi τοῦ σωτῆρος. Dicauit autem tres libros τῶν Βαβυλωνιακῶν Antiocho τῷ Θεῷ, qui Soteri successit. Auctor Tatianus. De Hipparcho idem Plinius libro II. *Post eos vtriusque sideris cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus, menses gentium diesque, & horas, & situs locorum, & æcos populorum complexus.* Verum quidem vsque ad sexcentos annos, & plusculos vlterius, eclipses denotasse, scilicet ab initio Nabonas- D sar, ad ætatem suam, sed iam obseruatas ab aliis demonstrauit, non autem præcinuit, quamuis & multas in posterum præcinere potuisset. Porro qui Salmanassarum eundem cum Nabonassaro faciunt, non aduertunt, eum Salmanassarum non Babylonis, sed Niniuæ Regem fuisse. Nabonassar vero Babylonis Rex fuit. Cuius rei argumenta dabimus tria certissima. Primum, quod prima pars nominis NABO est Regum Chaldææ, non Assyriæ siue Corasan.

A ſan. Et viciſſim SALMAN, prima pars nominis SALMANASAR, eſt
Regum Aſſyriæ non Chaldææ. Secundum argumentum; quod
omnes rationes Aſtronomicæ veterum non ex Aſſyria, ſed ex Chal-
dæa, & quidem eius metropoli Babylone, petuntur. Quare epo-
chæ temporum non ab Aſſyrio Rege, ſed a Chaldæo ordiendæ ſunt.
Tertium illud eſt, quod Nabonaſſaro ſucceſſit Mardokempad, qui
in libris Regum, & apud Eſaiam Prophetam dicitur prima tantum
parte nominis Merodac, non autem Merodac-ken-pad. Is Mero-
dac Eſaiæ dicitur filius Beladan. Itaque Beladan & Nabonaſſar i-
dem. Nomen regium eſt Nabonaſſar. Nomen autem, quod pri-
uatus habuit, Bel-Adan. De quorum nominum impoſitione libro
B proximo, opportuniore loco, diſputabitur. Adiiciam & alia duo ar-
gumenta διαμφίλεκτα. Nabo-naſſar eſt נְבוֹ־נְאֶצַּר, cuius veſtigia ex-
tant in Cenſorino, apud quem ſcriptum eſt, anni Nabonazaru, Να-
βοναζάρου, non autem Ναβονασσάρου. At Salman-Aſar eſt שַׁלְמַן־אֶסֶר nul-
la ſane cognatione alterius partis nominis; quæ tamen Græce & La-
tine iiſdem literis prorſus eadem videtur. Alterum eſt, quod falſo
colligunt, Salmanaſar fuiſſe Regem Babyloniæ, ex poſteriore Re-
gum, cap. XVII, vbi ſcribitur, regem Aſſyriæ ex Babylonia colo-
nias in Samariam deduxiſſe. Nos vero dicimus, aliud eſſe, ex Ba-
bylonia deducere colonias, aliud ex vrbe Babylone. Nam potuit
partem quandam Babyloniæ obtinere Salmanaſar, cum tamen non
C fuerit Rex Babyloniæ. Sed vno ſolidiſſimo argumento illa omnia
euerti poſſunt. Merodac, ſiue Mardokempad cæpit imperare Ba-
bylone, anno periodi Iulianæ 3993, qui erat ſextus annus Eze-
kiæ Regis Iudæ: quo tempore capta Samaria a Salmanaſaro. Er-
go ſecundum horum ſententiam neceſſe erat hos tres, Nabonaſ-
ſar, Salmanaſar, & Merodac vnum eundemque Regem fuiſ-
ſe. Videmus abſurditatem manifeſtam. Non tamen nego po-
tuiſſe huic regi Aſſyriæ, & Ægyptiorum regem parere: quod du-
bitabundi pronunciamus: vt & illud, Samaritas fortaſſe hinc olim
annos ſuos putaſſe. Eius duo argumenta ſi non neceſſaria, non ta-
men futilia. Prius eſt, quod annorum Iulianorum a Nabonaſſa-
D ro deductorum ſeptenarij conueniunt cum anno Samaritano Sab-
batico. Annus Chriſti 1584 erat annus Iulianus 2331 a Nabonaſ-
ſaro, & annus Sabbaticus Samaritarum ab autumno eiuſdem anni.
2331 autem eſſe ſeptenarium numerum, palam eſt. Alterum argumen-
tum, quod neomenia Niſan Solaris incipiat a XXIX Martij proxime
ab epocha veteri Nabonaſſari. Hæc vt ſine demonſtratione firmiori
non admittenda, ita nec temere negligenda. Quoties mentio eſt Να-
βονασσάρου apud Ptolemæum, paraphraſtes Arabs vertit بختنصر

Bechat-

Bechatnezar, id est Nabuchodonosor. & ita inuenimus in quibus- A dam Tabulis scriptum. Quare in vetustissimo Almagesto Latino ita memini me legere: *Liber hic præcepto Maimonis Regis Arabum, qui regnauit in Baldach, ab Albazer filio Iosephi filij Maire Arithmetici, & Serigo filio Elbe Christiano, in anno* XII *&* CC *secta Saracenorum translatus est.* Ex quibus vetustatem illius translationis perspicere licet. Nam neomenia Muharram illius anni 212 incidit in annum Christi vulgarem 827, cyclo Lunæ XI, Aprilis secunda, cyclo Solis 24, feria tertia. Quare ea paraphrasis obseruationibus Albateni antiquior est annis plusquam quinquaginta: qui ab illa translatione didicit Nabuchodonosor pro Nabonassar dicere: ne forte miremur, cur Alfonsini ita vocent. Nam ij Magnum opus Ptolemæi Græce B nunquam legerant, neque si copia fuisset, intelligere potuissent.

DE INITIO MERODACH, SIVE MARDOKENPAD.

NABONASSARO patri successit Mardokenpadus prima parte nominis Merodach dictus Esaiæ Prophetæ, & libro Regum posteriore. Cuius nominis compositio hæc est פְּרוֹדַךְ־בַּךְ־פַד Merodach-ken-pad. Cum hic dicatur filius Bel-adan Esaiæ, Nabonassar manifesto est Bel-adan: nisi forte filium pro nepote posuit: quod non raro solet Hebraismus. Ita Nabonassar fuerit filius Beladan: Nabonassari Merodach. Quidam boni & diligentes viri scri- C bunt hunc Merodach inuasisse regnum Babyloniæ, atque per vim occupasse, cum is antea cum Asaradone Assyrio regnasset: quasi vero Merodach fuerit Assyrius: quod satis antea a nobis confutatum. Hæc prodierunt ex illa porta eburna somniorum Annij Viterbiensis. Miseret me bonorum virorum, qui frugibus inuentis adhuc βαλανοφαγοῦσι. Initium Merodach consurgit ex anno 27 Nabonassari, cuius Thoth in XX Februarij, feria secunda, anno periodi Iulianæ 3993. Luna autem defecit 29 eiusdem Thoth, nocte, quæ secuta est 19 diem Martij, feria II, sequente III, cyclo Lunæ III, Solis XVII, Adar posterioris anni Iudaici 3040, nocte, quæ secuta est XV. cuius character 1. 18. 213, feria secunda, Martij V, Ichthyonos XXI, sequente XXII, anni mundi 3229: cuius neomeniæ Zygonos character 1. 0. 5'4, Octobris secunda. Rursus anno secundo eiusdem Mardokenpadi Thoth XVIII, defecit idem sidus, anno periodi Iulianæ 3994, Martij VIII, sequente IX, feria VI, cyclo Solis XVIII, Lunæ IIII, Adar XV, sequente XVI, anni Iudaici 3041: cuius character 6. 3. 9. Februarij XXII, Ichthyonos XI, anni mundi 3394. Neomenia Zygonos 2.6. 4'3. Kal. Octobr. D

DE

A DE EXCESSV ROMVLI.

Fvit vetus opinio ab vltima memoria ad posteros transmissa, Romulum excessisse e viuis defectione Solis. Seneca ad Lucillium libro XIX. *Cum Ciceronis librum de Republica prehendit hinc Philologus aliquis, hinc Grammaticus, hinc Philosophiæ deditus: alius alio curam suam mittit. Philosophus admiratur, contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem Philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos Reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Seruij matre dubitatur. Anci pater nullus. Numæ nepos dicitur.* Paulo post: *Æque notat Romulum periisse Solis defectione.* Hæc Seneca. Locus vero Ciceronis, quem B intelligit, superest hodie beneficio Macrobij ex reliquiis VI de Republica. Verba Ciceronis: *Namque vt olim deficere Sol hominibus, extinguique visus est, cum Romuli animus hac ipsa in templa penetrauit: ita quandoque eadem parte Sol, eodemque tempore iterum defecerit: tum, signis omnibus ad idem principium stellisque reuocatis, expletum annum habeto.* Florus: *His ita ordinatis, cum repente concionem haberet ante Vrbem apud Capreæ paludem, e conspectu ablatus est. Discerptum aliqui a Senatu putant ob asperius ingenium. Sed oborta tempestas, Solisque defectio consecrationis speciem præbuit.* Ouidius:

Est locus. antiqui Capreæ dixere paludem.
C *Forte tuis illic, Romule, iura dabas.*
Sol fugit, & remouent subeuntia nubila cælum, &c.

Oblitus sui postea dicit:

Lunaque fulgebat, nec facis vsus erat.

Hem lunam fulgere interlunio? Ea vero defectio proculdubio contigit anno 33 Nabonassar, Choiac VIII, anno periodi Iulianæ 3999, Mai XXVI, cyclo Lunæ IX, feria VII, cyclo Solis XXIII. anno Iudaico 3046, in neomenia Sivvan, cuius character 7. 16. 594. anno mundi 3235, Tauronos XXIX. Neomenia Zygonos 1. 11. 50' Kal. Octobris. Cum ea defectio contigerit Maio. quomodo igitur Ouidius confert tempus mortis Romuli, in Quirinalia, mense Februario, D qui olim incidebat in idem tempus, in quod Februarius Iulianus? Aut quomodo alij coniiciunt hoc tempus in Nonas Quintiles, vt Plutarchus, item Lampridius in vita Commodi? *Indutus*, inquit, (*Commodus*) *toga est Nonarum Iuliarum die, quo in terris Romulus non apparuit.* Rursus si Quirinalia instituta ob memoriam obitus Romuli, qui illo die contigit, quomodo dicunt Februarium tempore Romuli nullum fuisse? Sed qui non potuit esse, cum Lupercalia in eodem mense celebrentur, quæ initium sumpserunt a Romulo & Remo?

Remo? quorum duæ factiones erant Fabiani, & Quinctiliani: alteri a comitibus Remi, alteri a comitibus Romuli dicti. Sed nonne par contradictio est, cum negant Ianuarium & Februarium fuisse, in quo tamen Carmentalia omnium solennium vetustissima obibantur? Nugæ sunt Varronis, & aliorum vetustiorum, quas libro secundo confutauimus, capite De anno vetere Romano. Si igitur verum est, Romulum & XXXVII annos regnasse, & defectione Solis periisse: ergo Vrbs condita fuerit anno 24 Iphiti, vt Cato voluit, & post eum Fasti Capitolini, Eusebius, Chronologus apud Clementem, Solinus, & alij. Fortasse is annus attributus morti Romuli ex coniectura Astronomorum, præcipue L. Tarrutij Firmani, qui hæc diligenter inuestigauit: cum tamen Romanis non magis constare potuerit de morte Romuli, quam de natalibus Vrbis. Quemadmodum iocularis fuit illa coniectura eiusdem Tarrutij de conceptu Romuli, anno 2 Olympiadis primæ, mensis Choiac Actiaci XXIII, Solis defectione: Anno periodi Iulianæ 3942. Fuit igitur cyclus Lunæ VIIII, Solis XXII. Decembris XIX, feria III. Erat annus Iudaicus 2990. Neomenia Tebeth XIX Decembris, cuius character 3. 8. 240. XX Toxonos anni mundi 3179, cuius Zygon, 1. 21. 51, Kalendis Octobris. Sed nulla fuit eclipsis Solaris eo anno. & frustra quæritur. Quare ex his potest vere eludi vanitas matheseos Chaldaicæ, cum tantus vir in illis Tarrutius tam strenue nugetur. Si igitur Roma condita XXIII Iphiti, cyclo IX Lunæ, & Romulus eius conditor decessit eodem cyclo: ergo 38 solidis annis regnauerit. Quod autem in verbis Ciceronis ex VI de Republica dicitur, eclipsin ad eundem locum, eandemque partem Zodiaci, eundemque diem nunquam redituram, nisi magno orbe sæculorum vertente, falsum est. Eclipsis Lunæ contigit anno Dominico 1558, Aprilis secunda. Cyclo vertente post, idem sidus defecit scrupulis 13′ serius, quam priore cyclo. Rursus anno 1581 defecit idem sidus, XV Iulij, cum cyclo eodem antea 1562 defecisset scrup. 51′ citius, quam posteriore. Multa alia exempla dare possim, si vacaret, aut si necesse esset. Sed Cicero intelligit τὴν πάντων πλανωμένων ἀποκατάστασιν, qui dicitur μέγας ἐνιαυτός, quem multi τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδα putarunt. Igitur ex Tarrutij observationibus Romulus conceptus cyclo Lunæ IX, eodem cyclo condidit Romam, eodem excessit e viuis.

DE

A

DE INITIO NABOPOLLASSARI REGIS CHALDÆORVM.

Nabopollassar pater magni Nabuchodonosori a Ptolemæo, & Eusebio dicitur Ναβοπολλάσαρος נְבוֹ־פוֹל־לְאַצַּר, à Beroso Chaldæo Ναβολάσαρος. נְבוֹ־לְאַצַּר extrita media sylla-ba. Is igitur totius Syriæ, & Asiæ domitor fuit. eoque nomine illi nouum Neuruz Chaldæi instituerunt. Et quemadmodum Alexandrea æra duplex est, Syromacedonum, & Chaldæorum vno anno serior : ita etiam Nabopollassari duplex epocha est, ἐνθρονισμοῦ; & ipsius Neuruz. Enthronismos eius consurgit ab anno 123 Nabonas-
B sari. Annus enim eius quintus est 127 a Thoth Nabonassari apud Ptolemæum. Eius Neuruz incipit ab anno 121 Thoth Nabonassari. Quare annus 149 Nabonassari est vicesimus nonus a Neuruz Nabopollassari. Berosus : Ἀκούσας δ᾽ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ᾽ αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν, τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβολασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον ἔτη βεβασι-
C λευκότι εἴκοσι ἐννέα. αἰσθόμενος δὲ μετ᾽ οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, * ἔθνων συντάξας τινὶ τῶν φίλων, μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν, εἰς τὴν Βαβυλωνίαν αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. Quamuis quædam in his verbis sunt, quæ paulo aliter in Posteriore Regum, & Chronicorum referuntur, tamen maior pars conuenit cum sacra historia. Et manifesto intelligitur hic de capto Ioiachin, siue Iechonia, anno Nabonassari 148. Itaque cum 149 ineunte obiisset Nabopollassar, anno XXIX imperij sui incipiente, ex eo exploratum habemus, nouum Neuruz ei dicatum fuisse. Nam anno Nabonassari 121, Chaldæi celebrarunt secundum Salchodai,
D cum Thoth Nabonassar iam a XXVI Februarij, ad XXVII Ianuarij gradum fecisset. Itaque Chaldæi τὰς ἐπαγομένας iterum traduxerunt in XXIII Martij : & neomenia Choiac secundum Ægyptios cæpit ab antiquo Neuruz Nabonassari, nempe a XXVIII Martij. a qua neomenia Chaldæi cæperunt putare annos Nabopollassar anno tertio post, qui fuit annus ἐνθρονισμοῦ. Ægyptij vero, a Neomenia sui Thoth, quæ tunc incidit in XXVII Ianuarij, vt diximus. Initium igitur istius Regis est a 123 Thoth Nabonassari, anno periodi Iulianæ

4089: mundi 3325: Iudæorum 3136. Luna autem defecit anno A quinto Nabopollassar, qui erat 127 Nabonassar, Athyr XXVII, anno periodi Iulianæ 4093, Aprilis XXI, feria VI. anno mundi 3329, Krionis XXVI. Neomenia Zygonos 6. 7. 1. Kal. Octobris. anno Iudaico 3140. Ijar XV. qui mensis debebat tunc esse Nisan, non Ijar. Sed est annus quintus cycli Iudaici. Ideo non fuit embolimæos. Quia istius Regis enthronismos inciderat in quadriennium ipsius Neuruz, propterea hac Æra signabantur tempora apud Chaldæos. Itaque Ezechiel propheta initio libri sui ita scribit: *Anno tricesimo, mense quarto, quinta mensis, cum essem in medio deportatorum, aperto cælo, vidi visiones Dei: Quinta die mensis, qui erat annus quintus deportationis Regis Ioiachin.* Plane annus quintus deportati Iechoniæ B erat tricesimus ab enthronismo Nabopollassari, centesimus quinquagesimus secundus a Nabonassaro. Thoth Nabonassar XIX Ianuarij, feria prima. Neomenia Choiac XX Martij, feria V, anno periodi Iulianæ 4118, a qua erat initium Nabopollassari. Nisan 3165 anni Iudaici, 3.16.104, Kal. Aprilis, Krionos VI, anni a conditu rerum 3354. Neomenia Zygonos 2. 8. 32', XXX Septembris. Neomenia Karkinonos, & Tamuz Iunij XXIX. Ergo verbum Dei factum Prophetæ Kal. Iulij. Quia igitur iisdem annis vtitur Ezekiel in Babylonia, quibus ipsi tum Babylonij vtebantur, imo quia nullam aliam notationem temporum habent victi, quam ipsam victoris: quis dubitat æram, qua tempora signat Ezekiel, esse æram Nabopollassari, præsertim cum eius initium inciderit in tertium annum C primi lustri ipsius Neuruz? Et sane hæc negare est hominis, cui neque pudor est, neque sensus humaniorum literarum. Itaque nobilissimus est ille locus. Et licet diligentissime tempora per annos Regum Iudæ & Israelis notata sint in sacris libris, tamen tres sunt epochæ tantum, quæ suos characteres habent. Prima est Exodus, quæ duos characteres habet: priorem feriam quintam in neomenia Nisan, aut, quod idem est, feriam septimam in neomenia Ijar: alterum characterem habet, vt eius quadragesimus annus, aut 908 sit Sabbaticus. Secunda epoche, annus capti Sedekiæ est Sabbaticus. Tertia epoche, annus capti Iechoniæ est XXVI enthronismi Nabopollassar, cuius enthronismi annus quintus notatus est plenilunio D ecliptico apud Ptolemæum. Cum igitur hæc tria interualla certissima sint, ex illis reliqua examinari possunt, & vera temporum successio iniri a capto Sedekia retro ad Exodum, & hinc ad primordia rerum, vt a nobis factum est. Qui hæc intelligunt, magnam nobis habebunt gratiam veritatis ab obliuione vindicatæ. Qui Annios Viterbienses solos admirantur, & auctores, quos profanos vocant, ignorasse

A rasse sui sæculi res gestas hariolantur, illi, quia proptium sensum diuinarum & humanarum literarum habent, non mirum est, si alia a nobis pronunciant, quibus alia est historia sacra, alia etiam, vt ipsi loquuntur, profana. Epocha, inquam, Ezekielis, epocha illa, quam inepti Iudæi a libro legis inuento putant, quo nihil iocularius excogitari potest, illa, inquam, epocha est ab anno primo Nabopollassari, & centesimo vicesimo tertio Nabonassari. Neque curamus, quid somniant profanarum literarum contemptores. Nulla veritas profana est. In ore profani hominis omnis veritas sacra est.

DE ANNO CAPTI IECHONIÆ
B
REGIS IVDÆ.

IECHONIAS, qui & Ioiachin, traductus est Babylonem, anno XXVI Nabopollassar Regis, vt aperte designat Ezekiel Propheta: qui erat annus a Nabonassar 148, periodi Iulianæ 4114, mundi 3350, Iudaico 3161. In captiuis fuit Ezekiel ipse. Rex cum proceribus Babylonem traductus est: Ezekiel cum plebe in partes Chaborræ fluuij, quem Ezekiel ipse כְּבָר vocat: Straboni & Ptolemæo χαβόρρας dicitur, qui eum distinguunt ab eo, qui Regium Flumen dicitur. Regium flumen, siue Nehar Malca est διῶρυξ Euphratis diducta iussu regis cuiusdam Babylonij. Vnde nomen Syriace illi apud Ammianum, & Plinium. Plinius: *Sunt, qui tradunt Euphratem Chobaris Præfecti opere diductum, vbi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis vero vniuersis appellatum Armalcar: quod significat Regium flumen.* Sed in Plinio corrigendum NEHARMALCA. ܢܗܪ ܡܠܟܐ. Ex quibus verbis Plinij incessere posset suspicio Ποταμὸν βασιλικὸν, & Χαβώρραν eundem esse: vt a Præfecto, qui diduxit, Chobar; a Rege, qui iussit, Regium flumen dictum videatur. Est & Ἀβόρρας iisdem auctoribus, qui Aborra Marcellino. Sed non est Chaborras. Auctor Geographiæ Arabs locat Vrbem Karkasia ad orientalem ripam Euphratis, eiusque inferiores partes ait allui a flumine الهرباس المسمي بالخبور
D Harias, vel Harbas, cognomine CHABOR. eiusdem Chabor, præter hunc locum, bis fit apud eundem auctorem mentio.

A

DE INITIO NABVCHODONOSOR REGIS BABYLONIÆ.

NABVCHODONOSOR, cuius Strabo ex Megaſthene meminit libro XV, & Beroſus Chaldæus apud Ioſephum, vt ſupra vidimus in capite de Nabopollaſſaro, patri Nabopollaſſaro in imperium ſucceſſit. Patri autem anni XXIX attribuuntur a Beroſo. Deceſſit anno Nabonaſſari 149. Nabuchodonoſor autem deceſſit anno Nabonaſſar 185, poſtquam regnaſſet annos 43, vt ait idem Beroſus. Quare omnino ſeptem annos regnauit cum patre, per quos annos abſente patre bellum adminiſtrauit in Syria & Ægyptō. De hoc ita Clemens meminit Stromate primo: ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας Ναβουχοδονόσορ πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὥς φησι Βηρωσὸς ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις. Ἰόβας δὲ περὶ Ἀσσυρίων γράφων ὁμολογεῖ τὴν ἱστορίαν παρὰ Βηρωσσοῦ εἰληφέναι, μαρτυρῶν τὴν ἀλήθειαν τῷ ἀνδρί. Huius Regis nomen habet extremum idem cum extremo nominis paterni, & dupliciter in Scriptura inuenitur, cum poſſit etiam tripliciter concipi נְבוּ־כַד־נֶאצַר Nebo-chad-netzar. נְבוּ־כַד־רֶאצַר Nebo-chad-retzar. Vnde Ναβουχοδονόσορος & Ναβουχοδρόσορος dicitur. Poteſt etiam נְבוּ־כַד־לֶאצַר Nebo-chad-letzar. Nam tres has literas liquidas confundunt Chaldæi veteres: L, N, R. Letzar, Netzar. Labonitus, Nabonidus. Megaſthenes Perſa Ναβουχοδρόσορον vocat, quem Megaſthenem inepti homines, eoſque ſecutus Annius ille χρονοληρολόγων Apollo ſumma imperitia in Metaſthenem transformarunt. Annus primus Nabuchodonoſori eſt 4106 periodi Iulianæ. D G

DE ANNO EXCIDII TEMPLI ET CASV SEDEKIÆ.

AB Exodo, ad conditum Templi, anni 479 abſoluti. A condītu templi, ad caſum Sedekiæ, 428. Alij, ab Exodo ad conditum templi 480. hinc ad caſum Sedekiæ 407, quod eodem recidit. Summa, anni 907 abſoluti: qui ſi cum anno 3217 periodi Iulianæ componantur, habebimus verum annum capti Sedekiæ 4124 in periodo Iuliana. Erat igitur annus a mundi conditu 3360, Iudæorum 3171: qui ambo ſunt ſeptenarius numerus. Ergo fuit annus Sabbaticus. Quod etiam ab Ieremia diſerte traditum, capite XXXIIII. Vbi Propheta perſpicue aperit ipſa vrbe obſeſſa, primo quidem libertatem publicatam ſuaſu ipſius Ieremiæ, & ſeruos manumiſſos: paulo poſt vero in ſeruitutem retractos. Quare ſtatim D

Nabucho-

A Nabuchodonoſoro ex vicinarum vrbium expugnatione reuerſo, capta ſunt Hieroſolyma anno, quo diximus, Iudaico 3171. Niſan, 4. 22. 266, feria quinta, Martij XXVII. Neomenia Tamuz ergo feria tertia, Iunij XXIIII. Nona Tamuz 11 Iulij, feria quarta, Karkinonos quarta. Neomenia Zygon 2. 19. 2'8. XXX Septembris antecedentis. Neomenia Ab, feria quarta, XXIII Iulij. Ergo decima Ab, Kal. Auguſti, quo templum conflagraium, feria ſexta, Leontonos quarta, Phamenoth XVI, anno Nabonaſſar 158. Et tamen Iudæi ieiunio ſolenni & nudipedalibus nonum diem Ab conſecrarunt, non decimum, tanquam nona templum ſuccenſum ſit. Et præterea in libro Angariarum, quas תַּעֲנִיּוֹת vocant, diſerte ſcribitur, Iudæos
B quinta Hebdomadis ieiunare, quia eadem feria templum a Chaldæis deſtructum. Ioſephus libro 6 ἁλώσεως, cap. 25 in decimam Loi, hoc eſt Auguſti, hunc caſum confert. & ſequenti capite, quaſi quadam πεπρωμένῃ περιόδῳ idem ſub Tito accidiſſe miratur, eadem die eiuſdem menſis. Atqui Lous, de quo loquitur, eſt merus Iulianus, non Lunaris, vt menſis quintus, quo caſus Sedekiæ contigit. Sed erat quartadecima Ab Lunaris, non autem decima. Sed verum eſt eandem feriam fuiſſe decimæ Loi, vel Auguſti, quæ tempore capti Sedekiæ erat decima Ab. Vtrobique enim fuit feria VI. Euſebius in Chronico hunc caſum coniicit in annum tertium Olympiadis XLVII, qui eſt idem, quem poſuimus, periodi Iulianæ 4124. A
C primo anno Sabbatico, ad excidium templi, ſunt anni 854, hoc eſt, hebdomades 122.

DE ANNO PRIMO HEVVILMERODACH.

NABVCHODONOSOR annos XLIII ſolidos imperauit, (imputatis ſeptemdecim viui adhuc patris imperio) auctore Beroſo Chaldæo apud Ioſephum, & Euſebium. Porro triceſimus ſeptimus annus capti Iechoniæ eſt primus Hewilmerodachi eius filij, cui competit annus periodi Iulianæ 4150. Hewilmerodachi, & aliorum deinceps Regum meminit idem Beroſus apud Ioſephum.

D

DE INITIO CYRI.

QVOTQVOT temporum rationes diſputarunt, vetuſtiſſimi, & eruditiſſimi ſcriptores, nemo non eorum Cyri annum primum in primum Olympiadis LV confert, Diodorus Siculus, Thallus, Caſtor, Polybius, Phlegon, vt ſcribit auctor priſcus & eruditus Tatianus. Idem teſtatur & Africanus apud Euſebium his verbis: Μετὰ δὲ τὸ ο̅ τῆς αἰχμαλωσίας ἔτος Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν, ᾧ ἔτει

Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε̄, ὡς ἐκ τῶν βιβλιοθηκῶν Διοδώρου καὶ τῶν Θαλλοῦ, καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντος ἐστὶν εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων, οἷς ἐμέλησεν Ὀλυμπιάδων. ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Tempus congruit anno periodi Iulianæ 4154, Mundi 3390, Iudaico 3201, Nabonassari 188, anno 47 post obitum Nabuchodonosori. Agathias libro secundo scribit Persarum priscum regnum à Cyro per 228 annos durasse: quibus deductis de anno 4382 periodi Iulianæ; in quo victus fuit Darius vltimus, remanent anni 4154, initium Cyri videlicet, vt antea. Quare errat Strabo, qui de ratione imperij Persici ita scribit lib. xv. συνέμεινε δὲ ὅλον πεντήκοντα ἐπὶ τοῖς διακοσίοις ἔτη. Nam viginti duobus plus dicit. A

B

DE INITIO CAMBYSÆ CYRI F. REGIS PERSARVM.

APVD Ciceronem in libris de Diuinatione Cyrus dicitur xxx annos vertentes imperasse. Nam Cyro exponenti somnium suum Magi responderunt, ex triplici appetitione Solis xxx annos eum regnaturum portendi. Quod quidem contigit, inquit Cicero. Nam ad septuagesimum peruenit, cum quadraginta annos natus regnare cæpisset. Totidem illi attribuuntur a Ctesia, & aliis. Peruenit igitur vsque ad finem anni Nabonassari 218. Itaque annus 219 Nabonassari est initium Cambysæ. Quod & confirmatur obseruatione deliquij Lunaris apud Ptolemæum, anno octauo Cambysæ, Nabonassari autem 225, Phamenoth xvii: anno periodi Iulianæ 4191, Iulij xvi, feria quarta, cyclo Solis xix, cyclo Lunæ xi: anno Iudaico 3238, Tamuz xv, sequente xvi. cuius neomenia 4.9.362, Iulij secunda: Karkinonos xviii anni a conditu rerum 3427: cuius Zygon 2.1.28′, Septembris xxx. Ergo initium Cambysæ est annus 219 a Nabonassaro, Periodi Iulianæ 4185. Iudaicus 3238, a conditu rerum 3421. Sed & Theagenes Rhegiensis vetustissimus temporum scriptor sub hoc Rege vixit. Ex quo Græci veram huius Regis epocham haurire potuerunt, & pudorem imponere nouis Chronologiæ Criticis, qui profanarum rerum scriptoribus valere iussis, soli ad penetralia veritatis admissi 80 annos mundo ademerunt, vt suos imaginarios Reges Persidis, inuito Iphito, furcillis in seriem annorum sacræ historiæ intruderent. C D

A

DE INITIO DARII FILII HYSTASPIS REGIS PERSARVM.

Cambysæ annos ſeptem, menſes v attribuit Herodotus: qui putati a 219 Nabonaſſar deſinunt in 226 eiuſdem Nabonaſſar. Quod verum eſſe & obſeruatio eclipſis Lunaris apud Ptolemæum conuincit, anno xx Darij, Nabonaſſari vero 246, Epiphi xxviii, ſequente xxix: anno periodi Iulianæ 4212, Nouembris xix, ſequente xx, feria ſecunda, ſequente tertia, cyclo Solis xii, Lunæ xiii. anno Iudaico 3259, Caſleu xv, ſequente xvi, cuius neomenia 2.11.194, Nouembris v. Scorpionos xxi, anni mun-
B di 3449: cuius Zygon, 1.9.32', Septembris xxx. Ruſſus idem fidus defecit anno xxxi Darij filij Hyſtaſpis, teſte Ptolemæo, anno Nabonaſſari 257, Tybi iii, ſequente iiii: anno periodi Iulianæ 4223, Aprilis xxv, ſequente xxvi, feria quarta, ſequente quinta: cyclo Solis 23, Lunæ 5: anno Iudaico 3270, Ijar 15, ſequente 16, cuius character 3.21.971, feria quarta, Aprilis xi: Krionos 31 anni à Mundo condito 3459: cuius Zygon 6.19.4'5, Septembris xxix. Ergo initium Darij filij Hyſtaſpis conſurgit ex anno Nabonaſſari 227: periodi Iulianæ 4193: Iudaico 3240: a conditu rerum 3429: Euſebius libro x προπαρασκευῆς, ſcribit ſecundum annum Cambyſæ incurrere in annum primum Olympiadis lxv, hoc eſt, annum pe-
C riodi Iulianæ 4194. Primus igitur annus erat 4193, vt iam demonſtratum eſt.

DE ANNO CONSVLATVS IVNI BRVTI ET REGIFVGI.

Varronianorvm & Catonianorum Palilium diſcrimen eſt annus vnus: quod ſupra in Palilibus Vrbis demonſtratum eſt. Varro enim in eundem Lunæ cyclum conditum Vrbis, & obitum Romuli confert: hoc eſt in cyclum nonum. Nam a primis Palilibus Varronis & L. Tarrutij Firmani, ad defectionem Solis, qua Romulus e medio ſublatus, ſunt cycli duo præciſe,
D & menſis vnus. Regnauit igitur Romulus annos Iulianos 38 præciſos, & menſem ſolidum: qui erunt tantum Catoni anni 37. Hinc colligitur, quare a primis Palilibus, ad Reges exactos, alij annos ponunt 244 præciſos, alij totidem, vno minus: nimirum, quia alij Varronem, alij Catonem ſequuntur. Clemens Stromateo primo: πάλιν ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔνιοι φασὶν ἐπὶ Ῥώμης κτίσιν συνάγεσθαι ἔτη εἴκοσι τέσσαρα. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος διαίρεσιν ὕπατοι ἐγένοντο ἐπ' ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα τρία. Ridiculum. Lege: ἐπὶ τὴν Βασιλέων διαίρεσιν.

Mox : ἀπὸ δὲ τῆς Βαβυλῶνος ἁλώσεως, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἔτη A ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἕξ. Vetuſtiſſima eſt huius mendi indoles, vt vides. Nam & hic quoque legendum, ἀπὸ δὲ τῆς Βασιλέων καταλύσεως. quam mendam ſcio doctis viris impoſuiſſe. Ecce a prima Olympiade, ad prima Palilia, ſtatuit annos ſolidos XXIIII. Catoniana Palilia ſunt hæc : ſecundum quæ neceſſe ad primos Conſules, annos intereſſe CCXLIII præciſe. Quare a Palilibus Varronianis Palilia primorum Conſulum ſunt ducenteſima quadrageſima quinta, aut ducenteſima quadrageſima quarta a Palilibus Catonis, cyclo Lunæ ſexto, Solis quinto, anno periodi Iulianæ 4205, qui erat 267 currens Iphiti. Victorinus Aquitanus primus omnium Paſchale magnum conſtruxit, appoſitis ſuis annis paribus Conſulum, initio capto a B duobus Geminis, ad ſuum ſæculum. Hunc alij imitati Paſchale ab exactis Regibus, ad tempora Iuſtiniani contexuerunt, adiunctis & Conſulibus, & notis feriæ Kalendarum Ianuariarum, & epactis

Ex Paſchali magno, quod extabat penes Ioh. Cuſpinianum.

BRVTO. ET. COLLATINO. LVNA. XXIX.	SAT.	V	E
PVBLICOLA. ET. TRICIPITINO. MAR. X.	LVNA.	VI	D
PVBLICOLA. III. BT. PVLVILLO. MER. XXI.	MAR.	VII	C
RVFO. ET. AQVILINO. IO. II. *verſiculus miniatus*	MER.	VIII	BA
VALERIO. ET. TVBERTO. SAT. XIII.	IOV.	IX	G
PVBLICOLA. IIII. ET. TRICIPITINO. SOL. XXIIII.	SAT.	X	F
TVBERTO. II. ET. LANATO. VEN. V.	SOL.	XI	E
....	LVNA.	XII	D

C

Paſchalibus in Ianuario. Eiuſmodi eſt, quod penes ſe habuit vir ornatiſſimus, eruditiſſimus & accuratiſſimus Ioan. Cuſpinianus, cuius exemplum hic adiecimus. In eo Conſules quaterni diſpoſiti ſunt cum notis feriæ, & epactis. Vult igitur Kal. Ianuarias illius anni, in quo magiſtratum iniit primus Conſul Brutus, fuiſſe diem Lunæ, & ſequenti anno diem Martis : & ita deinceps. Igitur annus ille D fuit ſextus cycli Solis, in quo primi Conſules creati. Sequuntur deinde epactæ Paſchales, XXIX quidem in primo anno, X in ſecundo. Sed hæc ſunt nugatoria. Nam epactæ XXIX non poſſunt conuenire illi anno, ſiue fuerit quintus cycli Solis, vt ratio docet, ſiue ſextus, vt auctor huius Paſchalis vult : quia epacta XXIX competebat anno ſexto ante hunc. Quam igitur rationem ſecutus ſit auctor Paſchalis, nullam puto, niſi fuiſſe hallucinationem eius, qui deſcripſit

illud

A illud Paschale. Nos à latere disposuimus characteres Kalendarum, conuenientes anno periodi Iulianæ 4205. qui est verus annus Regifugij. Cæterum hoc Paschale docet nos, Consules per quadriennia digeri solitos. quod & Ausonius ostendit : cum dicit Consulatum suum esse quartum ab imo: quamuis satis obscure aut improprie loquitur. Præterea idem Ausonius digito indicat, quartum annum illius quadriennij, qui erat 24 cycli solaris, esse proximum ante bisextum, vt annus bisextilis sit primus lustri, quod ipse vocat Olympiada. Hieronymus quoque in supplemento Chronici Eusebiani Consules digerit per lustra Iuliana, idque vocat Olympiadem. Nam Consulatum Ausonij ponit anno quarto Olympiadis. Et sa-
B ne primi Consules creati sunt anno bisextili, non autem anno post bisextum, vt vult auctor Paschalis. Non dubito esse idem Paschale, quod Cassiodorus in contexendis Consulibus suis secutum se profitetur: *A Bruto, inquit, & Tarquinio, vsque ad Consulatum vestrum, sicut ex Tito Liuio, & Aufidio Basso, & Paschali virorum clarorum auctoritate firmato collegimus, anni sunt* M. XXXI. Longe discedunt a rationibus Varronis Polybius & Dionysius. Polybius ait διάβασιν Ξέρξου esse posteriorem funere Bruti, & Regifugio annis 28 vertentibus: qui de 297 annis Iphiti; quæ est epocha διαβάσεως, deducti relinquunt annos 269, epochen Consulatus Bruti, & Regifugij. Dionysius scribit Bruti funus, qui in magistratu obiit, posterius esse pugna
C Marathonia annis 16. Pugna Marathonia incidit in annum Iphiti 285. Deductis 16, relinquitur epocha Regifugij annus 269 Iphiti secundum Dionysium. Itaque biennio vterque serius ponit, quam Varro: & ratio est, quia Romam volunt conditam anno primo Olympiadis septimæ, duobus mensibus ante ineuntem annum secundum eiusdem Olympiadis VII. Itaque iuxta hæc annus Regifugij fuerit 4207 periodi Iulianæ, cyclo Solis VII, Lunæ octauo; quo epactæ Paschales sunt XXVIII, epactæ autem Lunares XXIX: cui subscribere videtur auctor Paschalis: sed error fuerit in nota feriæ. vt non LVNA, sed SATVRNVS ponendum sit. Neque vero dubitandum est, eam mentem fuisse illius auctoris, qui Paschale condidit. In feria enim
D potius, quam in epactis, erratum esse videtur. Cyclo igitur Paschali VIII, epactæ Paschales sunt XXVIII; addita vnitate, epacta Lunaris erit XXIX. Anno sequenti epacta Paschalis IX. Lunaris X. quia sæculo Iustiniani quartadecima Paschalis erat quintadecima Lunaris, vt toties a nobis dictum, & ab ipso Dionysio Exiguo notatum. Igitur auctor Paschalis sequitur Dionysium & Polybium. Sed grauiter peccat, idque biennio. vt diximus. Melius eximius ille Chronologus apud Clementem; ἀπὸ δὲ τῆς Βασιλέων καταλύσεως, ἐπὶ τῶν

ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἕξ. Si ab eiectis Regibus, ad mortem Alexandri, sunt anni præcisi 186: ergo annus mortis Alexandri est centesimus octagesimus septimus currens, aut iniens a Regibus exactis. At Alexander obiit anno primo cycli Lunaris. Quatuor igitur addendi annis Regifugij ad methodum Lunæ. Proinde annus primus Regifugij fuit quintus Cycli Lunaris, nempe annus 4204 periodi Iulianæ, vt iam pronunciauimus. Indubitatus igitur est is annus, non is, quem Polybius, Dionysius, auctor Paschalis sequuntur. A

DE CLADE PERSARVM MARATHONIA. B

DARIVS imperauit annos XXXVI, vt testatur Herodotus. Ait enim eum anno sexto a Marathonia clade obiisse in apparatu expeditionis Ægyptiacæ. Quare necessario vno & tricesimo anno Darij commissa pugna Marathonia, qui est annus Iphiti 286, hoc est, annus secundus Olympiadis 72. Cui argumento fidem facit Eusebius, qui in secundum annum illius Olympiadis hunc casum coniicit. Sed & Herodotum sequimur, qui nos manu ducit ad annum XXXI Darij, qui erat 257 Nabonassari, quo etiam contigit defectio Lunæ, Aprilis XXV, cyclo V, qui est etiam character anni secundi ipsius Olympiadis 72. Anno vero Nabonassari 262 obiit Darius. Igitur casus Marathonius pertinet ad annum periodi Iulianæ 4223. Thucydides vno anno minus hoc tempus notat, cum διάβασιν Ξέρξου in decimum annum a clade Marathonia reiicit. Imo vno anno minus notat τὴν διάβασιν. Diem pugnæ notat Plutarchus in Camillo, ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου. Erat annus 58 periodi Olympicæ: proinde 20 periodi Atticæ. Neomenia Βοηδρομιῶνος XXX Septembris. Ergo pugna Marathonia contigit V Octobris, Ἀπελλαίου δεκάτῃ φθίνοντος, anno mundi 3460, Zygonos VI. Itaque neomenia Zygonos conuenit in neomeniam Βοηδρομιῶνος: cuius Zygonos character 1.1.34. neomenia Marchesvvan: anni Iudaici 3271, cuius Marchesvvan character 2.2.329: anno Nabonassari 257, Pharmuthi XVI: diebus 103 post defectum Lunæ. C D

INITIVM XERXIS.

INITIVM Xerxis cum patre incipientis imperare sumendum ab anno, qui est quintus a clade Marathonia, periodi autem Iulianæ 4227. Nam Darius pater in expeditione Ægyptiaca illum regem

A regem declarauerat ex Perſarum inſtituto, cuius inſtituti mentio extat apud Herodotum, initio libri ſeptimi. Cæpit autem imperare ſolus anno periodi Iulianæ 4228.

DE TRANSITV XERXIS.

ERATOSTHENES apud Clementem Alexandrinum, in Canonibus temporum, a prima Olympiade, ad tranſitum Xerxis, ponit annos CCXCVII. Idem facit Chronologus ἀνώνυμος apud eundem. ἀπὸ προηγουμένου ἔτους τῶν πρώτων Ὀλυμπίων, ἐπὶ τὴν Ξέρξου διάβασιν, ἔτη διακόσια ἐνενήκοντα ἑπτά. Ergo tranſitus Xerxis contigit
B anno ſecundo Olympiadis LXXV. Nam annus CCXCVII Iphiti eſt primus illius Olympiadis. & proinde annus CCXCVIII eſt annus, in cuius Vere contigit tranſitus. Sed hic peccatum eſt, quemadmodum in annis Romæ. Nam annus quartus deſinens Olympiadis ſumptus eſt pro ineunte ſequentis Olympiadis. Ita hic includitur annus primus Olympiadis 75, in cuius menſe nono Xerxes traiecerit. quod plane confirmari poteſt ex Dionyſio. Prælium igitur nauale ad Salamina contigit anno ſecundo Olympiadis, qui erat quartus Tetraeteridis Atticæ: cuius tempus deſignat Plutarchus: τὴν δ' ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος. Nos libro primo demon-
C ſtrauimus, hoc non potuiſſe accidere, niſi anno Tetraeteridos quarto. Erat vero is annus 32 periodi Atticæ. Munychion XVI Aprilis, anno periodi Iulianæ 4236, cyclo Lunæ XVIII. Ex quo ſequitur, cum antecedenti anno periodi Iulianæ traiecerit Xerxes, τὴν διάβασιν conferendam eſſe in annum periodi 4235: in cuius diebus æſtiuis, duobus menſibus poſt, incepit annus ſecundus Olympiados 75, anno cycli Lunæ XVII. Sed turbat hic Herodotus. Is ait Xerxe Sardibus mouente Solem defeciſſe, & diem in noctem vertiſſe. Ego annos aliquot illius temporis examinans, nullam Eclipſim Solarem contingere potuiſſe deprehendi, niſi in anno quarto Olympiadis 74, Δαισίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα. anno Nabonaſſari 267, Choiac XXX.
D anno periodi Iulianæ 4233, Aprilis XIX, feria quarta, cyclo Solis V, Lunæ XV. anno Iudaico 3280, neomenia Ijar, cuius character 416.1023. Krionos XXV anni a conditu rerum 3469: cuius Zygon, 5.5.57, Septembris XXX, anno XXIX periodi Atticæ, Ἐλαφηβολιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος. Quare hoc modo verum fuerit, quod ait Thucydides, decem tantum annos interfuiſſe inter pugnam Marathoniam, & tranſitum Xerxis. Maior prope pars veterum conferunt tranſitum Xerxis in primum annum 75 Olympiados. & de Pindaro ſcriben-

ſcribentes, aiunt eum natum anno primo Olympiadis LXV, & in A
tranſitu Xerxis annorum fuiſſe XL. Sed, vt dixi, aliter ſentiunt, aliter interpretantur. Proculdubio enim intelligendum eſt, deſinente anno quarto tranſiſſe. & quia parum ſupererat ad initium Olympiadis, propterea in ipſam Olympiadem coniectum fuiſſe tranſitum Xerxis. Hæc opinio, quæ certiſſima eſt, duobus locupletiſſimis teſtibus nititur, Herodoto & Thucydide: & Herodoto præſertim rei fides conſtare potuit, quo iam nato hoc contigit. Floruit enim ille circa initia & medium Peloponneſiaci belli. Ex his perſpicuum eſt, quantum proſit character temporum, & præſertim doctrina anni Græci: qui apud omnes Græciæ nationes idem fuit, & ab eodem cyclo Lunæ incipiens, ſed diuerſis temporibus. Nam omnium pri- B
mus annus periodi habet characterem cyclum Lunæ quintum, ſed aliud principium alio poſterius eſt duobus cyclis. Nam periodus Attica incipit a triceſimo nono periodi Olympicæ. Cum autem dicimus incepiſſe a 39, hoc ita intelligimus, annum primum Tetraeteridos Atticæ concurrere cum anno tertio Tetraeteridos Olympicæ. Nam poteſt habere quoduis principium artificiale, à quocunque cyclo. quia verum principium anni Attici pendet a primis Panathenæis, quæ celebrata ſunt anno tertio Olympiadis LIII, hoc eſt anno CCXI Iphiti, teſte Euſebio, nimirum tertio anno Olympiadicæ Tetraeteridos. Concurrebant igitur cum anno Pythiorum: quæ & ipſa tertio anno Olympiados celebrabantur. C

DE CÆDE XERXIS, ET INITIO ARTAXERXIS LONGIMANI.

Anno quarto Olympiadis 78, hoc eſt, anno Iphiti 312, Xerxes ab Artabano interficitur, ſextodecimo a traiectu Helleſponti, cum indulgens libidini iam ſuis in contemptum veniſſet, anno periodi Iulianæ 4249. Regnauit igitur annis XXIIII, ab expeditione patris Ægyptiaca: ſolus annis XXII, aut pauxillo plus. Septem menſibus a cæde patris, Artaxerxes ὁ μακρόχειρ, occiſo Artabano, iniuit imperium. cuius initium ab anno periodi Iulianæ D
4250. Ex Diodoro.

DE SOL-

A DE SOLSTITIO METONIS, ET PRIMO ANNO ENNEADECAETERIDIS EIVSDEM.

MAGNAM à posteritate gratiam ineunt, qui viam ad præclara inuenta muniunt, tametsi ipsorum conatibus euentus desit. Metonis inuentum est, in ducentis & triginta quinque syzygiis Lunam ad idem punctum Solis restitui. Quod quamuis multis partibus vitiosum postea deprehensum est: tamen neque Calippus, qui Metonem castigauit, neque Hipparchus, qui periodum Calippi reformauit, pueriliter exultauerunt, & eximia epicheremata B conuiciis traduxerunt, sed, vt ex reliquiis Hipparchi, quæ apud Ptolemæum extant, odoramur, existimationis & Metonis & Calippi ratio habetur. quod genus humanitatis non experiare in Criticis nostri temporis. qui cum nullo sint cultu literarum politi, morum etiam inciuilitatem cum summa literarum imperitia coniunxerunt. Et tamen si illos audias, ipsi soli ἀναμάρτητοι, ac propterea aliorum erratis iniquiores. Sed vereor, ne in tam nobili loco horum mentionem faciam, quibus maximus honor haberetur, si quomodocunque illorum nomen hic insererem. Meton igitur perspecto vitio Octaeteridis Harpaleæ, cuius rationes iam labascebant, ex duplici Octaeteride, & triginta septem syzygiis nouum orbem lunarem C instituit: cuius caput non a bruma, vt Harpalus, sed a solstitio instituit. Ingeniose autem exspectauit annum, in quo neomenia Gamelionis incideret in veterem epocham brumalem Atheniensium, a qua Octaeterida suam orsus erat Harpalus. Epocha enim brumalis vetus erat in VII & VIII Ianuarij. Tempore vero Harpali neomenia Γαμηλιῶνος κατὰ σελήνην incipiens proxime ab ea epocha, hoc est, VIII, aut IX Ianuarij, cadebat in nostrum cyclum Lunæ octauum. Igitur & Meton ab eiuscemodi cyclo & ipse suam periodum exorsus est, in quo Gamelion Lunaris incurreret in veterem epocham brumalem, aut proxime abesset. anno Nabonassari 317, Pharmuthi nona, Σκιρροφοριῶνος τρίτη ἐπὶ δέκα, anno secundo periodi Atticæ: anno D 40 periodi quintæ Olympicæ, Γοργιαίου τριακάδι. anno periodi Iulianæ 4282, Iulij XV, feria quinta, cyclo Solis 26, Lunæ septimo. anno Iudaico 3329: cuius Ab 5. 20.120, qui debebat transferri ἀστρονομικῶς in feriam sextam, propter 20 horas. sed Meton statuit in feria V. Karkinonos XVIII, anni a mundi conditu 3518: cuius Zygon 3.3.31', XXIX Septemb. Gamelionos neomenia incidit in IX Ianuarij, vbi olim Octaeteridis Harpaleæ erat initium, & postea κατὰ μετέμπτωσιν pessum iuit. Quia vero anni prytanias a diebus æstiuis sumunt ini-

tium, ipse non solum improbauit epocham prisci Cardinis æstiui in A
VIII Iulij, sed etiam nouam induxit. Igitur adhibito Euctemone, obseruauit Solstitium eodem anno Nabonassari, Phamenoth XXI, feria prima, Θαργηλιῶνος ἕκτη φθίνοντος, quæ congruit XXVII Iunij. Thamuz XI, Didymonos autem vltima: vt illa obseruatio vno die antecesserit verum Solstitium: quo nomine ὁλοσχερῆ illam obseruationem cum Hipparcho vocat Ptolemæus. Præterea ἡλιοτρόπιον in porticu Πυκνὶ statuit, quod Romani Solarium vocant. Nam olim omnia horologia τροπικὰ erant, Græcis quidem solstitialia, Romanis autem brumalia. at hodie omnia sunt ἰσημερινά. Hoc factum Apseude adhuc magistratum obtinente: cui sequenti Hecatombæone successit Pythodorus. Non est autem nouum, ἐννεαδεκαετηρίδα vocari κύκλον, vt Computorum conditoribus dicitur cyclus Lunæ. Nam & B
Aratus ita vocauit: ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. Vsi sunt Athenienses πρυτάνεις hac enneadecaeteride vsque ad editionem Calippicam. Nam anno Nabonassar 366, Thoth 27, defecit Luna μηνὸς Ποσειδεῶνος, ἄρχοντος Φανοστράτου. anno periodi Iulianæ 4331. Decemb. 23, feria 3, cyclo Solis 19, Lunæ 18. anno mundi 3568: Toxonos XXVI. cuius Zygon 2.6.14, die 29 Sept. anno Iudaico 3379, Tebeth XV, cuius character 3 0.803, die 9. Decemb. Erat annus 12 Cycli 3 Metonici. Neomenia Ποσειδεῶνος πρυτανείας, 8 Decemb. Ergo Eclipsis contigit XVI Ποσειδεῶνος Metonici. Rursus eodem anno idem sidus defecit, Phamenoth 24 Σκιῤῥοφοριῶνος μηνός: anno periodi Iu- C
lianæ 4332, Iunij 18, feria V, cyclo Solis 20, Lunæ 19. Didymonos 23. Thamuz XV. cuius character 5.5161 die 4. Iunij. Scirrhophorionis neomenia 4 Iunij. Ergo XV Scirrhophorionos Metonici. Tertio defecit idem sidus anno sequente, Thoth 16, μηνὸς Ποσειδεῶνος δευτέρου, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐάνδρου. anno periodi Iulianæ 4333, Decembris 12, feria VII. anno mundi 3569, Toxonos XV. anno Iudaico 3379, XV Tebeth. cuius character 7.9.599, Nouembr. 28. Neomenia Ποσειδεῶνος δευτέρου anni 13 cycli 3, Nouemb. 27. Ergo defectio sideris contigit XVI Ποσειδεῶνος δευτέρου.

DE INITIO BELLI PELOPONNESIACI. D

INDVBITATVM est belli Peloponnesiaci initium, anno sequente post obseruatum a Metone Solstitium: anno primo Olympiadis 87 ad finem decurrente: Cyclo Solis XXVII, Lunæ octauo. quod etiam probatur deliquio Solis, quod statim ineunte æstate, id est Ἑκατομβαιῶνος ἱσαμένου contigit, vt testatur Thucydides, anno periodi Iulianæ 4283, Augusti III, feria quarta: anno 318 a Nabonassar, Pharmuthi 27, Ἑκατομβαιῶνος ἕκτη ἱσαμένου. Erat enim quartus annus periodi

A periodi Atticæ. anno 42 periodi Olympicæ, Ὑπερβερεταίου ἐνάτῃ τελευτῶντος, νουμηνίᾳ Μεταγειτνιῶνος Πρυτανείας; in anno secundo primi cycli Metonis: neomenia Elul 3330: cuius character 4.17.709: Leontonos VI, anni a primordiis rerum 3519: cuius Zygon 4.9.0': Septembris XXIX. Itaque neomenia Hecatombæonis eo anno concurrebat cum neomenia Leontonos. Cæpit hoc bellum mense Munychione anni primi Olymp. 87; nempe ab incursione Lacedæmoniorum, duce Archidamo Rege Spartæ: a quo illud bellum veteribus scriptoribus dicitur Ἀρχιδάμειος πόλεμος, vsque ad fœdus initum, decimo anno illius belli vertente; quo paulum respirare Athenienfibus & Lacedæmoniis datum. Nullum est dubium in epocha initij, neque in fine. Principium anno periodi Iulianæ 4283: finis
B 4310. Finem igitur cepit anno 28 labente ab incursione Archidami: Finem, inquam, imposuit Lysandrus captis Athenis, anno quarto Olympiadis XCIII, Μουνυχιῶνος μηνὸς ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ, vt scribit Plutarchus. Erat annus 68 periodi Olympicæ, & proinde 20 periodi Atticæ, Maij XIII, Πανέμου ἕκτῃ ἱσταμένου, feria quinta; cyclo Solis XXVI. Quemadmodum autem initium tanti belli signatum est deliquio Solari, ita alia eiusdem sideris defectione notatus est sextus mensis a fine illius belli, quo scilicet tempore oligarchia a Lysandro Athenis inducta est, initio primi anni Olympiadis 94, qua stadium vicit Crocinas Thessalus. quæ Olympias celebrata est eo anno XX Augusti. Eclipsis autem, quæ teste Xenophonte eo tempore contigit,
C incidit in VI Payni anni 344 a Nabonassaro, Septembris III, feria sexta, neomenia Tisri 3358, cuius character 6.11.684. Parthenonos VII. anno Mundi 3546, ad finem vergente: cuius Zygonis character 3.20.11', Septembris XXIX. Ὑπερβερεταίου δευτέρᾳ τελευτῶντος, Μεταγειτνιῶνος τετράδι ἱσταμένου. Ἑκατομβαιῶνος πρυτανείας τριακάδι, in X anno secundi cycli Metonici. Is erat, vt diximus, sextus mensis anni XXVIII ab incursione Archidami. Tamen Xenophontis de hac re verba hæc sunt: τελευτῶντος τοῦ θέρους, εἰς ὃ ὁ ἑξάμηνος, καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. Præter sex menses, ait octo & viginti annos præterea huic bello absolutos fuisse. Sed vtitur idiotismo loquendi, viginti & octo
D annos, pro vicesimus octauus annus. quæ locutio apud Iosephum, Plutarchum, Gregorium Turonensem, & alios veteres frequens occurrit: quod mihi imposuit, & cautioribus imponere potest. Itaque qui hallucinari putant Xenophontem, ipsi potius hallucinantur. Non enim est hallucinatio, sed ἀκυρολογία καὶ ἰδιωτισμός. Monendus est Lector, quod iam alibi fecimus, in neomeniis Iudaicis nos negligere translationes: Nam anni cælestis ciuilis neomenias vsurpamus, non Iudaicas. Cum tempus & locus postulabit, vt de anno Iudaico dicamus,

tunc Ιυδαϊκῶς neomenias putabimus. Rurſus, quia caremus nominibus menſium Elidenſium, in periodo Olympiaca, quæ eadem fuit prorſus cum Macedonica, Macedonicis appellationibus menſium vtemur, quorum Hyperberetæus eſt is, in quem incidebat Olympias, quem poſtea Syromacedones primum Autumnalem inſtituerunt. Itaque caueat accuratus Lector, ne Hyperberetæum Macedonum Olympicum, cum Hyperberetæo autumnali Syromacedonum confundat. Porro Diodorus Siculus a capto Ilio, ad inductam à Lyſandro oligarchiam, definit annos 779 abſolutos. Annus capti Ilij 3531. Annus oligarchiæ Lyſandreæ 4310. Differentia 779 anni, quot nimirum ſtatuit Diodorus. A

B

DE EXCESSV ARTAXERXIS LONGIMANI, ET INITIO DARII NOTHI.

ARTAXERXI, cui cognomen μακρόχειρ fuit, quod alteram manum longiorem haberet, vt auctor eſt Plutarchus, vel quod vtrunque brachium longius, quam commenſus corporis humani poſtulat, vt ait Strabo: ei ergo Artaxerxi XL annos attribuit Euſebius, & quidem melius, quam Cteſias, qui dat illi XLII. Nam eius obitus a Thucydide reiicitur in annum VII belli Peloponneſiaci, principio hiemis: hoc eſt, exitu anni periodi Iulianæ 4288. Deceſſit ergo anno quadrageſimo imperij. Annus vero 4289 eſt primus Darij Nothi, qui antea Αχος ſiue Ωχος dictus, poſtquam ad imperium acceſſit, ex inſtituto, & conſuetudine Perſarum, mutato nomine Δαρειαῖος dictus. Auctor Cteſias, qui ſub eius filio Artaxerxe Περσικὰ ſua ſcripſit. Huius initium confirmatur tum tempore obitus Artaxerxis ipſius patris, tum etiam viceſimo anno belli Peloponneſiaci, qui cum fuerit tertius decimus Darij Nothi, vt ſcribit Thucydides, eius initium pendet a ſeptimo nondum finito, hoc eſt, quantum ab hieme, ad Ver intereſt. Finis imperij colligitur ex Diodoro Siculo, qui eius mortem in annum IIII Olympiadis XCIII, circiter exitum belli Peloponneſiaci, ponit, qui erat annus XXVII ab incurſione Archidami. Imperauit igitur annos XIX: quod & ab Euſebio annotatum eſt. Hoc tempus congruit anno periodi Iulianæ 4309. Adſtipulantur Diodoro Euſebius, & Iuſtinus, qui tempus obitus huius Darij cum expugnatione Athenarum, & victoria Lyſandri comparat. Sed quod idem Iuſtinus exilium Dionyſij Siciliæ tyranni in eundem annum conferat, peccat & tempore, & perſona. Tempore, quod XLVIII annis poſt illud exilium acciderit. Perſona, quod

(Margin letters: C beside "principio hiemis" line; D beside "ter exitum belli" line.)

A quod non Dionysius senior Hermocratis filius in exilium actus sit, sed Dionysius iunior huius filius. Alioquin tantum abest, vt hoc filio competat, vt is annus fuerit primus tyrannidis Dionysij senioris, vt scribit Xenophon. Sed Trogus, aut Iustinus habebat in animo, Dionysium eo anno victum a Carthaginiensibus fuisse. Propterea cladem illius Dionysij cum filij exilio confudit.

DE INITIO ARTAXERXIS MNEMONIS.

B Artaxerxes, vel, vt est apud Plutarchum, Artoxerxes, ab altero Artaxerxe, cognomine Μνήμονος distinguitur, vt ille ab hoc cognomine Μακρόχειρος. Nos Memorem vocamus: quod plane respondet Græco μνήμων: cum alioquin potius μνημονικὸς quam μνήμων, & Memoriosus, quam Memor dicendus fuerit. Eius initium sumitur ab obitu Darij patris, anno periodi Iulianæ 4309, vt iam demonstrauimus. Desinit vero in initio Achi Artaxerxis eiusdem filij, anno 4352. Interuallum, anni 43. Decessit ergo anno 44 imperij. Plutarchus illi attribuit annos imperij duos & sexaginta: vitæ quatuor & nonaginta: puto, quia reliquos 19 supra 43, regnauerit cum patre. Sic Ctesias Darium Nothum, in cuius filij aula fuit, ait imperasse annos 35. Sed imputandum eos, qui sunt supra nouemdecim: quos non dubitamus cum patre communicasse.
C

DE CYRI MINORIS EXPEDITIONE.

Socrates ducto cicutæ poculo sublatus est, anno primo Olympiadis 95. Auctor Laërtius. Eodem auctore Xenophon Grylli filius διαβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου, ἔτει ἑνὶ πρότερον τῆς Σωκράτους τελευτῆς. Socrates periit anno Iphiti 377. Igitur anno Iphiti 376 ἀνέβη ὁ Κῦρος, qui erat periodi Iulianæ 4313, Artaxerxis autem tertius.

DE PVGNA ALIENSI.

D

Ex Tabulis Censoriis primus togatorum M. Porcius Cato deprehendit ab exactis Regibus, ad Vrbem a Gallis captam, esse annos absolutos C X X. Hoc vt certum est, ita reliquum retro tempus, ad prima Palilia, est controuersum. Controuersia autem tota est in vno anno: quod alij per C C X L I I I I annos, alij vno minus Romæ regnatum contendunt. Quarum duarum factionum altera Romam conditam vult tertio anno sextæ Olympiadis, cuius senten-

tiæ princeps M. Terentius Varro & L. Tarrutius Firmanus : altera A vno anno ſerius repetit prima Palilia. cuius ſententiæ auctor vnicus M.Cato. Antiquiores Varrone, qui Catonem ſecuti ſunt, prima quidem Vrbis Palilia deducunt a quarto anno ſextæ Olympiadis, ſed non aduertunt interuallum ad Reges exactos minuendum eſſe anno vno. At contra faciunt, & ab eodem initio Catoniano profecti fines Regifugij vno anno promouent. Ita factum, vt Regifugium conferatur ab eis in annum primum Olympiadis 69 : cum tamen inciderit anno ante. Hos ſequuti Dionyſius, Diodorus, alij, ſeruato eodem interuallo a primis Palilibus ad Regifugium, neceſſario coguntur ſtatuere Romæ prima cunabula in primo anno VII Olympiadis. Aliter non conſtarent ſibi. Quare periculoſa eſt eorum in in- B teruallis definiendis aſſertio. Ex horum igitur ſententia Regifugium incidit ſaltem in 4206 periodi Iulianæ. Interuallum autem indubitatum a Regifugio, ad cladem Alienſem, annorum CXX, his adiectum conſtituit tempus Vrbis captæ a Gallis in anno 4326 periodi Iulianæ, Olympiadis autem 97 quarto deſinente, paulo ante initium Olympiadis 98, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος, ſiue vt eſt apud Diodorum, Πυῤῥίωνος. Sed quia falſa eſt hypotheſis, falſa erunt & conſequentia. Si enim Regifugium contigit, vt a nobis ſupra demonſtratum eſt, anno periodi Iulianæ 4205, annus captæ Vrbis erit 4326, trecenteſimus ſexageſimus quintus a Palilibus Vrbis Varronianis, vno autem anno minus a Catonianis: quam ſententiam no- C ſtram firmat Plinius libro XXXIII, capite primo: cuius verba referam. *Ergo vt maxime duo tantum milia pondo, cum capta eſt Roma anno trecenteſimo ſexageſimo quarto, fuere, cum iam capitum liberorum cenſa eſsent* CLII *milia quingenti octaginta.* Quia numerus verbis expreſſus eſt, non autem notis perſcriptus, erratum non eſſe a librario nobis conſtare debet. Deductis 120 annis de 364, relinquitur annus currens Regifugij ducenteſimus quadrageſimus quartus a Palilibus Catonianis. Igitur anno Vrbis 364 Catoniano, 365 autem Varroniano Vrbs capta, anno periodi Iulianæ 4325, cyclo Lunæ XII, Solis XIII, anno quarto Olympiadis 96, deſinente. Plutarchus in Camillo: ἐγένετο δὲ ἡ μάχη περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον. ᾗ καὶ D πρότερον ἡμέρᾳ μέγα πάθος συνέβη τὸ περὶ τοὺς Φαβίους. τριακόσιοι γὰρ ἐκ τοῦ γένους ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἀνῃρέθησαν. Sane, vt toties dixi, Græci per τροπὰς θερινὰς nihil aliud intelligunt, quam VIII Iulij. characterem igitur appoſuit plenilunium non longe ob octaua Iulij. Et ſane eo anno plenilunium fuit nocte, quæ ſecuta eſt IIII Iulij, Thamuz XV, cuius character 6. 14. 3. anno Iudaico 3372, Karkinonos VIII anni a mundi conditu 3561, cuius Zygon, 7, 13. 27, Septemb. XXVIII. Γορπιαίου

δεκάτῃ

A δεκάτῃ φθίνοντος, Σκιῤῥοφοριῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου, Σκιῤῥοφοριῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Πρυτανείας, x v diebus, ante magistratum Πυγίωνος. Quod ſi, vt puto, contigit quintadecima, aut ſextadecima Scirrhophorionos prytanias Metonicæ, biduo tantum aberit ἀπὸ τροπῶν θερινῶν. Vbi rurſus vides, quanti referat & annum priſcum Græcorum ſcire, & ad eius characteres temporum notationes exigere. Nos enim, quibus nulla præſidia vetuſtatis adſunt, ex miſerrimis reliquiis, quæ ſparſim iacent apud auctores, hæc indagamus, & fugax tempus prehendimus, & cum veteribus, quibus omnia ſuppetebant; contendimus. Recte igitur Plutarchus πανσελήνῳ, item περὶ τροπὰς θερινάς; quod VIII Iulij biduo tantum aberat a XVI Scirrhophorionos Meto-
B nici. Veteres autem vt plurimum XVI potius, quam X V menſis plenilunium aſſignabant. Quod ſi per Solſtitium verum eius temporis indagare voluiſſem, quod tunc erat in X X V I I Iunij; fruſtra fuiſſem. Nam, vt toties dixi, per ſolſtitium veteres ſolam diem VIII Iulij intelligunt, & a vero ſolſtitio plenilunium non hoc, ſed ſequenti anno triduo abſuit. Liuius ait hunc caſum accidiſſe X V Kal. Sextiles, quod & Seruius Commento VII confirmat. XVIII dies Quintilis erat 195 a Kal. priſci Ianuarij. Ergo tunc Kal. Ianuarij Romani incidebant in XXII Decembris, & iam tum vitium erat in Merkedonij intercalatione. Sed ſi X V I I I die Quintilis Allienſis clades contigit, & alio tempore eodem die cæſi ſunt tercentum ter Fabij,
C quomodo igitur Ouid. Fabiorum cladem in Februarium coniicit? Aliter Cor. Tacitus II hiſtor. Funeſto ominis loco acceptum eſt, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de ceremoniis X V Kal. Aug. edixiſſet, antiquitus infauſto die Cremerenſi, Allienſique cladibus. ALIENSIS veteres ſcribebant per vnum L, non ALLIENSIS. Seruius Commento Virgilij ſeptimo: *Sane* ALIA *dicitur: cui additur vnum L propter metrum, vt* RELLIQVIAS. *Lucanus bene poſuit: Quas Aliæ clades:*---

DE LEVCTRICA PVGNA.

D ERATOSTHENES ab initio belli Peloponneſiaci, ad Leuctricam cladem, ponit annos abſolutos LXI. Initium belli Peloponneſiaci, annus 4283 periodi Iulianæ. Ergo illa clades cadit in 4344 annum periodi Iulianæ, cyclo Lunæ XII. Fuit igitur aut annus ſecundus 102 Olympiadis deſinens, aut tertius iniens. Et quidem Plutarchus Ἱπποδρομιῶνος μηνὸς πέμπτῃ ἱσταμένου ait contigiſſe, quem menſem confert cum Hecatombæone. Ergo ineunte anno tertio centeſimæ ſecundæ Olympiadis Leuctricum prælium contigit. At omnes coniiciunt in ſecundum, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρασικλείδου. Puto

adhuc Phrasiclida magistratum in fine secundi obtinente. Nam Plu- A
tarcho de mensibus loquenti cum delectu credendum. Idem enim
perperam Λῷον Macedonicum dicit esse Ἑκατομβαιῶνα : & in hac re
raro est idoneus sine satisdatione.

DE INITIO ALEXANDRI MAGNI.

PHILIPPVS Macedo Amyntæ F. interfectus est anno primo
Olympiadis CXI, Πυθοδήμου ἄρχοντος, auctoribus Diodoro, &
Arriano : quæ quidem Olympias celebrata est die XVIII Au-
gusti. Natus est autem Alexander Olympiade 106 ineunte, sub ip-
sum tempus ludicri. Plutarchus : ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου B
μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν
ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. Addit : Φιλίππῳ δ' ἄρτι Ποτί-
δαιαν ᾑρηκότι τρεῖς ἧκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. ἡ μὲν Ἰλλυριοὺς ἡττῆσθαι
μάχῃ μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος· ἡ δ' Ὀλυμπίασιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι·
τρίτη δὲ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενέσεως. Erat annus 41 periodi Olympicæ. O-
lympias celebrata Iulij XXX. Proinde erat tertius periodi Atticæ.
Neomenia Ἑκατομβαιῶνος Augusti secunda, Ἑκατομβαιῶνος πρυτανείας
ὀγδόῃ φθίνοντος, anno primo quinti cycli Metonici, cum esset μετέμ-
πτωσις vnius diei. Ergo Alexander natus Augusti VII, periodi Iulia-
næ 4358, cyclo Solis XVIII, Lunæ VII, octauo die a ludicro O-
lympico, quo equo singulari Philippus absens vicit Olympia : Le- C
ontonos XI, anni 3594, cuius Zygon 6. 13. 35', Septembris XXVIII.
neq; accedimus Æliano, qui dicit Alexandrum τῇ ἕκτῃ Θαργηλιῶνος
esse natum, eodem etiam obiisse ποικίλ. β. κέ. Quod autem Plutarchus
Λῷον Macedonicum dicit esse Ἑκατομβαιῶνα Atticum, nihil aliud
quam solennia peccat in istis rebus. Obiit autem Alexander, vt ex
Ephemeridibus ipsius morbi relatum est a Plutarcho, Δαισίου τῇ τρίτῃ
τελευτῶντος : anno periodi Olympicæ 73. quod tempus respondet
XVIII Aprilis, feria quarta, cyclo Solis XXIII, Lunæ II : anno pe-
riodi Atticæ 35, Ἐλαφηβολιῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, Krionos XXV an-
ni mundi 3627, cuius Zygon 5. 13. 41' XXVIII Septembris. Arria-
nus ait imperasse annos XII, menses VIII. quod conuenit, si Philip- D
pus interfectus mense Hyperberetæo Olympico. Quare Eusebius
natalem Alexandri in annum secundum Olympiadis 106 conferat,
non video : cum id neque iis, quæ supra de eius natali ex Plutarcho
retulimus, conueniat, neque annis eius vitæ. Ita enim XXXI tantum
annos vixerit. Sed est error librariorum. Nam ipsemet postea ait cum
decessisse anno vitæ XXXIII.

DE

A

DE MEMORABILI CLADE CARTHAGINIENSIVM IN SICILIA.

MEMORABILIS fuit illa clades, qua Carthaginienses affecit Timoleon in Sicilia. Tempus notat Diodorus Siculus, annum primum Olympiadis cx, & xxi annum Philippi Macedonis. Plutarchus vero in Camillo ait fuisse Θαργηλιῶνος τὴν ἑβδόμην ἱσαμένου, Σκιῤῥοφοριῶνος πρυτανείας ἑπτακαιδεκάτην, anno xvii quinti cycli Metonici. Erat annus xix periodi Atticæ: proinde xxvi Iunij: anno 4375 periodi Iulianæ, feria iii, cyclo Solis vii: anno Mundi 3611, Didymonos xxxi. Zygon 6.16.33, Septemb. xxviii.
B anno Iudaico 3422, Thamuz xviii: cuius character 7.11,837, Iunij viii. anno Nabonassari 409, Pharmuthi xii. Alij dicunt hoc accidisse Thargelione, qui præcessit annum primum Olympiadis cx. Quod si verum est; inciderit ea clades xxix Iunij, non xxv, die vndecima Thamuz, cuius character 3.2.1041, Iunij xix: Σκιῤῥοφοριῶνος πρυτανείας δεκάτῃ, anno xvi cycli quinti Metonici, vbi facta est μετέμπτωσις vnius diei.

DE CLADE AD CHÆRONEAM.

C ANNO III Olympiadis cx miram rem Græciæ vno eodemque die contigisse scribit Diodorus, anno xxiii Regis Philippi, quo die pugnatum sit ad Chæroneam Bœotiæ, duce Charonda, eodem quoque cum Tarentinis & Philippo decertatum fuisse. Diem autem notauit Plutarchus in Camillo Μεταγειτνιῶνος ἑβδόμην ἱσαμένου. Erat annus xxi Periodi Atticæ. Tempus Iulianum, Kalendæ Septembris, anno periodi Iulianæ 4377. anno primo sexti cycli Metonici, Μεταγειτνιῶνος πρυτανείας ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάδι. anno Mundi 3613, Parthenonos quinta. Zygonos character, 2.4.11', Septembris xxix. anno 3424. Iudaico, Elul xix, cuius character 6.19! 648, feria vii, Augusti xiv. anno Nabonassar 410, Payni xxii.

D

DE EVERSIS AB ALEXANDRO THEBIS BOEOTIIS.

THEBAS Bœotias captas & solo æquatas ab Alexandro refert Diodorus, Euæneto Athenis magistratu: hoc est, Olympiadis cxi anno secundo. Nam expeditionem suscepit aduersus Thracas, & Illyrios, & postea aduersus Persas, anno vertente post Thebas di-

bas dirutas, Ctesicle archonte. Eam autem expeditionem coniicit in A annum tertium eiusdem Olympiadis Eusebius. Ergo anno secundo Thebæ dirutæ. Præterea character αἰαμφίλεκτος appositus a Plutarcho in Camillo, μηνὸς Βοηδρομιῶνος, περὶ τὰ μυστήρια. & idem in Alexandro ait Mysteria intermissa fuisse ob luctum captarum Thebarum. Iam ea mysteria, quæ cognominabantur μεγάλα, quæque quinto quoque anno redibant, semper celebrabantur τῇ εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος, vt ait idem Plutarchus: qui anno secundo Olympiadis sequentis, nempe CXII, scribit Mysteriis, hoc est, τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, lunam defecisse. Quamuis falso ait lunam mysteriis defecisse, cum Metagitnione hoc contigerit, non Boedromione, vt suo loco demonstrabitur: tamen & Boedromionos vicesima, & secundo an- B no Olympiadis celebrari solita, hinc discimus. Et Xenophon primo ἑλληνικῶν diserte scribit, anno secundo Olympiadis XCIII Alcibiadem reuersum Athenas, statim mysteria, quæ metu belli Peloponnesiaci Athenienses in mari celebrabant, vt in terra celebrarentur, curasse. Non dubium igitur anno secundo Olympiadis CXI eum casum congruere, anno periodi Iulianæ 4379, qui erat vicesimus quartus periodi Atticæ. Ideoque hoc contigit quarta Octobris, sequente V, cyclo Solis XI, Lunæ IX, Βοηδρομιῶνος πρυτανείας τρίτῃ ἐπὶ δεκάτῃ εἰς τὴν τετάρτην, anno tertio cycli sexti Metonici. anno Mundi 3616, Zygonos VII: cuius character 5.21.39, Septembris XXVIII. anno Iudaico 3427, Tisri XV, sequente XVI, cuius character 4.14. C 746, Septembris XX. Anno Nabonassar 413, Epiphi XXIIII. Quod enim Autumno ineunte mysteria celebrarentur, docent ij versus, quos ex Seneca adduximus libro primo:

Quanta, cum longa redit hora noctis,
Crescere & somnos cupiens quietos
Libra Phœbeos tenet æqua currus,
Turba secretam Cererem frequentat.

Quæ quidem quinquennalia fuisse docet Tertullianus in Valentinianos, non longe a principio: *Nam & illa Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent, pudor est. Iccirco & aditum prius* D *cruciant: diutius initiant, quam consignant: cum & portas ante quinquennium instituunt, vt opinionem suspendio cognitionis ædificent: atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantam præstruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentij officium. Attente custodiunt, quod tarde inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot suspiria portarum: totum signaculum linguæ simulacrum membri virilis reuelatur*. Diuinorum horum verborum splendor obsolescit duabus maculis a nemine

A mine hactenus animaduersis : *Cum & portas ante quinquennium instituunt*. Legendum enim , *Cum Epoptas ante quinquennio instituunt*. Eodem modo infra : *tot suspiria portarum*. Nam & hic quoque legendum , *suspiria Epoptarum*. Nam cur siparia pro suspiria reponeret doctus Rhenanus , caussæ non erat. τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, qui accipiebant mysteria , (quod μυεῖσθαι dicitur , Tertullianus dicit institue-re) vocabantur Μύσαι. Quinquennio autem ineunte , eadem εἰκάδι Βοηδρομιῶνος , dicebantur ἐπόπται καὶ ἔφοροι. Hinc lux affulget verbis Tertulliani dicentis , Epoptas ante quinquennio institui , id est, μυεῖσθαι. Suidas : ΕΠΟΠΤΕΥΕΙΝ. ὁ μὲν τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες ΜΥΣΤΑΙ καλοῦνται. ὁ δὲ τοῦ ἑξῆς ἐνιαυτοῦ ΕΦΟΡΟΙ καὶ ΕΠΟΠΤΑΙ.

B Falsum , τοῦ ἑξῆς ἐνιαυτοῦ. Non enim mysteria erant annua. imo τῇ ἑξῆς μυήσει , nimirum anno quinto redeunte. Itaque melius infra : ΕΠΩΠΤΕΥΚΟΤΩΝ. ὁ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι , ἐν τῇ δευτέρα μυήσει , ΕΠΟΠΤΕΥΕΙΝ ἐλέγοντο. Quod Græci dicunt ἐποπτεύειν μυστήρια , id Q.Curtius dixit visere mysteria , libro VIII: *Non qui Samothracum mysteria viserent*. Aliud est τριετηρικὰ μυστήρια , de quibus libro primo satis diximus. Hæc autem μεγάλα dicebantur , vt illa μικρά. Hæc quinquennalia. Illa triennalia. Et hæc semper , vt diximus , celebrabantur nocte , quæ sequebatur τὴν εἰκάδα Βοηδρομιῶνος , statim post occasum Solis , plenilunio. Vnde Plutarchus sciens illa mysteria plenilunio semper obiri , scribit defectionem Lunæ,quæ contigit an-

C te prælium ad Arbela , incidisse in mysteria καὶ τὴν εἰκάδα Βοηδρομιῶνος : quanquam , vt monuimus , non τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος , sed τῇ εἰκάδι Μεταγειτνιῶνος defecit Luna. Omnino tamen verum est & plenilunio , & τῇ εἰκάδι τοῦ μηνὸς celebrari solita. Euripides Ione:

Αἰσχύνομαι τὸν πολύυμνον.
Θεὸν , εἰ παρὰ καλλιχόροισι πηγαῖς
Λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων
Ὄψεται ἐννύχιος ἄϋπνος ὤν ,
Ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς
Ἀνεχόρευσεν αἰθήρ ,
Χορεύει δὲ σελαία.

D

Nam θεωρὸν λαμπάδα quid sit , non ignorat , qui scit, quid sit λαμπάδα τοῖς μυστηρίοις ἱστᾶσθαι. & θεωρὸς idem cum ἐπόπτης. Hic igitur vides τὰς εἰκάδας τῶν Μυστηρίων : item τὴν χορείαν τῆς σελήνης , nimirum τὴν πανσέληνον. τὰς εἰκάδας autem veteres dicebant , pro τὴν εἰκάδα. Plutarchus Camillo : πέμπτῃ δὲ φθίνοντος (Βοηδρομιῶνος) ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν , ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει , τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας , ὡς ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν

ἡμερῶν ἀποδέδειχε). Plenilunium autem non poterat contingere ἐν εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, nisi quarto anno Tetraeteridis Atticæ, hoc est, secundo Olympiadis. Quare recte a nobis casus Thebarum in secundum annum Olympiadis coniectus. A

DE PVGNA AD ARBELA, ET INITIO IMPERII ASIATICI ALEXANDREI.

QVEMADMODVM pugna ad Arbela, qua cum Dario Alexander vltima belli fortuna expertus est, nobilissimi & amplissimi imperij initium fuit, ita eam antecessit nobilissimus character, vt posterorum cognitionem effugere non potuerit. B Vndecim enim diebus, inquit Plutarchus, ante pugnam Luna defecit. Quod & Plinius testatur ita scribens: *Nobili apud Arbela Magni Alexandri victoria Luna defecisse noctis hora secunda prodita est, eademque in Sicilia exoriens.* Hæc defectio omnino contigit anno secundo Olympiadis CXII, cyclo Lunæ XIII, Nabonassari 417, Epiphi XI, feria secunda, cyclo Solis XV, cum Sol fere sextantem gradus 24 Virginis transmisisset, horis 7.42′ in Prutenia: anno periodi Iulianæ 4383, Septembris XX, sequente XXI, anno mundi 3619, Parthenonos XXIIII. Neomenia Zygonos antecedentis 2.15.7, Septembris XXVIII. anno Iudaico 3431, Tisri XV, sub exitum τῆς σκηνοπηγίας: cuius C Tisri character 2.14. 723, Septemb. VI. Erat annus 28 periodi Atticæ. Proinde contigit τῇ εἰκάδι Μεταγειτνιῶνος, non autem Βοηδρομιῶνος, vt plane hallucinatur Plutarchus. ἡ μὲν οὖν σελήνη, inquit, τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. Sed Arrianus ineptius. Τὸ τέλος τῇ μάχῃ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους μηνὸς Πυανεψιῶνος. Sed nihilo sequius Ciceronem fugit ratio primo de Diuinatione: *Idemque mittit & signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit. Quale scriptum illud videmus: Si Luna paulo ante Solis ortum defecisset in Signo Leonis, fore, vt armis Darius, & Persa ab Alexandro, & Macedonibus prælio vincerentur, Dariusque moreretur.* Duæ hic hallucinationes. D Nam neque in Leone fuit Luna, cum defecit, neque ante Solis ortum, sed Sole ipso occidente, in Calabria, aut pauxillo ante Solis occasum in Hetruria. Huic errori germanus est ille in libello de ortu & occasu siderum, qui falso Ptolemæo attribuitur (est enim antiquior Ptolemæo) vbi a. d. IIII. EID. AVG. notatum est: *Lunaris defectus in hanc diem incurrere solet.* Habuit nimirum in animo hunc defectum, secutus opinionem eorum, qui Lunam in Leone positam defecisse scripserunt, quibus etiam assensum accommodauit Cicero, vt vidimus. Sed si hoc verum esset, oportebat hanc pugnam contigisse Sole Aquarium obtinente. Quod est

falsum,

A falsum, cum certum sit exitu æstatis Darium victum fuisse. Deinde si semel defectus Lunæ contigit a.d. IIII EID. Aug. quid attinet illud notare, quasi hoc soleat semper, aut sæpe accidere? Falso autem hæc pugna ad Arbela contigisse dicitur, cum ad Gaugamela commissa sit. Sed nobilior locus obscuriori hanc gloriam abstulit. Plutarchus: τὴν δὲ μεγάλην μάχην πρὸς Δαρεῖον οὐκ ἐν Ἀρβήλοις, ὥσπερ οἱ πολλοὶ γράφουσιν, ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γενέσθαι συνέπεσεν. Vocatus est autem locus ille ab intestinis Cameli ibi sepulti: quod & a quibusdam veteribus proditum. Id enim plane est [illegible] lingua Mesopotamitarum & Chaldæorum. Pugna igitur commissa est vndecima die a defectione Lunæ. Plutarchus: ἑνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς

B ἐκλείψεως νυκτὶ τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γεγονότων, &c. Hæc nox secuta est Kal. Octob. Ergo VI Nonas commissum prælium. Ab hac clade Persarum, & victoria Macedonum, incipit imperium Alexandri Asiaticum. Plutarchus: τοῦ δὲ τῆς μάχης ἐκείνης λαβούσης τὸ πέρας, ἡ μὲν ἀρχὴ παντάπασιν ἡ Περσῶν ἐδόκει καταλελύσθαι, βασιλεὺς δὲ τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρος ἀνηγορευμένος ἔθυε τοῖς θεοῖς μεγαλοπρεπῶς. Quare & rursus Plutarchum fugit ratio, qui cum pugnæ tempus conferret in duodecimam diem a defectu Lunæ, eam diem scribit fuisse τὴν πέμπτην Βοηδρομιῶνος φθίνοντος. Quæ hæc est Logistice, vt vndecim dies τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, dicantur πέμπτη Βοηδρομιῶνος φθίνοντος? Non igitur πέμπτῃ τοῦ Βοηδρομιῶνος φθίνοντος, sed δευτέρᾳ ἱσταμένου pugnatum ad Gaugamela. Nam eo anno Kalendæ Septembris τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Μεταγειτνιῶνος conueniebant, & Kal. Octobris τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Βοηδρομιῶνος, vt apparet ex Tabula neomeniarum Atticarum, libro primo e regione 28 anni periodi.

DE PERIODO CALIPPI.

CALIPPVS Cyzicenus, deprehenso vitio cycli Metonici, cuius rationes post 76 annos, pristinas epochas nouiluniorum vno die morabantur, non putauit dissimulandum esse errorem tum, qui subolescebat in mensibus τῆς παντελείας Metonicis, tum in Octa-

D eteride anni popularis, in qua aliquando beneficio ἐκβολῆς succurrebatur capiti anni pessum eunti; aliquando beneficio contrario ἐμβολισμοῦ interius summouebatur. Ipse putauit periodum institui posse syzygiarum 940, easque circumscribi commode diebus 27759, sine vllo vitij interuentu, vt quidem ipse falso putauit. qui omnes dies fiunt anni 76 communes, dierum singuli 360: vt omnes sint dierum 27630, cum mensibus embolimis nouem, qui sunt dies 270. Reliqui dies 129 sunt, quas vocant ἀνέγχυς ἡμέρας: quæ debe-

Mm bant

bant esse 152, cum binæ attribuerentur singulis annis. Sed nouem- A
decim ἐξαιρέσιμοι fiunt ordinariæ, & quatuor extraordinariæ. Ita viginti tres dies de 152 exempti relinquunt dies 129 superfluos tantum. Dixi 129 dies esse ἀνάρχους ἡμέρας, cum tamen vere essent 152. sed 23 dies de Boedromione eximebantur, vt supra menses tricenarios, 129 dies tantum superflui superessent. Calippus igitur nihil in anno populari innouauit, præter periodum, vt in 76 annis nouies intercalandum esse doceret, idque quando & quatenus: quod in Octaeteride ratio Lunæ, non regula vllius periodi ostendebat. Periodus igitur illa constat nouem Octaeteridibus, cum semisse. In prima & secunda, primus annus est embolimæus: in tertia & quarta, secundus: in quinta, sexta, & septima, tertius: in octaua, & nona, quartus. In B
omni autem quarto anno Tetraeteridis ἐξαίρεσις fit aut vnius diei, aut bidui: & quidem bidui in annis 4, 20, 40, 60. In reliquis quaternis vnius diei. Quia igitur illa vtebantur Elidenses in Olympiadum commissionibus, propter reuerentiam sacri ludicri eam publicauit, sed nomini Alexandri consecratam. Macedonum enim & Elidensium eædem omnino fuerunt Tetraeterides, nullo, præterquam mensium appellationibus, differentes. eiusque initium erat Hyperberetæus æstiuus idem cum Hecatombæone Attico. Quia vero Alexandri victoria ad Gaugamela incidit in secundum annum Olympiadis, non potuit, vt voluit, inde periodum Tetraetericam exordiri. sed eius initium indixit anno XIX vertente, a neomenia Αὐδυναίου, C
qui idem est cum Pyanepsione Attico, cuius neomenia incidit in VIII Octobris, proxime post κέντρον μεθοπωρινὸν, anno Iphiti 465. idque propter victoriam Alexandri, quæ II Octobris accidit. Itaque eam periodum Athenienses Macedonibus subditi receperunt, vt constat ex Decreto Atheniensium in gratiam Hyrcani Ethnarchæ & Pontificis Maximi Iudæorum emisso, μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, qui erat annus 23 quartæ periodi Alexandreæ. Ita enim eam vocauit Calippus, vt ei auctoritas ex dicatione accederet. Atque hoc beneficio de omnis Græciæ ciuitatibus optime meruit, quæ certatim illam periodum amplexæ sunt, sed omnes cum suis initiis. Non enim omnium, vt scimus, idem erat initium. Neque hoc con- D
tentus, vt periodum Tetraetericam in gratiam Alexandri, ita etiam annum prytanias in gratiam Atheniensium publicauit, initio sumpto proxime a solstitio. Nam anno victoriæ Alexandri, hoc est anno primo imperij Asiatici Macedonum, qui erat octauus sexti cycli Metonici, animaduertit neomeniam Hecatombæonis prytanias Metonicæ vno die nouilunium morari. quia neomenia Hecatombæonis prytanias hærebat diei XXVIII Iunij, anno octauo primi cycli. At

A eadem octauo cycli quinti pessum ierat, & in XXIX eiusdem mensis descenderat. Quare Calippus inde auspicans periodum suam Lunarem prytanias, iterum eam in XXVIII Iunij transmouit, feria III, quæ vtique debebat esse quarta, cum neomenia Thamuz anni 3469 fuerit 3.22.13, feria quarta, die XXIX Iunij, Karkinonos tertia. Nam neomenia Karkinonos vere tunc fuit in XXVII, cum 106 annis antea obseruatio solstitij Metonica & Euctemonica eidem diei competat, frustra, vt etiam Hipparchus annotauit. Vno enim die verum Solstitium anteuertit. Hæc igitur est nobilis periodus Calippica, dierum 27759, mensium Tetraetericorum 921, dierum 129, syzygiarum autem Lunarium 940. Tetraetericorum quidem B appellationibus Macedonum Olympicis, syzygiarum autem appellationibus prytaniarum Atticarum. Quod vtrumque obseruabis in Decreto Attico in Hyrcanum Ethnarcham. Itaque appellationes Macedonicæ Alexandream faciunt, prytaniæ autem Atticam. Annus 4384 periodi Iulianæ est primus periodi prytanias Calippicæ, anno Nabonassar 418, Pharmuthi 17.

DE PRIMO THOTH ANNORVM PHILIPPI ET MORTIS ALEXANDRI.

QVAM periti Macedones Epocham annalem instituerunt Philippo suo Regi, non solum ipse videre non potuit, sed ne ipsius quidem filius Alexander, qui circa eius initium decessit. Hinc C factum, vt anni ab excessu Alexandri vocentur Philippei, quod æra in gratiam Philippi instituta incidit in tempus mortis Alexandri. Theon commentario sexto in magnum opus Ptolemæi: ἀφειλόμεθα τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ναβονασσάρου κατ' Αἰγυπτίους ἐτῶν υκδ τὰ μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς υκδ, καὶ τὰ λοιπὰ Φιλίππου ἔτη χκη. Meminit etiam annorum Philippeorum a morte Alexandri Censorinus, annumque, quo librum suum scribebat, qui erat a Nabonassaro 986, dicit fuisse 562 a morte Alexandri. Ergo differentia annorum Nabonassari, & Philippi sunt anni Ægyptiaci 424. Et proinde annus Nabonassa- D ri 425 est primus Philippi, aut mortis Alexandri. Ideo Ptolemæus libro III: ἀπὸ τῆς Ναβονασσάρου βασιλείας, μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἔτη συνάγεται κατ' Αἰγυπτίους υκδ. Ergo Thoth 425 Nabonassari est primus Thoth excessus Alexandri, cyclo Lunæ primo, Solis 22, Nouembris XII, feria prima, anno periodi Iulianæ 4390. Qui hos annos Philippeos a Philippo Aridæo, non autem a Philippo patre Alexandri dictos volunt, pluribus confutarentur, si tanti essent ij. Sed eos missos facimus. Nos veram rationem huius epochæ reddidimus

mus libro secundo : vnde lector petere possit. Hæc epocha exclusit A annos Nabonassari in Ægypto. Inde enim ab obitu Alexandri, non autem a Nabonassaro tempora putari cæpta. Et posteriores, vt Christiani & Arabes, annos a morte Alexandri putant cum mensibus Syrorum Iulianis, idque a prima Tisrin prioris Syriaci. Albateni obseruauit Aractæ defectum Lunæ, anno a morte Alexandri 1206, Thamuz XXIII: qui est Iulius noster. Erat annus periodi Iulianæ 5596, Christi 883: Nabonassari 1631, Phamenoth x. mundi 4532, Leontonis v: cuius Zygon antea fuerat 4.20.3', Septembris 19. anno Iudaico 4643, Ab xv, sequente XVI, cuius character 3.1.316, Iulij IX. Anno Hegiræ 269, Ramadhan XIII, sequente XIIII. Rursus eodem anno Alexandri 1206 ad finem decurrente, idem Albateni B obseruauit æquinoctium autumnale, XIX Elul, (qui est duodecimus atque vltimus mensis Iulianus Syrorum) horis quatuor æqualibus cum semisse, ante ortum Solis, hoc est, horis XIIII cum semisse, paulo plus, post meridiem diei XVIII Septembris: VIII mensis Pachon anno mundi 4532 desinente, vltima Parthenonos: a cuius meridie (quæ erat feria v) cæpit putari feria sexta sequentis Zygonos, cuius character 6.1.52'. Ergo inter obseruationem Albateni, & neomeniam ciuilem Zygonos, interfuerunt horæ x fere. Erat annus Iudaicus 4644, Tisri Lunaris XIIII. cuius character 6. 2. 822, sexta Septembris, ἀστρονομικῶς, sed πολιτικῶς, feria sequente. anno Hegiræ 269, Dhilkadathi XII. Proximis autem Kal. Octobris cæpit C putari annus 1207 a morte Alexandri. Nam Albateni hos non a Thoth Nabonassar putat, sed a Kal. Octobris: neque Ægyptiaci anni sunt, sed Iuliani. Alioquin si essent æquabiles Ægyptiaci, esset ille annus a morte Alexandri 1207, non autem 1206. Cum enim sit annus a Thoth Nabonassari 1631, deducta differentia Thoth Nabonassari, & Thoth Philippei, hoc est, annis 424, remaneret annus currens Philippeus 1207, vt iam diximus. Scio hoc imposuisse etiam doctis viris.

DE PRIMO HYPERBERETÆO ALEXANDREO.

D

ANNO, quo insigni prælio Darium ad Gaugamela profligauit Alexander, duo insignia notauit Calippus: nempe neomeniam Hecatombæonis prytanias conuenisse in antiquam epocham ptimi mensis Olympiaci, proxime post κέντρον θερινόν, item neomeniam sequentis Hecatombæonis statim post verum solstitium incidisse. Itaque vtrunque conuenire putauit proposito suo, qui & nouo

A nouo victori Alexandro gratificari vellet, & Athenienſium populo, cuius neomeniæ prytanias Metonicæ iam laborare incipiebant, & peſſum ire: quod a nobis ſupra diſcuſſum eſt. Itaque periodum quidem Lunarem inſtituit ab Audynæo autumni, Macedonico, quem Alexandreum vocauit; cuius neomenia eo anno incidebat in VI Octobris: ſed periodum Tetraetericam Macedonum diſtulit in annum decimum nonum, quam & Alexandream quoque cognominauit. Sed Athenienſes Prytanes ſuam inceperunt a ſequenti Hecatombæone. Itaque anno Iphiti 465, Hyperberetæus Olympiacus auſpicatus eſt Olympiadem 117, Iulij x. Audynæi autem neomenia incidit in VIII Octobris, proxime poſt κέντρον μεϛοπωρινόν.
B Et quia hinc opportunum viſum fuit Tetraeteridem auſpicari, vt ſciuerat Calippus, Syromacedones pro Audynæo Hyperberetæum appellarunt, quia hactenus Hyperberetæus Tetraeterida Macedonicam ſemper ordiebatur a diebus æſtiuis. Victoria igitur Alexandri, quæ in illos dies inciderat, fecit, vt hinc inciperent annorum ſuorum computum: ſed commoditas Tetraeteridis diſtulit in annum XIX, vt neomenia inciperet ſtatim poſt VII Octobris, vbi erat κέντρον μεϛοπωρινόν populare, & tempus victoriæ Alexandri hoc tam nobili annorum exordio præditum in Faſtos referretur. Vide, quæ in libro ſecundo de periodo Calippica Alexandrea autumnali ſcribimus. Sane hodieque hactenus Arabes
C Chriſtiani vocant تاريخ السكندرية; hoc eſt Æram Alexandream: eiuſque initium eſt a Tiſrin priore Syriaco, id eſt, a Kalendis Octobris. Sed Arabes Muhammedani vocant تاريخ ذي القرنين Therik dhilkarnain. hoc eſt, ἐποχὴν τοῦ δικέρωτος, vel تاريخ اليونانيين, aut اليونانيان ἐποχὴν τῶν Ἑλλήνων. Nam Alexandrum vocant ذو القرنين hoc eſt, δικέρωτα. Sic vocatur in Alkorano Surath الكهف. Et ibidem paulo inferius: يا ذا القرنين ὦ δίκερως, id eſt, O Alexander. Et auctor valde bonus Geographiæ in prima parte Climatis tertij ita
D ſcribit: ذو القرنين لعنى السكندر: ὁ δίκερως, ἤγουν ὁ Ἀλέξανδρος. Notum eſt, quomodo ille Rex credi voluit filius Ammonis. Poſtquam ille pedem extulit ex oraculo Ammonis, ex eo tempore Cyrenæi, qui Iouem cornutum in numiſmatis ſuis ſculpebant, cæperunt pro Ioue Alxandrum cornutum in illis cudere. vtriuſque formæ numiſmata ſubiecimus. In quibus vides vetuſtiorem nummum vultu Iouis cornuti & barbati percuſſum. Phæſtus poëta in Lacedæmonicis; Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε, κέκλυθι μάντι: recentiorem autem vultu

Alexandri cornuti & imberbis. Ex vtriusque vero altera parte Silphium est, vt figura docet simillimum Angelicæ nostræ. Tzetzes pag. 104. τὸ δὲ πολυτιμότατον, ὅπερ οἱ Κυρηναῖοι τῷ Βάττῳ προσενέγκαντο χάριν εὐεργεσίας: Βάττος δ' ἀνταμειβόμενος προσαίρεσιν τὴν τούτων ἐν τῷ νομίσματι αὐτοῦ ἐχάραξε τυπώσας τοὺς Κυρηναίους φέροντας τὸ σίλφιον ἐκείνῳ. Sed falsum Cyrenæos in nummis ferre Silphium. Extant nummi Traiani cum vultu Iouis barbato & cornuto: item simili charactere vetustiores PINARI SCARPI, qui ex magistratu obtinuit Africam. Sed illi nummi sunt Africani, non Cyrenæi. Cyrenenses igitur pro Ioue barbato cornigero, imberbem Alexandrum cornigerum nummis suis sculpentes gratificati sunt stultæ Regis de se opinioni, & reliquis Orientis populis exemplum dederunt idem faciendi. In Syrorum enim nummis est effigies regis imberbis, cornibus arietinis (non taurinis, vt vult Politianus) cum literis Græcis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Quare puto successores Alexandri









C

cornuta effigie in nummis sculpi solitos. Imò quem putamus Lysimachum, sine dubio est Alexander. Doctissimus Politianus, vt iam indicauimus, scribit in nummis orientalibus sculptum Lysimachi caput esse cornibus taurinis. quæ tamen non taurina, sed arietina D esse, oculi ipsi docent. Neque solus hac in re falsus est eruditissimus vir sæculi sui, sed etiam quidam veterum. Georgius Godinus ex veterum scriptorum fide ita loquitur: φασὶ δὲ συνόντα Σέλευκον Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ταῦρον θυόμενον ἀποδράντα μόνον Σέλευκον περιγενέσθαι αὐτοῦ, τῶν κεράτων κρατήσαντα, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἀγάλματι αὐτοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ περιτιθέασι κέρατα. Ita sane περιτιθέασι κέρατα non vtique Tauri, sed Arietis, neque ex ea caussa, sed propter Iouem Ammonem.

A nem. Omnes enim illi Orientales reges in honorem Alexandri Alexandrum ipſum cornuta ſpecie nummis ſuis imprimebant. Ab eo igitur bicornis potius Alexander, quam proprio nomine a barbaris illis vocatus eſt. Nam nullus eſt ex media fæce Arabum, qui non potius agnoſcat Alexandrum de cognomine Bicornis, quam de proprio nomine. Clemens προτρεπτικῷ. ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν καὶ κερασφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι. vnde interpres Albumazaris de magnis coniunctionibus pro Dhilkarnain vertit *Habentis duo cornua.* Dhulkarnain *enim eſt habens duo cornua.* Hac epocha omnes Chriſtiani Syri, & Arabes, vt dixi, vtuntur: ſed Muhammedani non Alexan-
B dream, vt illi, ſed Dhilkarnain vocant. Hiſtoria Eccleſiaſtica aliquoties ea vtitur, & concilia aliquot, & quidem ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου. Extat vero inſigne monimentum Romæ in vinea Cardinalis Carpenſis, cum mentione illius epochæ:

ΑΓΛΙΒΩΛΩ ΚΑΙ ΜΑΛΑΧΒΗΛΩ ΠΑΤΡΩΟΙC ΘΕΟΙC
ΚΑΙ ΤΟ CΙΓΝΟΝ ΑΡΓΥΡΟΥΝ CΥΝ ΠΑΝΤΙ ΚΟΖΜΩ ΑΝΕΘΗΚΕ

Λ. ΑΥΡ. ΗΛΙΟΔΩΡΟC. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΠΑΛΜΥΡΗΝΟC. ΕΤΙΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΥΠΕΡ
CΩΤΗΡΙΑC. ΑΥΤΟΥ. ΚΑΙ. Τ. CΥΜΒΙΟΥ. ΚΑΙ. Τ. ΤΕΚΝΩΝ. ΕΤΟΥC. Ζ. Μ. Φ. ΜΗΝΟC. ΠΕΡΙΤΙΟΥ

Sequebantur characteres ignorabiles, ſed qui a dextris ſiniſtror-
C ſum more Hebræorum legantur. Hic vides notas Ζ. Μ. Φ. eſſe numerum annorum Iↄ xlvii ab Alexandro, a Kalendis Octobris, nempe a neomenia Hyperberetæi Alexandrei: qui erat annus Chriſti 236, menſe Februario, cum Hyperberetæus cæpiſſet a Kal. Octobris anni 235. Notandum igitur Cyrenaicum eſſe Alexandrum Magnum ſculpi in numiſmatis cornutum. Nam veræ effigies Alexandri & omnium Regum Macedoniæ vt plurimum erant adopertæ capite Leonis, vt videtur in numiſmate argenteo: in quo hominis caput Leonini capitis ſpolio indutum: A tergo homo nudus galeatus ſedens, dextra aquilam geſtans, ſiniſtra ſceptrum, ſiue haſtam regiam cum literis ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Cauſſam reddit Con-
D ſtantinus Porphyrogenetes: ὅτι, inquit, ἀπογόνους ἑαυτοὺς Ἡρακλέους ἐπονομάζουσιν. Deinde: διὸ καὶ ἀντὶ ταινίας καὶ στέμματος καὶ πορφύρας τοὺς βασιλεῖς τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς τοῦ λέοντος ταινιοῦσι. Poſt: καὶ μάρτυς ἀξιόπιστος αὐτὸ τὸ νόμισμα τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου τοιαύτῃ τῇ εἰκόνι καλλωπιζόμενον. Annis Alexandri incipientibus adde xii. Habebis cyclum Lunæ Dionyſianum a Kalendis Octobris, ad finem Decembris: hoc eſt, a neomenia Hyperberetæi, ad vltimam Apellæi. Hinc anno currenti Alexandri xiii addenda ad cyclum Lunæ. In nominibus Dei Agliboli

erratum a Quadratario: qui scripsit ΑΙΓΑΙΒωΛω pro ΑΓΑΙ-ΒΗΛω. Est enim עַגְלֵי־בַעַר, vel συνεμασὶ עַגְלֵי־בְעַר. Nam eodem modo Μαλαχβηλος est מְלֵךְ־בְעַר. Quæ planè Syriaca sunt, & forma nominum, & compositione. Consurgit igitur initium huius æræ ab anno periodi Iulianæ 4402, cyclo Lunæ tertiodecimo, Solis VI. Eaque vtitur Albateni; vt cum annum a morte Alexandri 1206 dicit esse annum 1194 Dhilkarnain, hoc est Alexandri. quo anno & Eclipsim Lunæ notauit XXIII Thamuz, & æquinoctium Autumni XIX Elul. de quibus supra. Item ipse Albateni anno Dhil-karnain 1202 obseruauit defectum Solis Aractæ, Ab VIII, feria prima, cyclo Solis IIII, Lunæ 18. anno periodi Iulianæ 5604, Augusti VIII. anno Mundi 4840, Leontonos XXI. cuius Zygon fuerat 7. 18. 42', Septembris XIX. anno Iudaico 4651, neomenia Ab: cuius character 1. 15. 618. anno Nabonassari 1639, Phamenoth 28. anno Armeniaco 340, Aratz 25. Anno Hegiræ 278, Rabie posterioris XXVIII. anno Persico 260, Thir 28. Rursus defectus Lunæ iterum obseruatus ab eodem Albateni, anno Dhil-karnain, siue Alexandræo 1212, Ab secunda, sequente tertia, feria prima, sequente secunda, cyclo Solis 14, Lunæ 9. anno periodi Iulianæ 5614. anno Mundi 4850, Leontonos XV, sequente XVI: cuius Zygon fuerat 6. 4. 50, Septemb. XIX. anno Iudaico 4661, Ab XV, sequente XVI: cuius character, 1. 9. 35, anno Nabonassar 1649, Phamenoth XXV. Anno Armeniaco 350, Aratz XXII. anno Hegiræ 288, Rabie posterioris XII. anno Persico 270, Thir XXV. Hæc igitur Aera Alexandri, siue Terik Dhil-karnain, quamuis non consurgit ab initio monarchiæ Alexandri Asiaticæ, tamen ita eam vocari instituit is ipse, qui eam condidit, Calippus: vt desinant Syros inscitiæ insimulare, qui eos frustra hos annos ab Alexandri initio putare scribunt. Non enim aliter vocare possunt, quam quomodo conditor illius æræ eos vocauit primus. Quia vero hinc consurgit initium annorum Seleucidarum, ideo veteres, & eos secuti recentiores aiunt primo anno æræ Alexandri Seleucum iniuisse imperium suum, quod, inquiunt, eo anno Babyloniam ceperit. Hoc est ariolari, non historiam scribere. Omnium successorum Alexandri imperia sumunt initium statim a morte ipsius Alexandri, etiam si controuersum eorum ius factum præliorum interuentu quibus misere tota Asia diu conflictata est. Annus Alexandreus primus Seleucidarum incipit ab anno periodi Iulianæ 4402, & quidem a Kal. Octob. anno mundi 3668, Iudaico 3450. Quod autem vulgus mensibus Tetraeteridos, id est tricenum dierum singulis vteretur, quos Solares vocabant, magistratus autem & docti Lunaribus periodi Calippicæ, patet ex iis, quæ supra, & alibi a nobis adducta sunt.

Cuius

A Cuius rei argumentum manifestum exstabat in Stateribus Regum
Syriæ. In illis erat caput regis cum diademate : a tergo homo nu-
dus cum baculo in sinistra manu, dextra Solem gestans, Lunam
vero in vertice capitis : is autem homo nudus est Annus, cuius
menses Lunares sunt in capite, hoc est ; penes magistratum : Solaris
autem sunt πρόχειροι expositi vulgi vsui. Eiusmodi Stateres hodie
extant cum literis, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΠΙΦΑ-
ΝΟΥΣ.

DE ANNO ALEXANDREO IVDÆORVM.

B

Veteris æræ Seleucidarum duo apud Iudæos manifesta ho-
die supersunt vestigia, initium mensium quidem a Tisri, anni
autem Solaris a cardine Syromacedonico autumnali, nempe
a VII Octobris. Rursus duplex appellatio æræ. Nam aut מִנְיַן מַלְכוּת יָוָן
dicitur, numerus annorum regni Græciæ, vt etiam Macabæorum
primo : aut מִנְיַן שְׁטָרוֹת numerus contractuum. Per numerum intel-
ligunt, quod Hispani veteres Æram. Atque vt duplex epochæ ap-
pellatio, ita etiam vsus. Nam Æra contractuum incipit a Tisri, ine-
unte anno Alexandreo, vt ex multis locis constat Tractatus de Ca-
pitibus anni in Talmud, & ex verbis Rab Aha bar Huna in Capi-
C pite Ros hassana, quod est aliud a tractatu de capitibus anni. Æra
autem Græcorum a Nisan. Quia enim ab Exodo mensis vernalis
est primus, ab eo incipit annus politicus, vel potius Ecclesiasticus.
Anno Græcorum CLI, Demetrius Seleuci F. aufugit Roma. I. Macab.
cap. VII. I. Eodem anno, die XIII Adar, Bacchides victus. eod. cap.
43. 49. Nisan sequens incipit annum CLII. cap. VIII. 3. Ergo Ni-
san est principium anni Græcorum apud Iudæos. Præterea cap. X.
I. anno Græcorum CLX, æstiuis diebus, Alexander Antiochi
Epiphanis F. cogit exercitum, obsidet Ptolemaida, quam tandem
expugnat. Postea icit fœdus cum Ionathan. defert illi summum sa-
cerdotium. Tisri sequenti eiusdem anni CLX, Ionathan init Pontifi-
D cium, solenni σκηνοπηγίας. Eod. 21. Itaque æstas & autumnus con-
tinuant eundem annum CLX. Denique Ionathan interfectus est
hieme, cum multa nix cecidisset. cap. XIII. 22, & quidem anno
Græcorum CLXX, quo anno statim post cædem ei succedit Simon
frater. Eod. 41. Sequenti Ijar currebat annus CLXXI. Eod. 51. Er-
go ver incepit annum CLXXI, cum hiems antecedens transacta sit an-
no CLXX. Omnino igitur Nisan erat principium Epochæ Græcorum.
Nam ab Exodo, ad reformationem vsque anni hodierni Iudaici,
Nisan

Nisan fuit primus mensis. Præter Esdram, Nehemiam, librum Ester, Zachariam, confirmatur ipso libro priore Macabæorum. in quo Schebat est mensis vndecimus, Casleu vero nonus. Igitur aut Iudæi Antiochenses, aut contra ipsi Antiochenses Iudæos sex mensibus præuertebant in putatione temporum. Et sane Iudaicus annus præuertebat initium Antiocheni semenstri interuallo. Anno CL Græcorum, Iuda obsidet arcem. Cap. VI. 20. Erat annus Sabbaticus. Eod. 49. 53. Ergo erat æstas anni Iudaici hodierni 3598. Atqui annus Iudaicus 3598 est annus 149 Alexandreus Seleucidarum: hic autem est 150. Igitur annus Græcorum Iudaicus 150 cæpit a Nisan anni Seleucidarum 149. Rursus anno Græcorum CLXX, mense Schebat, cæsus est Simon, XVI. 14. Eius filius Ioannes statim interfecto patre, obsidet Ptolemæum affinem suum Simonis soceri interfectorem, idque anno Sabbatico, teste Iosepho: nempe anno Iudaico 3626, cum longum tempus obsidio tracta fuisset. Si ante Nisan currebat annus 177: ergo a Nisan cæpit annus 178, & quidem Sabbaticus. Ergo annus primus Græcorum Iudaicus cæpit a Nisan anni 3449 Iudaici hodierni. Atqui demonstratum est, annum primum Seleucidarum cæpisse ab anno Iudaico hodierno 3450. Ergo annus Iudaicus Græcorum anteuertit Antiochenum Seleucidarum, siue Alexandreum, mensibus sex. Hæc possunt etiam circumspectissimis imponere. Et nobis olim quidem hoc discrimen oboluit: sed tamen hæsimus in luto. Quare qui ad annos Græcorum, quibus vtitur prius volumen Macabæorum, tempora exigere voluerit, prius consideret, intra æstiuum, an intra hibernum semestre anni propositi consistant. Nam satis a nobis demonstratum est, toto æstiuo semestri annum Antiochenum esse posteriorem Iudaico. Ideoque aliquis suspicari possit recte a Iudæis initium æræ contractuum conferri in annum Iudaicum hodiernum 3449. Quod tamen non certo iudicio, sed temere, vt alia, ab illis pronunciatum est. Nam vera contractuum æra est ipsa Alexandrea & Dhilkarnain, cum epocha anni Solaris a VII Octobris & periodo Callippica, qua ad tempora Diocletiani vsi sunt, donec eum Computum, quo hodie vtuntur, commenti sunt, rem luculentissimam, & quam veteres Christiani ineptis suis de Pascha velitationibus præferre debebant.

De pri-

A DE PRIMO ANNO CHALDÆORVM.

EVSEBIVS lib. VIII ἀποδείξεως ait Seleucum Nicatora, capta
Babylone, anno post Alexandri excessum duodecimo vertente,
diadema totius Asiæ capiti suo imposuisse. atque ab initio Cy-
ri ad initium Seleuci esse annos absolutos 248. Est ergo annus Dhil-
karnaim, siue Alexandreus primus Hyperberetæus, a quo putetur
initium Seleuci. At si a Babylone capta, cur Chaldæi tempora sua
non a primo Hyperberetæo Alexandreo, sed a secundo putant? Con-
surgit enim initium eorum annorum anno periodi Iulianæ 4403,
cyclo Lunæ XIIII, cum Hyperberetæus primus Alexandreus cepe-
B rit anno 4042, cyclo Lunæ XIII. cur igitur hoc Chaldæi fecerunt?
Sic profecto est: Anni Chaldæorum non sunt politici, neque vn-
quam fuerunt, sed sunt astronomici, vt anni Philadelphi Dionysiani;
atque vt annus noster cælestis. Anni Chaldaici, inquam, sunt non
Babyloniorum, sed eorum, qui artem Genethliacam & Mathesin
profitebantur. qui ob commoditatem epilogismi Lunaris hinc exor-
dium sumpserunt. Nam mero anno Lunari vsi sunt: quanquam non
nego potuisse etiam conuerti in vsum popularem, tametsi vsui suo
tantum Mathematici illos annos commenti essent. Syri quidem in-
cipiunt ab anno embolimæo. At Chaldæorum cyclus annos emboli-
mæos habet, 3, 6, 8, 11, 14, 16, 19. Præterea puto eos habuisse ratio-
C nem Dodecaeteridis Genethliacæ, de qua suo loco, lib. 2. Ipsi au-
tem Babylonij eosdem menses habebant, quos Iudæi, cum Iudæo-
rum menses Babylonij sint: sed ij erant politici. At Chaldæorum cy-
clus vtitur mensibus Græcorum, non Babyloniorum: vt hinc ἑλλήνων,
καὶ ἑλληνιστῶν eum cyclum proprium, non autem Babyloniorum, ne-
que popularem, sed mathematicum fuisse, colligas. Obscuritas lo-
corum, vbi fit mentio annorum Græcorum in posteriore volumi-
ne Macabæorum, fecit, vt putaremus eum auctorem vsum annis
Chaldaicis, non Alexandreis. Sed fallebamur. Neque enim popu-
laris aut ciuilis fuit ille annorum Computus, vt diximus, neque, si
esset, propterea hinc vlla lux tenebrosis illis locis affulgere potest.
D Auctor prioris libri coniicit tempus excessus Antiochi Epiphanis
in annum Græcorum CXLIX. auctor vero posterioris voluminis in
annum CXLVIII, vno scilicet anno minus. Si Antiochus excessit e
viuis intra semestre æstiuum, recte a Iudæis anno 149 diceretur
obiisse, qui annum 149 incepissent a Nisan, quando adhuc tantum
annus 148 Alexandreus curreret. Itaque non opus erat dicere obi-
isse anno Chaldæorum 148, quod Chaldæorum epilogismus sit mi-
nor vno anno, quam Alexandreus. Præterea si Iudæi a Nisan ante-
uertunt

uertunt annum Alexandreum ſex menſibus, quare homo Iudæus A non vtitur anno Iudaico? Rurſus Antiochus Eupator obſedit Hieroſolyma anno 149 Alexandreo, Iudaico autem 150, qui erat Sabbaticus. At auctor poſterioris voluminis ait anno 149 obſeſſa Hieroſolyma. Non igitur eſt annus Chaldaicus, ſed merus Alexandreus, vt ſuperior obitus Antiochi. Quare hactenus recte, & propoſito ſuo conuenienter, ſiquidem mero anno Alexandreo vti voluit, a Tiſri ſcilicet, non a Niſan antecedente. Sed Eupator poſt σκηνοπηγίαν pacem fecit cum Iudæis, anno Alexandreo 150: ſiquidem annus obſidionis erat 149, vſque ad Tiſri, vel Hyperberetæum. At Epiſtolia Lyſiæ & Antiochi Eupatoris ad Iudæos ſuper hoc fœdere, habent annum 148, non 150. cap. XI, 33. Quis Oedipus hæc ſol- B uerit? Itaque bene de illo auctore meruerit, qui illum a ſuſpitione erroris vindicauerit. Nam de ſuperioribus duobus locis facile excuſari poteſt, vt dicamus mero anno Alexandreo vſum a Tiſri, non a Niſan antecedenti. Erat enim non Palæſtinus Iudæus, neque vere Hebræus, ſed εἷς τῶν ἑλληνιστῶν Cyrenes, aut Ægypti: qui in multis diſſentiebant a Palæſtinis, neque vnquam Biblia aliter, quam Græce in ſynagogis legebant, veri Hebraiſmi imperiti, vnde ἑλληνισταὶ nominati. ex iis fuit Iaſon Cyrenæus, qui quinque libris bella Iudæorum cum Regibus Syriæ Græce complexus eſt: quorum librorum breuiarium eſt poſterius iſtud volumen Macabæorum, poſterius, inquam, & ordine & dignitate a priore. Nam prius volumen Hebraice ſcri- C ptum fuit ab auctore, eximium opus, ex quo omnem Macabæorum hiſtoriam hauſit Ioſephus. Vtinam ipſum Hebraicum extaret! Iamdiu eſt cum periit, cum eius ne nomen quidem inter Iudæos ſuperſit, qui hiſtoria Macabæorum mendoſiſſima vtuntur. Quomodo igitur illi loco ex cap. XI poſterioris voluminis ſuccurratur, nullam rationem inire poſſum. Neque enim anno Chaldaico vtitur, neque nouiſſe quidem certo ſcio, cum, vt dixi, eſſet computus, quo in ſcriptis Genethliaci vterentur, non quo Babylonij Faſtos ſuos ſignarent. Anno Nabonaſſari DIIII, Θὼθ κζ, Chaldæorum autem LXVII, Ἀπελλαίου ι, Sol medius erat in 24.50′ Scorpionis. anno periodi Iulianæ 4469, Nouembris XVIII, feria prima, cyclo Solis XVII. anno Mun- D di 3706, Scorpionos XXIII. Zygon 5.17.33. Septembris XXVII, propter biſextum. anno 3517 Iudaico, Caſleu VI: cuius character 3.5.421, Nouembris XIII. Idem etiam in Alexandreæ periodi primæ anno 68. item idem in Mæmacterione X anno ſecundæ Calippicæ. Secundum hunc medium motum neomenia Zygonos fuiſſet in 29 Septembris. Quod eſt ridiculum. Anno Nabonaſſari DXII, Θὼθ θ, Chaldæorum autem LXXV, Δίου ιδ, Sol medius erat in 5.10′ Scorpij.

A Scorpij. anno 4477 periodi Iulianæ, Octobris XXIX, feria quinta, cyclo Solis XXV, anno Mundi 3714, Scorpionos III. Zygon. 1. 16. 7, Septembris XXVII, vt supra, propter bissextum, cum deberet in XXVIII in anno communi. At secundum Ptolemæum Zygonos neomenia fuisset in Kal. Octob. in anno communi. quod est consentaneum errori proxime demonstrato. Anno Iudaico 3525, Marchesvvan XIIII. cuius character 6. 5. 375, Octob. XVI. Ita etiam in 76 anno primæ periodi Alexandreæ, item in XVIII secundæ periodi Calippicę, Πυανεψιῶνος πετάρτη ἐπὶ δέκα. Chaldaicus igitur mensis conuenit cum Calippico, & Iudaico tam veteri, quam hodierno. Denique anno Nabonassari DXIX, Τυβὶ ιϛ, Chaldæorum LXXXII, B Ξανθικοῦ ε, Sol medius in 6, 10′ Piscium, 4485 periodi Iulianæ, Kal. Martij, feria quarta, cyclo Solis V. 3721 Mundi, Ichthyonos VIII. Zygon. 3. 8. 52′, Septembris XXIII. At secundum Ptolemæum Zygon fuisset in 27 Septembris, anno communi, qui octo annis antea, anno communi fuisset in Kal. Octobris. Vides manifestam ἀδοπίαν. Anno Iudaico 3532, Adar gemini VII. cuius character 5. 2. 178, Februarij XXIIII, die bissexti. Idem etiam in XXV anno secundæ periodi Calippicæ. Nam erat Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμη. Quare corrigenda sunt, quæ diximus libro secundo, capite de anno Chaldaico. Nam frustra conciliare voluimus hunc locum. Est enim error in codice Ptolemæi Ξανθικοῦ Ε pro Ζ. Potuit esse facilis lapsus Ε, C in Ζ. Neque dubito ita esse.

DE INITIO PTOLEMÆI PHILADELPHI ET EIVS ÆRA CÆLESTI.

QVICQVID historici de prioribus Ptolemæis, & regibus Syriæ scripserunt, id coniectura potius quadam, quam πληροφορίᾳ, vt verbum Apostolicum vsurpem, fecerunt. Ptolemæo Lagi, qui primus Ægyptum inuasit, & primus in ea imperium amplissimum condidit, ac posteris suis Ptolemæorum cognomen hereditarium cum imperio reliquit, annos XL attribuunt. bene sane: siquidem D statim a morte Alexandri imperare cæpit. Sin autem a morte Alexandri interuallum aliquod dandum prœliis, & euentibus belli, quæ inter proceres exercitus Macedonici intercesserunt, non statim a morte Alexandri imperium arripuisse videbuntur, saltem vt nomine regio digni videantur. quod etiam Seleuco Nicatori accidisse crediderimus, si qua fides Eusebio & aliis veteribus, qui XII anno post obitum Alexandri, hoc est, anno primo Syromacedonum Alexan-

dreo imperium iniisse scribunt. Ptolemæi tamen Philadelphi initium A
constat nobis ex obseruationibus Dionysij Mathematici, anno Nabonassar 463 currente, periodi Iulianæ 4429. Vnde incipit annus cælestis Philadelphi Dionysianus cum parapegmate Ægyptiaco, quibus vtitur ipse Dionysius: vt videatur esse tantum cælestis, non etiam politicus, nisi viderem Iesum filium Sirach eo vsum fuisse in proœmio: ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει ἐπὶ Εὐεργέτου βασιλέως παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας, εὗρον οὐ μικρᾶς παιδείας ἀφόμοιον, &c. Euergetes XXVI tantum annos imperauit. Quomodo igitur XXXVIII anno ipsius se venisse in Ægyptum scriberet Sapiens ille Hebræus? Omnino isti anni aliunde initium capiunt, quam ab Euergete. Vnde autem, nisi a Philadelpho? & a quibus B
annis, nisi ab illis, qui parapegmata signabant? Non dubitandum igitur, quin sint anni Philadelphi Dionysiani. Scribebat igitur illa Iesus Gnomologus anno XXXVIII, eoque vltimo Philadelphi, primo autem Euergetæ, anno 530 Iphiti. Quare hoc modo Eusebius audiendus non fuerit, qui e regione anni primi Olympiadis 137, id est, anno Iphiti 545 ita scribit: *Iudæorum Pontifex maximus Simon Oniæ filius clarus habetur: sub quo Iesus filius Sirach Sapientiæ librum componens, quem vocant Panareton, etiam Simonis in eo facit mentionem.* XV annis hæc posteriora sunt anno 38 Philadelphi Dionysiano. Præterea cur dicit sub Simone Oniæ filio librum suum conscripsisse, eo argumento vnico, quod eius meminerit? An omnium æquales C
sumus, quorum in libris nostris meminimus? Quid si ipse Iesus illius Simonis meminit, tanquam, qui diu ante esse desierit? Lege caput L. eius aurei libri. Videbis eum loqui de homine, qui eum tot annis antecesserit, vt eum videre non potuerit. Sed fortasse intelligendum de anno XXXVIII Iubilei vicesimi quinti, qui incidit in annum Iphiti 539, periodi Iulianæ 4476, Euergetæ autem decimum quod simile veri videtur. Locos medios Solis, quos ex anno Dionysiano citat Ptolemæus, nihil refert cum anno nostro cælesti comparare, cum deprauatissimi sint.

DE INI-

DE INITIO PTOLEMÆI PHILOMETORIS.

A

APVD Ptolemæum obſeruatur defectio Lunæ, ſeptimo anno Philometoris, Nabonaſſar 574, Φαμενὼθ ΚΖ. anno periodi Iulianæ 4540, vltima Aprilis, feria ſexta, ſequente ſeptima, cyclo Solis IIII, Lunæ XVIII. anno mundi 3776, Tauronos VII. Zygon 1.17.6, Septemb. XXVII. anno Iudaico 3587, Ijar XV, cuius character, 6.8.1004. anno 4 tertiæ periodi Calippicæ, μουνυχιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Quare conuenit cum Lunari Ijar, anno 61 ſecundæ periodi Alexandreæ, XIIII Ijar politici. Nam Tiſri fuit XXII Septembris, feria 3. Alioqui ſi vſi eſſent anno hodierno,
B fuiſſet ille annus abundans. Nam Tiſri fuiſſet feria ſecunda. Ne Niſan incideret in quintam, Marcheſvvan fuiſſet τριακονθήμερος. Ex his igitur colligitur, annum primum Philometoris incidere in annum Nabonaſſari 568, periodi Iulianæ 4533. hoc eſt, in annum quartum Olympiadis 149. In Chronico Euſebiano primus annus Philometoris e regione anni primi Olympiadis 150, non autem 4 Olymp. 149.

DE ENCÆNIIS MACHABÆI.

TEMPLVM expiatum eſt XXV Caſleu anni Alexandrei 148,
C qui erat 72 periodi ſecundæ. Tiſri Kalendis Septembris, feria ſecunda, cyclo Solis XIII, Lunæ octauo. anno periodi Iulianæ 4549. Erat annus embolimæus abundans. Neomenia Caſleu XXXI Octobris, feria VI. Proinde XXV eiuſdem XXIV Nouembris, feria ſecunda. anno mundi 3786, Scorpionos XXIX. Zygon 7.3.14, Septembris XXVII. Anno Iudaico 3597, Caſleu Lunaris 26: cuius neomenia 4.23.618, feria quinta, Octobris XXX. Cui reſpondet XXVI Mæmacterionis πρυτανείας anni XIIII tertiæ periodi Calippicæ. Anno Iphiti 612, νουμηνίᾳ Δίῳ. Erat enim quartus nonæ periodi Olympicæ: quadrageſimus ſecundus Atticæ, Μαιμακτηριῶνος πέμπτῃ ἐπὶ δέκα. Iudæi hoc ſolenne vocant חֲנֻכָּה hoc eſt,
D ἐγκαινισμόν. item הַדְלָקַת נֵרוֹת id eſt, λυχνοκαΐαν: Ioſephus etiam φῶτα. Cuius verba: ἐξ ἐκείνου, μέχρι δεῦρο, τὴν ἑορτὴν ἄγομεν, καλοῦντες αὐτὴν ΦΩΤΑ, ἐκ τοῦ παρ' ἐλπίδας, οἶμαι, ταύτην ἡμῖν φανῆναι τὴν ἐξουσίαν τὴν προσηγορίαν θέμενοι ἑορτῇ. Atqui nos ſcimus per illos dies octo, tantum lucernarum ab illis accendi, vt nuſquam alias plus. Itaque inde appellatio τῶν φωτῶν, καὶ τῆς λυχνοκαΐας.

DE INITIO SIMONIS IVDÆORVM ETHNARCHÆ. A

IVDÆI æram contractuum, quam a Tisri putabant in publicis tantum & legitimis actibus, tum primum desiuerunt, cum Simon Hyrcanus summum iniuit sacerdotium Hierosolymis, anno Alexandreo 170. Tunc enim primum cæptum in actibus legitimis subscribi non, vt antea, ANNO GRÆCORVM ILLO AVT ILLO: sed, ANNO ILLO HYRCANI IVDÆORVM ETHNARCHÆ PONT. MAX. Autor liber prior Macabæorum, cap. XIII, 41: ac post illum Iosephus. In Perek Ros hassana, ex sententia Rab Aha bar Huna בתלתא בתשרי בטילת ארבעתא מן שטריא שגזרה מלכות יון גזרה שלא להזכיר שם שמים על פיהם וכשגברה מלכות חשמונאי ונצחום התקינו שיהיו מזכירים שם שמים אפילו B בשטרות וכך היו כותבים בשנת כך וכך ליוחנן כהן גדול לאל עליון וכששמעו חכמים בדבר אמרו למחר זה פורע את חובו ונמצא שטר מוטל באשפה ביטלו ואותו היום עשאוהו יום טוב id est: *Tertia Tisri abolita est mentio contractuum, edicti, quod edixerunt Reges Græciæ, ne in ore suo commemorarent nomen Dei. Postquam vero præualuit regnum Hasmonæorum, & vicerunt eos, sanxerunt, vt commemorarent nomen Dei etiam in contractibus. Itaque sic scribebant:* IN ANNO ILLO ET ILLO IOHANNIS SACERDOTIS MAGNI DEI SVPREMI. *Quo audito sapientes dixerunt: Cras aliquis soluet debitum suum, & inuenietur chirographum proiectum in fimum. Aboleueruntque illud, & eum diem festum instituerunt.* Verum quidem, appositum annum & nomen Simonis, sed cum anno Græcorum. 1. Macab. XIIII, 27. Nam ibi est actus legitimus. Eodem C anno Græcorum Alexandreo 170, Iudaico autem 171, Ijar XXIII, institutum solenne ob depulsum ex arce Macedonum præsidium. Erat annus XVIII tertiæ periodi Alexandreæ. Tisri 28 Septemb. feria VII, Marchesvvan pleno. Itaque Nisan feria 3, Martij XXV. Ijar XXIIII Aprilis, feria quinta, cyclo Solis VIII, Lunæ XII, anno periodi Iulianæ 4572. Et proinde XXIII Ijar, Mai XVI; feria VI: anno mundi 3808, Tauronos XXIII. Ergo neomeniæ Tauronos & Ijar ciuilis concurrerunt, imo & Θαργηλιῶνος πρυτανεία; anni 36 tertiæ periodi Calippicæ. Zygon. 6. 11. 17, Septembris XXVII. anno Iudaico 3619, Ijar κατὰ σελήνην XXV: cuius character 3. 11. 752, D Aprilis XXII. Hinc puto verum computum annorum ciuilium illius sæculi incipere. Nam Iosephus ait Hierosolyma a Pompeio capta, tertio mense, ἐν νηστείᾳ. Thamuz sane est tertius ab Ijar. Alibi idem scriptor Adar vocat vndecimum mensem, & Tebeth nonum, nimirum ab Ijar. Si enim ita non est, vincant rationibus, & ego manus dabo. Alioqui non video, cur hæc non sit optima ratio. Ab hoc Hyrcano cæpta est dici domus Hasmonæorum, puto, quia Iudæi

A Iudæi חַשְׁמַנִּים interpretantur principes ex LXVIII Psalmo. Rabbi
Kimhi, & alij eo antiquiores, quod Matthathias summus Pontifex,
inquiunt, progenitor ita vocatus sit. At neque ita cognominatus fuit
ille Matthathias, neque fuit summus sacerdos, sed sacerdos de plebe;
ex ephemeria Ioarim, & montanis Modim. Idem abusus in nomine
Macabæorum. Iudas enim filius Matthathiæ solus cognominatus
fuit Macabæus. At Græci Macabæos vocant septem adolescentes;
qui ab Antiocho tormentis excruciati sunt, quorum nomine extat Io-
sephi liber aureolus titulo εἰς τοὺς Μακαβαίους. Sed quis concedat
illos ita vocatos, cum vnus tantum, vt dixi, Iudas de gente sacer-
dotali ita cognominatus fuerit? Idem rursus abusus in tertio libro
B Macabæorum, qui totus pertinet ad Iudæos ἑλληνιστάς, & Ægyptien-
ses, non autem ad domum Hasmunæorum. Ergo apparet παῖδας
τοὺς ὑπὲρ τῆς θρησκείας διωκομένους vocatos Macabæos tam ab Hellenistis;
quam a primis Christianis.

DE EPOCHA TYRIORVM.

Q. Curtius libro IIII de capta Tyro ab Alexandro: *Multis ergo
casibus defuncta & post excidium renata, nunc tamen longa
pace cuncta refouente sub tutela Romanæ mansuetudinis ac-
quiescit.* Colonos in eam deductos a Romanis innuit: quod perspi-
C cue ostendit Vlpianus de Censibus: *Sciendum est, esse quasdam colo-
nias iuris Italici, vt est in Syria Phœnice splendidissima Tyriorum co-
lonia, vnde mihi origo est, nobilis regionibus, serie sæculorum anti-
quissima, armipotens, fœderis, quod cum Romanis percussit, tenacissi-
ma. Huic enim Diuus Seuerus, & Imperator noster ob egregiam in
rempublicam, imperiumque Romanum insignem fidem, ius Italicum
dedit.* A deducta autem colonia annos suos putabant Tyrij, eaque
epocha Fastos suos, & omnes actus legitimos signabant, non aliter
ac pleræque aliæ coloniæ, vt supra ostendimus de Interamna, Nea-
poli, Rauenna, & aliis, & de Lugduno nobis quoque constat. Tem-
pus igitur deductæ coloniæ, atque adeo Tyriorum æræ colligitur
D ex actis Synodi Chalcedonensis, Actione IX, in qua ita scriptum
extat: IBÆ EDESSENÆ EPISCOPI LIBELLVS QVERV-
LOSVS: *Post Consulatum Flauij Zenonis, & Posthumiani vene-
randorum virorum Consulum, sub die quinto Kalendarum Martia-
rum in Colonia Tyro clarissima Metropoli Consulari, anno quingentesi-
mo septuagesimo quarto, mensis Peritij die decima, secundum Roma-
nos autem Februarij quinta & vigesima, indictione prima.* Et Con-
sules & indictio produnt annum Christi 448. Erat igitur annus pe-

riodi Iulianæ 5161. Proinde annus primus Æræ Tyriorum consurgit ex anno 4588, cyclo Lunæ IX, Solis XXIIII. Apud Eusebium annus primus Olympiadis 264, Christi Dionysianus 277, Periodi Iulianæ 4990 comparatur cum anno Tyriorum CCCCII. Ergo annus primus æræ Tyriæ consurgeret ex anno 4589 periodi Iulianæ: atque adeo triennio antiquior esset ea æra, quam prodit Synodus Chalcedonensis. Rursus si menses omnes Tyriorum fuerunt τριακονθήμεροι cum Epagomenis appendicibus exitu anni, cum XXV Februarij in anno bisextili conuenerit cum decima Peritij, proculdubio neomenia Epagomenon inciderit in 17 Martij: neomenia autem Dystri in XXII Martij. Proinde annus Tyriorum idem fuerit cum Damasceno, de quo tractatum loco suo in libro IIII. Atqui apud Maximum monachum neomenia Peritij Tyrij init ex XIIII Februarij, non ex XVI, vt postulat ratio secundum synodum. Sed mensium illorum Tyriorum initia apud Maximum sunt perturbata, neque sibi constant. Et præterea quatuor tantum menses sunt XXXI dierum apud eum, Xanthicus, Artemisius, Dæsius, Panemus: reliqui septem tricenarij. vt hoc modo annus Solaris fuerit tantum dierum 364. Quare tota via & in mensium neomeniis, & in numero dierum ibi erratum est. De his vero mensibus vide amplius in diatriba de morte Valentiniani iunioris. Nam habent nescio quid his simile. Sed difficile est coniectura assequi.

DE PRIMIS KALENDIS IANVARI IVLIANI.

ANNVS Iphiti 1014, inquit Censorinus, erat 283 eorum, qui Iuliani vocantur, a Kalendis Ianuariis, vnde anni a se constituti Cæsar fecit principium. Porro annus idem Iphiti 1014 erat, vt ipsemet scribit, 986 Nabonassari. Proinde Kalendæ Ianuarij Iulianæ inciderunt in annum Nabonassari currentem 703. Neomenia Thoth IIII Septembris, feria VI. Ergo Kalendæ Ianuarij concurrerunt cum vltima Choiac, feria sexta. Itaque a meridie Nabonassari, ad meridiem primarum Kalendarum Iulianarum, anni sunt Ægyptiaci 702, dies 120. Cyclus Solis XXI. Litera Dominicalis CB. Cyclus Lunæ XIV. anno periodi Iulianæ 4669. anno mundi 3905: Ægonos IX. Neomenia Zygonos, 7. 23. 56', Septembris XXVI. anno Iudaico 3716, tricesima Thebeth Lunaris. Nam secunda Ianuarij cæpit neomenia Schebat, cuius charactet, 7. 1. 940. anno 39 quartæ periodi Alexandreæ, qui erat defectiuus embolimæus, vicesima nona Thebeth, translatione

A latione neomeniæ Tisri a prima feria, ad secundam, facta. anno 57 quartæ periodi Calippicæ, Ποσειδεὼν πρυτανείας κθ. anno quadragesimoseptimo decimæ periodi Olympicæ, Δύστρου δεκάτῃ προτέρᾳ. anno nono periodi Atticæ, Ποσειδεὼν πέμπτῃ φθίνοντος. Anno periodi Iulianæ 4667, Kalen. Ianuarij prisci cæperunt a XIIII Octobris Iuliani. Kalendæ Merkedonij, XII Nouembris. Kalendæ Februarij, V Decembris Iuliani. Kalendæ Nouembris, XXX Augusti. Desiuit igitur Nouember Romanus in XXVII Septembris Iuliani. Inde Cæsar intercalauit dies LXVI, qui desiuerunt in secunda Decembris Iuliani. Kalendæ Decembris Romani in tertia Decembris Iuliani. Itaque 29, id est, vltima Decembris Romani con-
B currebat cum tricesima prima & vltima Decembris Iuliani. Atque is fuit annus confusionis dierum 444, incipiens a XIIII Octobris Iuliani anni periodi Iulianæ 4667, & desinens in vltima Decembris Iuliani anni 4668. Cæpit autem ille annus confusionis, quo tempore C. Cæsar cum Cn. Pompeio Cn. F. bellum in Hispania gereret. Romæ quidem intercalatum fuit, vt vidimus: sed in prouinciis Romani non intercalarunt. Nam autor Commentarij de bello Hispanico, Latinior, quam eloquentior (Non enim assentimur iis, qui barbarum auctorem vocant, cum sit scriptor purissimi sermonis, sed inconditi) is, inquam, scriptor ait, nocte, quæ fuit pridie, quam Cæsar Ventisponte oppidum oppugnaret, Lunam hora circiter sexta vi-
C sam esse. Quia is auctor singulos dies, quibus quidque gestum sit, recenset ordine, a XI Kal. Martij: ex ea dinumeratione clare patet eum fuisse III Kal. Martiarum. Erat annus 38 periodi Alexandreæ. Neomenia Casleu XV Nouembris. Vt Luna oriatur circa mediam noctem, oportet, vt sit vicesima secunda, aut vicesima tertia: nimirum VII, aut VIII Decembris Iuliani. Itaque si Kalendæ anni Romani cæperunt a XIIII Octobris, & non intercalatum sit, Kalendæ Februarij concurrebant cum XII Nouembris. Ideo III Kalend. Martias VIII Decembris, Luna vicesima secunda: vt erat propositum. Non igitur intercalatum fuit. Et sane magistratus, qui regebant prouincias, perinde ciuilibus diebus vtebantur, ac si eo anno, quo ad-
D ministrabant prouinciam, intercalatum non fuisset. Id ex multis locis Ciceronis ad Atticum perspicue constat: vt cum ait Cicero se togam Liberalibus Q. Ciceroni dedisse perinde, ac si intercalatum non sit. Non enim audebant intercalationem celebrare, nisi prius Romæ celebratam accepissent. Ex his videmus, quantum luxata sit vetus epocha anni Iuliani vitio intercalationis aut alieno tempore celebratæ, aut suo omissæ: quod iam multis annis ante correctionem Iulianam contigerat. Nam 122 annis ante editionem anni Iuliani, Luna defecit,

nocte, quæ præcessit pridie Nonas Septembris Romani, L. Aimilio A
Paullo, C. Licinio Crasso c o s s. qui defectus conuenit nocti, quæ
secuta est xxi Iunij Iuliani, anno periodi Iulianæ 4546. Si igitur
x x i Iunij Iuliani conuenit cum iii Septembris Romani, & adhuc
desunt 116 dies absoluendo anno Romano: ergo annus Romanus de-
finit in x iiii Octobris Iuliani: quomodo fere erat anno confusio-
nis. Non dubium est autem, quin Kalendæ Ianuarij Romani pri-
mum cæperint a viii, aut ix Ianuarij, quæ erat epocha *κέντρου χει-
μερινοῦ* Athenis. Diebus igitur 118 deficiebat a prisca epocha, anno
confusionis. Neque dubito, quin veteres Attici *τὸ κέντρον χειμερι-
νὸν* vocarint *νέον ἔτος*, quod inde inciperet computus anni prisci Sola-
ris. Nam & brumam ita vocabant Romani. Censorinus: *Iccirco a-* B
*liis a nouo Sole, id est, a bruma, aliis ab æstiuo Solstitio, plerisque ab æ-
quinoctio verno*, &c. Virgil.

Vel cum Sole nouo densæ torrentur aristæ.

Seruius: N o v o. *Prima æstatis parte. Etiam Sol nouus est* viii *Kal.
Ianuarij die.* Nescio, an locus Gellij lib. x viii. cap. i. *æstate noui anni*,
ita accipiendus sit. Sed & Romani nouum Solem vocabant Kal.
Ianuariis, propter nouos fasces Consulum. Statius in x vii Consu-
latum Domitiani,

——Insignemque aperit Germanicus annum,
Atque oritur cum Sole nouo.——

Cum autem septem fuerint caui menses in anno Romano, Ianua- C
rius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December,
quorum quinque singuli dies, reliquis autem duobus bini additi sint
a Cæsare: non immerito quis quæsiuerit, an festa Romana eodem
die mensis antiquitus fuerint, vt postea edita sunt in anno Iuliano.
Verbi gratia: Palilia erant in xxi Aprilis, hoc est, xi kal. Mai in
mense Iuliano. Si ita erant in anno prisco; cum in eo Aprilis cauus
esset, non erat xi, sed x kal. Aut contra: si illud solenne fuit x i
kal. non erat in x x i mensis, sed in x x. Ita etiam de aliis merito
dubitari possit. Sed dubium tollit Macrobius, qui de Saturnalibus
ita scribit: *Apud maiores nostros Saturnalia die vno finiebantur, qui erat
ad quartum decimum Kalendas Ianuarias. Sed postquam C. Cæsar huic* D
mensi duos addidit dies, sextodecimo capta celebrari. Non igitur solen-
nia sollicitauit de sedibus suis Cæsar. Sed explendo cauos menses fecit,
vt quod solenne antea erat, verbi gratia, xiiii Kal. postea esset xvi Kal. si
quidem duo dies adiecti essent, aut xv, si vnus. Hoc modo Cæsar Au-
gustus natus est ix kal. Octob. Suetonio, Kalendario Colotiano, Saxo
Narbonensi, sed in forma Iuliana. At in forma veteri, viii kal. Itaque
in fragmento Kalendarij Romani sub monte Trinitatis effosso,

e regione

A e regione XXIV Septembris exaratum eſt: MERC FLR. EX SC. QVOD IS DIES IMP. CÆSAR NATALIS EST. Ergo ſecundum priſcum annum Romanum Auguſtus natus VIII Kal. Octob. Hanc formam ſtatim arripuerunt Orientales nationes, Antiocheni, Agareni, & aliæ vicinæ gentes. Antiocheni quidem a Kalendis Octobribus Iulianis anni Confuſionis, Laodiceni ab ipſis Kalendis Ianuarij Iulianis, niſi cæperint a Martio. quod non abhorret a vero. Nam & hinc quoque ſumunt initium Lunarium menſium Samaritani, idque ab anno confuſionis, vt ſuo loco videbirur, feria ſexta. Indi a Kalendis ipſis Ianuarij Iulianis proprer feriam ſextam. Nam inde videntur exorſi menſes ſuos Lunares ſolutos. Et quidem om-
B nium vetuſtiſſimus auctor Ioſephus in libris ἁλώσεως vtitur menſibus Iulianis Syromacedonicis. De diſtributione dierum in menſes locuti ſumus libro IIII. ſed de Merkedonio, aut Merkedino menſe quod delibauimus, hic fuſius explicandum, nimirum eo menſe olim mercedes exolui ſolitas: vnde menſi nomen. Iulius vero Cæſar eos dies, quibus mercedes exigebantur, & luebantur, qui teſte Feſto, Merkedini vocabantur, in tres menſes erogauit: ſex in Quintilem: quatuor in Septembrem: tres in Nouembrem. qui omnes ita ſignati ſunt MERK. in Kalendario Colotiano. illi dies erant ſacri. Tertullianus de Idololarria: *Sunt quidam dies munerum, quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo,*
C *inquis, recipiam meum, vel rependam alienum. Si hunc morem ſibi homines de ſuperſtitione conſecrauerunt, tu extraneus ab eorum vanitate quid participas idolothyta ſolennia, quaſi tibi quoque præſcriptum ſit de die, quo minus id, quod debes, vel tibi ab homine debetur, citra diei obſeruationem luas, vel recipias? Da formam, in quam velis agi tecum.* Non eſt locus inſignior ad hos Merkedinos, aut Merkedonios dies explicandos.

DE ANNO CÆDIS CÆSARIS.

C. IVLIVS Cæſar interfectus eſt, ſe V, & M. Antonio COSS. Is autem erat annus Iulianus ſecundus, vt etiam teſtatur Cen-
D ſorinus. Itaque character anni illius erat cyclus Solis XXII, Lunæ XV. Quidam docti viri ex defectione Solis, quam ex verbis Virgilij ὀνειροπολοῦσι, conferunt annum cædis Cæſaris in 703 Nabonaſſari. Defectionem autem illam Solarem comparant cum 28 Pachon: quod rempus reſpondet cum 28 Mai. Fuit ergo cyclus Lunæ XIIII, feria VII: vt clare conſtat ex epocha Nabonaſſari. Igitur Cæſar interfectus fuerit anno primo Iuliano. Quod quam abhorreat a vero, eorum ipſorum, qui ita cenſent, iudicium eſto.

Nam

Nam XIIII cyclus Lunæ fuit anno primo Iuliano, Cæsare quartum Consule. Interfectus autem est, se V Consule, M. Antonio collega, cyclo Lunæ XV. Vide, quam falluntur viri docti, vbi virgulam diuinam, & characterem non apponunt. Præterea si liceat ἀκριβονυχίζειν καὶ ἀκριβολογεῖσθαι, ac motus cælestes consulere: nos constanter negamus vllam defectionem Solarem illo anno fuisse, quo cyclus Lunæ fuit XIV, neque adeo sequenti. Versus Virgiliani, ex quibus hanc defectionem hariolantur, hi sunt: A

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.

Nos vero his versibus vllam Solis eclipsim designari negamus. Potius intelligitur res prodigiosa, quæ circa Solem acciderit toto anno cædis Cæsaris. Plinius enim refert illum annum prodigiosum fuisse Solis pallore continuo, & quodam quasi eius defectu perpetuo: quod non tacuit Tibullus: B

Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.

Neque aliter Ouidius, lib. XV. Metamorphoseon:

---- Solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.

Antonius Triumuir in Epistola ad Hyrcanum Ethnarcham Iudæorum apud Ioseph. 438. διὸ δὴ καὶ τὸν ἥλιον ἀπεστράφθαι δοκοῦμεν, ὃς καὶ αὐτὸς ἀηδῶς ἐπεῖδε τὸ ἐπὶ Καίσαρι μῦσος. Cedrenus in VII anno Iustiniani. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ ἥλιος ὥσπερ ἡ σελήνη χωρὶς ἀκτίνων τὴν αἴγλην ἐσύγναζεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτόν. ἐπὶ πλεῖστον δ' ἐκλείποντι ἐῴκει. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ οὔτε πόλεμος οὔτε θάνατος ἐπιφερόμενος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέλιπε. Annales Constantinopolitani notant, anno Dominico 798, Solem per dies XVIII ita obtenebrasse, vt naues in mari oberrarent. Quidam ἐξεθείαζον, & hoc prodigium conferebant in crudelitatem Irenes, quæ filium Constantinum excæcasset. Sed quid vetera & externa exempla aduocamus? Ecce anno Christi 1547, me puero annorum VII, Sol sudo cælo, pallidus apparuit per solidum quatriduum a XXII Aprilis, per totam Galliam: quod & per Germaniam, & Britanniam accidisse constitit. Sane multa mala postea consecuta sunt: de quibus alienum hoc loco dicere. En defectionem, quam docti viri ex versibus Virgilianis expiscantur: quorum errorem fouit Seruij interpretis expositio. *Constat*, inquit, *occiso Cæsare in Senatu, pridie Iduum Martiarum Solis fuisse defectum ab hora sexta, vsque ad noctem.* Possit etiam suspitionem augere Sex. Aurel. Victor Andreæ Schotti: cuius verba hæc sunt: *Dictator in perpetuum factus a Senatu, in curia,* C D

Cassio

A *Caßio & Bruto cadis auctoribus, tribus & viginti vulneribus occisus est: cuius corpore pro rostris posito, Sol orbem suum celaße dicitur.* Sed neque pridie Iduum, quod vult Seruius, interfectus est Cæsar; neque pridie Idus, quibus interfectus, coniunctio Luminarium fuit. Annus extincti Cæsaris in periodo Iulianá est 4670.

DE INITIO CÆSARIS AVGVSTI.

AVGVSTVS natus est IX Kal. Octobris, hoc est, XXII Septembris antiqui, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. B Capricorno horoscopante; auctoribus Suetonio, nummis argenteis Augusti; & Cæsare Germanico in Arateis: cuius hæc verba de Capricorno:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem
In cælum tulit, & maternis intulit astris.

Ex quibus non solum Capricorno horoscopante, sed & tumultu Catilinario natum perspicue aperitur. Annus Romanus, quo M. Tullius, & C. Antonius Consulatum inierunt, cæpit ab Octobri anni periodi Iulianæ 4650. id est, aut a XIII Octobris, si annus antecedens fuit communis, aut XXIII eiusdem Octobris, si anno antecedente intercalatum fuit. Proinde priori modo totum Septem-C brem vindicat Iulius. Posteriore, vltima Iulij fuerit XXI Septembris Romani; iam sub Leone, non sub Cancro. Si igitur Augustus natus est horoscopante Capricorno, duo necessario concedenda, vt & anno communi, non intercalario, item vt post Solem occasum, non interdiu natus sit. Nam vt mense antiquo Septembri sub Capricorno editus sit in lucem, genituram nocturnam omnino esse oportet. Et sane id videtur ex verbis Germanici colligi, qui dicit,

---- Maternis intulit astris.

Capricorni, quatenus est sidus, mater Nox est, sicut & aliorum omnium astrorum. Euripides:

ὦ Νὺξ μέλαινα χρυσέων ἄςρων τροφέ.

D Tibullus: *Ludite: iam Nox iungit equos, currumque sequuntur*
Matris lasciuo sidera fulua choro. Vt recte olim emendauit M. Ant. Muretus. Ergo *Capricornus intulit maternis astris*, id est, nocturnis, vitam Augusti nascentem. Ita etiam locutus est Claudianus de laudibus Serenæ: *— cum te Lucina beatis*
Adderet astrorum radiis. —— Id est, cum tu prodires in oras luminis. Sed Germanicus addendo *maternis*, id est, nocturnis, ostendit genituram esse nocturnam. Imo etiam si non addidisset, tamen ne-

cesse ita fuisse. Quare manifestum mendum est in Suetonio, non v- A
tique librarij, sed ipsius Suetonij, qui scribit natum paulo ante ex-
ortum Solis. Si Augustus natus est ante exortum Solis, Capricorno
horoscopante, ergo natus est Sole Capricornum obtinente: & pro-
inde natus fuisset, mense Decembri Iuliano, aut Ianuario, & con-
sequenter non Septembri antiquo, sed Martio. Quod est absurdum.
Augustus ergo natus est circiter XXI, aut XXII Iulij, post Solem
occasum, Sole vltimas partes Cancri obtinente. Proinde vltimis
partibus Capricorni orientibus natus est, Sole occaso: nisi quis dicat
vno aut altero gradu minus. Quod nihil refert. Hoc tantum con-
stet, Augusti genesin cadere in Iulium mensem, siquidem natus est
Septembri Romano: item nocturnam esse, siquidem Capricorno B
horoscopante: idque anno periodi Iulianæ 4651, cyclo Lunæ XV,
Solis tertio. Post fastos a Cæsare correctos, omnes, qui nati erant
sub anno Romano, putabant annos ætatum suarum in anno Iulia-
no ab iisdem mensibus, quibus nati erant sub anno prisco. Exem-
plum manifestum est in XXIII Octobris Iuliani, cui attributus est
dies natalis Augusti in Fastis Iulianis, Sole posito in finibus Virginis,
cum tamen natus esset eodem quidem mense, sed Sole sito in finibus
Cancri. Ita pereunt totus Leo & Virgo de tempore ætatis Augusti
in ratione annorum vitæ eius: & cum eius anni incipiant a Iulio,
imputantur tantum a Septembri. Dies 79 anno confusionis supra
365 excurrentes fraudi sunt fastis Romanis: quod illi insuper ha- C
beantur, & dissimulentur, tanquam nulli fuerint in rerum natura.
Ante editionem Iulianam fere vno sæculo Kalendæ Ianuarij Ro-
mani cæperunt semper ab Autumno, vt supra a nobis demonstra-
tum est. Ideo plusquam menses tres dissimulantur in Fastis Consu-
laribus: & propter diuersos cyclos Lunæ, a quibus principium anni
incipit, & cum quibus medium anni concurrit, non raro incidit
perturbatio. Ne longe discedam: Velleius Paterculus ait anno cæ-
dis Cæsaris Augustum ingressum fuisse annum XIX, cum annus
cædis Cæsaris habuerit eundem cyclum, quo natus sit Octauianus.
Ergo annum vicesimum, non autem vndeuicesimum agebat, idque
a Iulio illius anni. Itaque Augustus ipse in Indice rerum a se gesta- D
rum dicit se tunc fuisse natum annorum vndeviginti. Annorum vn-
deuiginti est is, cui annus vicesimus currit: bimulus puer, cui ter-
tius. Itaque hæc locutio multis imposuit, vt in Euangelio ἐτῶν τριά-
κοντα ὤν. Tot annorum dicimur, quot compleuimus; non imputato
eo qui instat. Et ita semper optimi scriptores omnium idiomatum
vsurpant. Extat Index rerum ab Augusto gestarum Ancyræ Ga-
latiæ in lapideis stelis incisum; quem tamen in æneis tabulis ipse
Augustus

A Auguſtus incidi voluit, quæ ante Mauſoleum ſtatuerentur, teſte
Suetonio, vt ipſe eum ſcripſerat paulo ante exceſſum ſuum, duobus
Sextis, Apuleio, & Pompeio COSS. Poſt eius deceſſum inciſus eſt
in duabus aheneis pilis Romæ, cuius exemplar Roma Ancyram tranſ-
latum: quod is locus communi totius Aſiæ delectus, in quo ad aram
Genij Auguſti publice ſacrificaretur, vt in quibuſdam locis Galliæ
fiebat, puta Lugduni, & Narbone. In Edicto Auguſti pro Iudæis
apud Ioſephum, libro x, ita legimus: τό, τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι
ὑπ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἣν ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ
Γαΐου Μαρκίου Κενσωρίνου, καὶ αὐτὸ τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημο-
τάτῳ τόπῳ * γενηθέντι μοι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ (male vulgo
B ἀργύρῃ) ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν. ἐστηλο-
γραφήθη ἐν τῷ Καίσαρος ναῷ. Extant igitur aliquot paginæ marmo-
reæ illius Indicis Ancyræ, quarum exemplar beneficio clariſſimi vi-
ri Augerij Busbekij huc delatum, diligentia Andreæ Schotti publi-
catum eſt primum. Deinde duo literarum noſtri ſæculi lumina Iu-
ſtus Lipſius, & Iſacius Caſaubonus illius defectus multos ſuppleruntur,
menda indicarunt, & ſuſtulerunt. In eo igitur Indice ita ſcribit ipſe
Auguſtus: *Annos vndeuiginti natus exercitum priuato conſilio, & pri-
uata impenſa comparaui.* vndeuiginti annorum ſe vocat, vſque ad
a. d. IX Kal. Octobr. eiuſdem anni ſecundi Iuliani. Et hinc multi or-
diuntur primum annum Imperij Auguſti: alij ab anno ſequente, a
C Conſulatu eius. Duo enim imperij eius initia a ſcriptoribus vſurpan-
tur. Prius a comparato exercitu, alterum ab Actiaca victoria: de
quo ſuo loco. Sed, vt dixi, prius initium alij a cæde Cæſaris, alij a
Conſulatu ipſius Auguſti, quem iniuit, collega Pedio, poſt cædem
amborum COSS. XIIII Kal. Septemb.

DE ÆRA HISPANICA.

NON omnes nationes ſtatim edicto reformationis anni parue-
runt: ſed maior pars moniti: alij victi, vt Ægyptij, qui illam
formam non admiſerunt ante victoriam Actiacam, poſtquam
D eorum regnum in Prouinciam redactum. Neque vero Hiſpani prius
admiſerunt, quam magna clade victi a Domitio Caluino Procos.
vt ſcribit Dion. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον ἐγένετο μὲν καὶ ἐν Ἐπιδαυρίοις τοῖς
Παρθινοῖς κίνησις. καὶ αὐτὴν ὁ Πωλίων μάχαις ἔπαυσεν, ἐγένετο δὲ καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ
Κερρητανῶν. καὶ αὐτοὺς ὁ Καλουῖνος κατεστρέψατο. Neſcio, an mendum ſit
in Κερρητανῶν, pro Καρπητανῶν, aut Ὠρητανῶν. Hæc clades Hiſpano-
rum accidit anno Iuliano VII, L. Marcio Cenſorino, C. Calui-
ſio Sabino COSS. teſte eodem Dione, cyclo Lunæ primo.

Itaque anno ſequente, qui erat VIII a Kalend. primis Iulianis, inie- A
uerunt Computum annorum ſuorum, non autem ab anno primo reformationis, vt Antiocheni, ſed a Ianuario, qui proxime victoriam Caluini ſequutus eſt, vt Alexandri annos Auguſtorum non a primis Kal. Iulianis, ſed a Thoth, qui proxime mortem Antonij & Cleopatræ ſequutus eſt, annis 38 abſolutis ante annum primum Chriſti Dionyſianum. Et tamen hanc Æram non Auguſti, ſed Iulij Cæſaris vocabant, propter formam anni Iulianam. Et vt primus annus Iulij Cæſaris biſextum intercalauit, ita etiam primus annus Æræ Hiſpanicæ; quia cum anno & cyclum Solis vitioſum admiſerunt. Fuit annus periodi Iulianæ 4676. Itaque annis Chriſti Dionyſianis ſemper addenda 38, vt habeas æram Hiſpanicam. Sic annus præ- B
ſens 1596, quo hæc ſcribebamus, eſt Æra Hiſpanica 1634. Qui Æræ Hiſpanicæ mentionem fecerit, antiquiorem teſtem nanciſci non potui, quam Concilia Carthaginienſia, & Concilij Toletani librum, in quo in peruetuſta membrana ita ſcriptum fuiſſe teſtis eſt Ambroſius Moralis hiſtoriæ Hiſpanicæ conditor diligentiſſimus: INCIPIVNT EXEMPLARIA PROFESSIONVM IN CONCILIO TOLETANO CONTRA SECTAM PRISCILIANI. ERA CCCCXXXVIII: Is erat annus Chriſti CCCC, Conſulatu Fl. Manlij Theodori, non autem, Flauiis, Stilicone & Aureliano COSS. tametſi hos COSS. prodiderit idem Moralis. De Æra Hiſpanica ſic Iulianus Pomerius Epiſcopus Toletanus contra Iudæos lib. III. *Iam* C
vero reſiduus annorum numerus a tempore natiuitatis Chriſti, vſque in præſens, in promptu eſt vnicuique & ſcire, ſi volet, & ſupputare, ſi placet, aſſumptis ſcilicet annis, ſecundum Eram, ab ipſa Domini incarnatione. Era enim inuenta eſt ante XXXVIII *annos, quam Chriſtus naſceretur. Nunc autem acclamatur Era eſſe* DCXXIIII. *Detractis igitur* XXXVIII *annis, ex quo Era inuenta eſt, vſque ad natiuitatem Chriſti, reſiduum ſunt* DCLXXXVI *anni.* In veteribus Cippis Hiſpaniæ frequentiſſima eſt Æræ mentio, in quibus nunquam Æra, ſed Era ſcribitur. vt in agro Hiſpalenſi: *Paula Clariſſima Femina Famula Chriſti vixit annos* XXIIII, *Menſes Duos. Receſſit In Pace* XVI D
Kal. Februarias. ERA DLXXXII. In agro Eborenſi: *Iulianus Famulus Chriſti Epiſcopus Eccleſiæ Eborenſis H. Situs Eſt. Vixit Annos Plus Min.* LXX. *Rec. In Pace* KAL. DECB. ERA. DCIIII. In agro Hiſpalenſi: *Macarius Famulus Dei Vixit Annos* LII. *Receſſit in Pace Die* X KAL. IAN. ERA. DLVIII. In eodem agro: *Alexandria Clariſſima Femina Vixit Annos Plus Minus* XXV. *Receſſit In Pace Decimo* KAL. IANVARIAS. ERA.. DIII. Hæc eſt vetuſtiſſima, vt quæ incidat in ſæculum Sidonij Apollinaris. In his omnibus teſtimoniis

nunquam

A nunquam Æra, vt dixi, ſed Era ſcribitur. Sepulueda Cordubenſis in libello, quem de anni emendatione edidit, ait vitioſe interpunctum ÆRA; pro A.ER.A. idque eſſe dicit: ANNVS ERAT AVGVSTI. Mirum mihi viſum, hominem doctiſſimum, ac præterea Hiſpanum, cum tot monimenta extent in Hiſpania, in quibus huius rei memoria ſculpta eſt, ne vnum quidem vidiſſe. In illis, vt diximus, nunquam ÆRA, ſemper ERA ſcriptum eſt. Sed eſto: in omnibus exaratum fuerit ÆRA. Quis vnquam legit Annum ſingulari A in compendiis ſcriptionis antiquæ, aut in veteribus monimentis niſi antecedente verbo VIXIT? Cur vero ERAT duabus literis, non ſingulari E, vt Annus notatus eſt? Denique cur ex duobus AA

B ſingularibus, alterum ANNVS, alterum AVGVSTI ſignificat in tribus tantummodo verbulis? Ridicula, ridicula, & puerilia ſunt iſta. Tamen illi viro erudito adeo placuit commentum ſuum, vt eius rei gratia duntaxat ſcriptionem illius libelli De anni emendatione ſuſcepiſſe videatur. Deinde cum dicatur ERA CÆSARIS: quare CÆSARIS AVGVSTI potius, quam CÆSARIS Dictatoris? Sciamus igitur vſum quidem obtinuiſſe, vt ERA ſcribatur, rectam tamen ſcriptionem eſſe ÆRA: quod nomen ſignificat numerum. Fauſtus Reienſis Epiſcopus ſecundæ Prouinciæ Narbonenſis, familiaris Sidonij Apollinaris, ita ſcribit primo de Spiritu Sancto: *Sacer numerus dicimus, quia trecenti in æra, ſiue ſupputatione ſignum crucis* † &c.

C ÆRAM dicit eſſe Supputationem, ſiue Computum. Rufus Feſtus V. C. in Breuiario rerum geſtarum Po. Ro. *Parebo libens præceptis, quippe cui deſit facultas latius eloquendi: ac morem ſecutus calculonum, qui ingentes ſummas æris breuioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.* ÆRAS ſummas dixit. Iſidorus ex Canonibus Euangelicis Græcis Euſebij Cæſarienſis ſemper ÆRAS dicit, quod Græcus ſcriptor ἀριθμούς. *Per ſingulos Euangeliſtas numerus quidam capitulis affixus adiacet: quibus numeris ſubdita eſt æra quædam minio notata, quæ indicat, in quoto Canone poſitus ſit numerus, cui ſubiecta eſt æra: Verbi gratia: Si eſt æra prima, in primo Canone,* &c. In vetere Breuiario Codicis Theodoſiani: *Imperator Theodoſius* ERA XXII. Vo-

D cat æram Titulorum numerum. Hildericus Gallus æqualis Iſidoro *æras dierum* dixit pro numeris dierum. Æra igitur, ſiue, vt vitioſe ſcribitur, ERA, eſt numerus, computus, ψηφισμός. Quod nomen ſæculum inficetum & ineruditum ex neutro in femininum μεταπλασμῷ: quemadmodum in veteri lingua Latina Oſtiam oppidum ab oſtiis Tiberis: Et Eccleſia Romana Æthera pluraliter ab æthere. pro quo in Epitaphio Pr. Faltonis ſcriptum fuit AETHRA.

Dilectæ gremio raptus in æthra Probæ. & aera ab aere: Fortunatus:

Æra temperie faueant tibi, tempora pace. A

Sic idiotiſmus Epactam dicit pro epactis, quamuis ſint plures vnica. Æras inquam, vocant, quod veteres Calculones Æra. Lucillius:

Hæc eſt ratio peruorſa: æra ſummæ ſubducta improbe.

Æra ſummæ vocat, quas Æras Rufus V. C. Neque aliter Cicero in Hortenſio: *Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare?* Hic ſummam conſtare ex æribus dicit. Varro: *Veteris conſuetudinis, vt retro æra dicerent ita, vt ſemiſquintus, ſemiſquartus, ſemiſtertius pronunciarent.* Voluſius Mætianus: *Siue denaria, ſiue ſeſtertiaria ratio conficeretur, iiſdem notis, id eſt Libellarum, & Singularum, & Terunciorum propoſita nota Denarij vel Seſtertij, vt erat ratio, æra exprimebantur.* B Quæ veteres ÆRA vocabant in rationibus, ea vulgus hodiernum ITEM vocat, a verbo, quod primum eſt in notatione Æræ. Inde etiam ſumebatur pro debito. Varro Myſteriis: *Æs defrudaſſe coponem, Obuam luto obleuiſſe, tum portitores æra induxe* æra vocat portorium, quod pro vini ſubuectione debebatur. Inde verbum Adærare, in rationes referre, vel potius ἐξαργυρίσασθαι. Apud Trebell. Pollion. in vita Claudij ex Epiſtola Valeriani Aug. *Iam cætera, quæ propter minutias ſuas ſcribi nequeunt, pro moderatione præſtabis, ſed ita, vt nihil adæretur.* id eſt, vt ſpecies ipſæ, non precium præſtetur, idque ex ſequentibus patet: *Et ſi alicubi aliquid defuerit, non precium, nec in minimo exigatur.* C In editis codicibus male *adderetur.* Eugenius Panegyriſtes: *Hoc ego ſalarium, quantum ad honorem pertinet, adæratum accipio, & in accepti ratione perſcribo.* Male vulgo legitur *adoratum.* Ex his omnibus ſatis conſtat Æra, & poſtea Æras eſſe τὸν κόλλυβον καὶ τὸν κερματισμόν. Quare vt Æra Latinis eſt verbum menſariorum, campſorum, collybiſtarum: ſic etiam apud Hebræos recentiores פרט, apud Arabas صرف. vnde صارف κολλυβιστής. Et minutas ſummas, quæ maioribus ſubiiciuntur, Iudæi vocant פרט. vt iſte annus Iudaicus 5356, vocatur ab eis annus 356 לִפְרַט קָטֹן ſecundum æram minorem: quaſi æra maior ſit millenarius. Æra igitur, ſiue Era Cæſaris Hiſpanica, ſignificat computum, D & numerum annorum, quemadmodum Iudæi annos Alexandreos vocant numerum contractuum. Hæc eſt veriſſima de Æra Hiſpanica ἀρχαιολογία: quæ cum triginta octo annis Computum Chriſti Dionyſianum anteceſſerit, vix tandem in Aragonia deſiit anno Chriſti vulgari 1358: in Caſtellæ Regno, anno 1383: in Portugallia, anno 1415. Quare hodie penitus deſita eſt æra in Hiſpania: eiuſque nomen in libris dumtaxat, & monimentis ſupereſt. Iudæi

Hiſpa-

A Hiſpanienſes ita ſcribunt : בשנת קמא הסירו הנוצרים חשבונם אשר מזמן קיסר אגוסטו והתחילו לחשוב ממולד הנוצרי ויש הפרש לח שנים. Sed cum æra Cæſaris non ſolum Hiſpania vſa ſit, ſed etiam Africa, Gallia, & Italia, eius origo non videtur repetenda ex Hiſpania, neque ex triumpho Domitij Caluini. De Africa enim habemus teſtem ſynodum Carthaginienſem ſecundam: cuius Titulus ita conceptus: *Concilium Carthaginienſe ſecundum habitum Aera* CCCCXXVIII, *circa tempora Siricij Papæ.* Deinde : *Glorioſiſſimo imperatore Valentiniano Auguſto quarto, & Theodoſio viris clariſſimis Conſulibus,* XIII *Kalendas Iunij, Carthagine, in Baſilica Perpetua Reſtituta.* Corrige: *Valentiniano Auguſto quarto, & Neoterio Viris clariſſim. Conſ.* qui quidem Con-
B ſulatus incidit in annum Chriſti Dionyſianum 390: Indictione III. Rurſus : *Concilium Arelatenſe tertium* XIIII *Epiſcoporum Aera* CCCCLXI; *Martiano Auguſto: Opilione, & Vincomalo* COSS. VIII *Idus Iulij.* Conſulatus ille incidit in annum Chriſti 453, Indictione VI, teſte Marcellino Comite. Quare legendum eſt: Aera CCCCXCI. Item *Concilium quartum Carthaginienſe habitum ab Epiſcopis* CCXIIII, Aera CCCCXXXVI *Honorio Auguſto quarto, & Eutychiano Conſulibus, ſexto Idus Nouembris.* Recte. Erat enim annus Chriſti Dionyſianus 398. Indictione XI. Autor Marcellinus. In Concilio Carthaginienſi quinto annotata eſt Æra CCCCXXXVIII Poſt Conſulatum Flauij Stiliconis viri clariſſimi XIIII Kal. Iulias.
C Annus enim poſt conſulatum illum erat Indictio XIV, teſte eodem Marcellino Comite. Ergo erat tertius annus a proximo Concilio quarto. Legendum igitur, Aera CCCCXXXVIIII. De Gallia alius locus illuſtris ex Concilio Valentino in Gallia. *Concilium Valentinum* XXX *Epiſcoporum Era* CCCCXIII *ſub Gratiano & Valentiniano Imperatoribus : Gratiano tertio, & Equitio Conſulibus.* Era 413 eſt annus Chriſti 375, quadriennio ſolido ante Conſulatum Auſonij, Indictione tertia: quanquam eruditiſſimus Onufrius quinquennio ante ponit. Rurſus alius locus in Concilio Arelatenſi quarto. In quo ita initio ſcriptum fuit : *Cum anno quadrageſimo ſexto inclyti &*
D *orthodoxi Domini & Principis noſtri Caroli Imperatoris, ſub die ſexto Idus Maias, Aera* DCCCLI, &c. Nam annus XLVI Caroli Magni erat Chriſti 813, Æræ Hiſpanicæ 851, vt hic ponitur. Non igitur vnius Hiſpaniæ peculiaris fuit ea Æra, & proinde neque inde initium fortaſſe eius petendum. De Italia Leo Papa Epiſtola XXIX. *Data ſextodecimo Kalendas Aprilis, Valentiniano Auguſto ſepties & Auieno viris clariſſimis Conſulibus, Æra* CCCCXLVIII. Sed error eſt librarij. Is enim Conſulatus incidit in Aeram Dionyſianam CCCCL: Hiſpanicam CCCCLXXXVIII. Et ſane ita legendum

Pp 3

dum pro CCCCXLVIII. In omnibus autem epistolis Aeram apposuerat Leo Papa. Itaque in fine XXIII, & sequentis ponitur *Asterio, & Protogene* COSS. *Aera qua supra.* Ergo omnibus epistolis Aeram subiecerat: ac propterea hinc colligitur, nomen Æræ etiam Romæ antiquitus in actis legitimis, nedum in Hispania tantum vsurpatum fuisse. Hinc Arabs auctor Geographiæ, qui ante quadringentos annos scribebat, ait Romanos Æram nominare Terick ab ære splendido, ex quo ære quædam opera Romæ facta erant. Quamuis falsa & ridicula est ratio, quæ homini Arabi, Latine tamen intelligenti, condonanda est: tamen hoc non dixisset, nisi a Romanis æram vsurpatam sciuisset. vnde apparet etiam a quibusdam Æram, non Eram scribi solitum. Denique nomine Aeræ intelligitur Computus annorum ab VIII anno Iuliano. Itaque falsus erat quidam eximius Iurisconsultus, qui Æram credidit esse nomen Hispanicum, quia sola Hispania illo vsa. Si igitur non cæpit in Hispania sola, neque a victoria Caluini. Quærendum igitur amplius. Mihi in præsentia satis sit ad illustrationem rei ea protulisse, quæ a nemine antea producta.

DE INITIO HERODIS MAGNI.

INITIVM Herodis dupliciter sumitur, quemadmodum Augusti. Aut enim ab anno periodi Iulianæ 4674, cum a Senatu Rex declaratus est, Cn. Domitio Caluino, C. Asinio Pollione COSS. anno Iuliano sexto. Aut a captis Hierosolymis, & cæde Antigoni vltimi Hasmonæorum, anno periodi Iulianæ 4677, anno 4 Olympiadis 185, cyclo Lunæ tertio, qui quidem annus erat Sabbaticus, teste Iosepho, lib. XIIII. cap. XXVIII, λιμῷ ταλαιπωρούμενοι, καὶ σπάνει τῶν ἐπιτηδείων. τὸν γὰρ ἑβδομαδικὸν ἐνιαυτὸν συνέβη κατ' ἐκεῖνον εἶναι. Erat igitur annus Iudaicus 3724. Capta est Vrbs, inquit idem, τῷ τρίτῳ μηνὶ, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας. Vocat τρίτον μῆνα, Thamuz, qui erat quartus a Nisan, sed tertius ab Ijar, vnde putabant annos Hasmonæorum, vt supra ostendimus. Et, nequis erratum librarij putet, primum ita habet Ruffinus vetus Iosephi interpres: deinde eodem modo loquitur, vbi agit de Hierosolymis a Pompeio captis, eodem libro cap. VIII, ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα, τῆς νηστείας ἡμέρᾳ. Tertium mensem ab Ijar hic putat. Erat annus 47 quartæ periodi Alexandreæ, embolimæus defectiuus. Tisri Translatitius IX Septembris; Thamuz feria prima, vltima Iunij. Ergo Hierosolyma capta XVI Iulij, feria tertia: anno Mundi 3913, Karkinonos XXIII. Zygon. 3. 22. 30'. Septembr. XXVII. Conuenit cum Thamuz hodierni computi. cuius

A cuius character 6.18.1045, feria septima, Iunij XXIX. Nam in Computo hodierno facta esset translatio. Erat annus Olympiadis 185 tertius desinens. Nam obscura est notatio temporis apud Iosephum, ἐπὶ τῆς ρπ΄ Ὀλυμπιάδος. Qui enim Olympiada nominant, non adiecta mentione anni, intelligunt primum annum illius Olympiadis. Duo igitur insignes errores in Dione, qui ait hæc contigisse Claudio, & Norbano COSS. Et Sabbato. Nam anno vno minus dicit, & feria tertia fuit dies illa, non Sabbatum. ἑάλωσαν μὲν γὰρ πρότερον μὲν ὑπὲρ τοῦ τεμένους τοῦ θεοῦ ἀμυνόμενοι, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἐν τῇ τοῦ Κρόνου καὶ τότε ἡμέρᾳ ὀνομασμένῃ. καὶ τοσοῦτόν γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς προτέρους τοὺς μετὰ τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσσιον,
B ἐπειδὴ ἡμέρα αὐτοῖς ἡ τοῦ Κρόνου ἐνέστη, &c. Loquitur enim more gentium, qui omnia festa Iudaica sabbata vocabant. Horatius:

---- *Hodie tricesima sabbata.*

Sed insignius peccat Iosephus, qui a captis a Pompeio Hierosolymis ad hoc tempus, interfuisse ait annos 27 absolutos, de capta a Sosio Vrbe ita scribens: τοῦτο τὸ πάθος συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα, καὶ Κανινίου Γάλλου, ἐπὶ τῆς ρπε΄ Ὀλυμπιάδος, τῷ τρίτῳ μηνὶ, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηίου τῆς συμφορᾶς. καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ, μετὰ ἔτη κζ. Sed Iosephum fugit ratio, & me quoq;, qui libro secundo illum secutus frustra conatus sum demonstrare, XVII Thamuz illius
C anni, quem assignat Iosephus, fuisse Sabbatum. Non enim XXVII, sed XXVI anni tantum intersunt. Quod ex ipsius verbis conuincam. ἁλώσεως τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα τῆς νηστείας, ἡμέρᾳ κατὰ τὴν θ΄ καὶ ο΄ καὶ ρ΄ Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου, καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος. Supra demonstratum est, Kalendas Ianuarias, quibus Consules isti magistratum inierunt, cæpisse a XII, XIII, aut XIIII Octobris, cyclo Lunæ XIIII. Itaque æstas illius anni incidit in cyclum XV, qua æstate capta a Pompeio Hierosolyma, anno 21 quartæ periodi Alexandreæ. Tisri XXV Septembris, feria quinta, anno periodi Iulianæ 4651, anno communi ordinario. Neomenia Thamuz XVIII Iunij. Ergo Hierosolyma capta IV Iulij, feria VII, aliquot diebus ante natalem
D Augusti: de quo supra suo loco. anno mundi 3887, Karkinonos x. Zygon. 6.15.9', Sept. XXVI. Fuit sane Sabbatum, vt voluit Dio. quanquam non puto eam fuisse eius mentem; sed casu diuinasse: cum, vt diximus, omnia Iudaica festa Sabbata vocarent: quemadmodum τὴν νηστείαν, quæ erat feria III sub Sosio, vocat Sabbatum. Atqui libro secundo quærebamus, quod non erat, & plane cum Iosepho hallucinati sumus: & præterea est ἀλογία in cyclo Solis. Corrigatur igitur & noster & Dionis & Iosephi error. Et tam æquus nostris

erroribus ſit Lector, quam nos alienis, vt homines generoſos facere A
oportet. Extant nummi æreí Auguſti Cæſaris. In vno latere caput Auguſti cum his literis KAICAP AYΓOYCT. In altero Victoria alata palmæ arbori innitens, cernua in Clypeo ſcribens. In periphería: IOYΔAIAC EAΛωKYIAC. Ego intelligo de captis a Soſio Hieroſolymis. Euſebius notat Hieroſolyma a Pompeio capta anno ſecundo Olymp. CLXXIX: hoc eſt, anno, quo cæpit annus quartus Olympiadis CLXXIX, qui erat periodi Iulianæ 4651: qui eſt is ipſe, quem nos aſſignamus: quo de 4677 deducto, remanebunt anni 26 interuallum a captis a Pompeio Hieroſolymis, ad eadem a Soſio capta. Non igitur 27 anni interſunt, vt voluit Ioſephus. Sed ſæpe & ſibi & lectoribus imponunt ſcriptores, cum viceſimum ſepti- B
mum annum vocant viginti ſeptem annos: vt hic annus captorum a Soſio Hieroſolymorum, qui eſt viceſimus ſeptimus iniens ab iiſdem a Pompeio captis, vocantur viginti ſeptem anni. Cum igitur duplex ſit initium Herodis, aut a Conſulatu Cn. Domitij Caluini, & C. Aſinij Pollionis, anno Iuliano ſexto: aut a Conſulatu M. Vipſanl Agrippæ, & L. Caninij Galli, anno Iuliano nono, caute notandi huius Regis anni apud Ioſephum. Nam in libris Originum ait Herodem inſtauraſſe templum anno regni ſui XVIII. At in libris ἁλώσεως, id tempus confert in annum XV: nimirum prius a ſexto annô Iuliano, poſterius a nono anno Iuliano, & Hieroſolymorum expugnatione. Alibi annum VII Herodis coniicit in annum primum Actiacæ victo- C
riæ: a captis Hieroſolymis videlicet. Hæc accurate a nobis demonſtrata ſunt, quia huius regis tempora tam initij, quam exceſſus peſſima fide ab Euſebio relata, & ab hodiernis Chronologis non meliore iudicio tractata. Sciendum tum cyclum quidem Solis in anno Iuliano vitioſum fuiſſe, nos autem ad cyclum emendatum tempus exegiſſe.

DE CYCLO LVNARI ROMANO.

QVI de anno Iuliano hoc ſæculo ſcripſerunt, aiunt Cæſarem epactarum Lunarium habuiſſe rationem, & exſpectaſſe noui- D
lunium, vt in eo primas Kalendas Ianuarij ſui figeret. Sed aliud eſt demonſtrare, aliud hariolari. Nos demonſtrauimus Kalendas primas Iulianas fuiſſe vltimam Thebeth; IIII autem Nonas, fuiſſe nouilunium, feria ſeptima. At anno Iuliano duodecimo, periodi Calippicæ quartæ ſexageſimo octauo, νεομηνία Γαμηλιῶνος incidit in Kal. ipſas; & anno quinquageſimo periodi quartæ Alexandreæ νεομηνία Περιτίου κτ̃ σελήνην conuenit cum iiſdem Kalendis feria ſexta, anno periodi Iulianæ 4680, cyclo Solis IIII, Lunæ VI, incipiente

A incipiente a Martio ſequente. Cùi conuenit neomenia Schebat, cuius character 6. 2. 852, in anno Iudaico 3727, qui erat ſecundus Olympiadis 186, proinde LVIII periodi decimæ Olympiadicæ, *Δύστρου ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα.* viceſimo anno periodi Atticæ, *Ποσειδεῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου.* Error igitur eſt in Euſebio, qui è regione anni tertij Olympiadis CLXXXVII poſuit, *Luna ſecundum Romanos curſus inuentus.* Nam verum eſt eiuſdem anni Iuliani nouilunium fuiſſe in Kal. Ianuariis, & initium anni III Olympiadis 187, a diebus æſtiuis. Sed hæc diuerſa annorum capita & Dionyſio Halicarnaſſenſi in Palilibus Romæ definiendis, & Euſebio in aliis non raro impoſuit. Quare hic locus Euſebij, quamuis alieno anno attributus, eſt inſignis, B vt ex eo coniici liceat hinc inire periodum Calippicam Lunarem Romanorum. Primus igitur annus cycli Lunaris Romani eſt embolimæus. Sed ſciendum eſt non tunc inuentum fuiſſe hunc cyclum. Nam obſtitiſſet cyclus Solis vitioſus: quod ſecundum cyclum vitioſum Kalendæ Ianuarij incidebant in feriam VII. Proinde neomenia menſis Lunaris commiſſa eſt in vltima Decembris antecedentis. Sed nouem annis ante exceſſum Auguſti hoc animaduerſum eſt, anno Iuliano 50. Quare κατὰ πρόληψιν Mathematicam eius principium ſtatuerunt in anno Iuliano XII. Quæ omnino vera ſunt.

DE ACTIACA VICTORIA.

C

Initivm victoriæ Actiacæ ſumitur ab eo tempore, quo pugna nauali Antonius & Cleopatra victi, anno Iuliano XV, C. Cæſare Octauiano III, M. Valerio Meſſalla coss. Cyclo Lunæ IX, Solis VII, anno periodi Iulianæ 4683. Diem autem deſignat Dio IIII Nonas Septembris. Verba eius ſunt ex libro II. *τοιαύτη τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν, τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγένετο. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον (οὐδὲ γὰρ εἴωθα αὐτὸ ποιεῖν) ἀλλ' ὅτι τότε πρῶτος ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι*, &c. Quia tanti facit Dio hunc diem notare, & nos eius verba ſine piaculo prætermittere nòn debuimus. Erat igitur D annus Nabonaſſari 718, Thoth feria VII in vltima Auguſti, cyclo Solis emendato, in 30 autem, cyclo vitioſo, qui habuit literam Dominicalem E, pro F. Ergo Kalendæ Septembris feria II in cyclo vitioſo, & victoria igitur feria III, Thoth quarta Septembris III in cyclo emendato; anno Mundi 3919, Parthenonos IX Zygon, 4. 9. 2'6 Septemb. XXVI. anno Iudaico 3730, Elul 14, cuius character, 4. 2. 829, Auguſti XXI. Merito igitur, auctore Dione, notanda hæc dies, a quo initia conſurgunt imperij Auguſti.

DE PRI-

DE PRIMO THOTH AVGVSTORVM SIVE ACTIACO. A

BELLVM Alexandrinum Antonianum in veteri fragmento Duumuirum coniicitur in tempus consulatus Imp. Cæsaris IIII, & M. Licini: qui erat sextusdecimus annus Iulianus, & 719 a Nabonassaro. Itaque Ptolemæus a meridie Nabonassari, ad tempus, quo sibi manus Antonius attulit, ponit annos Ægyptiacos absolutos 718. Victus autem Antonius ad Pharum ab Octauiano, equestri prælio, Kal. Sextilibus, auctore Orosio. Rursus accuratus Chronologus apud Clementem: Ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ τὴν Αὐγούστου νίκην, ὅτε Ἀντώνιος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἔτη B διακόσια ἐνενήκοντα τέσσαρα. Ὑπάτευεν Αὔγουστος τὸ τέταρτον. Annus mortis Alexandri erat primus cycli Lunaris. Annus mortis Antonij est ducentesimus nonagesimus quintus. Ergo erat annus cycli Lunæ decimus, & proinde sextusdecimus Iulianus, periodi Iulianæ 4684. Litera Dominicalis emendata E. Neomenia Thoth feria prima, vltima Augusti. Sed in cyclo vitioso litera duplex DC. Proinde neomenia Thoth XXIX Sextilis. Ab eo tempore semper neomenia Thoth hæsit in XXIX Augusti anno communi: anno vero bisextili, in XXX. Non habemus vetustiorem Plutarcho, qui mensibus istis Ægyptiorum Solaribus vtatur. Nam ex apotelesmatis L. Tarrutij Firmani, quæ ille Mathematicus in alios dies ciuiles contulerat, ille in menses Ægyptiacos Augustorum confert. Et menses Ægyptiorum in libro περὶ Ἴσιδος, καὶ Ὀσίριδος meri sunt Actiaci, vt suo loco monuimus. Secundum ab his vetustatis gradum obtinet vetus inscriptio, anno Christi Dionysiano CXLV, Antonini Pij Augusti octauo: cuius exemplum subiecimus. In ea pridie Nonas Mai est vndecima Pachon. quod verum est. Porro in illa annotabis ἡ ἀνατεθεῖσα, pro ἡ ἀνετέθη dictum ἰδιωτικῶς. Item non, vt Græci loquuntur, Σέξτου Ἐρυκίου, Κνέου Κλαυδίου ὑπάτων, sed consuetudine Latini sermonis, Σέξτῳ Ἐρυκίῳ Κλάρῳ β̄, Γνέῳ Κλαυδίῳ Σεβήρῳ Κωσ. quorum quidem COSS. tempus, vt diximus, congruit anno Christi Dionysiano 145. sic in alia inscriptione, Τορκουάτῳ, καὶ Ἡρώδῃ Ὑπατ: pro Τορκουάτου, καὶ Ἡρώδου. Ita Ægyptij, qui quotannis iurabant in templo Serapidis,

ἡ ἱερὰ τάξις τῶν Παιανιστῶν
τῶν ἐν Ῥώμῃ Διὸς Ἡλίου
μεγάλου Σαράπιδος καὶ Θεῶν
Σεβαστῶν ἐπίμησεν Ἐμβῆν C
προφήτην πατέρα τῆς προ-
γεγραμμένης τάξεως προτο-
μῇ μαρμαρίνῃ, ἡ ἀνατεθεῖσα
ἐν τῷ οἴκῳ τῶν Παια-
νιστῶν τῇ ΠΡΙ Ā Νωνῶν
Μαΐων, ἥ ἐστιν κατὰ
Ἀλεξανδρεῖς Παχὼν ΙΑ.
ἐπὶ κουράτορος Μετιλίου
Ἀμπλιάτου πρεσβυτέρου.
Σέξτῳ Ἐρυκίῳ Κλάρῳ
B̄. Γνέῳ Κλαυδίῳ D
Σεβήρῳ Κωσ.

A Sarapidis, se neque mensem more Persarum, neque diem vllum more Græcorum intercalaturos, quintodecimo anno absoluto ab editione Iuliana, hanc formam admiserunt, quæ ad hanc vsque diem ab Elkupti Christianis & Habassinis obseruatur. Sed memoria annorum Diocletiani annos Actiacos sustulit, cum & Elkupti, & Æthiopes, non annis Augustorum Actiacis, sed Diocletianeis vtantur. Itaque hoc anno Christi Dionysiano 1596, ab a.d. IV Kal. Septemb. inibit annus Augustorum Actiacus millesimus sexcentesimus vicesimus sextus. Hoc anno igitur Alexandria recepta, Ægyptus in prouinciam redacta. Horatius:

--- Nam tibi quo die
B *Portus Alexandrea supplex*
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.
Laudemque & optatum peractis
Imperiis decus arrogauit.

Hic plane imperium Augusti orditur a cæde Cæsaris, anno secundo Iuliano. Itaque tertium lustrum absolutum, id est, quintusdecimus annus a cæde Cæsaris annus receptæ Alexandriæ, hoc est, annus XVI Iulianus. In Kalendario Colotiano Romæ, e regione VI Kal. Aprilis, notatum est: F. NP HOC DIE CÆSAR ALEXAND. C recepit. Recte igitur Horatius definiuit tempus imperij Augusti, ad receptam vsque Alexandriam, annorum XV solidorum. In denario Augusti effigies ipsius Augusti cum literis, CÆSAR. DIVI. F. COS. VI. A tergo Crocodilus cum literis, ÆGYPTO CAPTA. Sed biennio post Ægyptum captam Augustus VI. Consul fuit.

DE PRIMO ANNO AVGVSTORVM ROMANO.

D CENSORINVS: *At eorum, qui vocantur anni Augustorum, ducentesimus sexagesimus quintus, perinde ex Kal. Ian. quamuis ex ante diem decimum sextum Kal. Februarij Imperator Cæsar Diui filius, sententia L. Munaci Planci a Senatu cæterisque ciuibus Augustus appellatus est, se septimum, & M. Vipsanio Agrippa tertium* COSS. *Sed Ægyptij, quod biennio ante in potestatem ditionemque Pop. Rom. venerunt, habent hunc Augustorum annum ducentesimum sexagesimum septimum.* Si, vt antea dixerat Censorinus, annus Augustorum Romanus 265 erat annus Iulianus 283: differentia annorum Iulianorum

Iulianorum, & Auguſtanorum ſunt anni 18. Ergo annus decimus nonus Iulianus eſt primus annus Auguſtorum Romanus a Ianuario. Sed & idem annus vocatur Auguſtanus ab eodem Cenſorino: *Qui autem Sextilis fuerat, ex S. C. Martio Cenſorino, C. Aſinio Gallo* COSS. *in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus, anno Auguſtano* XX. Differentia igitur annorum Auguſtanorum, Ægyptiorum, & Romanorum, ſunt dies 490, quod ex menſe Auguſto annus Auguſtorum Ægyptiacus competit XVI anno Iuliano, ex Ianuario autem annus Auguſtorum Romanus anno XVIII. Mirum autem in Kalendario Colotiano non annotatam diem, qua Cæſar Octauianus Auguſtus appellatus eſt. quod tempus Ouidius in Idus Ianuarias confert. A B

Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ouis:
Redditaque eſt omnis populo prouincia noſtro,
Et tuus Auguſti nomine dictus auus.

At Cenſorinus, in iis, quæ ſupra retulimus, a. d. XVI. Kalen. Febru. Quis igitur finis contradicendi futurus, ſi de re inſigni ne inter veteres quidem conſtat? Si quis locus coniecturæ, puto ab Alexandrinis ſuum annum Actiacum Auguſtorum dici, a Romanis autem ſuum Auguſtanum. Nam in Tabula Pæaniſtarum ſupra a nobis producta habes παιανισταὶ Σαραπίδος καὶ Θεῶν Σεβαστῶν. Vnde τὰ ἔτη θεῶν Σεβαστῶν dicta putauerim. Paulus Alexandrinus vocat ἡμέρας θεῶν. Neque improbanda hæc coniectura. Annus primus Auguſtorum Romanus congruit anno periodi Iulianæ 4686. C

DE PRIMO AGONE ACTIACO.

AGON Actiacus merus Olympicus fuit. Strabo lib. VII: Ἀποδέδεικται δ' ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια, ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος. τὴν δ' ἐπιμέλειαν ἔχουσιν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι, αἱ δ' ἄλλαι κατοικίαι περιπόλιοι τῆς Νικοπόλεώς εἰσιν. ἤγετο δὲ καὶ πρότερον τὰ Ἄκτια τῷ θεῷ στεφανίτης ἀγὼν ὑπὸ τῶν περιοίκων. νῦν δ' ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. Ergo hunc Agonem non inſtituit Auguſtus, ſed auxit, & illuſtriorem fecit propter victoriam ex nauali pugna, qua Antonium & Cleopatram vicit. Illuſtrauit, inquam, condita vrbe Nicopoli & decuma de præda hoſtium Apollini conſecrata. καὶ νεὼν μείζω ᾠκοδόμησεν, inquit Dion, ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσιν) κατέδειξεν ΑΚΤΙΑ αὐτὸν προσαγορεύσας. Diſſentit a Strabone, quamuis ab eo illa, quæ de decuma nauium ante ſcripſerat, pene verbatim mutuatus erat. Et tamen ait D

Actia

A Actia instituta ab Augusto. quod, vt ex Strabone ostendimus, falsum est. Sacrum igitur agonem ostendit ex eo, quod Hieronicæ de publico cænabant: quod fiebat in omnibus sacris ludicris. Itaque vulgari ioco propterea ij, qui habebant σίτησιν δημοσίαν ἐν τῷ πρυτανείῳ, aut ἀρχείῳ, vocabantur τρεχέδειπνοι: vtpote qui hora δείπνου alius alium præuertere conaretur in occupando loco κατακλίσεως, vt etiam in Theatris faciebant ὠστιζόμενοι, vt inquit Comicus Græcus, & pugnantes de loco, vt ait Romanus Comicus. τρεχέδειπνοι vox extat in primo Dipnosophiston, si bene memini. Hinc Iuuenalis iocus:

Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo:

B Res mere Græca est ἀγὼν ἱερὸς, καὶ σίτησις δημοσία. Qui fruebantur epulo publico, non temere admittebantur, nisi symbolo fidem facerent se esse τῶν ἱερῶν σιτίτων. Gestabant igitur niceteria de collo, quæ ridens trechedipna vocat Satiricus: tanquam eorum beneficio eas epulas, ad quas currebant, perciperent. Hanc σίτησιν vocabant πρυτανεῖα. Antiphanes de Parasitis:

Γέρα γὰρ αὐτοῖς ταῦτα τοῖς τ' Ὀλύμπια
Νικῶσι δίδοται, χρηστότητος εἵνεκα,
Σίτησις. οὐ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαί.
Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Interpres vetustissimus Aristophanis, postquam docuisset πρυτανεῖα C esse pecuniam, quam duo se sponsione lacessentes in sacro, aut apud iudicem deponebant, (quæ Sacramentum Latine Varroni dicitur) postea addit Romanis vocari ἀπόρζυλα. Verum quidem πρυτανεῖα vocari Sportulam a Romanis, non vtique quando Sacramentum, & pecuniam ex sponsu depositam, sed quando σίτησιν τῶν Ἱερονικῶν significat: in qua notione accipienda in versibus Antiphanis. Itaque Anianus vetus interpres Chrysostomi πρυτανεῖα vertit Sportulam in Prytaneo, homilia prima in Matthæum, in illis: *Præmia vero virtutum in ista Rep. non ramus oleæ, nec corona oleastri foliis immixta, nec in Prytaneo sportula, nec ærea statua,* &c. Vbi non dubito, quin in Græco fuerit τὰ πρυτανεῖα, pro quo Anianus dixerit, *Sportu-*
D *la in Prytaneo.* Igitur eiusmodi erat Agon Actiacus: qui, cum pure Olympicus esset, concurrebat cum Olympico Elidensi. Celebrabatur igitur eodem anno, eademque die, quo Elidensis. Augustus Cæsar rediens ex Ægypto appulit ad Ambracioticum sinum, anno tertio Olympiadis 187, & tunc omnia designauit condendæ Nicopoleos, illustrando ludicro, templo Apollinis ornando, vt nos docet Dion. Itaque anno eodem Olympico, se quinquies, & Apuleio cos s. octauo Idus Ianuarias Vrbem triplici triumpho ingressus est,

teste Orosio, ac sequenti anno, se VI, & M. Vipsanio Agrippa ite- A
rum COSS. anno primo Olympiadis 188, primum agonem Olympicum Actiacum Romæ celebrauit. Dio libro LIII: καὶ τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππα καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν ἐποίησε. καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν, μέχρι τοῦ ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλουσα. In verbis, μέχρις οὗ ἐγίγνετο, videtur interpres corrigere μέχρι νῦν. Melius μέχρι τοῦ. Sane ille Agon diu Romæ obtinuit: vt Suetonius scribat Tiberium puberem præsedisse Romæ ludis Actiacis, & Troianis Circensibus, ductorem turmæ maiorum puerorum. videtur autem desitus temporibus Dio-
nis. Quia igitur & Olympicus erat, & Romæ anno ipso Olympia- B
dos 188 primo celebratus est, necesse omnino est, eodem anno ad Nicopolim primum agonem Actiacum celebratum, anno Iuliano 18, periodi vero Iulianæ 4686. Quare concludimus periodum Actiacam eandem fuisse cum Olympiaca: & fortasse illa Olympiade, qua primus agon Actiacus celebratus est, Iulianam anni formam a Nicopolitanis acceptam. Quod hariolabundi dicimus. Nam ne penitus asseramus, facit religio Olympiadis, quæ semper plenilunio celebrabatur. Sed cum Elidenses anni Iuliani formam admiserint, & in XV Iulij & XVI Olympiadem celebrauerint, non abhorret a vero Actiacum annum ex Tetraeterico in merum Iulia-
num mutatum fuisse. Alioquin plenilunio, vt diximus, semper ce- C
lebrabatur Olympias, qui erat vltimus dies τοῦ ἑορτῆς e quinque. Nam XI Luna incipiebant certamen gymnicon, quintadecima erat vltima certaminis, sextadecima ἡ κρίσις. Tzetzes in Lycophronem: τὰ δὲ Ὀλύμπια πέντε ἡμέρας ἐτελεῖτο, ἀπὸ ια΄ τῆς σελήνης, μέχρι ὅλης ιε΄. προεγυμνάζοντο δὲ πρώην ἡμέρας λ΄. Hoc Nicopolitarum ludicrum a temporibus Constantini desitum Iulianus Apostata instaurauit, vrbemque ipsam Nicopolim ruinis deformatam refecit, vt testatur Mamertinus in luculentissimo illo suo Panegyrico: sed Olympiadem in lustrum Iulianum transtulit. Celebrata enim est Olympias Actiaca post multa lustra desita, Flauiis Tauro, & Florentio COSS. lu-
stro Iuliano centesimo secundo. Erat enim annus Iulianus 405, D
Christi Dionysianus 360, cyclo Solis V. In numismate Neronis sculptum extat: ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΚΤΙΩ ΝΕΡΩΝΙ: In alio eiusdem: COL. NICOPOLIS. Item in alio eiusdem: ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. Illa Pythia Isthmia Eusebius ait celebrata anno II Olymp. CCXI. Et nihil aliud erat, quam Musicum certamen. In victoria igitur Actiaca quadruplex epocha: victæ classis, anno Iuliano XV: Thoth Augustorum Actiaci, anno Iuliano XVI: primi Agonis Actiaci, an-

no XVIII.

A no xviii. Auguſtorum anni Romani, qui erat Iulianus xix.

DE BISEXTO AB AVGVSTO CORRECTO.

Libro ſecundo, & alibi non ſemel demonſtrauimus non ſolum barbaris, & Græcis, ſed & Romanis quoque morem fuiſſe diem vnum intercalare: eamque intercalationem Romanis dictam fuiſſe Olympiorvm mysteria. quod plane oſtendit, eos a Græcis hoc didiciſſe. Eum autem diem intercalandi poteſtas erat Athenis quidem penes Hierophantas, Romæ penes Pontifices, quorum cu-
B ræ Faſti permiſſi erant. Romani ex eo, quod alternis Merkedonium xxii, & xxiii dierum intercalabant, ſatis aperiebant, ſe vnius diei intercalationem agnoſcere. Sed non ſemper ſuo loco, hoc eſt alternis, Merkedonium xxiii dierum intercalabant. Aliquando enim extra ordinem, hoc eſt anno communi, illum diem ſingularem ex arbitrio diſpenſabant, idque ſi quando Nundinæ in Kalendas Ianuarias inciderent; aut in Nonas cuiuſuis menſis. Quia enim vtrumque infauſtum habebatur, Pontifices vnum diem fini anni adiiciebant, in quem Nundinas reiiciebant. Ita December, qui ex conſuetudine debebat eſſe vndetricenum dierum, fiebat dierum tricenum. Erat ergo ille annus ὑπερήμερος. Quid ergo fiebat illa die ſuperflua?
C Ἐξαιρέσει huic malo medebantur. Si enim ille annus eſſet communis, a cuius Kal. Ianuariis amotæ erant Nundinæ, pro xxii Februarij, dicebant xxiii. Hoc eſt, Terminalia, quæ ex conſuetudine ſunt in a.d. vii. Kal. Martij, vno die anteuertebantur. Si autem annus eſſet intercalatitius, pro Merkedonio xxii dierum, xxi dies intercalabant, pro Merkedonio xxiii, tantum xxii. Idem fiebat & quoties Nundinæ incurrebant in aliquas Nonas. Tunc enim inter Pridie Nonas, & ipſas Nonas, diem intercalabant. Hoc perſpicue patet ex illis auctoribus, ex quibus centones ſuos ſarſit Macrobius. Cuius verba: *Quotiens incipiente anno dies cæpit, qui addictus eſt nundinis, omnis ille annus infauſtis caſibus luctuoſus fuit: maximeq; Lepidiano tumultu opi-*
D *nio iſta firmata eſt. Nonis autem*, &c. Poſtea: *Vnde dies ille, quo abundare annum diximus, eorum eſt permiſſus arbitrio, qui Faſtis præerant, vti, cum vellent, intercalaretur: dummodo eum in medio Terminaliorum vel menſis intercalaris ita locarent, vt a ſuſpecta die celebritatem auerterent nundinarum. atque hoc eſt, quod quidam veterum retulerunt, non ſolum menſem apud Romanos, verum etiam diem intercalarem fuiſſe.* Macrobij verba, non alius veteris ſcriptoris. Male enim mentem eorum aſſecutus eſt. non enim quoties nundinæ a Kalendis

Ianuariis aut a Nonis quibusuis auerterentur, intercalandum erat A post Terminalia; imo ante Terminalia vnus dies eximendus. Alioqui annus antecedens cum sequente habuissent vnum diem excrescentem supra numerum dierum conceptum. quod ne accideret, de sequenti anno is dies exemptus, qui superiori adiectus. Quod vero veteres dicebant præter mensem, etiam vnum diem intercalari, iam id a nobis demonstratum, hoc nihil aliud esse, quam quarto quoque anno Merkedonium XXIII dierum intercalari solitum, hoc est, præter XXII dies Merkedonij ordinarij, vnum etiam extra numerum intercalatum. Quod autem semper Nundinæ a Kalend. Ianuarij reiicerentur, testis etiam Dio, qui annum illum, quo Clodius a Milone interfectus, infaustum eo nomine dicit fuisse, quod B nundinæ Kalen. Ianuarij celebratæ. κἀκ τούτου οὔτέ τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη. καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένη ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. Idque sub anno prisco. At sub anno Iuliano, idem accidisse refert idem anno Consulatus Pollionis & Caluini. ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει θηρία τε ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνίων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες εἰς τὴν ἱππάδα τελοῦντες κατέβαλον. καὶ ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ, ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο. καὶ ὅτι ἀνθυφῃρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. Recte. Anno antecedenti diem adiectum, & eius vicem alium ex sequenti detractum, quæ plane Macrobij hallucinationem oppu- C gnant. Sed hæc contigerunt sub vitioso cyclo Solis. At sub emendato aliud exemplum extat apud eundem, anno tertio Claudij, qui erat 89 annus Iulianus. Ita enim scribit libro LX. καὶ τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην, εἰς ἑτέραν ἡμέραν, ἱερῶν τινῶν ἕνεκα μετέθεσαν. ὃ τοῦτο μὲν καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγίνετο. Translatam ait celebritatem in alium diem, non autem diem intercalatum: vt a Kalendis Ianuarij, ad a. d. IIII Nonas. Falsum igitur est, quod subiicit, καὶ τοῦτο ἄλλοτε πολλάκις ἐγίνετο. Nam non ὑπέρθεσις fiebat τῆς ἑορτῆς, sed τῶν Καλανδῶν. Itaque hoc mala fide pronunciauit. Nundinæ, inquam, non transferebantur, sed Kalendæ Ianuariæ, & Nonæ omnium mensium: quamuis & nos quoque aliquando ita credidimus. Ita fie- D bat semper, vt Nundinæ essent nono die. Itaque in Kalendario Colotiano literæ ab A, ad H, inclusiue positæ sunt, vt in Kalendariis Romanæ Ecclesiæ ab A, ad G, inclusiue: quod Romani ὀγδοάδι ἡμερῶν, vt nos ἑβδομάδι, tempora signarent. Hæc quæ in capite de anno Romano dicenda erant, nec dicta sunt, hic adiecimus, tum ne quid de doctrina ciuilium dierum veteris anni Romani desideraretur: tum quia opportune de intercalatione illius diei hic agi potest, vbi de men-

A dosa intercalatione bisexti agitur. Caius igitur Iulius Cæsar edicto præcepit quarto quoque anno intercalari, quod ab ipso imperfecte positum perperam a Pontificibus exceptum est. Ille enim intelligebat anno quarto exacto, quinto redeunte: illi interpretati sunt, anno quarto ineunte, hoc est, Terminalibus anni quarti ineuntis. Ita in duodecim annis, in quibus Cæsar intelligebat tria bisexta intercalanda, quatuor sunt intercalata: in XXXVI, duodecim, cum tantum oportuisset nouem. Igitur C. Iulius Cæsar Octauianus Augustus *annum a Diuo Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, atque confusum rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupauit.* Hæc Suetonius.

B Tempus vero indicat Censorinus: *Qui autem antea Sextilis fuerat, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo* COSS. *in Augusti honorem dictus est Augustus, anno Augustano vicesimo.* Erat ergo tricesimus octauus annus Iulianus, periodi autem Iulianæ 4706, cyclo Solis emendato secundo. Ergo ab editione Iuliana duodecim dies intercalati, & proinde tres extra iustum modum. Itaque edictum emisit Augustus, vt ex Consulatu C. Martij Censorini, & C. Asinij Galli non intercalaretur, nisi anno Iuliano LIII. vt quindecim annis Ægyptiacis, sine vlla intercalatione transmissis, deinceps ab anno LIII, quinto quoque anno intercalaretur. Sciendum autem in bisexti intercalatione non id obseruari, quod in gemino Adar Iudaico. Anno enim

C embolimæo Adar ordinarius est, non prior, sed posterior. Contra in veteri anno Romano, mensis intercalaris, non Merkedonius vocabatur, sed ipse Februarius. quod a nobis ex Catone iurisconsulto alibi demonstratum est: l. Cum bisextum. De verb. sign. *Cato putat mensem intercalarem addititium esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Februarij attribuit Q. Mutius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.* Vnde intercalares Kalendas dictas fuisse alibi admonuimus, non Kalendas Merkedonij, sed ipsius Februarij ordinarij. Nam ordinarium voco, quia XXVIII dierum erat. Sic in bisextili anno cum bis dicatur VI Kal. non vtique prior dies intercalaris censetur, sed posterior, ex ea-

D dem l. Cum bisextum. Itaque historici, astronomi, & Chronologi in comparandis temporibus cum diebus Iulianis, cauere debent, ne intra hos LII annos, saltem intra XLVIII, cyclo emendato Solis, pro vitioso vtantur. Hæc bisexti correctio ab Augusto facta fecit, vt Ammianus Marcellinus formam anni Iuliani non Iulio, sed Augusto attribuerit. In quo frustra est. Verba eius hoc manifesto testantur: *Hac nondum extentis fusius regnis diu ignorauere Romani, perque sæcula multa obscuris difficultatibus implicati tunc magis errorum pro-*

funda caligine fluctuabant, cum in sacerdotes potestatem transtulissent intercalandi: qui libenter gratificantes publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium suum detrahebant tempora vel augebant, hocque excepto, emerserunt alia plurima, quæ fallebant, quorum meminisse nunc superuacuum puto. Quibus abolitis Octauianus Augustus Græcos secutus, hanc inconstantiam correcta turbatione composuit, spatiis duodecim mensium & sex horarum magna deliberatione collectis: perque duodecim siderum domicilia Sol discurrens motibus sempiternis, anni totius interualla concludit. quam rationem bisexti probatam etiam victura cum sæculis Roma adiumento numinis diuini fundauit. Hæc ita ille. Sed, vt diximus, & nemo dubitat, fallitur. A

B

DE EXCESSV HERODIS.

ADVERTENDVM Iudæos nunquam annos Regum aliunde, quam ab initio anni sui popularis ordiri, hoc est, a Nisan, vsque ad tempora Simonis Hyrcani, sub quo ab Ijar annos suos putabant, vt ex tribus, aut quatuor locis ex Iosepho colligitur. Hoc magnam lucem affert non solum historiæ Iudaicæ sub Romanis, sed etiam sub Regibus Iuda. Nam a Tisri nunquam annum historicum orsi sunt. Iudæi ante excidium secundi templi: sed contractus suos annis tantum Seleucidarum a Tisri signabant. Quare cum Herodes a Senatu Rex declaratus fuisset, cyclo Lunæ XIX, tamen Iosephus non orditur annos eius ante Nisan, aut Ijar cycli primi. Cum autem ipso Iosepho teste, annos solidos XXXVII regnauerit, ex quo declaratus rex, XXXIIII vero, eosque solidos, a captis a Sosio Hierosolymis, decesserit vero ante Pascha, nondum Ijar instante, quem diximus fuisse principem mensium, tempore Iosephi: manifesto colligitur, proximo Ijar annum Herodis XXXVIII initurum fuisse, qui re vera erat tricesimus nonus a diebus æstiuis. Itaque hoc modo Herodes decesserit anno cycli XIX exacto, primo ineunte. quod & confirmatur nono anno Archelai exacto, qui erat, vt ipse Iosephus scribit, Actiacæ victoriæ tricesimus septimus, anno Iuliano LIII. Archelaus regnauit annos solidos nouem. Ergo annus Iulianus 44 exactus, aut 45 iniens est primus Archelai, atque adeo vltimus Herodis, cyclo primo ineunte. Apud Iosephum perperam excusum est, vitio librariorum, Philippum Tetrarcham obiisse vicesimo anno Tiberij, postquam annos trigintaseptem imperasset. Legendum enim sine vllo dubio εἰκοστῷ καὶ δευτέρῳ. Cui rei argumento erit Vitellius, qui cum Fabio Prisco Consul fuit anno vicesimo imperij Tiberiani, qui erat octagesimus Iulianus. Missus vero fuit in Palæstinam a Tiberio C D

A berio post Consulatum, quo tempore obiisse Philippum Tetrarcham ait Iosephus, anno Iuliano octagesimo primo. de quibus deductis 37 annis Tetrarchiæ Philippi, relinquuntur anni Iuliani 44, absoluti circa initium Philippi Tetrarchæ, & excessum Herodis. Itaque hoc tempus competit initio anni Iuliani 45. Verba Iosephi ex XVIII libro: τότε δὴ καὶ Φίλιππος (Ἡρώδου δ' ἦν ἀδελφὸς) τελευτᾷ τὸν βίον εἰκοστῷ μὲν ἐνιαυτῷ τῆς Τιβερίου ἀρχῆς, ἡγησάμενος δ' αὐτὸς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τῆς Τραχωνίτιδος καὶ Γαυλανίτιδος. Cum ante XIII annos in priore editione legendum esse, vt supra posuimus, εἰκοστῷ καὶ δευτέρῳ monuissemus, hodie consuluimus veterem Iosephi interpretem Ruffinum, in quo legitur, *vicesimo secundo anno, imperante Tiberio.* Omnino igitur
B Herodes decessit anno Iuliano XLV ante Nisan, cyclo Lunæ primo ineunte, Solis nono. Hæc solidis argumentis demonstrata characterem habent a Iosepho notatum, nempe defectionem Lunarem, quæ tempore morbi Herodis contigit, anno Nabonassari 747, Tybi XVIII, sequente XIX, feria quinta, sequente sexta, Schebat XIIII, sequente XV, anni Iudaici 3760, cuius Schebat neomenia 6. 17. 332, Decembris XXVI, Ægonos XVI anni a mundo condito 3949: cuius Zygon, 6. 16. 4', Septemb. XXVI, anno periodi Iulianæ 4713, Ianuarij IIX in cyclo emendato, Ianuarij VI in cyclo vitioso. Anomalia latitudinis mediæ erat graduum 89. 7'. 28'. Verba Iosephi de defectione Lunari lib. XVII. καὶ τὸν ἕτερον Ματθίαν, ὃς
C ἐγηγέρκει τὴν στάσιν, καὶ ἄνδρας ἐκ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἔκαυσε ζῶντας. καὶ ἡ σελήνη δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐξέλιπεν. Subiicit, quomodo, ingrauescente morbo, tandem coniectus fuit in θερμὰ λουτρὰ a medicis, post cædem Antipatri filij, & tetrum de occidendis proceribus aulæ in Hippodromo initum consilium. Denique scribit ipsum inter dirissimos cruciatus violentam, & tyrannicam effudisse animam: quod quidem accidit paulo ante solenne Azymorum, cuius Iosephus meminit capite sequenti. Duos igitur cyclos solidos regnauit Herodes, initio capto ab anno Iuliano desinente VI, quo renunciatus Rex a Senatu. Detractis enim VI annis absolutis de 44 solidis, remanent anni solidi 38. Iosephus: βασιλεύσας ἀφ' οὗ μὲν ἀποκτείνας Ἀντίγονον ἐκράτησε τῶν πραγμάτων, ἔτη τέσ-
D σαρα καὶ τριάκοντα. ἀφ' οὗ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπεδείχθη βασιλεὺς, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Quid faciemus igitur Eusebio, qui obitum Herodis confert in annum quartum Olympiadis 195, qui annus Olympiadicus iniuit a diebus æstiuis anni Iuliani LI? Ergo Herodes decessit anno Iuliano LII. Detractis ergo 6 de 52, remanebunt anni 46 absoluti, quibus Herodes regnauerit, secundum hunc Eusebij Epilogismum. Quis non videt ἀλογιστίαν? Nam cum attribuat 37 annos solidos regno Herodis, eius primus annus consurgeret ab anno

ſecundo Auguſtorum Actiaco. Et ſane, niſi fallor, hoc habebat in A mente Euſebius, qui tanta abſurditate ſeſe traduxerit. Quid dicam de illis, qui cum in priore editione noſtram de Herodis exceſſu ſententiam, & de hac Lunari defectione legiſſent, erratum a nobis & in anno Herodis, & in tempore defectionis hariolati ſunt? Nos illos iubemus frui iudicio ſuo. Nobis partes veri tuendi ſuſceptæ ſunt, quas nunquam prodere certum eſt. Quid potuit melius demonſtrari, quam hæc a nobis demonſtrata ſunt? Quod vero Annius ille ex perſona Philonis ſui ſtramentitij ſcribit, Herodem quadraginta annos regnaſſe: XXXIIII quidem tyrannice, ſex autem legitime: quamuis illud oraculum non ſolum inſignem impudentiam Monachi, ſed etiam inſcitiam aperit: tamen non tam miror ab eo homine confi- B ctum, qui bonis viris imponere ſtatuiſſet, quam inueniſſe ſectatores viros non contemnendos, qui illud ab homine confidentiſſimo fabricatum non aduertentes, nequaquam veriti ſunt in ſcripta ſua tanquam aliquod precioſum emblema transferre. Quid vocat legitimum Regem? An ignorat, qui a Senatu Romano Rex declaratus fuerit, eum nunquam non legitimum fuiſſe? Doceat nos, quomodo Rex is legitimus non fuerit, qui Regnum ex lege & Senatus decreto accipit. Tyrannicum vero eius ingenium in exitu vitæ fuiſſe, & circa vltima tempora impendio magis fuiſſe, quam initio regni ſui, qui negauerit, idem & filios a patre interfectos, & puerulos innocentes ſub matrum vberibus cæſos tyrannicum facinus eſſe negauerit. Sed C non tantum in eum planum dicta fuerint, quam in illos, qui hodie in tanta luce literarum ab eius libris videntes & prudentes ſibi imponi patiuntur. qui putant nullum bonum Chronicon eſſe, niſi quod ex Beroſo, Metaſthene, Xenophonte, Myrtilo, & ſimilibus Annianis portentis conſarcinatum ſit. Haurire exempla, aut auctoritatem ex illis quiſquiliis petere, eſt inſcitiam ſuam per præconem prædicare. Quemcunque ſcripta Annij oblectant, neque iudicium, neque ſenſum literarum vllum habere poteſt.

DE EXCESSV AVGVSTI ET INITIO TIBERI. D

AVGVSTVS natus eſt cyclo XV Lunæ, diebus æſtiuis, poſt occaſum Solis, *αἰγοκέρωτος ὡροσκοποῦντος*. Deceſſit duobus Sextis, Pompeio & Apuleio COSS. neomenia Thoth anni 761 a Nabonaſſaro: anno Iuliano LIX, qui & ipſe erat cycli Lunaris XV. Eodem igitur cyclo natus & mortuus, cum iam illi ſeptuageſimus ſeptimus annus iniiſſet a diebus æſtiuis. Sed quia in anno Iuliano eius

natalis

A natalis putatur ab eadem die eiusdem mensis, a qua putaretur in
anno Romano prisco, si C. Iulius Cæsar annum non emendasset, ni-
mirum a XXIII Septembris, propterea illi deesse videntur ad annum
septuagesimum sextum tot dies, quot intersunt ab eius excessu, ad
vicesimam tertiam Septembris. Propterea Suetonius scribit eum de-
cessisse anno ætatis septuagesimo sexto, diebus quinque & triginta
minus. Totidem enim intersunt a XIX Augusti, in qua decessit, ad
XXIII Septembris, in qua eius natalis celebrabatur. Idem etiam
dicit Dio, secutus Suetonium, vt solet. Sed & eum decessisse cyclo
Lunæ XV, præter annum Iulianum LIX, in quem incidit Con-
sulatus duorum Sextorum, Pompeij, & Apulei: firmatur etiam cha-
B ractere ἀναμφιλέκτῳ, nimirum defectione Lunæ, quæ post obitum
Augusti contigit, seditione militum Pannonica, auctore Cor. Taci-
to, ac post illum Dione. Accidit igitur illa defectio anno periodi Iu-
lianæ 4727, Septembris XXVII, feria quinta, cyclo Solis XXIII,
Lunæ XV, anno Nabonassar 762, Paophi VIII; Tisri XV anni
Iudaici 3775: cuius character 5.6.1018, Septembris XIII, Zygo-
nos secunda, anni a mundi conditu 3964. cuius Zygonos neome-
nia, 4.7.22. Quod vero Dio & Eusebius in Chronico aiunt
παντελῆ τοῦ ἡλίου ἔκλειψιν contigisse, id nos pertinaciter negamus. Ne-
que toto illo, neque sequente anno Sol deficere potuit. Frustra igi-
tur eam quidam viri boni & docti venantur. Porro & hoc insigne
C in Augusto: eodem cyclo, quo natus est, eodemque die mensis ob-
iisse, quo primum Consulatum iniit, interfectis Hirtio & Pansa
coss. a quo die quidam eius imperium ordiuntur. Vtrumque e-
nim contigit a. d. XIIII Kalend. Sept. &, quod mireris, eodem cy-
clo Solis. Ergo eadem feria, nempe prima, neque solum feria pri-
ma, sed & anno Sabbatico primo desinente iniit Consulatum, & an-
no Sabbatico primo desinente obiit. Annus Iudaicus, quo vterque
Consul interfectus, 3718. Annus Iudaicus, quo obiit Augustus,
3774. Vterque est primus Hebdomadis annalis. Interuallum VIII
Hebdomades. Ergo vt eodem die Hebdomadis diariæ, ita eodem
anno Hebdomadis annalis. Vixit igitur annos 76 absolutos, qui
D sunt cycli Lunares quatuor, & præterea quantum interest ab extre-
mis partibus Cancri, ad XIX Augusti, contra quam Suetonius ac
Dio sentiunt, qui XXXV dies aiunt deesse anno septuagesimo sex-
to. Non frustra igitur sunt quidam ex veteribus, qui Augustum an-
nos LVI imperasse scribunt. A die enim primi eius Consulatus, ad
diem obitus, tot sunt anni Iuliani præcise.

A

DE INITIO CALIGVLÆ.

TIBERIVS Cæſar natus eſt XVI Kal. Decemb. M. Aimilio Lepido II, L. Munatio Planco COSS. qui erat annus Iulianus quartus, ac proinde cycli decimus ſeptimus. Ergo annis ætatis Tiberij addenda XVI, ad methodum Lunæ. Deceſſit anno ætatis 78, XVII Kal. Aprilis, Pharmuthi IIII, feria VII, anno a Nabonaſſaro 784. Quare proximo Nouembri illi competebat annus 79 iniens. Si 16 cum 79 componas, habebis cyclum Lunæ 19, quo obiit Tiberius. Ideo erat annus periodi Iulianæ 4750, ex quo conſurgit initium Caligulæ ex a.d. XVII Kal. Aprilis. Hac Methodo B voluimus eruere verum, vt ei aſſueſcant Chronologi, & Tabularum aſtronomicarum conditores. Nam alioquin ſimpliciter per annum Iulianum hoc indagari poterat: cum deceſſerit Tiberius Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro COSS. qui Conſulatus competit in annum Iulianum 82: hoc eſt, in annum periodi Iulianæ 4750, vt ſupra. Imperauit igitur Tiberius annos Iulianos abſolutos XXII, dies 209.

DE INITIO CLAVDI CÆSARIS.

METHODO noſtra experiamur, quod alia via indagare potuimus. C Caius Cæſar Caligula natus eſt patre ſuo Ti. Iulio Cæſare Germanico, C. Fonteio Capitone COSS. prid. Kalend. Septembr. anno Iuliano 57. Fuit ergo cyclus Lunæ XIII. Ideo 12 addenda ad ætatem Caligulæ ad methodum cycli. Cæſus eſt XXIX ætatis anno, IX Kal. Febr. Additis 12 ad 29, abiectis 19, remanet cyclus 3 in natali Caligulæ, prid. Kalen. Septembr. Ianuarius vero quo interfectus fuit, ordiebatur annum, cui competebat cyclus 4. Ergo cyclo 4 interfectus Caligula, eodemque iniuit imperium Claudius. Idem etiam eruetur continuando annos tres, menſes X, dies VIII ab a.d. XVII Aprilis anni Iuliani 82. Numerus enim deſinit in a.d. IX. Kal. Febr. anni Iuliani 86, qui erat 788 a Nabonaſſaro, D Mechir XV, quo die interfectus Caligula, & cæpit regnare Claudius. Ergo initium Claudij a cyclo IV ex a.d. IX Kal. Febr. anno periodi Iulianæ 4754. Huic argumento fauet annus quintus eiuſdem Claudij, in quo Sol defecit natali ipſius Imperatoris, hoc eſt, Kal. Auguſti, M. Vinitio II, M. Statilio Coruino COSS. anno Nabonaſſari 792, Meſori XXV, feria prima, Leontonos VIII anni a conditu mundi 3994. cuius Zygon, 6.14.0', Septembris XXV. Ab triceſima

A ma anni Iudaici 3805. Nam ſequentis menſis neomenia fuit I. 23.
464, cyclo Lunæ VIII, Solis XXVI. Quod ſi annus quintus Claudij
cyclo VIII: ergo primus cyclo 4. Rurſus nonus annus Claudij ha-
buit Conſules Q. Veranium, C. Pompeium Gallum, ſub quibus Olym-
pias 207 publicis actibus ſignata eſt, teſte Solino: hoc eſt, a diebus æ-
ſtiuis anni eorum Conſulum. Ea vero Olympias, cum ſit periodi
Olympicæ duodecima, cadit in cyclum XII. Ergo primus annus
Claudij cæpit a cyclo quarto, vt ſupra. Hæc nos per methodum no-
ſtram venamur, tametſi aliunde verum erui poſſit. Sed hoc ideo faci-
mus, vt Chronologus, aut πινακογράφος deficientibus adminiculis
ab hiſtoria, poſſit hac methodo tum verum aucupari, tum falſum
B arguere: quod quidem in hac diatriba contigit. Nam Sex. Aurelius
Victor, quem edidit eruditus vir Andreas Schottus noſter, ſcribit
ſexto anno Claudij octingenteſimum Vrbis natalem fuiſſe celebra-
tum, intelligens ludos ſæculares a Claudio editos, Claudio ipſo
IIII, L. Vitellio III COSS. qui erat annus Chriſti 47, vt alibi de-
monſtrauimus, cyclo Lunæ X. Si erat ſextus annus Claudij, ergo
annus primus Claudij cæpit a cyclo V. Atqui demonſtratum eſt
cæpiſſe a IIII. Ergo error eſt in Sex. Aurel. Victore, ſiue auctori, ſi-
ue librario attribuendus. Apud Clementem Chronologus a morte
Alexandri, hoc eſt, a Thoth 425 Nabonaſſari, ad initium Claudij,
putat annos 365. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν Γερμανικοῦ Κλαυδίου Καίσα-
C ρος, ἔτη τριακόσια ἑξήκοντα πέντε. Ergo annus primus Claudij eſt 789 a
Nabonaſſaro. Atqui ſupra demonſtratum eſt, initium Claudij ca-
dere in 788 annum Nabonaſſari. Vno anno ergo plus dixit. Vides,
quanto certior ſit methodus per cyclos, quam per adiectiones an-
norum, vt etiam illa vetuſtiſſimorum ſcriptorum errores aperiat.
Aliquando ſola adiectione annorum cogimur vti, vbi deſunt cæte-
ra præſidia. Sed poteſt fieri, vt vitium interueniat: vt in annis He-
rodis. Nam ex dinumeratione ſolidorum annorum, quos non ſemel
producit Ioſephus, neceſſario ſequebatur, Herodem obiiſſe cyclo
Lunæ XIX. Sed defectio Lunæ ab eodem optimo ſcriptore prodi-
ta docet cyclo primo ineunte deceſſiſſe. Tametſi in methodo epa-
D ctarum cyclus Lunæ incipit a Martio, tamen in methodo annorum
illum ordimur a Kalendis Ianuarij, quod non ſemel monuimus.

DE INI-

DE INITIO NERONIS. A

TEMPVS initij Neroniani non possumus ignorare, quia pendet ex fine Claudij, quod latere nos non potest. Sed tempus exitus ignoratum fuisse argumento fuerit tum Suetonij accuratissimi scriptoris de ea re silentium, haud prætermissuri, si sciuisset, quæ fuit eius diligentia, tum etiam aliorum, qui de ea re prodiderunt, discrepantes sententiæ Iosephi, Clementis, Eusebij, Zonaræ, Xiphilini. Sed Suetonio ignoratam non fuisse diem obiecerit quis ex eo, quod idem scribit, Neronem eodem die obiisse, quo Octauiam interemerat. Putabam diem ignorasse tolerabilius esse, quam cognitum præteriisse. Nunc vero negligentiæ absoluere non possum. Quartodecimo anno B imperij sui extinctus est Claudius. Quartusdecimus cyclus a quarto est decimus septimus, quo nempe Claudius decessit, 4767 periodi Iulianæ, III Idus Octobr. Quare recte apud Eusebium decessus Claudij confertur in annum II Olymp. CCVIII. Hinc init imperium Neronianum. Confirmatur quinto anno eiusdem currente, quo contigit Solis defectio, C. Vipsanio Aproniano, L. Fonteio Capitone coss. anno periodi Iulianæ 4772, prid. Kal. Mai. feria secunda, cyclo Solis 12, Lunæ 8. anno mundi 4006, Leontonos VIII. Neomenia Zygonos 2. 23. 30′, Sept. XXV. anno Iudaico 3819, Nisan tricesima. Nam Ijar fuit 3. 2. 274. Kalen. Mai. Si igitur quintus annus Neronis cyclo III, ergo primus cyclo XVIII, a Kal. Ianuarij, XVII au- C tem ab Octobri antecedente. Rursus Iosephus scribit cladem Romanorum duce Cestio, quæ incidisset in solenne σκηνοπηγίας, mense Octobri, incurrisse in annum Neronis duodecimum, scilicet ineuntem: septimam autem diem Septembris, qui proxime illum Octobrem antecessit, fuisse Sabbatum. Ergo fuit cyclus Solis 18: Litera Dominicalis F. Si annus periodi Iulianæ 4767 fuit primus Neronis a mense Octobri, sane 4778 fuit XII iniens. Ergo, vt diximus, fuit cyclus Solis XVIII. Iosephus libro II ἁλώσεως, κεφαλ. λβ΄. Ταῦτα μὲν ἕκτῃ Γορπιαίου μηνὸς ἐπράχθη. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν, &c. Septima illa die Septembris, cohortem, quam ducebat Metilius Tribunus, trucidarunt, fide, quam dederant, fracta. Ergo Iosephus subiungit: ἕκαστος δὲ τῶν μετρίων D ὡς αὐτὸς ὑπὲρ τῶν στασιαστῶν δίκας δώσων ἐπελάρχετο. καὶ γὰρ δὴ σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον. In sequentibus vero docet mensem Nouembrem incidisse in XII annum Neronis. Ergo September adhuc erat in XI desinente. Nec mirum est, qui consuesset annos omnes putare ab initio anni popularis Iudaici, eum hic a vero initio Neronis illius imperium putare. Tunc enim, cum scribebat libros suos, nullus erat annus Iudaicus, nulla republica Iudaica superstite. Idem

videtur

A videtur facere & in annis Caligulæ. Hæc nos methodo nostra tractauimus, cum alioquin possint expeditissime ex adiectione annorum. Claudius obiit anno Iuliano 99, III Id. Octob. cyclo Lunæ XVII. Rursus Nero natus anno Iuliano, XVIII Kal. Ian. cyclo Lunæ XIX. Periit anno ætatis XXXII currente. Annis ætatis Neronis addenda XVIII, ad methodum Lunæ. Igitur periit anno cycli XII: & proinde anno Iuliano 113. Iam si 99 annos Iulianos de 113 deduxeris, relinquentur anni Iuliani absoluti, quibus imperasset, si quidem continuasset vsque ad a. d. III Id. Oct. Hæc hactenus tuto asserere possumus. Nam diem mortis tacuit Suetonius, qui tamen eodem, quo Octauiam vxorem interfecit, sibi manus attulisse scribit. Si Xi-
B philino credimus, Nero perierit die IX Iulij, anni Christi 68. Nam a morte Neronis, ad initium Vespasiani, id est, ad Kal. Iulij anni Christi 69, dicit interesse annum solidum, dies XXII. Quam sententiam amplectimur: neque dubitamus veram esse: præsertim cum Cassiodorus scribat imperasse annos XIII, menses VII, dies XXVIII: quod tempus definit in IX Iunij. Itaque nullum dubium, Neronem V Eid. Iunij periisse: & male a Suetonio omissum.

DE PRIMO AGONE NERONIANO.

In numismatis Neronis legitur: CERTAMEN QVINQVENNALE INSTITVTVM. quod non aliud intelligendum ab eo, cui nomen fecit NERONIA: in quo Eusebius scribit cithara vicisse. E
C regione enim anni IIII Olymp. CCIX scribit: *Nero Romæ cithara contendens superat.* Et infra e regione anni IIII Olympiad. CCX: *Nero Romæ in citharistarum agone contendens omnes superat.* Quatuor anni solidi interiecti sunt: & propterea quinquennale certamen appellatum. Cor. Tacitus Annali XIIII, ait primum certamen Neronianum quinquennale institutum, Nerone quartum, Cornelio Cosso coss. qui inierunt magistratum post C. Vipsanium, & C. Fonteium, sub quibus eclipsim Solis contigisse supra demonstrauimus, prid. Kal. Mai, cyclo Lunæ III. Ergo prima Neronia instituta cyclo Lunæ quarto; anno Christi LX; ac proinde quarto Olympiadis CCIX. Recte igitur apud Eusebium eodem anno vicisse Ne-
D ronem cithara, notatum est. Secundum lustrum celebratum anno vltimo sequentis Olympiadis, ex eodem Eusebio iam demonstrauimus. Circa initium annalis XVI, Cor. Tacitus scribit: *Ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur: oratoribusque præcipua materia in laudem principis assumpta est.* Si primum lustrum erat cyclus quartus; ergo secundum fuit cyclus octauus, C. Lecanio, M. Licinio coss. Atqui principium Annalis XVI pertinet ad Consules Silium Neruam, & Atticum Vestinum, sexto anno ab editione

primi ludicri. Ergo Agon Neronianus fuit ſexennalis. Atqui quinquennalem fuiſſe dicit. Contradicit igitur ſibi. Quomodo illum tuebimur? Equidem nullam hic errori latebram video. An Nero in annum ſextum diſtulit? Tantum abeſt, vt diſtulerit, vt etiam aliquando ante præſtitutam diem reuocarit. Sueton. Nerone, XXI. De hoc certamine Suetonius: *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex, Muſicum, Gymnicum, Equeſtre, quod appellauit* NERONIA. Xiphilinus: ὑπὲρ δὲ δὴ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γὰρ που προέγραψεν) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, ΝΕΡΩΝΕΙΑ αὐτὸν ὀνομάσας. Sex. Aurel. Victor Andreæ Schotti ſcribit Gordianum Gordiani filium certamen, quod Nero Romam inuexerat, auxiſſe, firmaſſeque. *Eoque anno, luſtri certamine, quod Nero Romam inuexerat, aucto firmatoque, in Perſas profectus eſt.* Is fuit agon Neronianus quadrageſimus ſextus, celebratus anno Chriſti 240, cum primus celebratus fuiſſet anno Chriſti 60. Biennio ante hunc 46 agonem Neronianum, celebratus fuerat agon 39 Capitolinus, vt notat Cenſorinus. Quare Agon XLVI Neronianus incidit in Conſulatum Vettij Sabini II, & Venuſti, anno ſecundo Gordiani: ſiquidem illud par Conſulum a Faſtorum conditoribus recte in annum Chriſti 240 collatum eſt: quo quidem anno certiſſimum eſt agonem XLVI celebratum. Atqui Iul. Capitolinus in Gordiano ita ſcribit: *Prætextato & Attico* COSS. *Gordianus aperto Iano Gemino, quod ſignum erat indicti belli, profectus eſt contra Perſas.* Si ſtatim poſt celebratum agonem profectus eſt in Perſas, vt ſcribit Aur. Victor: ergo Conſulatus Prætextati & Attici incidit in annum Chriſti 240, non in 241, vt volunt Faſtorum conditores. Corrigantur igitur Faſti, & illud par Conſulum in annum 240 coniiciatur. Primus agon Neronianus congruit anno periodi Iulianæ 4773. Alium agonem Nero, quem vocauit Iſthmia Pythia Actia, celebrauit anno ſecundo Olympiadis CCXI. Sed non puto poſteris continuatum. Pythium quidem Apollinem, & ΑΚΤΙΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΑ ſeſe vocari præcepiſſe teſtes ſunt Xiphilinus, & nummi eius.

DE ROMA A NERONE INCENSA, ET PERSECVTIONE CHRISTIANORVM.

ABOLENDO rumori Romæ a ſe incenſæ Chriſtianos ſubdidiſſe reos Neronem auctor Cor. Tacitus: idque tempus confert in Conſulatum C. Lecani, & M. Licini: qui erat annus Iulianus CIX, cycli Lunaris VIII, Chriſti LXIIII. Proinde eodem anno & ſecundum ludicrum Neronianum celebratum, & ſupplicium de Chriſtianis

A ftianis fumptum, anno periodi Iulianæ 4777. Adiicit idem Chriftianos aut feris & canibus obiectos, aut crucibus affectos, aut flammatos. Flammare eft, quod Hifpani dicunt *Pringar*. Stantibus ad palum deftinatis vnco (ne motatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi fuffixo, e lamina ardente (κεραμίδα vocat Imper. M. Aurelius) pix aut vnguen in caput liquefiebat, ita vt riui pinguedinis humanæ per arenam amphitheatri fulcum facerent. Iuuenalis ad hoc tormentum, eandemque hiftoriam alludens:

Pone Tigillinum. tæda lucebis in illa,
Qua ftantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media fulcum deducit arena.

B Locus contaminatiffimus nec vlla hactenus mendi fufpitione perftrictus. Nam & in vetuftiffimis exemplaribus Iuuenalis inoleuit, & agnofcitur a Scholiafte. Lege:

Et latus mediam fulcus diducit arenam.

Pone, vbi ftantes ad palum alligati fuffixo gutture, lamina impendente fumant, & totos artus liquefiunt, ita vt pinguedo diducat arenam fulco facto. Vt memorabiles illos cruciatus fuiffe neceffe fit, quorum multo poft tempore meminerit Iuuenalis. Nam hanc hiftoriam in animo habuiffe, fidem fecerit Tigillini mentio præpofi-
C ta. Et eius Tigillini præcipue meminit Tacitus, cum de incendio Vrbis loquitur. Tertullianus in Gnofticos: *Orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit.* Neque folum Romæ fæuitum in Chriftianos, fed etiam in prouinciis. Extat vetus infcriptio in Hifpania loco Pifuergæ vocato: in quo fine dubio hæc crudelitas tangitur, fiquidem vera eft illa infcriptio. Nam dubito. Chriftianifmum fuperftitionem vocat, vt Suetonius Chriftianos homines nouæ ac maleficæ fuperftitionis. Quid autem Iuuenalis de Chriftianis intellexerit, fuboluit etiam veteri interpreti, cum ait: *Sed fi Tigillinum læferis, viuus ardebis, quemadmodum multi imperante Ne-*
D *rone.* Reliqua, quæ apud eundem interpretem fequuntur, non funt nauci. Tempus incendij appofuit Cor. Tacitus XIIII Kalend. Sextiles. Sexto demum die apud imas Efquilias finem incendio factum, hoc eft circiter XXV diem Iulij. Poftea de Chriftianis fupplicium fumptum.

NERONI CLAVDIO
CÆSARI AVG.
PONT. MAX. OB
PROVINCIAM LATRONIBVS ET HIS
QVI NOVAM GENERI HVMANO
SVPERSTITIONEM
INCVLCARANT
PVRGATAM.

Ergo hæc Persecutio cæpit circiter extremum Iulij, aut initium Augusti. Sed quæ scribit, mendo laborant aut a librario, aut, quod magis puto, ab ipso Cornelio. *Fuere, qui annotarent*, XIIII *Kalen. Sextiles principium incendij huius ortum, quo & Senones captam vrbem inflammauerant.* Omnes enim veteres non XIIII sed XVI. Kal. Sextil. hoc contigisse scribunt. Sequitur: *Alij eo vsque cura progressi sunt, vt totidem annos mensesque & dies inter vtraque incendia numerent.* Lego, *vt tot annos, mensesque & dies inter vtraque incendia numerarent.* Vera lectio. Μίμησις. quasi ipsi ita digitis rationem temporum putarent. Tot anni, tot menses, tot dies sunt a capta Vrbe. Sed puerilia sunt. Nam si præcise eodem die eiusdem mensis incensa Roma a Nerone, quo a Senonibus, ergo inter incendium Senonum & Neronis, differentia præcise est annorum solidorum, nullis reliquis mensibus appendicibus, aut diebus. Quare Cornelius, qui περιεργίαν damnat in illis, ipse potius περίεργος, qui menses & dies excrescentes supra annos hariolетur. Nisi quis dixerit habuisse rationem veteris anni Romani. Non puto vulgus tam doctum fuisse. Neque hæc fuit consuetudo illorum temporum, vt putarent tempora prisca secundum dies prisci sæculi, sed secundum Iulianos, vt supra in capite de Augusto diximus. Augusti enim natalis in anno Iuliano collocatus erat in extremis partibus Parthenonos, qui in anno Romano veteri erat in extremis partibus Karkinonos.

A B C

DE INITIO VESPASIANI.

QVEMADMODVM nec diem, quo sibi manus intulit Nero, in scripta relatam habemus, sic ab eadem die, ad initium imperij Vespasiani, in tribus successoribus Neronis nihil certi notare possis. Omnia tenebricosa. Galba natus est M. Val. Messala, Cn. Lentulo COSS. IX. Kal. Ianuarij, anno Iuliano XLIII, cyclo Lunæ XVIII. Periit, inquit Suetonius, anno tertio & septuagesimo ætatis. Hoc est, periit eo anno Iuliano, quo XXIIII dies Decembris initura erat eius quartum & septuagesimum annum. Si natus est cyclo XVIII, ergo eius annus LXXIIII cæpit anno cycli XV. Ideoque annus Iulianus 116 erat annus 74 Galbæ a XXIIII Decembris, anno tertio Vespasiani. Periit igitur anno Iuliano 116, cyclo XV. Cor. Tacitus quoque LXXIII annos attribuit. Atqui interfectus est se II, T. Vinio COSS. anno Iuliano 114. cuius anni extremo Decembri initurus erat illi annus ætatis 72. Atqui Suetonius, & Tacitus eo anno perijsse volunt, quo LXXIIII annus ei initurus erat ab extremo Decembri. Vides vnius biennij manifestam ἀλογίαν. Periit igitur anno D

ætatis

A ætatis primo & ſeptuageſimo currente: non autem ſeptuageſimo tertio, vt volunt Suetonius, & Tacitus, cyclo Lunæ XIII, Solis XXII: niſi dicas extremo Decembri anni antecedentis periiſſe. Quod parum refert. A natali enim Galbæ, ad Kal. Ianuarij, VIII tantum dies interſunt. M. Saluius Otho natus eſt, teſte Suetonio, Cn. Domitio Ahenobarbo, Camillo Aruntio COSS. anno Iuliano 77, IIII Kal. Mai, cyclo Lunæ XIIII. Periit, auctore Suetonio, anno ætatis XXXVIII. Ergo cyclo tertio decimo periit, anno Iuliano CXIIII. At Cor. Tacitus, *Hunc vitæ finem habuit, ſeptimo & triceſimo ætatis anno.* Ergo anno Iuliano 113, ante cædem Galbæ. Quod eſt abſurdum. A. Vitellius natus eſt, Druſo Cæſare, Norbano Flac-B co COSS. menſe Septembri, aut, vt alij, Octobri, anno ſecundo ineunte imperij Tiberiani, qui erat ſexageſimus Iulianus, cyclo Lunæ XVI. Periit, ſcribente Suetonio, anno ætatis LVII. Ergo periit in eo anno, a cuius autumno illi initurus erat annus ætatis LVIII, & proinde idem cyclus, in quo natus erat. Periit igitur anno Iuliano CXVII, tribus annis fere poſt cædem Othonis. Quod & ipſum eſt abſurdiſſimum. At Cor. liberalior eſt, qui dicit non ſeptuageſimo ſeptimo cæſum fuiſſe, ſed ſeptimum & quinquageſimum expleſſe. Ita occiderit anno Iuliano 118, quadriennio poſt Othonem. Aut igitur minor natu occiderit, aut ſi tot annorum, non iis COSS. natus, quibus voluit Suetonius. Vides, quam æqui eſſe debemus huic ſæ-C culo, ſi qui ſunt, qui aut hiſtoriarum penuria, aut humana conditione peccant, cum in illo ſæculo, re pene recenti, in tanta rerum luce, & tanta ſcriptorum copia, tot abſurditates illis ſummis viris exciderint. Ex his, quæ iam diſputauimus, nihil de iſtis tribus Imperatoribus colligere poſſumus præter argumenta, quæ incerta eorum Imperatorum initia & vacillantes ſcriptorum ſententias magis prodant, quam explicent. De Veſpaſiano hoc ex Suetonio ſcimus, Tiberium Alexandrum Præfectum Ægypti primum in verba Veſpaſiani legiones adegiſſe Kalendis Iulij: quem principatus diem in poſterum obſeruatum fuiſſe. A Kal. igitur Iuliis conſurgit initium Veſpaſiani. Rurſus Hieroſolyma deleta fine æſtatis anni Iuliani 115, Chri-D ſti 70, anno Veſpaſiani, vt Ioſephus prodidit, ſecundo. Ergo anno Iuliano CXV, Chriſti LXX, a Kal. Iulij, iniuerat ſecundus annus Veſpaſiani. Et proinde annus Iulianus CXIIII, & Chriſti LXIX erat primus Veſpaſiani a Kal. Iuliis, cyclo Lunæ XIII, Solis XXII, Imp. Ser. Sulpicio Galba II, T. Vinio Criſpino COSS. anno periodi Iulianæ 4782.

DE HIEROSOLYMORVM ET TEMPLI SECVNDI EXCIDIO. A

EX a. d. Kal. Iulij, cyclo Lunæ XIII, conſurgit initium imperij Veſpaſiani. Anno ſecundo eius, teſte Ioſepho, Hieroſolyma cum templo diruta, exitu æſtatis. Ergo hic caſus competit in cyclum XIIII. Quod verum eſt. Eo enim anno, teſte Ioſepho, ἡ πρώτη ἀζύμων incidit εἰς τεσσαρεσκαιδεκάτην Ξανθικοῦ. Quarta decima Xanthici Macedonici congruit quartædecimæ Aprilis Iuliani. Ergo neomenia Niſan Iudaici Kalendis Aprilis. Nam ſequens Tiſri fuit XXV Septembris, feria tertia. Niſan igitur antecedens, feria prima, cyclo Solis XXIII, Kal. Aprilis, anno primo periodi ſextæ Alexan- B dreæ. qui eſt locus illuſtris ad probandam periodum Iudæorum Alexandream. Nam fruſtra calculo hodierno eam venatus fuiſſes. Erat enim annus Iudaicus 3830. Niſan 6.19.409, feria ſeptima tranſlatitia dupliciter, ἀστρονομικῶς καὶ πολιτικῶς. Ergo ex calculo hodierno, neomenia Niſan prid. Kal. Aprilis. Atqui fuit Kalendis Aprilis. Ergo προήγησις σεληναϊκὴ facta eſt vnius diei. Proinde vſi ſunt periodo Alexandrea. Erat decimus nonus annus ſextæ periodi Calippicæ. Μουνυχιὼν πρυτανείας, Kal. Aprilis. Quid melius probauerit periodum veterem Iudaicam? Hinc Rabbi Adda annum caſtigaturus dixit, anni modum eſſe dierum 365. horarum 5. ſcrupulorum Chaldaicorum 997. momentorum $\frac{48}{76}$. Poterat tamen dixiſſe $\frac{11}{19}$. Sed C periodus Iudaica erat 76, non 19 annorum. At ſecundum medium motum Tabularum, nouilunium debebat eſſe in 30 Martij: cum tamen vſus politicus periodi Alexandreæ ſtatuiſſet neomeniam ciuilem in Kalendis, biduo nimirum ſerius, quam medius motus. Scribit doctiſſ. Moſes filius Maimon Iudæos ante hunc computum, quo hodie vtuntur, numeraſſe annos ab excidio Templi, & abiectis ſeptenariis, qui remanebat, eum habuiſſe annum Hebdomadis, quod perperam faciebant. Nam annus excidij erat primus Hebdomadis ad finem decurrens. Anno integro hallucinantur Sepher Iohaſin & omnes Chronologi Iudæi ita ſentiunt. Ita illo ſæculo Iudaicus calculus hodiernus erat medius inter medium motum Lunarem, & neomeniam D ciuilem Alexandream. Diruta igitur, & flammis conflagrata ſunt Hieroſolyma Sept. VIII, vt ſcribit Ioſephus fine lib. VI, die Sabbati. Elul politici Alexandrei XIII: Parthenonos XV anni a mundi conditu 4019. Zygon 2.15.32′. Septemb. XXV: die ſeptuageſima anni ſecundi Veſpaſiani: anno Iudaico 3830. Elul XIIII, anno primo Hebdomadis: anno 817 a Nabonaſſar, Paophi quinta deſinente. Rabbi Ioſe ſcribit Templum ſub Tito dirutum, die nona Ab, veſpera

A pera Sabbati, anno Sabbatico. Sane nona Ab fuit feria prima : sed calculo hodierno erat septima. At nona Ab incidebat in IIII Augusti ex calculo hodierno, in V autem ex consuetudine anni Alexandrei. Atqui falsum est, Templum incensum IV, aut V Augusti. Hic enim casus contigit decima die Augusti, vt Iosephus scribit. Præterea falsum, anno Sabbatico Templum incensum, vt demonstrauimus. Pascha Exodi, anno periodi Iulianæ 3217, Aprilis XV. Porro Pascha vltimum Hierosolymorum, quo vrbs exercitu cincta, anno periodi Iulianæ 4783. Differentia : anni Iuliani absoluti, vno die minus, 1566. qui fiunt anni Arabici 1614, syzygia vna, dies superflui tres.

DE INITIO TITI VESPASIANI.

B VESPASIANVS pater Imperator natus est anno Iuliano LIV, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino COSS. quinquennio ante excessum Augusti, XV Kal. Decembris, cyclo Lunæ decimo. Decessit anno sexagesimo nono, a. d. IX. Kalend. Iulij. Igitur annus eius septuagesimus primus initurus erat eo anno Iuliano, in quo currebat cyclus Lunæ quartus : quod facile cognosces, additis nouem ad ætatem Vespasiani. Obiit igitur anno Iuliano 124, Christi Dionysiano 79. Xiphilinus: Ἔζησε δὲ ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα, καὶ μῆνας ὀκτώ. Ἐμονάρχησε δὲ ἔτη δέκα, ἡμερῶν ἓξ δέοντα. Plus dicit, quam Suetonius, sed tamen minus, quam oportet. quia non octo menses, sed solidos C septem tantum vixit, cum diebus octo. Deerant illi ad initium septuagesimi primi, menses solidi quatuor, dies XXIV. Itaque obiit anno Iuliano 124, Christi Dionysiano 79, cyclo Lunæ quarto, periodi Iulianæ 4792. Vnde consurgit imperium Titi.

DE INITIO DOMITIANI.

TITVS Vespasianus imperauit biennium solidum, menses duos, dies XX, initio eius ex a.d. VIIII Kal. Iulias putato, & toto principatus tempore in Idibus Septembr. desinente. Obiit igitur cyclo Lunæ sexto, & proinde Christi 81. Vnde initium Imperij D Domitiani, anno Nabonassari 829, Paophi 12. Quare huic rationi consentaneum est, quod Ptolemæus ex Agrippæ Mathematici obseruatione refert, anno Nabonassari 840, Tybi 2, Lunam iunctam cum Australi succedente Vergiliarum fuisse : anno periodi Iulianæ 4805, die XXIX Nouembris, feria quinta. anno mundi 4402, Toxonos VI. Zygon: 3. 5. 25', Septembris XXV. anno Iudaico 3853, Casleu XII : cuius character 1. 8. 1049, Nouembris XVIII. Iosephus in fine magni sui operis scribit se absoluisse opus anno Domi-

tiani 13, ætatis ſuæ 56: quod tempus incidit in Conſulatum L. No- A
nij Aſprenatis, M. Arricinij Clementis, cyclo Lunæ 19. Natus eſt autem Ioſephus anno Caligulæ primo, cyclo XIX. Vno anno minus dixit. Nam 57 annos, hoc eſt, cyclos tres abſolutos interfuiſſe oportebat. Anno enim Domitiani 13 initurus erat illi annus quinquageſimus octauus, puta a Decembri, ſi quidem in eo natus eſſet. Ita quotidie periclitando fidem noſtræ methodi, alienos errores deprehendimus. Sed dicendum eſt, fuiſſe annum antecedentem, a cuius autumno cæpit 13 annus Domitiani, & 56 ætatis Ioſephi. Neque aliter putare debemus.

DE PRIMO AGONE CAPITOLINO, ET ALIIS AGONIBVS. B

SI NON ea penuria bonorum ſcriptorum eſſet, quæ hodie eſt apud nos, multorum veterum ludicrorum temporibus faſtos ſignatos videremus, quorum memoria hodie tantum extat, tempora ignorantur. Nos præcipua ex auctoribus, & veteribus monimentis excerpemus, vt in illis inueſtigandis operam nauent ſtudioſi. Ea hiſtoria præludemus diatribæ de Agone Capitolino. Ac primum ſciendum eorum ludorum alios annales, alios quinquennales fuiſſe. Et rurſus alios Romanos, alios Prouinciales, alios municipales, alios regionales, quos vetus inſcriptio Romana *θεματίτας* vocat, quamuis C
non ignoro poſſe aliter accipi, & eoſdem poſſe videri, quos *ἀγῶνας θεματικοὺς* vocabant. Ex ea inſcriptione, quæ ad rem facere viſa, tantum hæc excerpſimus. Ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισίν, Ἰταλίᾳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ, νεικήσας ἀγῶνας τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκράτιν. Ὀλύμπια, τὰ ἐν Πείσῃ, C̄M Ὀλυμπιάδι. Πύθια ἐν Δελφοῖς. Ἴσθμια δίς. Νέμεα δίς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς, καὶ τὴν ἀσπίδα .:.:.:.:. Καπετώλια ἐν Ῥώμῃ δίς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Εὐσέβεια ἐν Ποτιόλοις δίς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Σεβαστὰ ἐν Νεαπόλει τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Ἄκτια ἐν Νεικοπόλει δίς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Ε Παναθήναια, Ὀλύμπια, Πανελλήνια, Ἀδριανὰ δίς. Ζμύρναν, ε̄ κοινὰ Ἀσίας δίς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. ὁμοίως ἐν Ζμύρνῃ D
Ὀλύμπια καὶ Ἀδριανά, Ὀλύμπια, Περγάμου, Αὐγούστεια τρίς, &c. Et in ſequentibus aliorum meminit, quæ nec ſatis ſincere relata ſunt ab iis, qui ſcripſerunt. In iis meminit *χρυσανθίνων ἐν Σάρδεσιν*, quorum etiam mentio in Pandecte Digeſtorum. item *Ὀλυμπίων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*. Sed videamus, quæ ex illis nobis ad hæc ſtudia vſui eſſe poſſunt. *Καπετώλια*, eſt agon Capitolinus, de quo præſens diatriba inſtituta eſt, & ſuo

loco

A loco referetur. Εὐσέβεια. Pialia. Artemidorus lib. 1. οἶδα δέ τινα σαδιέα ὁ μέλλων ἀγωνίζεσθαι Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ἐπὶ τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ ἔδοξε τυφλὸς γεγονέναι καὶ ἐνίκησε. Fuit igitur ἀγὼν εἰσελαστικὸς Puteolanorum, institutus ab Imp. Antonino Pio, vt & nomen, & vetus inscriptio Melphæ reperta docet: cuius exemplar hic adiecimus, vt in ea & auctorem certaminis, & locum, vbi institutum fuit, videas eundem esse, qui est in hac inscriptione Græca. Vtra-

IMP. CÆSARI
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVÆ. PRONEP.
T. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V
IMP. II. COS. III. P. P.
CONSTITVTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI
SOCII. LICTORES. POPVLARES
DENVNCIATORES. PVTEOLANI.

B que enim inscriptio Puteolis institutum fuisse dicit. SELASTICVM autem pro ISELASTICVM exaratum fuisse nemo mirabitur, cui poterunt produci eiusmodi mille deprauationes in vulgi sermone fieri solitæ. Alius Iselastici certaminis a Traiano, sed in Bithynia instituti, mentionem habes apud Plinium decimo Epistolarum. Sacrum autem hoc certamen fuisse, & ἆθλον habuisse, apparet ex nomine. Non enim Iselasticum vocaretur, nisi eius victores vocati es-
C sent Hieronicæ. Solis quippe Hieronicis εἰσελαύνειν fas erat, & diruta parte mœnium pompa in vrbem inuehi. Ideoque etiam quinquennale fuisse necesse est. Quo tempore institutum, cum Olympiade ne, an cum Pythiis concurreret, aut quando inciperet, id vero nescimus.

Σεβαστὰ ἐν Νεαπόλι. Augustalia quidem Romæ celebrabantur IIII. Eid. Octobr. postridie Meditrinalium, instituta Quinto Fabio Maximo, Iulio Antonio COSS. auctore Dione, anno Iuliano tricesimosexto, periodi Iulianæ 4706, biennio ante bisextum correctum. Sed hæc Σεβαστὰ sunt Neapolitana, non Romana. Neapolis & a Græcis condita, & multa in illa Græci instituti vestigia æuo suo
D superfuisse scribit Strabo: πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα (σώζεται), Γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα, καὶ φρατρίαι, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καίπερ ὄντα Ῥωμαίων. Et Varro: *Fratria est Græcum vocabulum partis hominum, vt Neapoli etiam nunc.* In Tabula Marmorea quadrata Græca Neapoli mentio extat τῆς φρητριᾶς, & τοῦ Φρητάρχου non semel, quod dictum est pro φρητεάρχου, asperitatis leniendæ literæ caninæ. quemadmodum φητρίαν etiam pro φρητρίαν dicebant; & φητρεῖον, pro φρητρεῖον; vt in alia tabula marmorea Romana: VESBINVS.

AVG.

AVG. L. PHETRIVM. AVGVSTALIBVS. MVNICIPI. CÆRITVM. LOCO. ACCEPTO. A. REP. SVA. INPENSA. OMNI. EXORNATVM. DONVM. DEDIT. & passim in eadem luculenta tabula. Hæ Neapolitanæ Fratriæ, Gymnasia, Ephebeia ostendunt plane Græcam vrbem. Itaque & Græcum certamen quinquennale Augusto instituerunt, quod neque cum Olympiaco, neque cum Pythio concurrebat. Celebrabatur enim a diebus æstiuis anni secundi Olympiadis. Nam paucis diebus ante excessum Augusti celebratum, testibus Suetonio, & Dione, anno Iphiti 790, qui erat secundus Olympiadis 198. Sed quotum fuit illud lustrum a primi editione, nondum scire potui. Meminit huius Neapolitani lustri non semel Papinius: *Protinus ad patrij raperis certamina lustri.* Item: *Cum stata laudato caneret quinquennia versu.* Alibi de præmio: —*Chalcidicæ Cerealia dona coronæ.* Videtur igitur corona aurea spicata victori dari solita. Fuit ergo στεφανίτης ἀγών. Inter Neapolitanum agonem & Actiacum intererat triennium. Nam Neapolitanus agon celebrabatur anno secundo Olympiadis: Actiacus anno primo Olymp. sequentis. Statius: A B

Huc me post patrij lætum quinquennia lustri,
Cum stadio iam pigra quies, canusque sederet
Puluis, ad Ambracias conuersa Gymnade frondes
Trans gentile fretum, placidi facundia Polli
Detulit. — Pigram quietem ludorum intelligit interuallum C triennij solidi.

Ακτια ἐν Νεικοπόλι. De illis, & quando instituta, suo loco demonstratum.

ε΄ Παναθήναια. Quina Panathenæa. Vetustissima sane omnium sunt Attica: quæ celebrabantur anno tertio Olympiadis: vnde ordiebantur Tetraeteridas suas Athenienses, vt libro primo demonstratum est. Cum autem quina Panathenæa numeret, quæ sint reliqua quadrina, ignoro. Neque enim intelligit Quinquatrus Romanas, neque Quinquatrus Albanas. vtræque enim annales erant, non quinquennales, vt docent Suetonius, & Xiphilinus statim initio Domitiani. Præmium, Olea aurea. Statius postquam se adeptum coronam D Albanam dixit, (ter autem adeptus erat) subiicit.

Nam quod me mixta quercus non pressit oliua.

Quod, inquit, coronam Capitolinam non coniunxi cum Albana. Martialis oleam Albanam, vocat Palladium aurum.

O cui Palladio flauescere contigit auro.

Αδριανα. Melius. Αδριάνεια, Hadrianalia, Quomodo intelligenda hæc, infra dicetur.

A ἐ Κοινὰ Ἀσίας. In multis quidem numiſmatis legitur ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC. Sed quæ ſint hæc ludicra certamina, quæ vocat QVINQVE COMMVNIA ASIÆ, ſtudioſi quærant, & non eſt difficile inuenire. Sic τρία κοινὰ Θρηκῶν habentur in nummo Caracallæ: ΚΟΙΝΟΝ. ΘΡΑΚΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ. ΑΙΝ. ΦΙΛΙΠΠΟ. ΠΥΘΙΑ. Hoc eſt: Communia tria Thraciæ, ſcilicet Alexandriæ, Æni, Philippopolis celebrabant Pythia Thracica.

Ὁμοίως ἐν Σμύρνῃ. Zmyrneorum Olympiorum meminit Pauſanias Eliac. II. Pergamenorum Olympiorum Dio lib. LI. & Epigramma:

Ὃν Σμύρνα, καὶ δῖος Περγάμου καὶ ἔστεφεν,
B Δελφοὶ, Κόρινθος, Ἦλις, Ἄργος, Ἄκτιον.

Αὐγούστεια τρίς. De quibus Auguſtalibus intelligat, cum in multis locis inſtituta eſſent, non eſt facile diuinatu.

Atque hæc quidem ſunt ludicra, quæ in illo ſaxo leguntur. Ea omnia fere in Romanorum imperatorum honorem inſtituta fuiſſe non dubito. Sunt & alia ab ipſis imperatoribus inſtituta: vt Aſtyci ludi in Sicilia Syracuſis a C. Cæſare Caligula, inſtar eorum, qui ἐν ἄστει Athenis, qui erant ludi ſcenici. Recte autem ἀστυκοὶ per Υ. Omnino ἀστυκοὶ ἀγῶνες ſunt Græci inſtituti, vt ne mireris, quare ἀστυκοὶ ἀγῶνες in vrbe Græca Syracuſis a Caligula inſtituti. Philoſtratus: ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγών. ἡ δὲ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ ᾤκισται, γένος Ἕλληνες καὶ
C ἀστυκοὶ, ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων ἑλληνικοί εἰσι. Ergo ἀστυκοὶ ἑλληνικοὶ, & ludi aſtyci, ἑλληνίζοντες, qualia omnino τὰ ἐν ἄστει Διονύσια. Nam τὸ ἄστυ ſunt vere Athenæ. Item miſceli ludi ab eodem inſtituti in Gallia Lugduni ad aram Aug. Cæſaris. Miſceli autem ludi vocantur Suetonio, qui Iuuenali Miſcelanea: *--ſic veniunt ad miſcelanea Ludi.* Sic, inquit, fiunt ex ſenatoribus mimi, ſiue Ludi. Vnde tranſcurria vocat ludos, ad quos ex ſenatu tranſibant: id eſt, quando ex ſenatoribus fiebant ſcurræ, ſiue Ludi, aut hiſtriones. Tria enim hæc idem ſunt. Neque ſolum ſcenicos miſcelos edidit, ſed & Græcæ & Latinæ facundiæ. quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime
D diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia, linguaue delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. In libro II. Anthologiæ εἰς Ποιητάς·

Τοῦ σοῦ γὰρ πάσχω νεκροῦ χάριν, οἷα πάθοιεν
Οἱ καταδείξαντες βιβλία καὶ καλάμους.

Omnino legendum οἱ καταλείξαντες, qui delingunt ſcripta ſua & calamos. Nihil ſiniſtrius Poetæ aut Rhetori imprecatur, quam vt illi accidat, quod victis fit in Miſcelaneis Lugdunenſibus ad Aram Cæſaris.

ſaris. Neque in alium ſenſum accipiendum illud diſtichon ex eodem libro, εἰς ἀσελγεῖς. A

Οὐχ ὅτι τὸν κάλαμον λείχεις, διὰ τοῦτό σε μισῶ,
Ἀλλ' ὅτι τοῦτο ποιεῖς καὶ δίχα τοῦ καλάμου.

ἐκ τῆς ἥττης, quæ illi contigit ad aram Lugdunenſem, τὸν κάλαμον λείχειν exprobrat. Ex conſuetudine autem ait ipſum facere, quod Auſonius Græce maluit, ne Latium diceret opprobrium. Hæc Lugdunenſia erant annua, non quinquennalia. Dion eorum meminit: cuius beneficio annum inſtitutionis ludorum ſcimus. Anno enim primo imperij ſui eos ludos inſtituit Caligula: qui erat, vt ſuo loco dictum eſt, periodi Iulianæ 4750. Huc pertinet nummus Caligulæ cum his literis, COL. ROM. LVGDVN. B

Agonem edidit Athenis Hadrianus: ſed merus erat Olympiacus. Euſebius ad annum primum Olymp. 228: *Hadrianus, cum inſignes & plurimas ædes Athenis feciſſet, Agonem edidit. Bibliothecamque miri operis extruxit.* Neque dubito, quin ille Agon vocatus ſit Παναθήναια Ὀλύμπια Πανελλήνια Ἀδριάνεια. Et ita coniunctim legendum in inſcriptione Romana. Xiphilinus: Ἀδριανὸς δὲ τό, τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε, καὶ δράκοντα ἐς αὐτὸ ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα ἀνέθηκε. τότε Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ τὸ Πανελλήνιον ὀνομασμένον οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ ΑΓΩΝΑ ἐπ' αὐτὸν κατεστήσατο, χρήματά τε πολλὰ καὶ σῖτον ἐτήσιον. In his verbis imperitiam Xiphilini notabis: Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας. C Imo Dion ita intellexit, Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἑορτὴν μυηθείς. Ea myſteria contigerunt anno II Olymp. CCXXVI. Euſebius, *Hadrianus ſacris Eleuſinæ initiatus multa Athenis bona largitus eſt.* Sed apud Euſebium male primo anno, pro ſecundo. qui ſine dubio eſt error Librarij. Inde aperitur, quare Hadrianus in veteribus inſcriptionibus vocatur Ὀλύμπιος: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΤΡΑΙΑΝΟΝ. ΑΔΡΙΑΝΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΟΛΥΜΠΙΟΝ. ΤΟΝ. ΣΩΤΗΡΑ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ. Quia igitur primus agon Adrianalis editus Olympiade 228, ex eo Olympia vocata. quod & eadem Πανελλήνια a templo D ipſo, & Παναθήναια eodem modo, quia Athenis. Nam vetera Παναθήναια non concurrebant cum Olympiade, ſed cum anno tertio Olympiadis. Quod igitur, auctoribus Dione, & Euſebio, Athenas pulcherrimis ædificiis exornaſſet, ab eo puto nouas Athenas dictas in veteri inſcriptione Mediolanenſi.

A IMP. CÆSAR. T. ÆLIVS. HADRIANVS. ANTONINVS
AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P.
AQVÆDVCTVM.IN.NOVIS.ATHENIS.COEPTVM.A.DIVO
HADRIANO.PATRE.SVO.CONSVMMAVIT.DEDICAVITQ.

Sed aliquis quæret, quid Mediolano cũ nouis Athenis Hadriani? Equidem neſcio. Athenis ἐνταῦθα legitur diſtichon Iambicũ infimæ vetuſtatis:

αἱ δ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως πρῶτον πόλις:
νῦν δ' Ἀδριανοῦ κ' οὐδὲ Θησέως πόλις.

Etiam νέαι Ἀθῆναι vocabantur Ὀλυμπιεῖον locus in Delo ſumptibus Adriani extructus ab Athenienſibus. Stephanus.

Agon Solis Romæ inſtitutus ab Aureliano, anno tertio Olym-
B piadis 263. auctor Euſebius: anno periodi Iulianæ 4988, Chriſti Dionyſiano 275. Latinus quoq; ſcriptor meminit Templi Soli dicati.

Agon Pythicus Carthagine inſtitutus ab Imp. Q. Septimio Seuero. Tertullianus Scorpiaco: *Agonas iſtos contentioſa ſolennia, & ſuperſtitioſa certamina Græcarum & religionum, & voluptatum quanta gratia ſæculum celebret, etiam & Africæ licuit. Adhuc Carthaginem ſingulæ ciuitates gratulando inquietant donatam Pythico agone poſt ſtadij ſenectutem.* Sed præter Pythium, id eſt, Muſicum agonem, additum præterea aliquid videtur ex indulgentia Cæſaris. Nam in nummo argenteo Caracallæ ex vna parte eſt caput ipſius Caracallæ imberbis. a tergo Cybele Leoni inſidens, manu ſiniſtra baculum ge-
C ſtans, dextra fulmen. Literæ hæ præterea leguntur: INDVLGENTIA. AVGG. IN. CARTH.

Capitolinus Agon a Græcis paſſim vocatur Καπιτώλια, & Καπετώλια. In nummo Domitiani legimus: ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Inſtitutus autem a Domitiano, duodecimo eius & Seruij Cornelij Dolabellæ Conſulatu. Cenſorinus ſcribit anno Iphiti 1014 celebratum vndequadrageſimum Agonem Capitolinum. Hoc eſt: Centeſimus quinquageſimus tertius annus Capitolinus cadit in milleſimum quartumdecimum Iphiti. Quare conſequens, vt primus Agon celebratus ſit anno Iphiti 862. qui adiectis 4, & per 19 diuiſus relinquit cyclum Lunæ XI, quo primus Agon editus.
D Rurſus Cenſorinus ſcribebat librum ſuum cyclo Lunæ XI. Tunc a prima inſtitutione Agonis Capitolini prætererant anni abſoluti 152: qui ſunt cycli octo. Quare annus Domitiani quintus, in quem competit duodecimus eius Conſulatus, fuit XI cycli. Vetus eruditus Chronologus apud Clementem: ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ τὴν Αὐγούστου νίκην, ὅτε Ἀντώνιος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἔτη διακόσια, ἑξήκοντα τέσσαρα. ὑπάτευεν Αὔγουστος τὸ τέταρτον, ἀφ' οὗ χρόνου, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, ὃν ἔθηκε Δομετιανὸς ἐν Ῥώμῃ, ἔτη ἑκατὸν δεκατέσσαρα. Alexander obiit cyclo primo. Annus Auguſtorum Actiacus primus eſt deci-

mus cycli & ducentesimus nonagesimus quintus a morte Alexandri, A qui obiit cyclo primo. Diuisis 295 per 19, relinquitur cyclus decimus. Primus annus primi Agonis Capitolini est centesimus quintusdecimus a primo Augustorum Actiaco, & proinde a cyclo decimo. Ergo primus annus agonis Capitolini esset cyclus decimus, siquidem verum dicit Chronologus. Sed falsum est. Vno enim anno minus dicit. Quare ab anno primo Augustorum, ad primum agonem, sunt anni absoluti ἑκατὸν πεντεκαίδεκα, non autem δεκατέσσαρα. Hoc melius ex summa annorum conuincitur. Annus primus Capitolinus ex sententia Chronologi est XLIX a morte Alexandri, hoc est, a cyclo primo. Diuisis 409 per XIX, relinquuntur X, non XI. Celebratus igitur primus agon Capitolinus anno periodi Iulianæ 4799. B Vocatur autem Lustrum semper in veteribus inscriptionibus, vt in illa egregia adducta ab eruditissimo Onufrio Panuinio.

L. VALERIO. L. F.
PVDENTI.

HIC. CVM. ESSET. ANNORVM
XIII. ROMÆ. CERTAMINE
IOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO
SEXTO. CLARITATE. INGENI
CORONATVS. EST. INTER
POETAS. LATINOS. OMNIBVS
SENTENTIIS. IVDICVM.
HVIC. PLEBS. VNIVERSA
HISCONIENSIVM. STATVAM
ÆRE. COLLATO. DECREVIT.

In ea inscriptione manifesto Lustrum est Agon Capitolinus. celebratumque est illud Lustrum anno a Christo 106. Nam lustrum est tempus quadriennij. Ouidius:

--- In lustrum accedere debet,
Quæ consummatur partibus, vna dies.

Sidonius ad Turnum, lib. IIII. *Sed, vt chirographo facto docetur, cauta centesima est fœneratori, quæ per bilustre producta tempus, modum sortis ad duplum adducta produxit.* Sed extat Romæ luculenta stele ex portu Anconitano deuecta, quæ tota pertinet ad hunc agonem. & quanuis sit Græca, tamen pro Lustro, litera L singularis apposita est. Etiam in numismatis Græcis nunc L, nunc A pro Lustro positum fuisse indicauimus. Magnam inscitiam suam

Ἔδοξε τοῖς ἀλειφομένοις ἐπειδὴ
Βάσσος Φίλωνος πρότερον μὲν
ἐφ' ἔτη δύο προχειρισθεὶς Γυμνασί-
αρχος προέστη ἐνδόξως
καὶ καταξίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν
ἀλειφομένων προαιρέσεως τοῦ
Γυμνασίου, ἀνθ' ὧν τὸ κοινὸν ἀδο-
κιμάσαντα ἐστεφάνωσεν αὐτὸν
ἐπὶ τὰ προειρημένα ἔτη δύο θαλ-
λοῦ στεφάνοις, καὶ τὴν περὶ τούτων
εὐχαριστίαν ὑπομνήματος χάριν
εἰς τὸ Γυμνάσιον κατακεχώρικεν φι-
λοτιμίας ἕνεκεν ἐν τῇ λοιπῇ ἐ-
πιμελείᾳ, ἧς ἔχων διετέλεσεν εἰς
αὐτούς. πάλιν τε εἰς τὸ ΚϚ L, καὶ ΖΚ C
L, καὶ ΗΚ L, ἀξιωθεὶς ὑπέμεινε γυ-
μνασιαρχῆσαι, καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ εὐ-
ταξίαν αὐτοῖς τε συνετήρησε, καὶ
τοῦ τόπου καὶ τῶν ἀλειφομένων ἐ-
κτενέστερον καὶ φιλοτιμότερον ἐπὶ
πολλοῖς προέστηκεν. τούς τε τοῦ
Ἑρμοῦ καὶ Ἡρακλέους τιθεμένους ὑπὸ
τοῦ βασιλέως Γυμνικοὺς ἀγῶνας
συνδιακοσμῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ δύ-
ναμιν κατ' ἰδίαν ἐκτιθεὶς ἆθλα τὰ
καθήκοντα τοῖς ἀγωνιζομένοις
ἐφ' οἷς θεωροῦν τὸ κοινὸν πᾶσαν
προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἐνδεικνύμε-
νον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ τόπου στεφάνοις
τε χρυσοῖς περιτέθεικεν καὶ χαλκαῖς
τετίμηκεν εἰκόσι. Βάσσον Φίλωνος
γυμνασιαρχήσαντα τὸ τρίτον καὶ τέ-
ταρτον καὶ πέμπτον ἑξῆς, καὶ τὴν ἐν D
τοῖς προδεδηλωμένοις χρόνοις τῶν νέ-
ων προστασίαν εὐσχήμονά τε καὶ
πρέπουσαν πεποιημένον. Δεδόχθαι δὲ
καὶ νῦν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τούτοις
καὶ προσεπιστεφανῶσαι πάλιν χρυσοῖς
στεφάνοις. καὶ τοὺς μὲν χρυσοῦς στεφά-
νους εἰς ἀλείμματα χρήσασθαι, τὸ δὲ ψή-
φισμα τόδε ἀναγράψαι εἰς στήλην λιθί-
νην, καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῷ ἐπιφανεστά-
τῳ τόπῳ τοῦ Γυμνασίου. προσαξιῶσαι
δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τὸ ΘΚ L ἔτι γυμνασιαρχῆ-
σαι, διότι τοῦτο πράξας ἔσται πᾶσι τοῖς
ἀλειφομένοις κεχαρισμένος.

aperuerunt

A aperuerunt, qui λυκάβαντα interpretantur. In hac igitur stela nunquam satis laudata mentio fit Lustrorum XXVI, XXVII, XXVIII; quibus coronatus iste Baton. Porro ab eo petitur, vti Lustro XXIX iterum præsit Gymnasio: quod quidem Lustrum celebratum fuit anno Christi 198, quadraginta annis ante illud, quod Censorinus eo anno, quo librum suum scribebat, celebratum fuisse prodit: ideo, inquam, totam apposuimus, quia illud gymnasium ad hunc agonem pertinebat. Gymnicum enim fuit, teste Suetonio. Musicum etiam fuisse idem testatur: in quo præter citharistas, psilocitharistas, comprehenduntur etiam poetæ, vt habes in inscriptione supra a nobis allata ex Onufrio. Onufrius quoque hanc, quam subiecimus,

B inscriptionem, ad idem Lustrum confert: cum tamen possit etiam referri ad Quinquatria Albana: in qua erant oratorum, & poetarum certamina. Quod autem in ea inscriptione dicitur coronatus contra omnes scenicos, manifesto ostendit in

L. SVRREDIO. L. F.
CLV. FELICI
PROCVRATORI. AB
SCÆN. THEAT. IMP.
CÆSAR. DOMITIAN.
PRINCIPI
CORONATO. CONTRA
OMNES SCÆNICOS.

commissione poematum hoc contigisse. Et qui ita coronati erant contra omnes, siue histriones, siue poetæ essent, siue Hieronicæ, omnes illi dicebantur paradoxi. In veteri inscriptione Romana: Δημήτριον Ἑρμοπολίτην Ἀλεξανδρέα, παγκρατιαστὴν, περιοδονίκην, πα-

C λαιστὴν, παράδοξον, ἀλείπτην, τὸν ἀρχιερέα, τοῦ ξύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου ξυστάρχην, καὶ ἐπὶ βαλανείων Σεβ. τὸν πατέρα. Et alibi: M. Αὐρήλιος Δημητρίου, ἀρχιερέως, τοῦ ξύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου ξυστάρχου, καὶ ἐπὶ βαλανείων τοῦ Σεβαστ. Ἀλεξανδρέως, Ἑρμοπολίτου, παγκρατιαστοῦ, περιοδονίκου, παλαιστοῦ, παραδόξου υἱός. Consultus Chirius Rhetor libro III Rhetoricorum: *Paradoxon, quod nos opinionis malæ possumus dicere: tametsi quidam parum diligenter Græce loquentes paradoxa pro his, quæ sunt bonæ opinionis, accipiunt. Vnde etiam vulgo Olympionicas, & cæteros victores sacrorum certaminum* PARADOXOS *vocant, magis consuetudine, quam ratione ducti.* 'Cum Ioannes a Wouvveren iuuenis mihi propter mores & eruditionem carissimus, hunc huius auctoris locum

D ostendisset, quem ego nunquam legeram, ostendi statim verum esse, quod ille Rhetor scripsit, ex illius inscriptionis loco, quem produximus. Glossæ veteres ad Iuuenalis Satyram VIII, ad illud.– *Vocem Damasippe locasti Sipario* -- *Id est, Præco fuisti in mimo. Siparium velum est, sub quo latent Paradoxi, cum in scenam prodeunt: aut ostium mimi, aut quod appellatur Comicum.* In Lustro igitur Capitolino committi poetas solitos, testis ipse, qui in eo victus fuit, Papinius Statius, cum ita se victum fatetur, ad Vxorem:

——Tu, cum Capitolia nostra A
Inficiata lyra, sæuum ingratumque dolebas
Mecum victa Iouem. ——In Epicedio patris addit, quando hoc contigit:

Nam quod me mixta quercus non pressit oliua,
Et fugit speratus honos, cum dulce parenti
Inuida Tarpeio caneret te nostra magistro
Thebais: vrebant priscorum exordia Vatum.

Quod, inquit, quercum Capitolinam multum mihi speratam non potui coniungere cum oliua Albana, cum committerem Thebaida meam cum priscis poetis, id est, cum iis, qui iam alias coronas sæpe vicerant, vrebant me illi, & prægrauabant splendore nominis & B famæ suæ, ita, vt victus sim in committenda Thebaide. Propterea Epistola libri primi, manifesto ait se desertum fuisse a sua Thebaide. Verba hæc sunt: *Quid enim oportet huius quoque autoritate editionis onerari? quod adhuc pro Thebaide mea, quamuis me reliquerit, timeo.* In Epicedio Patris, loco a nobis paulo ante producto, ἀρχαϊσμῷ eleganti dixit Thebaidem inuidam Tarpeio parenti, hoc est, inuidiosam: vt ingratum in vtramque partem vsurpamus. Vsus est autem verbo Horatiano VREBANT.

Vrit enim splendore suo, qui prægrauat artes,
Infra se positas.—— Rursus ibidem EXORDIA sunt, quæ Græci ἐνδόσιμα. Varro, C

Qui fabularum conlocant exordia,

τὸ δ' αἴτιον, inquit, τοῦ με τοῦ ἠλπισμένου νικητηρίου ἁμαρτεῖν, ὅτι τὰ τῶν παλαιῶν ποιητῶν ἐνδόσιμα με κατήστραπτεν. &c. Itaque male hodie ille locus & legitur & intelligitur. Legunt enim vulgo —— *Parentis Inuida Tarpei* —— nullo sensu: item *vrgebant*, pro *vrebant*. Perperam accepimus olim illum locum Iuuenalis:

——*Postquam subsellia versu Frangit.* ——— Reliqua verissima sunt: Statium victum fuisse committenda Thebaide. Nam omnino falsum est, Poetas nihil aliud commisisse, nisi laudes illius Dei, in cuius honorem institutus erat Agon. vt quia ter vicit Statius Quinquatriis Albanis, propterea nihil aliud recitasset præter laudes Palladis. D Nimium fœcundum oporteret esse ingenium, si illi, quoties committeret, toties nouum poema de eadem re instituendum esset. Tam aliena a vero sententia non indiget confutatione. En μάρτυς οἴκοθεν ipse Statius, qui commissione nunc Germanici, nunc Dacici belli (quod opus periit) vicit in Albano certamine. Audiamus poetam ipsum in Eucharistico Epuli ad Domitianum:

A *Sæpe coronatis iteres quinquennia lustris;*
Qua mihi felices epulas, mensæque dedisti
Sacra tuæ. talis longo post tempore venit
Lux mihi, Troianæ qualis sub collibus Albæ,
Cum modo Germanas acies, modo Daca sonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.

Quid nì commiserit epos Thebaicum, vt epôs Germanicum, & Dacicum? Ergo poetarum Comœdiæ, quæ committebantur διονυσίοις ἀστικοῖς, aut διονυσίοις ἀγροίκοις, continebant tantum laudes τοῦ Διονυσίου. Nemo paulo doctior hoc concesserit. Statius Quinquatriis Albanis vicit bello Dacico fortasse contra poetam, qui laudes Palladis canebat. B Commisit igitur epos Thebaicum Statius Agone Capitolino, & in eo victus est contra veteres poetas poeta nouus. Sic accipiendum poeta vetus & poeta nouus in prologis Terentianis. ὁ μακαρίτης Onufrius noster vir optimus & eruditissimus Diocletiano III & Maximiano II. COSS. notat Agonem Capitolinum celebratum fuisse. Sed vir eruditus de coniectura hoc dicit, nullo vetere auctore, vt & illud, quod ait, agonas omnes sublatos a Constantino Magno, cum tamen Iulianus in epistola pro Argiuis perspicuè doceat, etiam tunc agones illos celebrari solitos. Nam sæculo Ausonij adhuc ille agon obtinebat. Ita enim Ausonius de Delphidio Rhetore:

C *Tu pæne ab ipsis orsus incunabulis*
Dei poeta nobilis,
Sertum coronæ præferens Olympicæ,
Puer celebrasti Iouem.

Præferre coronam, nihil aliud est, quam coronatum esse. Nulla alia erat nobilis corona Olympica ea tempestate, præter Elidensem & Capitolinam. Nam agonas omnes cessasse tunc perperam scribit Onufrius. Quare enim Iulianus pro Argiuorum priuilegiis scripsisset? Sed apud Ausonium Capitolinorum agonum coronam intelligimus potius, quam Elidensium. Bonus vir, qui commentarios D suos in Ausonium reconcinnauit, vt, quod solet, dissentiat a nobis, aliam interpretationem adfert, quæ non est nauci. In omnibus tamen dissimulat, in quibus a nobis adiutus est: quamquam recte pœnituit eum prioris editionis, & merito. Ego vero omnia æqui bonique consulo.

DE LVDIS SÆCVLARIBVS DOMITIANI. A

DOMITIANVS, inquit Suetonius, *fecit ludos ſæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, ſed quo olim Auguſtus ediderat.* Cenſorinus autem ait editos fuiſſe, Domitiano XVI, & L. Minutio Rufo COSS. anno A. V. C. IↃCCCLVII. Mendum eſt in his annis Vrbis apud Cenſorinum: pro IↃCCCXLII, item in Conſulatu Domitiani, XVI pro XIV. quanquam non 842, ſed aut 840 Catonianus, aut 841 Varronianus Vrbis annus fuit, tertius vtique ab agone Capitolino, centeſimus triceſimus tertius a Kalendis primis Iulianis, octageſimus octauus Chriſti Dionyſianus. Ludi autem ſæculares Auguſti celebrati ſunt duobus Cais, Furnio, & Silano COSS. anno Iuliano viceſimo nono. B Differentia igitur ludorum Auguſti & Domitiani, anni 104. Atqui debebant eſſe 110, ſiquidem habita eſt ratio eorum ludorum, non quos Claudius proxime, ſed quos Auguſtus ediderat, vt vult Suetonius. In hoc ergo nullam aliam cauſſam, præter animi ſui libidinem ſecutus eſt Domitianus. Neque ſolus hoc Suetonius dixit. Zoſimus quoque Domitiano rationem ludorum Auguſti habitam ſcribit: Μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. μεθ' ὃν Δομετιανὸς, τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ' οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν, ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. C Atqui παραδοθεὶς θεσμὸς, vt ipſe docuit, erant anni CX abſoluti. Hic tantum ſunt CIIII. Quid ergo hic dicet? Itaque hi ludi melius congruebant anno Iuliano 139, Chriſti 94. De his ita Statius:

Nec tantum induerint Faſtis noua ſæcula crimen,
Aut inſtaurati peccauerit Ara Terenti.

Et aliquot interiectis: --- *Neque enim fruſtra mihi nuper honora*
Carmina patricio pueri ſonuiſtis in oſtro.

Et in ſaxo Romano.

A. P. V. C. ƆCCCXLI.
.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·. D
.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.
EX. S. C. LVDI. SÆCVLARES. FACTI.

In eo ſaxo nomen Domitiani eraſum. Rurſus Statius in XVII Conſulatum Domitiani:

---mecum

A *——mecum altera sæcula condes,*
Et tibi longæui reuocabitur ara parentis.

Lege, *Ara Terenti.* Et sane illi Consulatui melius conuenissent ludi sæculares. Saltem vno tantum anno serius celebrati fuissent, quam ὁ παραδοθεὶς θεσμὸς postulat, de quo scribit Zosimus.

DE INITIO NERVÆ.

DOMITIANVS occisus est XIIII Kal. Octob. anno ætatis XLV, Imperij XV. Auctor Suetonius. Iniuit autem imperium Idib. Septemb. Ergo Domitianus imperauit annos XIIII solidos, dies IIII, ita vt quinto die anni XV imperij sui ineuntis perierit. Ad-
B de annis imperij Domitiani V ad methodum Lunæ in mense Septembri. Ita Domitianus perierit anno cycli primo. Hoc est, annus imperij Domitiani XV inibat ab Idibus Septembris illius anni, in quo currebat cyclus primus, qui erat periodi Iulianæ 4808, Nabonassari 843, Paophi XX: vnde init imperium Neruæ. Qui Domitiani imperio attribuunt annos XV, dies XV, minus prudenter facere videntur. Suetonius enim, & Sex. Aurel. Victor recte scribunt, quintodecimo circiter imperij anno periisse, de quo scilicet dies quinque duntaxat delibauerat. Sex. Aur. Victor scribit, eo die, quo Nerua obiit, Solis deliquium fuisse. Nos negamus vllum fuisse. In fine Domitiani & initio Traiani perturbatio est Fastorum. In Fastis
C Siculis οὐδὲν ὑγιές. Nam in illis per totum fere tempus Domitiani omnia paria Consulatuum confusa.

DE INITIO TRAIANI.

XIPHILINVS de Nerua: Πράξας δὲ ταῦτα μετήλλαξεν, ἄρξας ἔτει ἑνὶ, καὶ μησὶ τέτταρσι, καὶ ἡμέραις ἐννέα. Annus vnus, menses quatuor, dies nouem ex initio Neruæ, nimirum ex a.d. XIIII Kal. Octob. cycli primi, desinunt in a.d. VI Kal. Febr. cycli tertij, anno Nabonassari 844, neomenia Phamenoth, quatuor diebus ante nouilunium. Vnde conuincitur falsi Aur. Victor, qui scribit, eodem die, quo obiit Nerua, Solis defectionem fuisse. Nam neque noui-
D lunio obiit, neque toto anno defectio Solis fuit. Huic argumento fauet obseruatio Menelai Mathematici apud Ptolemæum. Is enim obseruauit anno primo Traiani coniunctionem Lunæ cum Spica Virginis, quem annum ait fuisse a Nabonassaro 845, Mechir XV, sequente XVI. Ergo erat annus Christi Dionysianus 98, Ianuarij 10, sequente 11, feria quarta, sequente quinta: anno periodi Iulianæ 4811, cyclo Solis 23, Lunæ quarto: anno mundi 4047. Ægonos 18, sequente 19. Neomenia Zygonos 2.10.31', Septembris XXV. anno Iudai-

co 3858, Tebeth 18, sequente 19, cuius character 6. 19. 248, feria VII, Decembris 23. Itaque neomeniæ Ægonos & Tebeth concurrebant. Ergo hæc obseruatio contigit diebus quindecim ante secundum annum Traiani. Hinc videmus in Fastis Onufrianis perperam duo paria Consulum attribui imperio Neruæ. Vnum enim tantum par Consulum interiiciendum inter initium Neruæ, & eas Kalendas Ianuarij, quibus decessit. At Fasti Siculi vnum tantum par recte attribuunt. Alioqui præter quatuor menses, non annum, sed biennium imperasset. Corrigendi igitur Fasti. Præterea finis Domitiani, vt dixi, corrigendus in iisdem Fastis. Annus primus Traiani est 4810 periodi Iulianæ. A

B

DE TRIVMPHO DACICO TRAIANI.

IN nummo Traiani mulier sedens manibus post terga reuinctis, cum literis S.P.Q.R. OPTIMO. PRINCIPI. COS. V. Sub muliere hæ literæ DAC. CAP. Ergo Dacicus triumphus incidit in quintum Consulatum Traiani. Cum autem iste Triumphus inciderit in V Consulatum Traiani, qui fuit annis XV absolutis post ludos Sæculares Domitiani, hoc tempus conuenit anno Christi 103, periodi Iulianæ 4816, annis quinque post obseruationem Menelai. Tamen in nummo æreo Traiani ex vno latere legimus: IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. III. Et ex altero C latere Victoria alata cum corona, in cuius medio VIC. DAC. & in peripheria S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI. Sed nondum de Dacis triumphauerat, quanquam Dacicus cognominabatur.

DE INITIO HADRIANI.

XIPHILINVS de Traiano: *ἐξαίφνης ἀπέψυξε μοναρχήσας ἔτη δεκαεννέα, καὶ μῆνας ἕξ, ἡμέρας τε πεντεκαίδεκα.* Sex menses cum diebus XV ex a.d. VI Kal. Febr. putati desinunt in a.d. IV. Eid. Augusti. Rursus, cum inierit imperium cyclo Lunæ tertio a XXVII Ianuarij, obierit autem vicesimo imperij, ergo eodem cyclo obiit, D quo imperium iniuit. Cæpit autem imperare anno Christi 97. Ergo obiit anno Christi 117, a.d. IV. Eid. Augusti, anno Nabonassari 864, Thoth XVII, feria VI, anno periodi Iulianæ 4829, cyclo Lunæ III, Solis XII. anno Iphiti 893, vt recte annotat Eusebius. Vnde consurgit initium Adriani. Ad hæc facit defectio Lunæ obseruata nono eiusdem Imperatoris anno, Nabonassari 872, Pachon XVII, sequente XVIII, feria quarta, sequente quinta, cyclo Solis XXII,

Lunæ

A Lunæ xii, anno periodi Iulianæ 4838, Chriſti 125, April. v, ſequente vi. anno mundi 4074, Krionos xvi: cuius Zygon 7.23.42', Sept. xxiv, anno Iudaico 3885, Niſan xv, ſequente xvi: cuius character 4.18.729, feria v, Martij xx. Sane ſi annus 864 Nabonaſſari eſt primus annus Hadriani: nonus igitur Hadriani erit 872, vt demonſtratum eſt. Præterea ſi annus primus Hadriani eſt tertius cycli, nonus erit vndecimus cycli a Thoth, in diebus æſtiuis, & extendetur in ver ſequens, cyclo xii. Quod erat demonſtrandum. Rurſus obſeruatum æquinoctium anno xvii Hadriani, Nabonaſſari 880, Athyr vii, feria iv, hora ſecunda poſt meridiem, Alexandriæ, anno periodi Iulianæ 4845, Chriſti 132, cyclo Solis primo, B Lunæ xix, Tiſri xxi, anni Iudaici 3892: cuius character 5.10.245, Septemb. v. anno mundi 4082, Parthenonos vltima. Nam Zygon ſequens fuit 3.22.16'. Obſeruatio Ptolemaica, horis 26 a meridie xxiv Septemb. Zygon Mundi, horis 22 a meridie xxiii. Differentia, dies vnus, horæ quatuor. Tantum abnutant ab Hipparcheis obſeruationibus Ptolemaicæ: quod Albateni, & nos cum eo inſtrumentis potius attribuimus, quam ipſi obſeruatori. Nam ſane fabulam Trepidationis, aut illa non meliorem Libramenti fabricam non moramur. Hoc ab initio exaſperabit animos imperitorum, a quibus ægre extorquetur, quod ab initio illorum cerebris inoleuit. Sed illis opus eſt longa die. At a ſapientibus ratio exprimit, quod longa dies C a peruicacibus. Nam ſane tandem illæ Trepidationes, illa Libramenta abibunt illuc, vnde pedem extulerunt. Iam audio ſtridores, & ſibilos rudentum. Sed tempus, quod dixi, ab eis extorquebit, quod ratio non poteſt.

DE INITIO ANTONINI PII.

Spartianvs de Hadriano: *Vixit annis* lxxii, *menſibus* v, *diebus* xvii. *Imperauit annis* xxi, *menſibus* xi. Paulo ante*: apud ipſas Baias perijt, die* vi *Iduum Iuliarum.* Totidem anni & menſes ab a. d. iiii Eid. Auguſti anni periodi Iulianæ 4829, cadunt in D a. d. vi Id. Iulias anni 4850 periodi Iulianæ, Nabonaſſari 884, Meſori xxvi. hoc eſt, diebus decem ante initium anni 885: anno Iphiti 913 ineunte. Nam Euſebius ponit male annum 914. Anno Antonini iii, Nabonaſſari 887, Athyr ix, feria vi, æquinoctium autumni a Ptolemæo obſeruatum, anno Chriſti 139, Periodi Iulianæ 4852, cyclo Solis viii, Lunæ vii, Septembris xxvi, hora poſt ortum Solis Alexandriæ, Tiſri xvi anni Iudaici 3900: cuius character 5.14.116', Septembris xi. anno Mundi 4089, Parthenonos vltima.

Nam

Nam Zygon ſequens fuit 5. 15. 1', Septembris XXV. Obſeruatio Ptolemæi, a meridie XXV, horis 19. Zygon mundi, a meridie XXIV, horis 15. Differentia dies, hor. IV. vt in autumno anni XVII Hadriani. Quare mire conſtans eſt diſſenſio. Error eſt in inſtrumento. Rurſus eodem anno Nabonaſſari & Antonini obſeruatum æquinoctium vernum ab eodem Ptolemæo, Pachon VII, feria ſecunda, anno Chriſti 140, Periodi Iulianæ 4853, Martij XXII, hora circiter poſt meridiem, cyclo Solis IX, Lunæ VIII. Quindecim cyclis antea, hoc eſt, annis 285 abſolutis Hipparchus obſeruauerat æquinoctium vernum a meridie feriæ tertiæ in XXIII Martij, hora 18. 0'. Annis 285 competit de Tabula Solari libri IV, character 4. 2. 59'. Cum quo ſi componatur character æquinoctij Hipparchi, 3. 18. 0'. habebimus 7. 20. 59'. hoc eſt, horas viginti a meridie feriæ VII, hora ſecunda completa poſt Solem occaſum feriæ primæ in XXI Martij. Differentia obſeruationis Ptolemaicæ, & Krionos Mundi, dies vnus, horæ paulo minus quinque. quæ differentia fere conſentanea eſt prioribus duabus æquinoctij autumnalis obſeruationibus. Hæc conſtans variantia magis confirmat opinionem de errore inſtrumentorum. Nam de diligentia Ptolemæi ſequius iudicare, religio eſt. Obſeruatum igitur æquinoctium vernum Ichthyonos vltima. Si nobis res fuerit cum æquo Lectore, is non poterit ſatis laudare annum cæleſtem Mundi, niſi velit τοῖς Ἱππαρχείοις ἐπιλογισμοῖς ὁμόσε χωρεῖν. Alias obſeruationes Ptolemaicas ſub Antonino factas poterunt ſtudioſi iuuenes ad methodum noſtram exigere. Itaque aliquid relinquendum illis, in quo ſe exerceant. Nam ſolſtitium eodem anno obſeruatum ideo non examinauimus, quia nullam ſuper ſolſtitio obſeruationem Hipparchi habemus. Metonicam enim plane reiicimus, vt vno ſaltem die verum ſolſtitium anticipantem. At contra obſeruatio Ptolemæi cum ſit vno die ſerior, cadit in ſecundam Karkinonos Mundani. Cenſorinus ſcribebat librum ſuum anno Chriſti 238, Nabonaſſari 996, quo anno ſcribit Thoth Nabonaſſari, fuiſſe ante diem ſeptimum Kal. Iulias: centeſimo autem anno antea, Imperatore Antonino Pio, & Bruttio Præſente COSS. fuiſſe ante diem XII. Kal. Auguſti, id eſt, XXI Iulij. Quod falſum eſt. Fuit enim a. d. XIII. Kal. Auguſti, feria ſeptima. Hactenus referre potuimus initia principum Romanorum, quod nullum non ex illis charactere aliquo certo præditum eſſet. Ad reliquorum principum tempora indaganda tantum abeſt, vt ab auctoribus aliquam opem ſperare potuerimus, vt omnes coniuraſſe in id videantur, ne idem ſentirent, & ne aliquam facem nobis allucerent. Paucula quædam carptim notabimus, in quibus characterem aliquem deprehendimus.

DE LV-

A DE LVDIS SÆCVLARIBVS IMP. SEVERI.

Censorinvs de ludis Sæcularibus: *Octauos (fecerunt) Imperatores Septimius, & M. Aurelius Antoninus, Chilone, & Libone* coss. *anno* IↃCCCCLVII. Scribebat hæc anno Christi 238, anno Vrbis 991. Interuallum a ludis Sæcularibus Seueri ad annum Vrbis 991, anni absoluti 34. Ergo ludi Seculares SeptimI Seueri celebrati anno Christi 204, Iuliano 249. At ludi Sæculares Augusti facti duobus Cajs, Furnio, & Iunio Silano coss. anno Iuliano 29. Interuallum Secularium Augusti & Seueri, anni absoluti 220. Ergo anno 221 a ludis Augusti celebrati ludi Seueriani. B Quare rationem habuit non proximorum Domitiani, sed Augustanorum. In quo rectam viam tenuit, &, vt Zosimus loquitur, τὸν παραδοθέντα θεσμὸν obseruauit.

DE INITIO IMP. SEVERI ALEXANDRI.

Hippolytvs Episcopus in Canone Paschali: Ἔτει α̅ βασιλείας Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΔΙ̅ τοῦ Πάσχα Εἰδοῖς Ἀπριλίαις σαββάτῳ, ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου. Vt quartadecima Paschalis sit XIII Aprilis, item vt XIII Aprilis sit Sabbatum, hæc C duo non concurrunt, nisi in anno Dominico Dionysiano 222, in quo cyclus Paschalis XIIII, Solaris VII. Ipse igitur Episcopus hæc scribebat eodem anno, quem dicit fuisse primum Seueri Alexandri. neque potuit hoc ignorare. Quare falsum est, quod scribit Agathias, ab Alexandro Macedone, ad quartum annum Alexandri Mamææ Imperatoris, fluxisse annos 538. Verba eius hæc sunt ex libro IV, de Sapore Persa: ἐκεῖνο δὲ μόνον προσθείην ἂν ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἔτεσιν ὕστερον, ὀκτὼ καὶ τριάκοντα καὶ πεντακοσίοις Ἀλεξάνδρου τοῦ παιδὸς τοῦ Μακεδόνος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς θατέρου Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας ἀρχῆς, τῆς Περσῶν βασιλείας ἐπιλαβομένου τοῦ Ἀρταξάρη, καθ' ὃν τρόπον ἀπήγγελται, διήνυσαι χρόνος ἐν αὐτῇ ἐνιαυτῶν πεντεκαίδεκα δυοῖν μηνοῖν ἐνδεόντων. D Hic duo insignes errores. primum, quod annos Seleucidarum Alexandreos ab initio monarchiæ Alexandri deduci existimat: deinde, quod DXXXVIII interesse putat ab initio Seleucidarum, ad quartum annum Alexandri Mamææ. Annus quartus Alexandri Mamææ in periodo Iuliana, 4938. Annus primus Seleucidarum 4402. Differentia: anni 536. Duobus igitur annis plus dixit. Hoc enim modo Alexandri Mamææ initium caderet in annum Christi 224: quomodo quidam fasti Consulares habent

habent. mendose. Hic Imperator a multis dicitur Alexander Seue- A
rus. Sed in veteribus inscriptionibus vocatur IMP. CAESAR. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER. Recte apud Eusebium in Chronico annus primus Alexandri attribuitur anno secundo Olympiadis CCL.

DE INITIO GORDIANI.

IMPP. Balbino & Maximo cæsis, Gordianus Iunior Imperator creatus Vlpio & Pontiano COSS. ludis Capitolinis, non scenicis, vt scribit Iulius Capitolinus. Eum autem agonem Capitolinum vndetricesimum ait fuisse Censorinus. Quare quo anno Censorinus librum B
suum scribebat, is fuit primus Gordiani, Christi 238, Iphiti 1014, periodi Iulianæ 4951, Nabonassari 986. Anno autem Gordiani secundo celebratis Neronianis ludis, expeditio in Persas suscepta est: vt suo loco ex Sex. Aur. Victore demonstrauimus. Iulius Capitolinus: *Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod eclipsis Solis facta est, vt nox crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset.* Hæc insignis defectio Solis contigit Perpetuo, & Corneliano COSS. anno, qui antecessit proxime imperium Gordiani, id est, ante Consulatum Vlpij & Pontiani, die XXII Payni anni a Nabonassaro 984, feria quarta: anno Christi 237, periodi Iulianæ 4950, Aprilis XII, cyclo Solis XXII, Lunæ X. Nisan vltima anni C
Iudaici 3997, cuius character 3.12.674, Aprilis XIIII. anno mundi 4186, Krionos XXIII. Zygon, 7.3.39', Septemb. XXIIII.

DE LVDIS SÆCVLARIBVS PHILIPPORVM IMPP.

CASSIODORVS. ÆMILIANVS ET AQVILINVS. *His* COSS. *Millesimus annus Vrbis Romæ expletus est, ob quam solennitatem innumerabiles Philippus cum filio suo bestias in Circo magno interfecit: ludosque in Campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilante celebrauit: quadraginta etiam mis- D
sus natali Romæ vrbis concurrerunt, & Agon mille annorum actus.* Mirum sub aliis COSS. ludos celebratos dicere, quam quibus nummi ipsorum Impp. præferunt. In nummis Philippi senioris, IMP. CÆS. PHILIPPVS. AVG. COS. III. AVGG. SÆCVLARES. Et in alio ab Onuphrio producto; in vno quidem latere: PHILIPPVS. AVG. COS. III. ÆTERNITAS. AVGG. in altero: MILLENARIVM. SÆCVLVM. In nummis Iunioris: IMP. M. IVLIVS PHILIPPVS.

COS.

A COS. II. SACR. SÆCVL. Ergo Agon millenarius Vrbis actus Imperatoribus Philippis patre III, filio II COSS. anno decimo post initium Gordiani: hoc est, anno Christi 248. At Claudius anno Christi 47. Differentia anni CCI. Recte. Nam male Claudius anno Christi 47, qui erat octingentesimus Varronianus, & 799 Catonianus. Debuerat igitur anno Christi 48. Ita inter ludos Claudij & Philipporum interfuisset legitimum tempus, nempe anni CC solidi. Annum igitur octingentesimum celebrauit Claudius: nongentesimum Antoninus Pius. Sex. Aur. Victor Andreæ Schotti: *Denique annis, quibus publica egit, viginti, idem mansit, celebrato magnifice Vrbis nongentesimo.* Hoc retuli, quia nuspiam lectum. Post millesimum annum,
B nullum alium centenarium natalem Vrbis celebratum puto. Saltem nemo eorum scriptorum, qui supersunt, hoc prodidit. Nam quod anno Christi 404 sæculares ludos ex versibus Claudiani diuinat doctissimus Onufrius, hoc a nobis supra confutatum est. Ille enim annus Christi neque veteribus ludis sæcularibus conuenit, neque centenariis natalibus Vrbis. Sed quomodo illi versus Claudiani accipiendi, ibidem indicauimus.

DE INITIO IMP. PROBI.

C EVSEBIVS e regione anni secundi Olympiad. 264: *Secundo anno Probi iuxta Antiochenos* CCCXXV *annus fuit: iuxta Tyrios* CCCCII: (*vel* CCCII *secundum quosdam*) *iuxta Laodicenos* CCCXXIV: *iuxta Edessenos* CCCLXXXVIII: *iuxta Ascalonitas* CCCLXXX. Antiocheni annum Iulianum incipiunt a Kal. Octobribus, vt non semel a nobis dictum est: Edesseni a Ianuario sequenti. Ideo annus Antiochenorum anteuenit initium anni Romani, aut Edesseni mensibus tribus solidis. Itaque cum Antiocheni a neomenia sui Tisrin prioris, vel Hyperberetæi, qui est noster October, inciperent putare annum 325, adhuc tamen currebat annus 324 Edessenis, & Romanis, cyclo Lunæ XIV. Sed ineunte anno secundo Olympiadis 264, currebat cyclus XIII tantum. Ergo perperam apud Eusebium *secundo* pro
D *tertio.* Corrigendum igitur: & e regione tertij non secundi ponenda illa verba, quæ iam produximus. Non enim est error Eusebij, sed librarij. Quare annus secundus Probi Imp. congruit anno III Olympiadis CCLXIIII, ducentesimo septuagesimo nono Christi, trecentesimo vicesimo quarto Iuliano. Et proinde vnum par Consulum expunctum est ex serie Fastorum Onufrianorum, nempe Consulatus Probi Augusti & Paulini; in primo anno Probi: quos Consules sequuntur Probus II, & Lupus in secundo anno Probi, qui erat,

vt diximus, Christi 279. Sequuntur Probus III, & Paternus. Quæ A tria collegia Consulum recte habent in Fastis Siculis, qui tametsi habent multa, quæ reprehendas, tamen ope illorum multa menda de ratione temporum tolluntur, & longe plura supplentur. In Cassiodoro quoque Consules Probus & Paulinus leguntur. Quare non bene abdicati sunt a diligentissimo viro Onufrio.

DE EPOCHA ÆGYPTIORVM DIOCLETIANEA.

Propagatvs iam per orbem terrarum Christianismus nuspiam maiores radices egit, quam in Ægypto: nuspiam plures, aut acriores Christianæ doctrinæ vindices. Post multas igitur B de Paschatis celebratione velitationes, & Octaeteridum ineptas fabricas, primi omnium Ægyptij ex doctrina Calippi cyclum enneadecaetericum Paschalem instituerunt, neomenia Thoth anni Actiaci 314 ineuntis, M.Aurelio Probo Aug. II, Furio Lupo coss. anno Christi Dionysiano 284, periodi Iulianæ 4997, periodi Constantinopolitanæ Paschalis 5792, tribus diebus ante annum eiusdem periodi 5793: anno 5778 periodi Constantinopolitanæ Lunaris, triduo itidem ante annum 5779. neomenia Tisri anni Iudaici ineuntis 4045, cuius character 6.8.685, in neomenia ipsius Thoth: VII Parthenonos anni a conditu rerum 4233. cuius Zygon 2,13,14', Septemb. XXIIII. anno Nabonassari 1033, Thoth XVIII. C Hæc sane prima fuit institutio cycli Paschalis. Ex quo obtinuit, vt is diceretur annus primus cycli Paschalis, qui fuit primus cycli Ægyptiaci in Paschatis celebratione, hoc est, qui competebat Nisan sequenti, cuius character 3.1.836, Martij XXIV, Krionos quinta, cuius Zygon fuerat 3.19.3', in XXIII Septembris propter bisextum, cum in anno communi futurus esset in XXIV, & sequens Krion in XXI Martij. Hinc est, quod Theophilus cyclum suum magnum incepit ab anno Christi vulgari 380: quod is annus habeat eundem situm Lunæ, quem annus Christi 285. Vnde, vt dixi, primus cyclus Lunæ dicitur is, qui eandem quartamdecimam Nisan habet, quam annus 285. Non dubium est, quin hactenus epocha D annorum Actiaca, qui dicebantur anni Augustorum, vsi fuerint: cum, vt dixi, is fuerit annus Augustorum iniens 314. Sed propter odium Christianismi, Achilleo, qui tyrannidem Ægypti inuaserat, interfecto, Ægypto miserrimo seruitutis iugo oppressa, a domitore Diocletiano, hæc Epocha Diocletianea vocata est, quamuis triennio ante imperium Diocletiani instituta fuisset. Atque hoc quidem verum est, & tam vere hoc dixerunt, qui de hac clade Ægypti loquuti sunt, quam

A quam falſo, quod adiecerunt, ab eo tempore Ægyptios deſiuiſſe v-
ſum annorum vagorum Nabonaſſari. Non confutaſſem hoc, neque
mea hæc eſt voluptas, vt hodie quorundam, de quiſquiliis trium-
phare, niſi viderem homines harum rerum peritiſſimos id in literas
retuliſſe. Thoth Nabonaſſari, vt oſtendimus, erat in XII Iunij. Quo-
modo ergo retraxit eum fugitiuum Diocletianus in XXIX Auguſti?
Deinde quomodo adhuc temporibus Diocletiani vtebantur Thoth
vago, qui a primo anno Auguſtorum fixerunt illum in ea ipſa die,
in qua contigit ipſum deprehendi tempore Actiacæ victoriæ? Thoth
ſiquidem ille eſt proprius Actiacæ victoriæ. Neque verum eſt, quod
in vetuſtis auctoribus Martyrologiorum legitur, Feſtum Petri ad
B Vincula ideo Kalendis Auguſti inſtitutum, iuſſu Eudoxiæ Auguſtæ
Imp. Theodoſij vxoris, vt populus reuocaretur a gentilis ſuperſti-
tionis pompa, quam quotannis celebrabat ea die, pro victoria O-
ctauiani Auguſti de Antonio & Cleopatra Kalend. Auguſti collata.
Quam enim hoc verum ſit, patet ex iis, quæ de victoria Actiaca de-
monſtrauimus, quæ III die Septembris, non autem Kalendis Aug.
contigit. Sed fortaſſe potuit aliud ſolenne veteris ſuperſtitionis fuiſſe.
Plutarchus vtitur menſibus Auguſtorum Ægyptiacis fixis, & vetu-
ſtiſſima inſcriptio Græca, quam protulimus ſupra in diatriba de anno
Auguſtorum Ægyptiaco. Quid igitur dicent? Certum igitur eſt,
hanc epocham propter cyclum Paſchalem inſtitutam, & cum eam
C aliquo titulo ex Chriſtiana doctrina petito Eccleſia Alexandrina
cognominaſſet, odio Chriſtianiſmi a Diocletiano ex ſuo nomine
vocatam Diocletianeam. Æthiopes hactenus vocant non annos
Diocletiani, ſed annos Gratiæ, ዓመተ:ምሕረት:: עַמַת מְחְרֵת. Sed epo-
cham & caput ipſum computi ita vocant, non autem annorum ſe-
riem. Et quidem ratio in promptu eſt, quia non per annos Dio-
cletiani eam epocham putant, ſed per annos periodi vtriuſque cycli,
annorum 532, quot annorum eſt periodus Dionyſiana. Anno hoc
Chriſti Dionyſiano 1596, inibit annus huius epochæ 1313. Eccleſia
Æthiopica tantum numerabit annos gratiæ 249. quia duæ periodi
magnæ Dionyſianæ, nempe anni 1064, de 1313 deductæ relin-
D quunt annos 249. & quia Dionyſiana periodus incipit ab anno
primo Gratiæ, hoc eſt, τῆς ἐνσαρκώσεως, inde nomen huic epo-
chæ in Æthiopica eccleſia. Arabes Muhammedani vocant
تاريخ القبط Terikelkupti: hoc eſt, Æram Ægyptiacam. quia
ſoli Chriſtiani ea vtuntur. Ipſi Chriſtani vocant تاريخ الشهدا
ἐποχὴν τῶν μαρτύρων. Cauſſam ſciſcitanti ita olim reſpondit
mihi ὁ μακαρίτης Dominus Ignatius Patriarcha Antiochenus,

 vir,

vir, quo doctiorem Oriens nostro sæculo non tulit : وايضا A
انكم قد سالتم عن تاريخ الشهدا المستعمل من القبط ان
ما هو وما هو سبب تسميته بهذا الاسم فاعلم انه مبدى
من السنة التاسعة عشر لملك ديوقليطيانوس الكافر
التي فيها زاد الاضطهاد على النصاري وامر بهدم كناسيهم
وبقتل كل من ما يذبح لاصنامه واستشهد بهذا الامر علي
يده من مومنين ولاية القبط مايه واربعه واربعين الف
وسبعمايه نفر فمن هذا اليوم يبدي تاريخ القبط ويسمونه B
تاريخ الشهدا اي اولايك الذين اسفك دمهم ديوقلطيانوس.

Hoc est : *Præterea quæsiuistis super* AERA MARTYRVM *vsitata ab Ægyptiis, quanam illa sit, & ob quam caußam ita appellata. Scito eius initium eße ab anno Regis Diocletiani impij (ἀθέου) decimo nono, in quo auxit persecutionem contra Christianos, cum edixißet eorum ecclesias destruere, item vt quicunque idolis non sacrificaret, interficeretur. Quo circa hoc edicto martyrio affecti sunt (ἐμαρτυρήθησαν) fidelium terræ Ægyptiæ centum quadraginta quatuor millia, & septingenti homines. Ab eo tempore incipit Æra Elkupti, quam vocant* ÆRAM MARTYRVM, *eorum nempe, quorum sanguinem profudit Diocletianus.* Hæc ille vir eximius. Par ergo abusus æram vocare martyrum, C quæ non incipit a primo anno persecutionis, atque Diocletiano attribuere, quæ eius initium triennio anteuertit. Omnino hæc æra Christianorum fuit semper, estque hodie, & vnius Ægypti, atque Æthiopiæ. Nunquam enim veteres annos a Diocletiano putant sine mentione Ægyptiacorum mensium : vt apud Theonem, Commento in Ptolemæum sexto, pagina 284, Eclipsis Lunæ anno Diocletiani LXXXI, Athyr XXIX : a Nabonassaro autem MCXII, Phamenoth VI. & in Actis Concilij Ephesini, 292 : Ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν μοναζόντων ἐν τοῖς ἐρημικοῖς, Φαρμουθὶ κγ. ἰνδικτιῶνι δ. ᾱ. ἔτους Διοκλητιανοῦ ρξδ. Et hic quidem annus erat Christi 448, Aprilis D XVII. At eclipsis Theonis cadit in annum Christi 364, qui erat primus Valentiniani, Nouemb. XXV, feria V, periodi Iulianæ anno 5077, cyclo Solis IX, Lunæ IV, Toxonos quarta, anni a conditu rerum 4314. Neomenia Zygonos 5. 4. 45, Septembris XXIII. Casleu XV, anni Iudaici 4125. cuius Casleu neomenia 5. 7. 21, Nouembris XVIII.

DE INI-

A

DE INITIO DIOCLETIANI.

Pavlvs Orosius: *Anno ab Vrbe condita millesimo quadragesimo primo, Diocletianus tricesimus tertius ab exercitu electus imperator annis viginti fuit.* Hoc est, annus V.C. 1041 incipiebat ab illis Palilibus Varronianis, à quibus imperium quoque ipse Diocletianus iniuit. Nam ex Panegyriste nouimus a Palilibus putari initium Diocletiani. Ergo ille annus Varronianus incidit in XXI diem Aprilis, anni Christi 287, periodi autem Iulianæ 5000, & secundi Olymp. 266, cyclo Lunæ III, Solis XVI. Quare his consentanea scribit Eusebius e regione anni secundi eiusdem Olymp. 266. *Diocletia-*
B *nus Dalmata scribæ filius, Imperator electus statim Aprum in militum concione percussit, iurans sine suo scelere Numerianum interfectum.* Item Beda libr. I. histor. Angl. cap. 6. *Anno incarnationis Dominicæ* CCLXXXVI, *Diocletianus tricesimus tertius ab Aug. Imper. ab exercitu electus*, &c. Nempe a XXIX Aug. anni 286 putat initium imperij Diocletiani. Rursus annus Diocletiani XIX erat secundus cycli Lunaris, & proinde 305 Christi. Præterea idem annus XIX erat 350 currens Iulianus, atque ideo secundi cycli, vt supra. Denique vicesimus annus Diocletiani erat Christi 306, secundus Olymp. 271; vt recte est apud Eusebium. Ergo primus Diocletiani erat 287. Et quidem tam errauerit, qui æram Martyrum Diocletianeam esse ini-
C tium imperij Diocletiani existimauerit, quam qui æram Seleucidarum Alexandream initium imperij Alexandri, quod fecit Agathias, aut a Thoth Philippeo putaret initium regni Philippei in Macedonia. Zosimus, ἀπὸ τοῦ Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν Σεκυλαρίων ἤγαγεν ἑορτὴν, ἄχρις ὅτε ὁ Διοκλητιανὸς ἐνάκις, ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανὸς γεγόνασιν ὕπατοι, διέδραμεν εἷς ἐνιαυτὸς πρὸς τοῖς ἑκατόν· καὶ τότε Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο. καὶ Μαξιμιανὸς τοῦτο ταὐτὸ ἐποίησε. Ludi sæculares Seueri anno Christi 204. cum quibus si componantur 101 anni: fient omnes anni simul a Christo 305. Quod si annus 305 Christi est vicesimus Diocletiani, ergo primus fuit 286 a Thoth Ægyptiaco. Sequitur igitur, imperium Diocletiani non inire
D a Thoth anni Christi 284, id est ab æra martyrum. Sed multa tamen errata sunt apud Zosimum præter ἀναχρονισμούς. vt cum scribit Herculium morbo Tarsi periisse, quem certum est occisum Massiliæ. Item cum dicit Diocletianum conuentum ab Herculio Carnuti Galliarum. cum Diocletianus post abdicatum imperium nunquam pedem posuerit in Gallia, imo non extulerit Salonis Dalmatiæ. Et recte annus vicesimus Diocletiani notatus est e regione secundi Olympiadis 271, qui erat secundus persecutionis. Magna perturbatio est in

Consulibus & annis Diocletiani, Constantini Magni, & filiorum eius in Fastis Onufrianis, non vtique culpa viri, quem vere nostra ætas patrem historiæ vocare potuit, sed difficultate rei. Ne nos quidem omnibus medicinam adferre possumus. Sed viam indicamus, quam studiosi insistant in eiuscemodi rebus inuestigandis. Sex. Aurel. Victor vulgaris XXV annos imperij attribuit Diocletiano, nimis prolixe largitus de alieno. Ita enim eius imperium consurgeret anno aut biennio ante epocham Martyrum. Apud Cassiodorum initium Diocletiani, & finis anteriorum principum contaminatissima sunt. A

DE PERSECVTIONE DIOCLETIANEA. B

PERSECVTIO, hoc est, crudelitas in vitam & fortunas Christianorum, cæpit prius ab euersione ecclesiarum. Eusebius in historia Ecclesiastica scribit edicto imperatorio Ecclesias subrutas fuisse, mense Martio, τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰσελαυνούσης. Idem in Chronico e regione anni primi Olympiadis 271: *Decimonono anno Diocletiani mense Martio in diebus Paschæ Ecclesiæ subuersæ sunt.* Vt Pas-

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET. MAXIMIANVS. HERCVLIVS. CÆSS. AVGG.
AMPLIFICATO. PER. ORIENTEM
ET. OCCID. IMP. ROM. ET. NOMINE
CHRISTIANOR. DELETO. QVI
REMP. EVERTEBANT.

DIOCLETIAN. CÆS. AVG.
GALERIO. IN ORIENTE. ADOPT. SVPERSTITIONE. CHRIST.
VBIQVE. DELETA. ET. CVLTV
DEOR. PROPAGATO. C

cha incideret in mensem Martium, hoc non potuit accidere, nisi Terminus Paschalis fuisset in Martio. Non potuit igitur contingere cyclo primo, neque tertio. Contigit ergo cyclo secundo. Terminus Paschalis XXV Martij, anno Christi 305, feria prima, cyclo Solis VI. Quare eodem die & quartamdecimam, & Pascha celebrarunt. quod non raro fiebat eo tempore, ante Decretum Nicenum. Est ergo locus illustris, quo probamus ante Canonem Nicenum πάσχα ἀναστάσιμον concurrisse cum Termino. Error igitur est in Chronico Eusebij. Non enim anno primo Olympiadis 271, qui quidem annus cæpit a cyclo secundo, sed eodem anno Iuliano hoc contigit, a cuius diebus æstiuis cæpit annus primus Olympiadis 271. Quod verissimum est. Hæc sane fuit mens Eusebij, vt tres menses anticipet de anno sequente Olympiaco: quod non semel facit. Et sane si propius rem putemus, nondum inceperat annus XIX Diocletiani. Deerat enim mensis ad Palilia, vnde initium Diocletiani. Ecclesiæ igitur subuersæ sunt in Pascha illius anni, in quo cæpit annus XIX Diocletiani a sequentibus Palilibus, annus autem primus Olympiadis D

271 a

A 271 a diebus æſtiuis. Fine anni, quo Antiochenſes putabant annos
351, teſte eodem Euſebio, cæptum proſcriptionibus innocentum,
cædibus martyrum crudeliter ſæuiri. Si igitur perſecutio cæpit ab
illo autumno, a quo cæperunt putare annos 351 Antiocheni, is erat
annus 350 editionis Iulianæ, & proinde ſecundus cycli. quod con-
uenit priori demonſtrationi. Denique ſi annus primus Diocletiani
cæpit anno Chriſti 287, cycli 3, ergo decimusnonus cæpit anno
Chriſti 305, cyclo ſecundo, a Palilibus. Perſecutionem vero in
Oriente quidem aperuit Diocletianus, in Occidente autem Maxi-
mianus. Itaque eius rei teſtes adhuc exſtant inſcriptiones duæ in
Hiſpania, quarum exemplum ſubiecimus. In Hiſtoria Græca Eccle-
B ſiaſtica Euſebij extat fragmentum, in quo dicitur perſecutionem cæ-
piſſe in Paſcha, Ξανθικοῦ μηνός. Hoc modo contigerit hoc cyclo III,
anni Chriſti 306. Sed quanta fides illis fragmentis adhibenda ſit, ſe-
quentia declarant, in quibus nihil vere dictum eſt. Nam ſcribit eo-
dem anno XIX Diocletiani, ὀγδόῃ Δαισίου πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν Ἰουνίων, τετράδι
σαββάτων Procopium primum in Palæſtina martyrio coronatum fuiſſe.
Atqui octaua Dæſij non eſt VII Id. Iun. ſed VI. Vt autem ſeptima Iunij
eſſet feria IIII, hoc non potuit fieri, niſi anno Chriſti 304. & anno 308,
vt octaua eiuſdem ſit Sabbatum. Quod eſſet abſurdum. Deinceps
ſcribitur, Apphianum adoleſcentem ob Chriſti nomen ſupplicio af-
fectum πρὸ τεσσάρων Νωνῶν Ἀπριλίων, ἡμέρᾳ παρασκευῇ, anno ſecundo
C διωγμοῦ, viceſimo Diocletiani. Ergo erat annus Chriſti 303. Atqui
304 illi erat decimus nonus. Et id quoque abſurdum. Anno quar-
to διωγμοῦ, Diocletiani XXII, τὴν εἰκάδα τοῦ Δίου πρὸ δώδεκα Καλαν-
δῶν Δεκεμβρίων ait fuiſſe ἡμέραν προσαββάτου, hoc eſt, feriam VI. Igi-
tur litera Dominicalis erat D, aut ED. Atqui D ſola fuiſſet anno
Chriſti 302. Ergo fuit ED, & proinde cyclo XIII, anno Chriſti
312. Ergo primus annus Diocletiani incideret in annum Chriſti 291.
Quod falſum. Anno quinto διωγμοῦ, ait Paſcha ἀναστάσιμον fuiſſe δευ-
τέρᾳ Ξανθικοῦ. quod multis annis ante, & poſt, contingere non po-
tuit. Denique omnes characteriſmi in illo fragmento mendoſi ſunt,
non librario, ſed auctori ipſi adſcribendi. Beauit igitur nos Euſebius,
D qui annum XIX Diocletiani cum 350 anno Iuliano comparat, hoc
eſt, quo anno a Kal. Octobribus Antiocheni annum 351 putare cæ-
perunt. Eſt enim character ἀναπολόγητος. Sola igitur Eccleſia An-
tiochena nobis veram huius inſignis calamitatis epocham conſer-
uauit.

DE INITIO CONSTANTINI MAGNI.

A

ANNO secundo persecutionis, imperij vicesimo, celebratis vicennalibus, Diocletianus Iouius, & Maximianus Herculius abdicant se imperio. Vicesimus annus imperij Diocletiani, idemque secundus persecutionis, cadit in annum Iulianum 351, & Christi 306, secundum ea, quæ superius a nobis demonstrata. Quibus succedunt Constantius, Armentariusque, teste Aurelio Victore Schotti. Quod non ferens Constantinus anno 307 in Britannias profectus, ibi reperit patrem Constantium Chlorum vltimos vitæ spiritus agentem: qui decessit a.d. VIII Kal. Augusti. Constantinus B vreo, cunctis, qui aderant, annitentibus imperium cepit VIII Kal. Octobr. Et quia hinc ordiebantur annum ciuilem Constantinopolitani post imperium Constantini, propterea dictum, Constantium Chlorum obiisse anno primo Olympiadis 271. hoc est, anno primo lustri Iuliani. quod lustrum incipiebat ex a.d. VIII. Kalend. Octobr. anni 307 secundum Constantinopolitanos, secundum Romanos, ex Kal. Ianuarij. Eusebius e regione anni tertij Olymp. 271. *Constantius XVI imperij anno diem obiit in Britannia Eboraci. Post quem filius eius Constantinus ex concubina Helena procreatus regnum inuadit, quarto persecutionis anno.* Et annus tertius Olympiadis 271, & quartus annus persecutionis, competunt in annum Christi 308. sed adiuuandum est interpretatione: annum currentem Christi 308 esse primum C Constantini Magni ab a.d. VIII Kal. Octobr. anni 307. Quod rectissimum est. Initium igitur Constantini ex a.d. VIII Kal. Octob. anni 5020 periodi Iulianæ, 5816 computi Græcorum Paschalis, & 5802 computi Lunaris. Ex quibus possumus aduertere, quantum erratum sit in initiis Diocletiani & Constantini Magni apud Chronologos, & Fastorum conditores. In quo neque doctrina, neque iudicium defuit illis, sed tempus, quod omnia aperit. Nos post illos hæc ex tenebris eruimus. Alij post nos meliora præstabunt. Paulus Orosius: *Anno ab Vrbe condita millesimo sexagesimo primo, Constantinus tricesimus quartus ab Augusto, gubernacula imperij a Constantio D patre suscepit.* Sane Palilia Varroniana millesima sexagesima prima cæperunt ex a.d. XI Kal. Mai anni Christi 308. Quare sentit cum Eusebio, modo ab autumno antecedente eius anni sumatur initium. Non igitur dubium, quin annus primus Constantini ineat ex a.d. VIII Kal. Octob. anni 307, non 308.

DE

A **DE INDICTIONE PRIMA**
CONSTANTINIANA.

Primum, qui Indictionis mentionem faciat, reperio Ambrosium, epistola LXXXIII. Illam Græci vocant ἐπινέμησιν, nimirum ab editione ludicrorum Panegyricorum & spectaculorum Quinquennalium, Decennalium, & Vicennalium. Semper enim auctores ita loquuntur, Vicennalia dare, Decennalia dare. Incipit autem a Septembri mense Indictio. Marcellinus Comes: *Indictione* IIII, *Arcadio* VI, *& Probo* COSS. *Theodosius iunior Quinquennalia dedit.* Item: *Indictione* IX *Theodosius iunior* IIII COS. *Decen-*
B *nalia, Honorius Romæ Vicennalia dedit.* Græci semper dicunt, πενταετηρίδα, δεκαετηρίδα, vel δεκαετηρικὴν πανήγυριν ἐπέδωκεν. Namque aliter de Consulibus loquebantur. Ille Consul ὑπατείαν ἐπέδωκεν. Ὑπατεία ἐπεδόθη, ἐπεσημάνθη. Socrates: ἑπτακαιδεκάτη ὑπατεία τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐδόθη. Hoc verbo vtebantur, quia quotannis Encænia Imperatorum & primus dies cuiusque Consulatus muneribus & largitione celebrabatur. Nam sane ἐπινέμησις est largitio: quomodo editio ludi gladiatorij dicebatur Munus; in cuius locum successerunt profusæ ὑπατεῖαι & Encænia Imperatorum. Imperatores celebraturi Quinquennalia, pensiones, tributa, & residua debitorum aut tollebant, aut laxabant. Panegyristes Constantino dictus:
C *Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius! O lustrum, quod merito hanc imperij tui æquauit ætatem!* Per quinarios annorum remissiones tributorum fieri solitas; satis patet multis locis ex XI lib. Cod. Th. Laxabantur & custodiæ. Eusebius de Vicennalibus Diocletiani: κατὰ τὴν νομιζομένην δωρεὰν τῶν ἐν τοῖς δεσμοῖς πανταχῆ πάντων ἐλευθερίας ἀνακηρυχθείσης. Sozomenus: ἔθος Ῥωμαίοις δημοτελῆ πανήγυριν ἄγειν καθ' ἑκάστην δεκάδα ἐτῶν τῆς τοῦ κρατοῦντος ἀρχῆς. Quando primum hic mos cæperit, pete ex Dionis LIII. Per lustra quinquennalia, id est, annorum solidorum quinque hæ Panegyries recurrebant. quod non indiget demonstratione; cum ex Panegyriste supra a nobis adducto satis constet. Hinc Sido-
D nius ad Maiorianum Aug.

Sic lustro imperij perennis acto
Quinquennalia Fastibus dicentur.

Intelligit lustrum quinque annorum absolutorum, non autem lustrum bisexti Iuliani. Et Fastibus dixit pro Fastis, vt Lucanus:

Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus.

Nam male vulgo editum est *fascibus*. Ea lustra vocantur Indictiones; & in nummis principum prouincialibus scribuntur nunc per L, nunc

nunc per A. hoc eſt LVSTRVM. ΛΟΥΣΤΡΟΝ. Conſtantini Magni initium conſurgit ex a. d. VIII Kalendis Octobris, anno Chriſti 307. Igitur eius quinquennalia congruunt anno 312. Rurſus anno 327, idem Vicennalia dedit. A Quinquennalibus, ad Vicennalia, anni XV ſolidi. Hinc mos cæptus putari tempora per trina Quinquennalia, ſiue per Indictiones, & totum tempus Indictio vocatur, & eius initium ſemper ex a. d. VIII Kalendis Octobris. Hoc tempus in Faſtis Siculis notatum e regione Olympiad. 273. Ὀλυμπ. σογ̄. Ἰνδικτιώνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχὴ. Κωνσταντίνου Αὐγ. τὸ γ̄, καὶ Λικινίου τὸ β. Annus primus Olympiadis 273 incepit a cyclo x, anno Chriſti 313, quo currebat illa Indictio, a XXIV nimirum Septembris anni 312. Quare a XXIV Septembris ſemper IV addenda annis Chriſti, ad methodum Indictionis. A Kalendis autem Ianuarij tria tantum addenda. Proinde quatuor cum 312 compoſitis, abiectis omnibus XV, relinquitur vnitas, annus nimirum primus Indictionis primæ Conſtantinianæ. Non poſſum autem ſatis mirari duos ſummos viros, Pantagathum, & Onufrium, quorum alter primus hoc tempus confert in victoriam Conſtantini de Maxentio ex a. d. VIII Kal. Octobr. anni Chriſti 313, alter vero illud ab eo perſuaſus in literas idem retulit. Sed quamuis verum eſt, Maxentium periiſſe anno Chriſti 313; tamen falſum & propter illam victoriam inſtitutum hunc Computum temporis, cum ſint mera Quinquennalia Conſtantiniana; & primam Indictionem ex a. d. VIII Kal. Octob. anni 313 cæpiſſe, cum anno ante cæperit. Ex a. d. igitur VIII Kal. Octob. incipit Indictio: quod ſemper Romani Imperatores obſeruarunt, obſeruantque hactenus Germani Impp. Quod quidem nemini ignotum eſſe poteſt, ſaltem qui Diplomata Cæſarea hodierna inſpicere velit. In C. Th. libro XI. Tit. XXVIII, ita ſcribunt Impp. Honorius & Theodoſius Augg. *ex* XIIII *Indictione Conſulatus Valentiniani Aug.* III. *& Eutropi* V. C. Is erat annus Chriſti 370. quo nempe currebat Indictio XIII. Hic vero Indictio XIV incipit ab eodem Septembri eiuſdem anni 370. Rurſus in ſynodo quadam Hieroſolymitana: *Poſt Conſulatum Flauij Beliſarij glorioſiſſimi, decimotertio Kal. Octobris, Indictione quintadecima, in Colonia Ælia Metropoli, & Hieroſolymis.* At poſtea additur, vbi agitur de iis, quæ eodem anno ante Kal. Sept. acta erant: *Poſt Conſulatum Flauij Beliſarij clariſſimi, ſexto Nonas Maias, Indictione decimaquarta.* Anno Chriſti 590, Indictione nona, incipiunt epiſtolæ Gregorij Papæ. & ſequenti Februario anni 591, currit eadem Indictio nona. quod per omnes libros epiſtolarum conſtanter retinetur. In tranſactione inter Imp. Ludouicum Balbum Caroli Calui F, & patruelem eius Ludouicum Ludouici F, ita memini me legere: Anno

A Anno dccclxxviii, *Kalend. Nouembris, Indictione duodecima.* Quatuor cum 878 compositis, abiectis xv, relinquitur duodecima Indictio. Cæpit igitur Septembri proxime antecedenti. In vsu vulgari est duplex κατάχρησις. Nam & Indictionem spatium quindecim annorum vocamus, cum sint tres Indictiones, id est, tria lustra in xv annis. & præterea primam, secundam, tertiam Indictionem dicimus pro primo, secundo, tertio anno. Sic Iurisconsultus dicit in primo, secundo, tertio Edicto, pro prima, secunda, tertia parte Edicti. Et Theophilus prima, secunda Institutione. Et Grammatici, Cato prima, secunda, tertia Origine. Duplex autem initium Indictionum a Septembri: Imperatorum Romanorum, &, qui eis successerunt
B hactenus, Germanorum ex a. d. viii Kal. Octobris: Imperatorum autem Constantinapolitanorum ex Kalend. Septembris. Quare hic caueat lector, ne in historiæ Constantinopolitanæ Annalibus, Indictionis principium differat in a. d. viii Kalend. Octob. Ita enim error interueniret. Nam, verbi gratia, hoc anno Christi 1596, Indictio x Cæsarea Germanica incipiet ex a. d. viii. Kalend. Octob. At Indictio x Cæsarea Constantinopolitana incipiet ex Kal. Septembris, vnde & anni initium. Et ita videbis semper in Patriarchæ Constantinopolitani formatis, aut Systaticis: Itaque qui leget Indictione x aliquid factum Constantinopoli, & putauerit post xxiiii Octobris hoc contigisse, multum hallucinabitur. Eccle-
C siam vero Romanam, a Kal. Ianuarij Indictiones suas putare, quia omnibus notum esse putamus, ideo demonstrandum non iudicauimus. Triplex igitur Indictio: Cæsarea Germanica, a xxiv Septembris, quæ est vera Constantiniana. Cæsarea Constantinopolitana a Kal. Septembris. Pontificia Romana a Kal. Ianuarij. Georgius Cedrenus de xvi anno Iustiniani, qui erat 543 Christi: τῷ ιϛ΄ ἔτει, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ϛ΄, ἡμέρᾳ [illegible], Ἰνδικτιῶνι ζ΄. Anno Christi 543 nemo dubitat fuisse Indictionem vi Constantinianam quidem a xxiv. Sept. anni 542, Pontificiam a Kal. Ianuarij ipsius anni 542. Et tamen hic vides vii Indictionem longe ante xxiv Septemb. Cedrenus vtitur semper Computo periodi, quam Lunarem vocauimus, cuius & an-
D norum Christi differentia semper sunt anni solidi 5494, vt suo loco ostendimus. Proinde annus 6566 huius epochæ erat annus Christi 1072, vsque ad Kalend. Septemb. quo anno currebat Indictio decima. Ipse Cedrenus scribit Kalend. Septembris fuisse Indictionem xi. καὶ τῇ ἐπαύριον, πρώτην ἄγοντος τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς ΙΑ ἐπινεμήσεως τοῦ ϛφξϛ΄ ἔτους. Certum est tunc Constantinopoli Indictiones a Kalendis Septembris putari solitas, quando primum ab iisdem Kalend. annum suum Constantinopolitani orsi sunt. qui mos non est antiquior imperio

perio Iustiniani. Paulus Langobardus lib. II. cap. XXV: ALBOIN. *igitur Liguriam introiens Indictione ingrediente tertia, tertio Nonas Septembris, sub temporibus Honorati Archiepiscopi, Mediolanum ingressus est.* En anno Christi 539, tertia Indictio incipit a Kal. Septemb. non a XXIV. Itaque Chronologi male initium Alboini ab anno 540. Sed quid volunt illa verba supra a nobis ex Ephesino Concilio producta? Ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν μοναζόντων ἐν τοῖς ἐρημικοῖς, Φαρμουθὶ ΚΓ. Ἰνδικτιῶνι Δ̄. ᾱ. ἔτους Διοκλητιανοῦ ρξδ. Quam vocat Indictionem quartam primam? Nam is erat annus Christi 448, Indictio prima. Quin enim tres Indictiones, hoc est, XLV annos præteriisse intelligat, dubium non est, eumque esse annum primum quartæ indictionis. Itaque 45 annis de 448 deductis, annus Christi 403 B erit primus primæ Indictionis, qui annus sine dubio conuenit anno, quo consulatum quintum gesserunt Arcadius & Honorius Augg. Sed quare hinc nouarum Indictionum initium? Neque dubium est eam Indictionem vocari Arcadiacam, & Honoriacam. quemadmodum lib. XI Cod. Th. Valentiaca dicitur, a Valentio. Sed de his quærant studiosi amplius. Nam dubium non est, Imperatoribus cognomines fuisse illas Indictiones, quarum caput in eorum imperio incipiebat. Sed datum soli Constantinianæ Indictioni, vt fastos signaret, quod primus Imperatorum Christianus fuerit: & Decreta Patrum Nicenorum vim cæperunt habere ex anno primo Indictionis secundæ Constantinianæ ineunte, post Septembrem anni 327 Dionysiani. C In Fastis Siculis ita scriptum fuit e regione Consulum Lepidi & Planci: Ἀρχὴ Ἰνδικτιώνων. Subiungitur interpretatio: ἀπὸ ᾱ ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων Λεπίδου καὶ Πλάγκου ηγου ιβ (ἰνδίκτου β̄) ἐκ αὐτῆς τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς, Ἀντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι: καὶ αἱ Ἰνδικτίωνες δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο ἀπὸ πρώτης καὶ αὐτῆς (αὗται) τοῦ Γορπιαίου μηνός. Ita legimus Ἰνδίκτου β̄, pro ηγου ιβ. item αὗται pro αὐτῆς: quæ rei cognitu dignissimæ tenebras effuderant. Sed falsum est, Consulibus Planco & Lepido Indictionem fuisse XII, siquidem fingamus Indictionem semper in vsu fuisse, quod προληπτικῶς fingit periodus nostra Iuliana. Nam Consulatus Planci & Lepidi incidit in annum confusionis, qui erat periodi Iulianæ 4668: & a quo monarchiam Cæsaris infima D vetustas putare cæpit. Marcellinus Comes: Indictione XIIII, Basilisco, & Armato COSS. *Hesperium Romanæ gentis imperium, quod septuagentesimo nono Vrbis conditæ anno primus Augustorum Octauianus Augustus tenere cæpit, cum hoc Augustulo periit, anno antecessorum regni Imperatorum* DXXII. Erat annus Christi 476, periodi Iulianæ 5189. Deductis 521 absolutis de 5189, relinquitur annus periodi Iulianæ 4668, annus videlicet confusionis, qui est locus insignis. Nam primum

A mum Augustorum Decessorem Imperij vocat C. Iulium Cæsarem, & primum eius annum, nimirum annum confusionis, a cuius Octobri annos Cæsaris putabant Antiocheni. Sed fallitur Marcellinus in annis Vrbis. Nam septuagesimus nonus natalis Vrbis Varronianus erat annus primus Iulianus, non annus primus confusionis, id est, annus periodi Iulianæ 4668. Quod si diuidas 4668 per 15, habebis ex methodo huius periodi, Indictionem tertiam Romanam a Kalenlendis Ianuarij. Ergo Indictio quarta Imperatoria cæpit ex a. d. VIII Octobris eiusdem anni 4668: & propterea cum inde annum Iulianum incipiant Antiocheni, illis 3 addenda semper annis Iulianis ad methodum Iulianam. Nam sane annorum Christi, & Iulianorum
B differentia sunt anni solidi 45, hoc est, Indictiones tres. Itaque tam annis Iulianis, quam annis Dionysianis Christi tria addenda ad methodum Lunæ. Sed non dubito, quin auctor scripserit Ἰνδίκτου β̄. Quod & ipsum falsum est. Nam non Consulatu Planci & Lepidi currebat a Kal. Ianuarij Indictio secunda, sed anno antecedente, Q. Fufio Caleno, P. Vatinio coss. Ita igitur melius scripsisset: Ἀπὸ τῶν προκειμένων ὑπάτων Καλήνου, καὶ Βατινίου, Ἰνδίκτου β̄, καὶ αὐτῆς τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός, Ἀντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι. Καὶ αἱ Ἰνδίκτοι δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο ἀπὸ πρώτης καὶ αὗται τοῦ Γορπιαίου μηνός. Putassem hallucinatum quoq; de mense Artemisio, id est, Maio, nisi Dominus Ignatius Patriarcha Antiochenus, vir summus & integerrimus, mihi olim scripsisset, Indi-
C ctionem in Ecclesia Antiochena a neomenia Ijar incipere. Postquam enim de quibusdam periodis disputasset, subiungit: وان من هذا
النوع هو هذا الدور الذى الخمسة عشري الذي يسمي منّا
ومن اليونانيين اينديقطونا وبدوه هو من اوّل ليار Id est: *Ex hac autem specie est ea periodus quina denaria, quæ a nobis & Græcis vocatur* INDICTIO: *cuius initium est a neomenia Ijar.* id est, Mai, vel Artemisij. Præter triplicem igitur vsum Indictionis, Constantinopolitanum a Kalendis Septembris. Imperatorium a XXIIII Septemb. Pontificium a Kalend. Ianuarij, quartus accessit
D Antiochenus ex Kalend. Mai, qui est Ijar Antiochenis, Artemisius Syromacedonibus. In fine Exemplaris Euangeliorum Arabicorum, quod penes nos est, ita legimus: كمل هذا الانجيل
المقدس بتفضل ربنا ومخلصنا يسوع المسيح في الحادي
وثلثين من شهر تموز يوم الثلثا التاريخ الثاني عشر سنة
ستة الاف وسثماية وسبعة وثمنين للعالم *Explicitum est hoc*

Euangelium sacrosanctum ope Domini nostri, & Seruatoris nostri IESV A CHRISTI, *die vna & tricesima mensis Tamuz, feria tertia, Æra anno* XII *sexies millesimo sexcentesimo octagesimo septimo Mundi.* Vbi ÆRA est Indictio manifesto. Sed quamuis illi Christiani, qui hæc scripserunt, Arabice sacra celebrant, tamen duo argumenta in illis sunt, eos paruisse Patriarchæ Constantinopolitano, quod nimirum anno Græco vtuntur in Computo mundi, & quod in fine singulorum Euangelistarum caput Græcum vltimum Euangelij scriptum est. Non igitur hæc Indictio incepit a neomenia Ijar, quia Ecclesiæ Antiochenæ non erant attributi, sed ab Elul, id est, Gorpiæo Syromacedonico, aut Septembri. Itaque ille annus erat Christi 1179: in quo currebat Indictio duodecima, vsque ad neomeniam Elul. vltima autem Tamuz, siue Iulij, siue Panemi, erat feria tertia, cyclo B Solis XII. Prima Indictio Constantiniana consurgit ex anno periodi Iulianæ 5025. Græcorum Computi Paschalis 5821: Computi Lunaris eorundem 5807.

DE MAXENTIO A CONSTANTINO MAGNO DEVICTO.

PANEGYRICVS Constantino Magno dictus ait mille sexaginta annorum opes a Maxentio ex toto orbe ad libidinis & tyrannidis suæ fomenta congestas fuisse. Igitur anno ab V. C. millesi- C mo sexagesimo absoluto, hoc est, millesimo sexagesimo primo ineunte, cæpit imperare Maxentius, vt & Constantinus; quod supra ex Orosio retulimus: anno Christi 307, ex autumno. Rursus idem Panegyristes addit sex annos solidos bellum illud ciuile protractum, neque datum Tyranno vt ad septimum imperij annum perueniret, quod, inquit, is numerus sit sacer. Ergo finis imperij & vitæ Maxentio fuit annus Christi 313: imo annus 314, si Eusebio credimus, qui illum annum comparat cum secundo Olympiadis 272. Quod sane falsum est. Hoc enim contigit anno primo Olympiadis, non secundo. Onufrius annum quidem hunc contendit cum anno Christi 313, sed quod eam victoriam conferat in a.d. VIII Kal. Octobris, D frustra est. Is est enim dies Encæniorum Constantini. Et mirum proditum ab Onufrio, illam victoriam a Panegyrista in illud tempus conferri. Nullus enim eorum Panegyristarum, qui beneficio Rhenani editi sunt, vspiam illius diei conceptis verbis meminit. Sed & vir polyhistoricotatos Pantagathus hoc ei persuaserat. Et longo post tempore, vt fit, accidit, vt a quodam scriptore se didicisse putarent, quod ipsi sibi persuaserant verum esse. Annus profligati Maxentij est

5026

A 5026 periodi Iulianæ, computi Græcorum Paſchalis 5822, Lunaris computi eorundem 5808.

DE CONSESSV NICENO.

ANNVS Alexandreus Syromacedonum DCXXXVI eſt primus annus Conſeſſus Niceni, auctore Socrate. Ille Hyperberetæus cæpit anno Chriſti 324, Kal. Octobris, vbi ſemper exordium anni Antiocheni; anno quarto Olympiadis 275, vt etiam recte notatum eſt in Chronico Euſebiano, anno Conſtantini decimo octauo ineunte. Auctor innominatus apud Photium ſcribit anno 17 Con-
B ſtantini iniſſe ſynodum. Ergo a 24 Septembr. anni 308 init imperium Conſtantini. Nam erat 325. Primus Conſeſſus celebratus eodem anno Alexandreo, & Olympico, Δαισίου ἑπτακαιδεκάτῃ, πρὸ δέκα τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίου: nimirum menſis Iunij die XIX, feria VI, cyclo Solis XXVI. Canonibus ipſis Græcis hæc præmiſſa ſunt: Κανόνες τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἔτους χλϛ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐν μηνὶ Δαισίῳ ἐννέα καὶ δεκάτῃ, πρὸ δέκα τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίων. Dimiſſum autem Concilium anno tertio currente, poſtquam conuocatum fuit, anno Alexandreo 638, qui cæpit ab Octobri anni Chriſti 327,
C Vicennalibus Conſtantini, quibus cæpit ſecunda Indictio Conſtantiniana in Acta publica referri: Cyclo Solis vltimo Romano a Kalendis Ianuarij, ſed primo anni Imperatorij illius ſæculi a XXIV Septemb. Atque adeo ille cyclus, cuius prima duplex litera eſt GF, cæptus haberi pro primo, quod ab eo incipiunt Acta Concilij, & feria prima a primo die anni Imperatorij, nempe a XXIV Septembris. Primum, inquam, cyclum vocarunt, cuius initium concurrit cum prima feria, cum prima die anni Imperatorij, cum primo anno Indictionis, cum primo tempore Actorum Synodicorum. Tunc dimiſſum ait Concilium Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria, cum Conſtantinus Vicennalia dedit. In Chronico Euſebiano, e regione anni III Olympiadis 276, ſcriptum eſt: *Vicennalia Conſtantini Nicomediæ acta & ſequenti anno*
D *Romæ edita.* Eadem verba tranſcripſit in ſuos Faſtos Caſſiodorus, COSS. Ianuario & Iuſto. Hoc eſt, Vicennalia ſunt data ex a. d. VIII Kal. Octobris, illius anni Chriſti, a cuius diebus æſtiuis iniuit annus tertius Olympiadis 276, cyclo Lunæ quinto. Fuit igitur annus Chriſti 327. Et proinde primus annus Conſtantini fuit annus Chriſti 307, vt ſupra demonſtratum eſt. Nam hactenus in his omnibus peccatum eſt a Faſtorum, & Chronologiarum conditoribus, quamuis ſummæ eruditionis, & magni in literis nominis.

DE ENCÆNIIS VRBIS CONSTANTINOPOLEOS NOVÆ ROMÆ. A

CASSIODORVS: PACATIANVS, ET HILARIANVS.
His COSS. *Ciuitas, quæ prius Byzantium dicta est, mutato
nomine, a Constantino Constantinopolis dedicatur.* Illud par
Consulum est quintum a Vicennalibus Constantini, anno Christi
331. Ergo secundum Cassiodorum, anno Christi 331, celebrata En-
cænia Constantinopoleos, siue Natalis primus nouæ Romæ. Apud
Suidam: τξ´ χρόνοι ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλύθεισαν τῇ
πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς εἰς τέλος ἀφιγμένων, Κωνσταν-
τῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος τὴν Ῥώμην τὴν νέαν ἀνί- B
στησι. Sane si a Thoth Augustorum, ad Encænia nouæ Romæ, sunt
anni absoluti 360, ergo annus 361 Actiacus est primus natalis no-
uæ Romæ: in cuius Payni currebat cyclus Lunæ decimus, anno
Christi 332. Ita inter Cassiodorum & Suidam male conuenit. Rur-
sus alibi apud Suidam: Δύο δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου Καί-
σαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν, Κωνσταντῖνος τὴν νέαν Ῥώμην ἀνί-
στησι. hic liberalior, quam supra, duos insuper annos adiecit. Itaque
hoc modo Constantinopoleos natalis celebratus anno Actiaco 363,
qui cæpit anno Christi 333. ergo sequente Maio anni 334 Romæ
nouæ Encænia celebrata. Nugæ. Encænia autem celebrata sunt XI
Mai. Itaque in Horologio Ecclesiæ Constantinopolitanæ, e regione C
XI Mai, notatum est: τὰ γενέθλια τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ τοῦ ἁγίου ἱερο-
μάρτυρος Μωκίου. Sed quia quotannis Natalis Vrbis nouæ celebraba-
tur, vsque ad vltima tempora imperij Constantinopolitani, non po-
tuit ignorari initium Vrbis, cum tot ac tot anni putarentur ab eius
conditu, quoties solenne Encæniorum instauraretur. Scribit itaque
Marcellinus Comes: INDICTIONE V. MAVORTIO SOLO
COS. *Anno regiæ Vrbis conditæ* CXCVII, *Iustinus Imperator Iustinia-
num ex sorore sua nepotem iamdudum a se Nobilissimum designatum,
regni quoque sui successorem creauit, Kal. Aprilis.* Supererant adhuc
anno CXCVII mensis, & dies IX. Itaque XI Mai sequentis cæptus
numerari Natalis 198 nouæ Romæ, anno Christi 527, cyclo Lu- D
næ XV. Ergo annis 198 Vrbis Constantinopolitanæ VII addenda ad
methodum cycli Lunaris. Et proinde Constantinopoleos Encænia
celebrata anno cycli VIII. Ergo anno Christi 330. Methodius pag.
99. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, τῆς παρουσίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, μέχρι
τῆς οἰκοδομῆς Κωνσταντινουπόλεως χρόνοι τλζ´. Nam is erat annus obitus
Constantini. Sed est error Librariorum. Nam postea dicit fuisse
τὰ ἐγκαίνια illius μεγαλοπόλεως anno mundi ͵ϛωλζ´. XI Mai feria se-
cunda.

A cunda. Non potuit id accidere, nisi anno Christi 330. qui est Græcorum 5838, non 5837, vt ipse scribit. Zonaras: ἤδη δὲ ἀπαρτισθείσης τῆς πόλεως, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Μαΐου μηνὸς, τελεῖ τὰ ταύτης γενέθλια, ἤτοι ἐγκαίνια, ἔτους ἐνισταμένου πεντακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ὀγδόου. Sane deducta differentia annorum Christi, & Æræ Paschalis Constantinopolitanæ, nimirum annis 5508, remanet annus currens Christi Dionysianus, 330, vt supra. Georgius Cedrenus: τῷ κ (κε) ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, πληρωθείσης τῆς πόλεως, ἐθεματίσθη ὑπὸ Οὐάλεντος ἀστρονόμου ἐν τῇ η ἡμέρᾳ τῶν ἐγκαινίων αὐτῆς ἐκ προστάξεως τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, μηνὶ Μαΐῳ ια, ἡμέρᾳ β, Ἰνδ. γ, ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵εωλη. περιέχει δὲ τὸ ὅλον συμπέρασμα ἔτη χϟς. Hic oblitus sui Cedrenus sequi-
B tur Paschalem Æram, non, quam semper solet, Lunarem. Itaque idem sentit cum Zonara, anno Christi 330 Encænia celebrata. Et quidem verum est, tum Indictionem tertiam fuisse, tum XI Mai feriam secundam. Erat enim cyclus Solis tertius. τὸ συμπέρασμα vocat τὸ ἀποτέλεσμα illius Valentis astrologi, qui definierit, Vrbem tantum 696 annos duraturam, hoc est, ad annum Christi 1026. Quod fuit summæ vanitatis illius, tam qui consuluit, quam qui pronunciauit. Georgius Cedrenus: τῷ πεντακισχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ τρίτῳ μηνὶ, τῆς δευτέρας (τρίτης) ἐπινεμήσεως, τῇ εἰκοστῇ ἕκτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου (Νοεμβρίου) μηνὸς, ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ Τοξότου ζώδιον. ὡροσκόπει γὰρ Καρκῖνος. τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς
C ἑξηκοστῆς (ἑβδομηκοστῆς) πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους. Si errores librariorum, ita, vt indicauimus, tollantur, qui proculdubio nati sunt ex notis numerariis, nemo verius pronunciauit de natalibus νέας Ῥώμης. Subiicit: ὃ ἐν ἐννέα μησὶ τό, τε χερσαῖον καὶ παράλιον τεῖχος μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων ἐν τῇ πόλει δομηθέντων, τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως γέγονεν. Encænia igitur nouæ Romæ celebrata anno Christi Dionysiano 330, periodi Iulianæ 5043, Mai XI. anno Augustorum Actiaco 359, Martyrum Diocletianeo 46, Pachon XVI. anno Mundi 4279, Tauronos XXII. Zygon, 3. 17. o', Septembr. XXIII. anno Iudaico 4090, Sivvan VIII. cuius cha-
D racter 2. 17. 530, Mai quarta. anno Nabonassar 1078, Mesori XIIII. Ex annis Christi Dionysianis deducantur anni 329. Reliqui erunt anni natalis Vrbis Constantinopolitanæ, a XI Mai. Esto propositus annus Christi 1558. Ex hac methodo erit annus 1229 Constantinopolis iniens ex XI. Mai. Onufrius dicit tantum 1228.

DE EXCESSV CONSTANTINI, ET ANNO PRIMO CONSTANTII EIVS FILII. A

HISTORIA Ecclesiastica prodit Constantinum decessisse die Pentecostes. Kalendarium, siue ὡρολόγιον Ecclesiæ Constantinopolitanæ e regione XXI Mai hæc apponit: *Τῶν ἁγίων μεγάλων βασιλέων, καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης.* Satis prolixe de laudibus Apostolorum delibatum, vt communicaretur istis duobus. Ergo 21 Mai decesserit Constantinus, si qua fides Rituali Constantinopolitano. Sed vno die minus e regione xx Ijar, id est Mai, Kalendarij Antiocheni ita legimus: ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܘܕܗܠܝܢܝ ܐܡܗ hoc est, *τοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως δικαίου, καὶ τῆς Ἑλένης μητρὸς αὐτοῦ.* Non magis mihi constat, cur Antiocheni vno die minus dicant quam Græci, quam quare Constantinopolitani vna die anteuertunt obitum eius. Non enim XXI, sed XXII obiit, feria prima, cyclo Solis decimo, solenni Pentecostes, cyclo Lunæ XV, anno Christi 337. Imperauit igitur annos solidos XXIX, menses VII, dies XXVIII, ab a. d. VIII Kalend. Octobris. Hinc consurgit initium imperij Constantij eius filij, qui fratribus mortuis superstes solus rerum potitus est. In supplemento Chronici Eusebiani Hieronymus ita scribit: *Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.* Deinde anno post notat eius obitum. Quomodo potuit Tricennalia celebrare anno ante obitum, qui obierit verno tempore illius anni, in cuius autumnum tricennalia eius cadebant? E regione anni vndecimi Constantij idem Hieronymus annotat Solis defectionem fuisse. Ea contigit anno Christi 347, Octobris 20, feria tertia, cyclo Solis XX: cyclo Lunæ sexto, anno periodi Iulianæ 5060, Zygonos XXVII, cuius character 5.1. 47', Septembris XXIIII. anno Iudaico 4108, Tisri vltima. Marchesvvan sequens 4. 8. 98, Octobr. XXI. & translatione politica fuisset in XXII: quia Tisri in XXII Septemb. translatus. Anno Nabonassar 1095, Tybi XXV. Æræ Martyrum 64, Paophi XXIII. Si igitur annus Christi 347 est vndecimus Constantij: ergo initium Constantij anno 337, a XXII Mai, vt antea demonstratum est. Ex hac eclipsi conuincitur falsi quod scribit Cedrenus, anno X Constantij fuisse defectionem Solis, Δαισίου ς, Iunij sexta. Nam quanuis ea die coniunctio fuit luminarium, tamen neque latitudinis Lunaris anomalia, neque eclipsis illa, de qua iam locuti sumus, hoc patitur, cum a VI Iunij anni 346, ad XX Octobris anni 347, intersint tantum syzygiæ XVI. Intra quod tempus anomalia latitudinis non est ecliptica. Mirum tamen, hominem imperitum dicere eam contigisse eadem die, qua coniunctio luminarium fuit. Sed & longius

B C D

A gius aberrat a vero Marianus Scotus, qui hanc defectionem confert in a. d. xviii Kalend. Ianuarij. quo die coniunctio luminarium non potuit accidere, nisi anno Christi 350, cyclo Lunæ ix: vbi nulla defectio fuit. Contigit igitur hæc defectio Solis anno xi Constantij, vt recte notat Hieronymus. Consules autem in hunc annum comparat Socrates lib.ii.cap. xx, Rufinum, & Eusebium: post quos, anno sequente, Consules facti Philippus & Salia, anno Christi 348. Ad quos a ludis millenariis Philippi Imp. annos solidos centum interesse scribit Aur. Victor Andreæ Schotti, in Philippo. Ludi Millenarij Philippi anno Christi 248. Consulatus Philippi & Saliæ, anno 348. Differentia anni centum solidi. Quare coss. Philippo, & B Salia iniuit natalis Vrbis Varronianus millesimus centesimus primus ex a. d. xi Kalend. Mai anni Christi 348. Onufrius confert in annum 1100: quia nimirum sequitur Palilia Catoniana. Ammianus Marcellinus statim initio libri xx. *Consulatu vero Constantij decies terque Iuliani in Britanniis*, &c. & infra: *Eodem tempore per Eoos tractus cælum subtextum caligine cernebatur obscura, & a primo Auroræ exortu, vsque ad meridiem, intermicabant iugiter stellæ.* Vide reliqua. Hoc par Consulum est tertium decimum à Consulatu Philippi, & Saliæ inclusiue, hoc est, à 348 anno Christi. Fuit igitur annus Christi 360. In eo anno sine dubio magna defectio Solis contigit, Augusti xxviii, mane: Parthenonos vii anni a conditu re- C rum 4309, cuius Zygon 5.19. 38, xxiii Septemb. secunda Elul anni Iudaici 4120, cuius Elul character 1. 4. 117, Augusti xxvii, cyclo Solis v; Lunæ xix. anno Nabonassar 1108, Choiac vi. anno 3 Olymp. 281. Æræ Martyrum 76 desinente, ἐπαγομένων siue nisi quinta. Nam quod Hieronymus in Supplemento Chronici Eusebiani scribit accidisse anno primo Olympiadis 282, vtitur vitio sæculi sui, quo lustrum Iulianum sumebatur pro Olympiade. Itaque annus Christi 360 erat primus lustri, siue Olympiadis Iulianæ, non autem lustri Elidensis. Apud Orosium initium Constantij & excessus Constantini Magni confertur in annum a. v. c. Varronianum 1092. mendose. Erat enim annus a Palilibus Varronianis 1090. Bien- D nio plus dixit, idque a Palilibus Vrbis. Annus excessus Constantini Magni & primus Constantij est 5050 periodi Iulianæ, 5845 Græcorum Paschalis, eorundem 5831 Lunaris; Æræ Martyrum 54.

A

DE EXCESSV IMP. CONSTANTI ET INITIO IVLIANI τοῦ παραβάτου.

CONSTANTIVS Imp. Constantini Magni F. obiit Tauro & Florentio COSS. III Non. Octobris. Ammianus XXI. Illud par Consulum sequitur Consules Constantium decies, Iulianum ter, hoc est, annum Christi 360. Igitur excessit Constantius anno Christi 361. Extat apud Zosimum, & Ammianum fabula de spectro, quod Iuliano Viennæ Allobrogum agenti hos Heroicos pronunciauit:

Ζεὺς ὅταν ἐς πλατὺ τέρμα πέλῃ κλυτοῦ Ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέμπτῃ B
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης,
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Homo περίεργος, quisquis is fuit, cui tantum superfuit otij ab re sua, vt hos versus fabricaret, debebat cogitare, difficile esse iudicare de temporibus per motum omnium tardissimorum Planetarum, Saturni, & Iouis. Vix enim duodecim aut paulo amplius gradus conficit Saturnus motu annuo. Quid anilius, quam hoc populo obtrudere? Ineptus poëta, ineptiores historici, qui hæc retulerunt in libros suos, tanquam θαῦμα καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Si dixisset: Quando Sol eam partem illius Signi obtinebit, tunc Constantius morietur; C euentus fidem probasset. quod non potest in tam tardo motu Saturni. Sed hæc non sunt nauci. Imperium igitur Iuliani τοῦ παραβάτου incipit ex a.d. III Non. Octobr. anni Christi Dionysiani 361, Martyrum Diocletianei 78.

DE INITIO VALENTINIANI.

VALENTINIANVS electus Imperator die bisexti, cuius superstitione, quamuis homo Christianissimus, totum illum diem non solum actu rerum, sed & publico abstinuit. Fuit igitur annus Christi vulgaris 364. Nam nemo sanæ mentis dixerit fuisse annum 368. Vide reliqua apud Ammianum libro XXVI. Vnde Epiphanio nonagesimus annus Diocletiani, hoc est, 374 Christi, est vndecimus Valentiniani. A Diocletiano deinceps caue credere Orosio annos Imperatorum in Palilia Vrbis Varroniana conferenti. Aliquando enim anno, aliquando biennio plus dicit. Annus primus Valentiniani est 5077 periodi Iulianæ, computi Paschalis Græcorum 5872, computi Lunaris eorundem 5858, computi Martyrum Diocletianei 81. D

DE

A ## DE CONSVLATV AVSONI.

Consvlatvs Ausonij est quintusdecimus post Consulatum Iouiani & Varroniani Augg. Ergo Consulatus Ausonij cadit in annum Christi 379; Indictione septima, vt recte habet Marcellinus, qui a Consulatu Ausonij & Olibrij sumsit initium Chronici sui, quod cum singulis collegiis Consulum suas Indictiones reddat, nihil habemus hodie perfectius in eo genere. Vtinam totos Fastos Romanos pari diligentia characterismis suis notatos haberemus. Itaque ille libellus est norma temporum a Consulatu Ausonij, ad vltima tempora Iustiniani. Rursus annus duodecimus Valen-
B tis & Valentiniani, nonus autem Gratiani, erat 92 Diocletiani, teste Epiphanio. Hoc est: 93 Diocletiani cæpit a xxix Augusti anni xii Valentis & Valentiniani, ix autem Gratiani, cyclo Lunæ xv. Consulatus vero Ausonij secutus est hunc annum annos tres solidos. Ergo cyclus xix incidit in Consulatum Ausonij. Proinde fuit annus Christi 379. Annus Consulatus Ausonij est 5092 periodi Iulianæ, 5887 computi Græcorum Paschalis, 5873 computi eorundem Lunaris, 96 computi Martyrum Diocletianei.

DE MORTE VALENTINIANI IVNIORIS.

C Epiphanivs: ὧν τὰ ἔτη μέχρι τῆς Ἀρκαδίου ὑπατείας τὸ δεύτερον καὶ Ῥουφίνου ἀριθμοῦνται ιζ: ἐφ' ὧν ἐτελεύτησεν ὁ Οὐαλεντινιανὸς ὁ νεώτερος υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου εὑρεθεὶς ἄφνω ἐν τῷ παλατίῳ πεπνιγμένος, ὡς λόγος, ἐν εἰδοῖς Μαΐαις, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου. αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς ἐξεκομίσθη. ἦν δὲ κατ' Αἰγυπτίους τότε μηνὸς Παχὼν μία καὶ εἰκάς, κατὰ δ' Ἕλληνας, Ἀρτεμισίου τρίτη καὶ εἰκάς. κατὰ Ῥωμαίους δὲ πρὸ δεκαεπτὰ Καλανδῶν Ἰουνίων. Vtinam ita omnes Consulatus charactere suo præditi essent, vt est iste Consulatus Arcadij ii & Ruffini. Ergo Valentinianus Iunior strangulatus xv Mai, die Sabbati, Vigilia Pentecostes. Ideo fuit annus Christi 392. Indictio v. Errauit Marcellinus Comes, apud quem Indictione iiii, Titiano & Sym-
D macho interfectus est Idibus Mai. Vno enim anno minus dicit. Quare lapsus est memoria ὁ μνημονικώτατος Onufrius, qui scribit a Marcellino quoque proditum, Valentinianum iuniorem strangulatum Arcadio ii & Rufino coss. Sed obscurum, quod addit Epiphanius, eam fuisse xxiii diem Artemisij secundum Græcos. hoc est; Syrogræcos. Erat enim xvi: non xxiii. Artemisius Syromacedonicus est purus putus Maius Iulianus. Itaque ea dies fuit πέμπτη καὶ δεκάς; non τρίτη καὶ εἰκάς. Sic κατ' αἰγύπτων. πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων κατὰ Μακεδόνας

Ἀπελλαίου

Ἀπελλαίου ιϛ. Nam hic decem dies supra formam Iulianam sunt, vt A supra septem. Quare non intelligo.

DE SECVNDO CONSVLATV STILICHONIS.

MARCELLINVS Comes: *Indictione* III, *Stilichone* II. *& Anthemio* COSS. Ergo fuit annus Christi 405. Vetus inscriptio Christiana huiusmodi extat Romæ.

CONSVLATV. M. F. STILICHONIS
SECVNDO CC DEPOSITVS PVER B
HELIAS. ARGENTARIVS. SEPTIMV
KAL. NOBEMBRES DIE BENERIS ORA QVARTA
QVI BIXIT ANNIS TRIGINTA ET QVINQVE ET DIES
VIGINTI ET TRES BENEMERENTI IN PACE.

Anno Christi 405, VII Kal. Octob. erat feria quinta, cyclo Solis XXII. At hic est feria VI. fuit ergo annus Christi 406, & consequenter Consulatus Stilichonis inciderit in annum illum Christi, non in 405, vt voluit Marcellinus Comes. Quod si verum est, vnum igitur par Consulum fuerit expunctum inter consulatum Ausonij, & Stilichonis secundum. Quid hic dicam nescio. Neque illa, quæ C biennio ante secundum consulatum Stilichonis scribit Cassiodorus, intelligo: ARCADIVS V. ET HONORIVS V. *His* COSS. *Polentiæ Stilichonem cum exercitu Romano Gothi victum acie fugauerunt.* Atqui extat Panegyricus Claudiani de bello Getico, qui ad internecionem pæne cæsum Alarici exercitum ad Polentiam, ipsum autem Alaricum cum paucis fugisse canit. Quid hic dicas, vbi duo testes ita inter se pugnantia loquuntur? Sed cur eam memorabilem victoriam tacuit Zosimus, in laudes Stilichonis satis profusus, siquidem vera canit Panegyricus? Sane apud veteres altum de hac victoria silentium. Prosper videtur verba Cassiodori corrigere, aut potius Cassiodorus perperam ea ex Prospero interpretatus: ARCADIO V. ET. HONORIO. V. *Aduersus Gotthos Polentiæ vehementer vtriusque partis clade pugnatum est.* Victor igitur Stilicho. D Sed fuit Καδμεία νίκη, propter quam integrum non erat Claudiano μακρῆς αὐλῆς αὐλεῖν. Prudentius II in Symmachum vix verbo tenus delibauit:

——Inhumata cadauera late,
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Claudianus

A Claudianus ipſe & Prudentius hanc cladem contigiſſe dicunt triceſimo anno, poſtquam Gotthi Danubio traiecto in Thraciam ſeſe more pelagi inundantis effuderunt. Sed cum a Conſulatu Auſonij, ad imperium Iuſtiniani, omnia paria Conſulum ſuis characteriſmis Indictionum notata ſint exactiſſime apud Marcellinum Comitem, fieri non poteſt, vt erratum ſit in illo eximio Chronico Conſulari. Erratum igitur in inſcriptione Chriſtiana, quam adduximus. Quod ſi orthographiam illius epigraphes conſideraueris, non miraberis Conſulem illius anni ab illo ignoratum, qui Latine neſciebat ſcribere. Mirum tamen eſt Conſulem potuiſſe ignorari eodem ipſo anno, quo Conſulatum gerebat. Conſulatus Stilichonis ſecundus proxime ſecu-
B tus eſt Conſulatum ſextum Honorij. Annus vero, qui anteceſſit Conſulatum ſextum Honorij, incidit in cyclum Lunæ quintum, & proinde in annum Chriſti 403. Igitur ſextus Conſulatus Honorij incidit in annum Chriſti 404, & conſequenter ſecundus Stilichonis in 405. Male igitur lapis, qui VII Kalen. Nouembris dixit fuiſſe feriam ſextam. Hoc enim accidit non anno 405, ſed anno 406, vt oſtenſum eſt. Quod annus, qui proxime ſextum Honorij conſulatum anteceſſit, fuerit cycli lunaris quintus, ita demonſtramus. Honorius Kalendis Ianuarij, quibus Conſulatum ſextum iniit, Vrbem ingreſſus eſt: quem diem Claudianus ſerenum fuiſſe dicit fauore quodam numinis, cum antecedentes dies, & exitum Decembris pluuiæ
C infeſtaſſent, Luna adhuc rudi, hoc eſt, circa φάσιν φεγγαρίου. Vt circiter exitum Decembris inciderit nouilunium, vel, vt ipſe poeta loquitur, Luna rudis, hoc non patitur ratio Lunaris, niſi in anno quinto cycli. Sed tam illuſtris loci verſus depromemus ex Panegyri VI Conſulatus Honorij.

Ipſe fauens votis, ſolitoque decentior aër,
Quanuis aſſiduo noctem fœdauerat imbre,
Principis & Solis radiis deterſa remouit
Nubila, namque ideo pluuiis turbauerat omnes
Ante dies, Lunamque rudem madefecerat Auſter,
D *Vt tibi ſeruatum ſcirent conuexa ſerenum.*

Quos verſus ideo adduximus, vt & eluderemus fidem ſaxi ab homine idiota exarati, & vt ſtudioſi rationis temporum aſſueſcant demonſtrationibus Chronologicis per methodum aſtronomiæ aut cyclorum. Quam barbari ſunt, & impuri, qui doctrinam cyclorum irrident.

DE VII

DE VII CONSVLATV HONORII. A

AVGVSTÆ Treuirorum in Basilica Pauliniana huiusmodi extat inscriptio, turpissime deformata, vt paret. quam vt legendam putamus, infra posuimus. Ἐνθάδε κεῖται Εὐσεβία ἐν εἰρήνῃ οὖσα ἱεροκωμῖτις ἀπὸ Κώμης Ἀδδάνων, ζήσασα μικρὸν πρὸς ἐτῶν ΙΕ. ὑπατείᾳ Ὀνωρίου τὸ Η, καὶ Κωνσταντίνου τὸ Α. μηνὶ Πανέμου ΙΒ ἡμέρᾳ. ΚΙ. Β ἐν εἰρήνῃ.

ΕΝΘΑΚΕΠΕ ΕΤCΕΒΙΑ ΕΝ ΕΙΡ
ΙΝΙΟΤ CΑ ΙΕΡΟΟΚΜ-ΤΙΑΠΩΚ
ΩΜΗCΑΔΔΑΝΩΝ ΖΗCΑC
ΜΙΚΡΟΠΡΟCΕΤΩΝ ΙΕ ΤΙΠΑΤ
ΙΑ ΟΝΩΡΙΟΤ ΟΙΚΑΙ ΚΩCΤΙΟΝΤΙ
ΝΟΤ ΤΟ Α ΜΗΝΙ ΠΑΝΙΜΟΤ
ΙΒ ΗΜΕΡΑ ΚΙ Β ΕΝ ΕΙΡΙΝΗ. B

ΕΝΘΑΔΕ. ΚΕΙΤΑΙ. ΕΤCΕΒΙΑ. ΕΝ. ΕΙΡ
ΗΝΗΙ. ΟΤCΑ. ΙΕΡΟΚΩΜΙΤΙΣ. ΑΠΟ. Κ
ΩΜΗC. ΑΔΔΑΝΩΝ. ΖΗCΑCΑ
ΜΙΚΡΟΝ. ΠΡΟC. ΕΤΩΝ. ΙΕ. ΤΠΑΤ
ΕΙΑΙ. ΟΝΩΡΙΟΤ. ΤΟ. Η. ΚΑΙ. ΚΩΝCΤΑΝΤΙ
ΝΟΤ. ΤΟ. Α. ΜΗΝΙ. ΠΑΝΕΜΟΤ
ΙΒ. ΗΜΕΡΑΙ. ΚΙ. Β. ΕΝ. ΕΙΡΗΝΗΙ.

Vltima verba videntur significare κεῖται βεβαίως ἐν εἰρήνῃ. Ἀδδάνων in Cilicia multi meminerunt, quæ hodie Episcopum habet sub Patriarcha Constantinopolitano. Temporibus igitur Honorij erat tantum Κώμη, & quidem cognomine ἱερά, vnde vicani Addanorum vocati Hierocomitæ. Alij erant Hieracomitæ in iurisdictione Pergamena, diuersi ab istis Addanocomitis. Quæro igitur, quis sit iste Constantinus collega Honorij in septimo Consulatu. Nam Marcellinus, Prosper & C Cassiodorus cum Honorio septimum Consule comparant Theodosium iterum Consulem. imo in Cod. Th. ipsemet Honorius se VII comparat cum Theodosio II. Scio in promptu esse commune & vsitatum perfugium, illum Constantinum fuisse suffectum. Mihi vero ita non videtur, & multa in istis Consulibus praue addita, aut dempta existimo. Sic in Codice Th. lib. XI. Tit. XXVIII. Eutropius v.c. comparatur Consul cum Valentiniano Aug. III. At Marcellinus libro XXVIII, Socrates lib. IIII, Cassiodorus, & Fasti Siculi comparant Consulem Valentem Aug. III cum Valentiniano Aug. III. In constitutione Impp. Honorij, & Theodosij Augg. lib. XI. Cod. Th. cum ex Septembri anni Christi 370 recte putetur Indictio XIV incipiens, postea a Septembri Consulatus Honorij VII & Theodosij II, incipit Indictio IV: quæ competit anno Christi 405, & quidem ex Septembri, quo anno ponitur Consulatus Stilichonis secundus. Nisi pro Indictione IV legamus VI, quomodo huic malo medeamur, non video, si hoc verum non est. Nam eodem Tit. Theodosius Iunior dicit, Consulatu eodem Honorij VII, & suo II, transactam fuisse Indictionem V. Ergo eodem anno sexta Indictio cæpit ex Septembri. D

Quod

A Quod autem in eadem Constitutione a Consulatu II Valentiniani & Valentis, ad Consulatum 7 Honorij & II Theodosij, ponuntur anni XL: aut ἀλογία est, aut κακόζηλον. Sunt enim tantum XXXIX anni absoluti, nimirum ab XI Indictione transacta, ad V transactam.

DE ROMA AB ALARICO CAPTA.

OMNIBVS in hoc conuenit, Romam ab Alarico captam Varane, & Tertullo COSS. Marcellino Comiti, Prospero, Cassiodoro, & quidem Marcellino Indictione VIII. Ergo fuit anno Christi 410. Orosius: *Anno itaque ab Vrbe condita M. centesimo sexagesimo quarto, irruptio Vrbis per Alaricum facta est.* Palilia illa Varroniana inierunt ex a. d. XI Kal. Mai anni Christi 411, Indictione IX. Itaq; vno B anno plus dicit, quam Marcellinus. Cedrenus: ἔπαθε ἡ τὴν ταύτην ἅλωσιν μηνὶ Αὐγούστῳ κϛ, Ινδικτιῶνος Θ, ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου εϡξέ. lege, Ευϛ. Quia vtitur Æra lunari Constantinopolitana. 5494 de 5905 deductis, remanent anni Christi 411, vt apud Orosium. Ergo Orosio, & Cedreno Roma capta anno Christi 411, Indictione IX: & cum hic casus acciderit Varanis Consulatu, videtur secundum hæc, Consulatum secundum Stilichonis incidisse in annum Christi 406: & quædam turbata esse in istis Consulibus. Ego censeo, inter Consulatum Ausonij & Stilichonis secundum vnum annum fuisse sine COSS. & tamen duo paria Consulum tanquam contigua coniũcta, & tamen inter illa duo, quæcunque ea tandem fuerint, interiectum fuisse annum sine COSS.

C

DE PRIMO SAHAMI ARMENIORVM.

PRIMVS Sahami Armeniacus, qui est primus mensis Armeniorum, cœpit anno Christi Dionysiaco DLII, Iulij IX, feria III, cyclo Solis primo, periodi Iulianæ 5265. Ex recta anni æquabilis ratione initium Sahami competebat diei XI Iulij, quæ erat neomenia Choiac. Armenij vero triduo anteuenerunt. Ij igitur annorum suorum Computum a XXVI anno Imp. Iustiniani ordiuntur, puto, ex quo tempore Christianismum amplexi sunt, quamquam sub Iustino Iuniore Christianos factos scribant auctores Ecclesiasticæ historiæ. Et sane in Tabula Arabica est, تاريخ الارمن من تنصرهم ἐποχὴ τῶν Αρμενίων D ἀπὸ τῆς χριστιανώσεως αὐτῶν. Annus primus Armeniorum est 6060 computi Græcorum Paschalis, 6046 computi eorundem Lunaris, Computi Martyrum Diocletianei 269. Hoc anno Christi 1601 conuenerunt me duo Armenij qui putabant annum 1050 a natali Domini anni 1600. Tamen iamdudum erant Christiani persecutionis Diocletianeæ tempore Euseb. f. 103. c. 1. τούτοις προσεπανῄρηται τῷ τυράννῳ ὁ πρὸς Αρμενίους πόλεμος ἄνδρας ἐξ ἀρχαίου φίλους τε καὶ συμμάχους Ρωμαίων ὄντας καὶ αὐτοὺς χριστιανοὺς ὄντας καὶ εἰς τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν διὰ σπουδῆς ποιουμένους, &c.

DE PRIMO MVHARRAM HEGIRÆ. A

EDICTO C. Cæsaris de anni reformatione emisso, omnes fere Orientales nationes formam anni amplexæ sunt, & quidem ab Autumno anni confusionis eæ, quæ initio Alexandreo vtebantur, vt Antiocheni: a Vere autem Arabes, & Hagareni. Et Antiocheni quidem in contractibus computo annorum Iulianorum vtebantur a Neomenia Hyperberetæi, computo autem annorum Alexandreorum a Tisrin priore. Idem fecerunt Arabes & Hagareni, quorum anni Iuliani consurgebant a Kal. Ianuariis, anni vero Hagareni & Lunares a Vere. Itaque periodum 228 annorum instituerunt ex a. d. III Iduum Martij anni confusionis, cyclo Lunæ XIII, Solis XX, incipientes nimirum a neomenia mensis Xanthici anni CCLXV Alexandrei. B Cuius rei adhuc manifesta extant vestigia in computo Samaritarum: qui cum meris mensibus Hagarenis vtantur in vsu Ecclesiastico, annis quoque meris Arabicis, hoc est solutis, nullo interuentu embolismi, illos annos a Vere anni confusionis putant, hoc est, a neomenia Xanthici CCLXV Alexandrei. Triplicem enim periodum habuerunt, minorem triginta annorum solutorum, quo interuallo nihil de horis & scrupulis Lunæ superesse putant. Γεώργιος ἰατρὸς Χρυσόκοκκος. Τὸ τῶν Ἀράβων (ἔτος). ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ χρόνου ἐκείνου ἐκρατήθη, ἡνίκα ὁ ἀσεβὴς Μωαμὲθ ἀπὸ τοῦ Μακκᾶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Μαδιναίαν. καὶ οἱ χρόνοι τῆς ☾ μετὰ τοῦ ἔτους τούτου ἐδημοσιεύθησαν, καὶ οἱ μῆνες ἔτι ἀπὸ τῆς ☾ νέας φανείσης ἀριθμοῦνται, ὥσπερ πάντες οἱ μουσουλμανοὶ περὶ ψήφῳ τῶνδε χρόνων), ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα ἦν τετάρτη, καθ' ἣν σύνοδος ἦν. τοῖς γὰρ ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνὸς, ὁπηνίκα ἡ ☾ φανῇ αἰσθητῶς, ἡ δὲ πρώτη τούτων ἡμέρα ϛ ἦν. C Post alia: ἡ δὲ τούτων ἀρχὴ Μουχάρεμ. Maiorem 210 annorum, compositam nimirum ex septem minoribus, qua feriæ redeunt in orbem, quam propterea hebdomadicam vocamus. Maximam 228 annorum Solarium, 235 autem Arabicorum, qua Muharram per totum contextum anni Solaris vagatus redit ad eandem diem. Samaritani igitur a Nisan Iudaico anni confusionis, ad Nisan Iudaicum anni Christi 1584, putabant annos completos 209 de periodo hebdomadica octaua. Nam interuallum est annorum Iulianorum 1629, qui sunt anni Arabici completi 1679, dies XI. de quibus deductis septies 210 annis, remanent 209 anni completi Arabici periodi octauæ hebdomadicæ. D Itaque ex Nisan Iudaico incipiebant putare annum Lunarem 210 periodi octauæ. Vtuntur igitur anno soluto, & periodis minoribus, maioribus, maximis Hagarenorum. Maxima periodus constat tribus periodis Calippicis: cuius exemplum habes libro secundo, initio propter commoditatem, a primo anno Alexandreo instituto, cum tamen vno die neomeniæ discre-

A discrepent ab Alexandreis, propter vnius diei προέμπλωσιν σεληνιακὴν, vt possit congruere cum initio annorum Iulianorum. Quia igitur a Vere, non ab Autumno antecedente incipit, semper annis Alexandreis addenda vnitas; de reliquo periodi omnes 228 annorum deducendæ. Remanebunt anni currentes periodi Hagarenæ ad nouilunia Iuliana accommodatæ. qui anni si fuerint pauciores, quam 77, pertinent ad primam periodum Calippicam, si pauciores, quam 153, detractis 76, reliqui pertinebunt ad periodum secundam. Si denique plures fuerint, quam 153, detractis 152, reliqui pertinent ad tertiam periodum Calippicam, vt plane habes in Tabula. Annus Christi 622 erat 933 Alexandreus. Addita vnitate, abiectis omni-
B bus 228, remanet annus XXI periodi Hagarenæ Iulianæ compositæ ex ter 76 annis, hoc est, ex tribus periodis Calippicis. qui quidem anni XXI cum sint intra 77, pertinent ad primam periodum Calippicam. Cuius primus mensis Ramadhan in XX Martij, feria VII, cyclo solis XV. Ergo Muharram sequens feria VI, in XVI Iulij. Hinc init annus primus Hegiræ Muhammedicæ, anno periodi Iulianæ 5335: anno Mundi 4571, Karkinonos XXVII. Zygon 2.12.45′, Septemb. XXI. anno Iudaico 4382, Ab tertia, cuius character 4. 6.112, Iulij XIV. anno Nabonassar 1370, Choiac XXVIII. anno Iuliano 667. anno 71 Armeniorum, Sahami XXV. Quod autem quidam scribunt, diem Veneris sacram sancitam a Muhammede,
C quia primus Muharram Hegiræ habet characterem feriam VI, frustra sunt. Non enim dies Veneris magis ex instituto Muhammedis, quam circuncisio. Vtrunq; enim vetustissimum in ea gente. De qua re audi verba Christiani cuiusdam ex libro eius in Muhammedismum, vt ea citat Belouacensis: *Duarum Indiæ gentium, quæ vocantur* ZECHIAM, & ALBARACHVMA(البرحمني BRACHMANI), *antiqua consuetudo fuit, nudos & decaluatos, magnisq; vlulatibus personantes simulacra Dæmonum circuire, angulos quoque osculari, & proiicere lapides in aceruum, qui quasi pro honore Diis extruebatur. Inde enim est, quod in libro Solomonis dicitur: Qui proiicit lapidem in aceruum Mercurij. Faciebant autem hoc bis in anno, Sole scilicet existente in*
D *primo gradu Arietis, & rursum cum esset in primo gradu Libræ: hoc est, initio Veris, & Autumni. Hæc ergo consuetudo cum ab Indis ad Arabas descendisset, eamque suo tempore apud Mecham in honorem Veneris Mahumet celebrari reperiisset, sic illam manere præcepit, cum tamen cætera Idolatriæ vestigia remouisset. Illud vero soli Veneri in illa celebratione dicitur exhiberi solitum, vt lapilli retro, id est, sub genitalibus membris, proiicerentur, eo quod Venus illis partibus maxime do-*

minetur. Vnde id adhuc hodie fit in domo Dei illicita, quam vocant. A Hæc ille. Nullum autem expressum est præceptum in Alcorano de die Veneris celebranda. Sed reliquit ita, vt reperit in vsu vulgi. Nam ex eo sequeretur, Christianam legem sancire cultum Lunæ, Martis, Mercurij, quod hodie in Septimana apud nos dies eorum sunt cognomines. Reliqua vero recte, lapides in aceruum a Muhammedanis iaci. Nam hodieque a peregrinantibus obseruatur extra vrbem Mecham, ad montem Arraphoth, die x. Dilchagiathi, vt notamus libro secundo. Acerui lapidum Græcis dicuntur ἕρμακες. Mercurio enim a prætereuntibus erigebantur vt in Epigrammate,

Ἱερὸν Ἑρμείη με παρασείχοντες ἔχευαν
Ἄνθρωποι λίθινον σωρὸν—— B

Vetustissimi Iudæorum propterea vocant מַרְקוּלִים, Merkolis, siue Mercurium. In honoremne Veneris, an alius Dei hæc proiectio lapidum facta ab antiquis Arabibus, non plane mihi constat. Sed certum est, Venerem præcipuum illius gentis numen fuisse. Hieronymus in vita Hilarionis: *Peruenit Elusam eo forte die, quo anniuersaria solennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Sarracenorum natio dedita est.* In Sarracenicis Frid. Sylburgij: ④ Σαρακηνοὶ μέχρι τῆς Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων εἰδωλολάτρουν, προσκυνοῦντες τῷ Ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ ΧΑΒΑΡ τῇ ἑαυτῶν ἐπονομάζουσι γλώττῃ. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη τὴν μεγάλην. Verum quidem est, CHABIR in ea lin- C gua magnum significare. Sed quod scriptor ille Arabs in domo Dei illicita hoc fieri dicit, scito Mecham vocari حرم HARAM, in Arabismo. Hoc significat rem illicitam, & prohibitam. Vnde مُحَرَّم Muharram est illicitus, quo nomine primus mensis Sarracenorum vocatus, cuius rei caussam ignoro. Semper Alcoranum Mecham vocat حرم Haram. Sed nescio, an bene vertas rem illicitam, cum de Mecha intelligitur. Nam hoc nomine etiam peregrinantes Mecham dicuntur, حُرُمٌ Hurmun in Alcorano, id est, VOTITI, vt verbum Plautinum vsurpem, vel εὐχωλιμαῖοι. Turcice vocantur CASILAR. D Vnde etiam eorum peregrinatio in Alcorano dicitur حَرَام Haram. Sarracenica Sylburgij vertunt حرم προσκυνητήριον ἢ παραπτήματος, non bene, cuiusmodi multa errata in illis Sarracenicis, perperam ex Alcorano traducta. Igitur ex his constat, cultum feriæ sextæ, quam Arabes جمعة Giuma vocant, non esse institutum Muhammedis.

sed a

A sed a Muhammede ita relictum, vt erat in prisco vsu. Quia vero ἀπὸ φάσεως neomeniam instituunt, imo tertio die a coitu, propterea contingit in neomenia Muharram semper cælo sudo Lunam corniculatam videri. Ex eo deriuatum, vt quemadmodum Christiani in apicibus turrium & templorum crucem statuunt, sic Muhammedani ponant speciem Lunæ corniculatæ in apicibus Pyramidum suarum. Lunam corniculatam vocant هلال, Helal, quod & alibi monemus. Annus primus Hegiræ est 6130 computi Græcorum Paschalis, 6116 computi eorundem Lunaris.

B DE PRIMO PHRVRDIN IEZDEGIRD PERSÆ VEL POTIVS OTHMEN ARABIS Caliphæ Babylonis.

EX his, quæ libro secundo, & proximo demonstrauimus, didicisti Persas statim post 120 annos, mensem integrum intercalare solitos. quod tempus vocabant SALCHODAI. Fingamus menses Ægyptios esse Persicos. Anno primo Nabonassar Thoth erat in XXVI Februarij, Paophi in XXVIII Martij. C Annus primus Nabonassar esto nunc vltimus periodi Neuruz Persicæ, id est, centesimus vicesimus. Epagomenæ erunt in XXI Februarij. XXV autem dies singulorum mensium erãt cognomines heroum. Sed quinque vltimi a XXVI erant singuli cognomines singulis Epagomenis, quas D Epagomenas Ægyptij vocabant NISI, Persæ WAHAK. Eas Epagomenas Persæ & Ægyptij sacras putabant, in iisque certa obibant solennia. quod & hodie remansit in Persis, apud quos

Menses Persici.	In fine Iezdegird	Initio Othmen.
Alban	12 *Ian.*	12 *Ian.*
Wahak	11 *Feb.*	11 *Febr.*
ADAR	16 *Feb.*	16 *Feb.*
Dj	18 *Mar.*	18 *Mar.*
Behemen	17 *Apr.*	17 *Apr.*
Asphandar	17 *Maj.*	17 *Maj*
Wahak	o o	11 *Iunj*
PHRVRDIN	16 *Iunj.*	16 *Iunj*
Adarpahascht	16 *Iulj.*	16 *Iulj.*
Chardad	15 *Aug.*	15 *Aug.*
Thir	14 *Sept.*	14 *Sept.*
Mardad	14 *Octob.*	14 *Octob.*
Schehariz	13 *Decemb.*	13 *Nou.*
Mehar	o o	13 *Decemb.*
Aban	o o	12 *Ian.*
Adar	o o	11 *Febr.*
Dj	o o	13 *Mar.*
Behemen	o o	12 *Apr.*
Asphandar	o o	12 *Maj.*
Wahak	o o	11 *Iunj.*
PHRVRDIN	o o	16 *Iunj.*

Muhammedismus non potuit has reliquias superstitionis abolere. A
Γεώργιος ἰατρὸς χρυσοκόκκης ἐργασίας [illegible] · ἔτος Περσῶν. τὸ ἐτέθη εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Ιασδακέρδης ἀρχιαρ. ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου, ἡμέρα γ. ἀρχὴ μηνῶν Φαρβαδὶν. ὁπηνίκα ὁ Ιασδακέρδης εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισεν. τὸ δὲ ἔτος τοῦτο κατὰ δύο τρόπους ἐτέθη. καθ᾽ ἕνα μὲν διὰ τὸ σέβας ἐκείνων, ὅπερ ἐστὶ Πασιτὰ, ἤτοι ὁ μὴ ὢν χρόνος δίσεκτος, καὶ καθ᾽ ἕκαστον χρόνον τξε ἡμέραις κρατοῦσι τοῦτο ἀεὶ, καὶ μῆνα δὲ ἡμέρας λ. τὰς κλοπιμαίας δὲ ε ἡμέρας εἰς τὸ τέλος τοῦ Ασφανταρ τιθέασι. καθ᾽ ἕτερον δὲ τὸ ἔτος ἐτέθη διὰ τὰς ἐργασίας τῶν λ καιρῶν, (propter vsum Tekupharũ) καὶ τῆς ἀρχῆς τῶν ἐργασιῶν, ὅπερ λέγεται Καπισὰ, ἤτοι δίσεκτον. ἔχει δὲ πάλιν τὸ ἕκαστος τούτων μὴν ἡμέρας λ. ϛ δὲ ἡμέραι προστίθενται εἰς τὸ τέλος τοῦ χρόνου. ὁπηνίκα γὰρ γίνεται ὁ χρόνος Καπισά, B μία ἡμέρα προστίθεται. εἰς τοὺς ρ. δὲ κ χρόνους τῶν ἡμερῶν τούτων συναγομένων, εἰς μῆνα γίνεται περισσός. καὶ ὁ πρῶτος μὴν Φαρβαδὶν εἰς τὸν ἴδιον τόπον εὑρίσκεται), τότε ἡ εἰσέλευσις τοῦ ἡλίου εἰς τὸν κριὸν εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Φαρβαδὶν γίνεται). Igitur anno 120, qui erat vltimus periodi Neuruz, in Epagomenis sacra illa solennia obiri solita omittebantur, & differebantur in quinq; vltimas dies mensis sequentis : quæ erant cognomines ipsarum ἐπαγομένων. Ita populus non mirabatur sacra fieri in diebus, qui erant cognomines τῶν ἐπαγομένων. Sic imprudente populo, quinque vltimæ mensis Thoth erant Epagomenæ, & anno sequente neomenia priscarum ἐπαγομένων erat neomenia Thoth anno 120 desinente. hoc est, XXI Februarij, quæ erat neomenia ἐπαγομένων anno priore, facta est neomenia Thoth anno desinente. C Rursus XXIII Martij, qui erat XXVI Thoth in anno priore, facta est neomenia nouarum ἐπαγομένων in anno desinente. Ergo anno 121 vertente neomenia Paophi erat neomenia anni noui, quem vocabant نوروز NEVRVZ. & duo Thoth fuerunt in anno antecedente, vnus quidem λοχαγός, alter ἱεραγός. Hic status anni pulcherrimus est illis, qui bisextum non intercalant anno quarto exeunte. quem statum si incolumem conseruassent Persæ, hodie eorum tempora a nobis non ignorarentur. sed sub extremis Regibus Persarum turbatum in hac re, dum in omni enthronismo Regis Vvahak, siue Epagomenas traducunt ante neomeniam eius mensis, in quo imperium ille Rex iniuit. Certe Iezdegird, vt D scribunt Arabes, iniuit imperium mense Adar Persico. Ideo initio eius imperij XXVI neomenia Aban putata est pro neomenia ἐπαγομένων. & tempore cædis ipsius neomenia Aban erat in XII Ianuarij, vt habes in diagrammate. quo interfecto عثمان بن عفان ὀθμὰν υἱὸς ἀφὲν, Othman Sarracenus inuasit imperium. In cuius honorem a fine

A a fine Aban traductæ ſunt Epagomenæ ante neomeniam PHRVRDIN. quo menſe iniuit imperium. Non opus eſt declaratione, cum ipſum Diagramma plane loquatur ſtatum anni Perſici in fine Iezdegird, & initio Othmen, ſiue Othman. Iſta Æra antea vocabatur تاريخ يزدجرد Æra Iezdegird, ex conſuetudine. Sed mortuo Iezdegird, etiam tranſlatis Epagomenis, remanſit nomen Iezdegird, cum verius ſit Æra Othmanica, non Iezdegirdica, propter duas cauſſas: & quia hinc conſurgit initium eius imperij, & quia ſublata eſt ſub hoc Othman licentia Epagomenas transferendi encæniis cuiuſque noui Regis. Cuius rei ratio patet. quia ſub imperio regum Perſa-
B rum Idololatrarum, cura & arbitrium Epagomenas transferendi permiſſa erant Magis & Sacerdotibus Perſarum: quorum cum ſacerdotia, poteſtas, & ſuperſtitio ſublata ſint aduentu Othmen, obſoleuit conſuetudo Epagomenas transferendi ad hanc vſque diem. Initium igitur Phrurdin Iezdegirdici καταχρηστικῶς, Othomanici autem κυριολόγως, conſurgit ex die XVI Iunij, feria tertia, anni Chriſti 632 periodi Iulianæ 5345. anno Mundi 4581, Didymonos XXVI. Zygon, 7. 22. 58', Septembris XXI. Sivvan XXIII, cuius character 2. 0. 738, XXV Mai, anni Iudaici 4392. Epagomenon tertia anni Armeniaci 80. neomenia Choiac anni 1380 a Nabonaſſaro. Neomenia igitur Choiac Ægyptiaci concurrit eo anno cum neomenia Phrurdin Encæniorum Othmen Caliphæ Babylonis, qui
C Iezdegird vltima belli fortuna deuicit. Haiton Armenius hunc Iezdegirden vocat Aſobarioth, eumque anno Chriſti 633 cæſum prodit, cum tamen vno anno plus dicat. Cedrenus vero Ormiſdam vocat: apud quem Reges Perſarum hoc ordine digeruntur: Choſroes, Siroes, Adeſer Choſroæ F. Baram eiuſdem filia, Ormiſda. De hoc vero Ormiſda, τούτου, inquit, ὑπὸ Σαρακηνῶν διωχθέντος γίνεται ἡ βασιλεία τῶν Περσῶν ὑπὸ τοὺς Ἄραβας μέχρι σήμερον. Hodie vocamus Reges illos Sophi. quia صفي Tzophi Arabice ſignificat puræ religionis hominem, & in melius reformatum: cuiuſmodi ſuam religionem eſſe contendunt, eoque nomine capitale
D illis cum reliquis Muhammedanis odium, vt Samaritis cum Iudæis. Quod quidam Sophi a flocco lanæ dictum volunt, hoc leuius eſt ipſo flocco lanæ. Annus primus Perſarum eſt 6140 computi Græcorum Paſchalis, 6126 computi eorundem Lunaris. ὑπόδειγμα. ἐκ τοῦ ͵ϛιδ ἔτους τῶν Περσῶν ἀφαιροῦμεν ͵τον οἱ ἐναπολειφθέντες εἰσὶ ͵τλϛ. τὸ δʹ τούτων πδ. ταῦτα δ᾽ εἰσὶν αἱ ἡμέραι τῶν Περσῶν ἐκ τῆς τοῦ χρόνου

τούτων ἀρχῆς μέχρι τῆς ἰσημερίας. τὰς οὖν ξ̄ δίδομεν β̄ μησὶ τῷ Φαρβαρδὶν, A
καὶ τῷ Ἀρδεμπέος· τὰς δὲ ἐναπολειφθείσας κβ̄ τῷ Χορδάτ. καὶ εὑρέθη ἔχων Χορτάτ. τῇ γ̄ Μαρτίου κλ̄. τὰς οὖν πλ̄ ἡμέρας ἀνὰ λ̄ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἰσημερίας ...... εὑρέθη ἡ ἀρχὴ τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν εἰς τὴν κ̄ τοῦ Δεκεμβρίου. εἰς ταύτην γὰρ ὁ ἀριθμὸς κατέληξεν. Περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ χρόνου τῶν μηνῶν καὶ τῶν ἡμερῶν τῶν Περσῶν. Ἰστέον ὅτι κατὰ τὸν τοη̄ imo υμη̄ χρόνον τῶν Περσῶν ὑπῆρχεν ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτων, ὁπηνίκα εἰσήρχετο ὁ ἥλιος εἰς τὸν κριόν. Deinde iubet ab annis Perſarum auferre 378: Reſiduum per 4 diuiſum distribuere in menſes & dies, & auferre a menſe Pharmudin, vel potius a 13 Martij, τὸν δὲ ἐναπολειφθέντων λαμβανόμενον τὸ δ̄'. καὶ ὁ τούτων ἀριθμὸς εἰσὶν ἡμέραι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν μέχρι τῆς ἰσημερίας, ἥ τις ἐστὶ τῇ ιγ̄ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἀφ' ἧς ἀφαιροῦντες ὀπισθορμήτως τὰς εὑρεθείσας B
ἡμέρας εὑρίσκομεν τὴν ἀρχὴν τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν ἐν τίνι τῶν καθ' ἡμᾶς μηνῶν ἐστί.

A DE ANNO PRIMO CONSTANTINI COPRONYMI.

Non raro auctores fugit ratio, cum annos Regum sine cha-
ractere nullo delectu congerunt. Aliquando enim annos
imperfectos pro solidis, & contra solidos pro inchoatis v-
surpantes multam perturbationem temporibus offundunt. Propter-
ea decreuimus, omnes annos Regum, qui charactere aliquo
insigniti sunt, in has Epochas coniicere, vt exemplo nostro a
nobis omissos obseruent studiosi. Non potest ignorari annus pri-
mus Constantini Copronymi, qui cæpit imperare ex die ob-
B itus patris Leonis. Obiit autem Leo cognomine εἰκονομάχος
Indictione IX, auctore Nicephoro. Fuit ergo anno Christi
741. Hoc quamuis certissimum est, tamen, quia charactere
notatus est vicesimus annus Copronymi, ideo charactere illo
demonstrandum. Nam Anastasius libro XXII scribit anno vi-
cesimo Copronymi factum esse errorem in Pascha: & ortho-
doxos quidem in Oriente octauo Idus Aprilis Pascha cele-
brasse: erroneos vero hæreticos, vt ipse loquitur, Idibus A-
prilis. Omnino igitur fuit litera Dominicalis E. Illo Imperato-
re, hoc non potuit accidere, nisi anno 760. Cyclus Solis erat
C XIII, cyclus aureus primus. Terminus Paschalis V Aprilis.
Quare recte postridie celebratum Pascha. Si 760 est XX annus
Constantini Copronymi, ergo annus 741 fuit primus. Ex his
apparet, sero acceptum fuisse ab Occidentalibus magnum cyclum
Dionysianum. atque hactenus cyclo Victorini vsos fuisse. Annus
erroris Paschatis sub Copronymo erat periodi Iulianæ 5473,
computi Græcorum Paschalis 6278, eorundem computi Luna-
ris 6264.

DE INITIO ÆRÆ CALECUTENSIUM.

D

Calecutenses, qui emporium Indiæ nobilissimum
incolunt, annos suos Lunares solutos a conditu ipsius
Calecut ordiuntur: qui erat annus Christi Dionysia-
nus 907, Iulianus 952, Indorum 984 a Septembri, Hegi-
ræ 297. Itaque 296 annis de Hegira deductis; remanet sem-
per annus Calecutensis. Quod autem annis Hegiræ v-
tantur Calecutenses, quamuis non Muhammedis impieta-
ti, sed

ti, sed διαδοχλατρεία addicti sunt, hæc caussa est: Serma Rex A Malabar a Mauris quibusdam persuasus Muhammedismum amplexus est. Is nepoti suo tractum illius peninsulæ dedit: qui ibi cum Mauris vrbem Calecut condidit. Vnde ad hanc diem eos Mauros, eorumque consuetudinem secuti Calecutenses illud principium temporum ciuilium a 297 anno Hegiræ, quo Calecutum conditum fuit, putare instituerunt. Tamen dubito, quanuis vtantur ea æra, an meris neomeniis Hegiræ vtantur, quæ putantur ἀπὸ τῆς φάσεως, an potius neomeniis ἀπὸ τῆς συνόδου, vt reliqui omnes Indi, & Orientis populi. Scribit enim Cadamustus, Calecutenses ex consuetudine cuiusdam Panegyris solennis conuenisse in templum quoddam vetustum in magno quodam lacu situm, die 25 Decembris, anno Christi MDV. Nam B vespera illius diei omnes Indi cæperunt putare neomeniam mensis, vt & Iudæi neomeniam Schebat, feria VI. cuius character, 6. 2. 393. Conuenerunt ergo desinente Tebeth, ineunte Schebat: desinente vicesima nona Regeb, ineunte tricesima eiusdem Regeb anni 911 Hegiræ.

DE PRIMO PHRVRDIN GELALI.

NEOMENIA Neuruz Elsaltani primi Phrurdin Gelalęi obseruata hora 2 $\frac{72}{540}$ a meridie XIIII Martij Iuliani, anno Christi 1079 a cęde Iezdegird, anno 448, XVIII Phrurdin, anno C Hegirę 471, sexta Ramadhan, feria V, cyclo Solis XXIV. a qua meridie consurgit calculus ferię sextę secundum annum cęlestem. Γεώργιος ἰατρὸς Χρυσόκοκκος. Ἔτος Σουλτανοῦ Μελιξᾶ προσαγορεύεται γὰρ ἐκ τοῦ τοιούτου Σουλτανοῦ, ὡς ἀπὸ τὰ αὐθημερινὰ θῶσιν εἰς τὸ ἔτος αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν χρόνων τοῦ ἔτους ἐκείνου ἡνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Υ. καὶ ἡ ἀρχὴ ἑκάστου μηνὸς οὕτως ἐστὶν, ὅτε ὁ ☉ ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνει εἰς ζώδιον. ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου α (Ε) ἐστὶν. εἴπερ οὖν ἐκ τῶν τῆς κτίσεως κόσμου ἐτῶν χρόνου ςφπς ἀφαιρήσεις, τὸ καταλειφθὲν, ἐστὶ τὸ ἔτος Μελιξᾶ. ἀρχὴ ἰσημερίας ἥτις ἐστὶ τῇ ΙΓ τοῦ Μαρτίου μηνός. ἐστὶ δὲ ἡ τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν ἀρχὴ μὴν ὁ φαρβαρδίν. In Greco vocat χρόνους Σουλτανικούς. Item: ἡ τοῦ Σουλτανοῦ τοίνυν Μελιξᾶ χρόνου ἀρχή ἐστιν, ὁπηνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὸν κριόν. εἰσέρχεται δὲ νῦν τῇ ΙΓ τοῦ Μαρτίου D μηνὸς, scribebat anno 6854. Christi 1346. fallitur qui putat annum Sultanium ęquali Iuliano. Erat annus periodi Iulianę 5792. annus vero periodi Iulianę 4568, est is, in quo exactissime obseruauit æquinoctium Hipparchus, hora 18 a meridie feriæ tertiæ, quæ competebat vigesimæ tertiæ Martij. Differentia æquinoctij Hipparchæi & Gelalæi, anni 1224: quibus ex annis collectis debetur character

A racter 1. 17. 41'. cum quo ſi componatur epocha obſeruationis Hipparcheæ 3. 18. 0', fiet chatacter æquinoctij anni Chriſti 1079, nimirum 5. 11, 41', a meridie xiv Mattij. Differt igitur ab obſeruatione Gelalæa, hotis 8, plus minus. Non multum intereſt hoc in anno ciuili. Neque enim hic videmus monſtroſam patallaxin 28 horarum, vt apud Ptolemæum, Competit igitur hæc obſeruatio feriæ vi. Et conſequentet neomenia Phrurdin Gelalæi conuenit cum neomenia Krionos anni a conditu Mundi 5028, niſi quod Perſica neomenia incipit ſemper a momento in Ephemeride notato, quandocunque illud inciderit, mane, meridie, veſpere, media nocte. At neomenia Krionos cæleſtis, ſicut omnes aliæ neomeniæ, ſtatim a Sole occaſo ciui-
B liter, a meridie ſecundum calculum. Neomenia Zygonos antecedentis illius anni 5028, fuit 3. 8. 58' Septembris xviii. Ergo neomenia Krionos feria vi, a Sole occaſo poſt meridiem feriæ quintæ in xiiii Mattij, ttibus horis paulo plus ab obſeruatione Perſica; anno Iudaico 4839, Niſan nona, cuius chatacter, 4. 2. 212, Martij vi. Studioſe & ſupetſtitioſe potius Perſæ obſetuant momentum دخول الافتاب الحمل ingteſſum Solis in Arietem, hoc eſt, ψηφισμὸν periodi Gelalææ: & quacunque hora inciderit, tubatum ſono indicitur Neuruz, & neomenia Phrurdin, qua Panegyres edit Imperator Sophi ex vetete Perſatum ſuperſtitione. Vide de hoc amplius
C libro tertio. Quanquam elegans eſt periodus Gelalæa annorum 648; tamen annus Gelalæus multis partibus a noſtro cæleſti & menſium diſpoſitu, & æquinoctij obſeruatione ſupetatur. Laudabunt illum aliquando viti probi & etuditi. Alioquin non dubitamus fore, qui diſtantias æquinoctiotum calumniabuntur, neque eaſdem ſemper in eodem ſtatu hæſuras. quod & poſſunt ex obſeruatione æquinoctij vtriuſque Copernicina conuincere. Nam Copernicus obſeruauit æquinoctium autumnale Frueburgi, hora 18. 30' poſt meridiem feriæ v, diei xiii Septembris, anno Chriſti 1515. Anno ſequente 1516, qui erat biſextilis, æquinoctium vernum hora 16, 20', poſt meridiem feriæ ſecundæ, diei x. Martij. Interuallum vtriuſque obſeruationis,
D dies 178, horæ 21. 50'. At Hipparchearum obſeruationum vtriuſque æquinoctij differentia eſt dierum 178. hor. 6. 0'. Nos veto reſpondemus, ertatum eſſe in obſeruatione autumnali, hotis non minus xiv, aut xv. Quod ſi alius eodem tempore in eodem loco idem æquinoctium obſeruaſſet, non congrueret inter vtramq; obſeruationem. Sane obſeruationi Copernicinæ vetni æquinoctij, cum obſeruatione veteri Hipparchea conuenit. Interuallum vttiuſque, anni 1661, nempe differentia annorum 6229, & 4568, periodi Iulianæ. quibus 1661 annis

annis competit character totidem annorum Tropicorum, 5. 20′. A 24″, cum quo Radix Hipparchi composita 3. 18. 0′, dat characterem æquinoctij verni 2. 14′. 20, Alexandriæ, in anno Christi 1516. Character vero Copernici 2. 16. 20′. qui si referatur ad meridianum Alexandriæ, erit 2. 17. 15. hoc est, hora 17, 15′, a meridie feriæ secundæ x Martij. Differentia verni æquinoctij Copernici, & medij Hipparchei, horæ 2. 55′. quæ non est tanti momenti, si æquatio adhibeatur, cum æquinoctium nostrum sit medium duntaxat. Quare recta est obseruatio Coperniciana æquinoctij verni: quæ minimum differt ab Hipparchea. Quid dicent igitur? Cardinem vernum æquabiliter procedere, inæqualiter cardinem autumnalem? Hæc sane sunt nugatoria. Æquinoctium autumnale anni 1515 ita, vt est obseruatum a Copernico, congruit vltimæ Parthenonos, anni a conditu Mundi 5464. Zygon sequens fuit 7. 8. 47′. hoc est, horis 8. 47′ a meridie feriæ sextæ diei XIV Septembris. Quare magna est differentia. Obseruatio vnius hominis non potest conuellere ea, quæ aliunde validissimis rationibus innituntur. Si quantum est Mathematicorum omnes operas suas conferant, non poterit alia ratio iniri emendati anni instituendi, præter eam, quam sapientes Persidis in anno suo cælesti docuerunt. Non loquor de anno Gelalæo, qui tantum Tropicus est: sed de anno Cælesti Orientalium, qui tot dierum menses suos cælestes constituunt, quot nos ipsis attribuimus. Nam vt Gelalæa ratio fortasse non deterior sit Alfonsina in modo anni definiendo, tamen falsa est primi Neuruz obseruatio, vt ex comparatione nostri æquinoctij cum Gelalæo primo constare potest. Præterea annus Christi 1516, quo æquinoctium vernum obseruatum a Copernico, erat 438 a primo Neuruz Sultanæo Gelalæo. Et quidem 437 annis completis competit character 3. 21. 80. cui adiecta Radix Gelalæa 5. 2. 158 componit æquinoctium anni 438 Gelalæi, 1. 23. 238, nimirum a meridie nonæ Martij. Obseruatio Copernici Babylone esset hora 18′. 5′. a meridie x Martij. Differentia ergo Coperniciani æquinoctij & Gelalæi, horæ 18. 932. qui est magnus hiatus. Itaque errarunt in obseruatione æquinoctij. Alioquin modus anni Gelalæi, & periodus annorum 648, quæ ex ea nascitur, accommodatissima est tempori ciuili, sed satis abhorret ab Alfonsina, post quinque periodos magnas, qui sunt anni 3240. In tot annis ex Alfonsina ratione XXIV bisexta pereunt, XXV autem in ratione Gelalæa. Et certe isti Sapientes Persidis cum annum hunc Gelalæum instituerent, nunquam obseruationes suas cum Hipparcheis contenderunt, sed cum obseruationibus Ptolemaei, & Albateni. ex quibus etiam Copernicus inuestigare modum anni Tropici conatur, ita vt inde colligat, in CXXVIII

A in CXXVIII diebus vnum bisextum perire. qui modus est minor Gelalæo. Nam hoc modo in 640 annis peribunt quinq; bisexta, cum Gelalæa ratio perimat totidem bisexta in 648 annis. Nullam puto rationem meliorem Alfonsina excogitari posse, quam cum multis veteribus obseruationibus collatam propius a vero abesse comperimus, reliquas autem omnes tantum abesse a vero, quantum ab Alfonsina discrepant: quanquam proximæ bonitatis post Alfonsinam est Gelalæa. Sed, vt diximus, suspecta est obseruatio primi æquinoctij Gelalæi. In nostra autem ratione semper æquinoctium est a meridie antecedentis diei, ad meridiem ipsius neomeniæ. Idem dicas de solstitio & bruma: & omnis obseruatio extra hos terminos suspecta est: vt in exemplo æ-
B quinoctiorum amborum Copernici, quorum autumnale falsum est inter quintæ feriæ, & sextæ meridiem, cum deberet inter sextæ & septimæ, at contra vernum rectum est inter feriæ secundæ & tertiæ meridiem. Quod si æquinoctium Copernicianum vernum cum Hipparcheo conferamus tempus προηγήσεως ἰσημερινῆς, erit dies 13 hor 0. 45'. Ipse enim obseruauit æquinoctium horis 16. 20' a meridie X Martij: quod Alexandriæ esset hor. 17. 15'. vt supra dictum est. Adde dies 13. hor. 0. 45', diebus 10, hor. 17. 15'. habebis dies 23. horas 18. 0. a Kal. Martij. quæ est epocha æquinoctij ab Hipparcho obseruati. Secundum hæc, excessus anni Iuliani supra Tropicum fuerit hor. 0. 11'. 10''. 44'''. 26''''. Gelalæus modus, hor. 0. 11'. 6''. 40'''. Differentia
C hor. 0. 0'. 4''. 4'''. 26''''. quæ vtique magna non est. Imo hac ratione modus anni secundum obseruationem Copernici fuerit idem fere cum Gelalæo. Nam in 884 tantum annis accrescit hora supra modum Gelalæum. Quare 21216 annis dies excurreret supra rationem Gelalæam. Tanti momenti est etiam vnum momentum in hoc negotio. Annus primus Gelali est 6587 computi Græcorum Paschalis, 6573 computi eorundem Lunaris.

DE ANNO CONSTANTINOPOLEOS A MVHAMMEDE TVRCA CAPTÆ.

D QVIS vnquam putasset tam illustris Vrbis, ac dominæ Orientis tam infelix fatum fore, vt cuius calamitas ignorari non potest, dies calamitatis ignoretur? Omnes Christiani mense Maio captam dicunt, & Græci etiam diem septimanę notant feriam tertiam. In Patriarchica historia barbarograeca Martini Crusij viri optime de Hellenismo meriti ita legitur, ἦσαν χρόνοι ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως χίλιοι τετρακόσιοι πεντήκοντα τρεῖς, Μαΐῳ εἰκοστῇ ἐννάτῃ, ἡμέρᾳ τρίτῃ. anni a Christo mille quadringenti quinquaginta tres, Maio die vicesima

nona, feria tertia. In hiſtoria Politica eiuſdem Martini Cruſij, καὶ οὕτω A γέγονεν ἡ ἅλωσις τῆς ἀθλίας τῶν πόλεων ταύτης, ἐν ἔτει ͵ϛϡξα', μηνὶ Μαΐῳ κθ ἡμέρᾳ τρίτῃ, πρωΐ. Idem dicit, quod hiſtoria Patriarchica. Nam anni Conſtantinopolitani 6961, ſunt anni a Chriſto 1453. Et quidem conuenit in die ſeptimanæ. Nam viceſima nona Mai in anno Chriſti 1453 erat feria tertia, cyclo Solis VI. In libro, qui inſcribitur Ανθος, ex fide Martini Cruſij: εἰς τοὺς χιλίους τετρακοσίους πενῆντα δύο, εἰς τῆς εἰκοσιεννέα τοῦ Μαΐου, ἡμέρᾳ τρίτῃ. Atqui anno Domini 1452, viceſima nona Mai fuit feria ſecunda, non tertia, quam tamen apponit etiam Laonicus libro VIII. βασιλεὺς δὲ, ὡς ἐδόκει ὥρα εἶναι προσβάλλειν ἕωθεν (Αρχὴ δ' ἦν ἡμέρας) τότε κύμβαλα ἐσήμαινε. Annus igitur 1452 non conuenit, ſiquidem capta feria tertia, Mai viceſima nona. At- B qui accedit teſtis particeps cladis Iſidorus Cardinalis, qui in Vrbis direptione vna cum multis aliis captus fuit. Is in annum 1452 hunc caſum confert. Iudæi Conſtantinopolitani aiunt captam anno 1452, eoque nomine habent computum שִׂישִׂי וְשִׂמְחִי בַּר״ת אֱדוֹם, quia duæ vltimæ concipiunt numerum 453. Item Philelphus epiſtola quadam ad filium ſuum Mediolani ſcripta anno 1452 queritur Conſtantinopolim a Turca obſideri. Conſtat autem LIIII tantum dies obſeſſam fuiſſe. Non dubium igitur de anno 1452. quod etiam confirmatur Annalibus Turcicis, in quibus ſcriptum legimus, Vrbem a Muhammede Sultano obſeſſam, & captam anno Hegiræ 856: cuius Muharram neomenia XXIII Ianuarij anni Chriſti 1452, feria prima, C cyclo Solis V. Sed valde eluditur opinio de menſe Maio. Is enim Annalium ſcriptor ait Conſtantinopolim captam Rabie prioris die viceſima: hoc eſt, X Aprilis, feria ſecunda, poſtridie Paſcha. Quid hic definiemus? Ego putarim ipſum ſcriptorem hallucinatum, & prima tempora obſidionis, pro ipſa irruptione Vrbis perperam accepiſſe. Differentia enim vtriuſque ſententiæ, ſunt dies quadraginta nouem: qui proxime accedunt ad dies, quos obſidioni ſcriptores attribuunt: neque dubito hoc verum eſſe: vt obſeſſam vrbem pro capta interpretetur. Obſeſſa igitur videtur poſtridie Paſcha, capta in die Pentecoſtes. Sed periculoſum eſt hæc definire. De anno quidem non dubito, fuiſſe 1452, ſed de menſe delibero. Ab Encæniis Conſtanti- D nopoleos, ad cladem eius, anni ſunt præciſi 1122. Tot annis manſit ſub Imperatoribus Chriſtianis, 426 amplius, quam Valens Aſtrologus eius durationem finiuerat. qui annos tantum 696 manſuram vrbem hariolatus erat. Annus captæ Conſtantinopoleos eſt 6960 computi Paſchalis Græcorum, 6946 computi eorundem Lunaris.

IOSE-

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER SEXTVS.

A INEINITA res eſt epochæ & interualla temporum: ſed in qua materia nulla iuſtior venia ſit: ſiquidem nullius eſt, vt omnia noſſe, ita omnia literis complecti. Nos proximo libro de multis pauca atque inſigniora notauimus, vt ex illis alia propagare exemplo noſtro Chronologus poſſit. Examen enim temporum, non deſcriptionem dedimus. Iſte liber paucis quidem, ſed nobiliſſimis diſputationibus dicabitur: de anno natalis & paſſionis Domini, item hebdomadibus Danielis: & ſi qua ſunt præterea eiúſmodi, quæ & priſca & hodierna ingenia exercuerunt: in qua
B palæſtra tantum ſibi permiſit hoc ſæculum, vt veterum Græcorum licentia in Deorum & heroum genealogiis modeſtia quædam videri poſſit, ſi cum horum hominum inceptis contendatur: qui & Græcos hiſtorias ſui ſæculi ignoraſſe volunt, & Reges, qui nunquam fuerunt, in ſolio Cyri collocant. Equidem ſcio nunquam mendacia defuiſſe, nunquam qui ea aut loqueretur, aut ſcriptis mandaret. Parui referret mendaciorum ſcriptores extare, niſi etiam fautores, & ſectatores nanciſcerentur. Ea autem aut per inſcitiam ſui ſæculi non animaduerſa, aut a peritioribus diſſimulata, & tractu temporis pro veris accepta, eas in mentibus hominum radices egere, vt niſi cum mentibus ipſis euelli ægre poſſint. Imperito ſæculo impune fuerit Hu-
C nibaldo cuidam & Saxoni Grammatico, naſcentibus autem literis Annio Monacho Viterbienſi fabulas ſuas Marrucinis illorum temporum probare. Sed quot ſunt hodie, quos & Hunibaldus & Annius mirifice capit, in tanta luce literarum? Ecce ante hos paucos annos editæ βεκκεσελήνικαὶ nugæ, eruditæ illæ quidem, ſed tamen

nugæ, quam ſpecioſe illudunt animis parum & a doctrina & a iu- A dicio paratis? Inuenias etiam non vulgaris doctrinæ inter illos plauſores. Sed venio ad noſtros Regum Perſidis creatores. Si hos audimus, neque Cyrus ille priſcus regnare cæpit, quo tempore Græcis videtur, neque iidem ſunt Reges, qui poſt eum in eius ſolio ſederunt: neque Græci recte Olympiadas ſuas putarunt. Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodorus Siculus nunquam nugari deſiuerunt. Ipſum etiam Xenophontem ratio fugit in notatione earum rerum, quibus ipſe & interfuit & præfuit. Exſpectaui diu, quam mox dicerent eos Græcos & nomina ſua neſciiſſe. Et huius Criticæ vnica ratio eſt, quod anni, qui vno conſenſu Perſidis regibus a Græcis attribuuntur, non conueniunt rationibus ſacræ hiſtoriæ, vt ipſis videtur, vt ego B cenſeo, illorum commentis. Thucydidi, inquiunt, cum Herodoto non conuenit de tempore διαβάσεως Xerxis. Vnius anni inter ambos diſcrimen eſt. quod tamen falſum eſt. Sed eſto. Propterea ignorarunt tempora Regum Perſidis? Herodotus vetuſtiſſimus ſcriptor poſt poetas floruit initio belli Peloponneſiaci: Regulus Halicarnaſſi Lygdamis hoſtis eius Perſarum Regis tributarius erat. quotidie Herodotus videbat præfectos Regios, & Satrapas: & potuit ignorare, quis Rex tempore ſuo rerum potiretur in Perſide? Quid mereret ille, qui hoc tempore in Gallia, Hiſpania, Anglia alios Reges pro iis, qui hodie ibi rerum potiuntur, poneret? Damnant duos nobiliſſimos Græcos ſcriptores, imo omnes Græcos propter illos duos, quod vno C anno minus altero alter dixerit: quod tamen praue ab ipſis & animaduerſum & interpretatum eſt. Alioquin quis non eadem de ſacra hiſtoria dixerit, ſi tantum ἀξιεργάζεσθαι licet? Poſteriore Chronicorum, cap. XXII, Ochozias Rex annorum XLII natus accedit ad regnum: at poſteriore Regum, cap. VIII, dicitur tantum annorum XXII. Diſcrimen, anni XX. Rurſus poſteriore Chronicorum, cap. XXXVI, Ioiachim annorum octo natus init imperium: at poſteriore Regum, cap. XXIIII, idem XVIII annorum natus incipit regnare. Hic diſcrimen annorum decem. Mendum putaret, qui non doctorum hominum interpretationem, ſed ſuam in conſilium adhiberet. Anni collecti ab exceſſu Moſis, ad conditum templi Solomo- D nici, excedunt longo interuallo annos 480, cum tamen ab Exodo, ad conditum templi interſint anni tantum 479 abſoluti. Interuallum a deſcenſu Iacobi Patriarchæ in Ægyptum longe minus eſt annis 430, quot annis opprimendos ab Ægypriis Hebræos prædictum erat. Atqui eorum annorum computationem & veteres & recentiores Iudæi non a deſcenſu Iacobi, ſed, vt ratio poſtulat, ab initio peregrinationis Abrahami inſtituunt. Plura eiuſmodi in ſacris Bibliis extant,

A extant, quæ ne ipsi quidem dixerint ita accipienda, vt concepta sunt, sed ex aliorum locorum collationibus adiuuanda. Historia quidem sacra seriem Patriarcharum ante & post diluuium, fideliter tradit, & hinc Iudicum, & postremo Regum Iuda. Sed quid proderit scire, quantum interuallum sit a conditu rerum, ad diluuium, & quantum hinc ad Exodum, si nescis quando aut Exodus aut diluuium contigit? vnde opem huc aduocabis, nisi a temporibus, quæ tibi nota sunt? Ecquænam tibi nota sunt, nisi quæ libris Græcis aut Latinis prodita? a notis enim ad ignota peruenitur, non contra: ne imitemur illum, qui ante aliquot annos in Chronico suo natalem Christi per Hebdomadas Danielis venatur, τὸ ἀσαφὲς διὰ τῶν ἀσαφεστέρων.
B de quo viro attigi proximo libro, cum eius ridiculam de Horto Eden, & quatuor fluminibus sententiam discuteremus. Is proculdubio fuit vir & pietatis & eruditionis summæ, quo nomine magis mihi ægre est, eum signiferum fuisse istis, qui Græcos nihil in ratione temporum vidisse iurant, & alios Reges Persidis inaugurant: in quo videtur cum Annio illo de fabulandi licentia contendere, quanuis ipsum quoque irridet. Sed tolerabilior monachus. Nam eum veterum Græcorum rationem habuisse ex eo constat, quod nouos Berosos, Xenophontes, & nescio quos alios fabricauerit, vt nihil ex se dixisse, sed omnia ex veterum Græcorum monimentis deprompsisse
C videretur. Iste contra nihil magis veretur, quam ne videatur cum Græcis in historia sentire. Propterea octaginta annos solidos Olympiadibus detraxit, quod Græcos male Olympiadas suas putare dicit. Ego quoque vidi, quod miratus sum, qui Olympiadum veram computationem ab Annio petendam esse contenderent: & certus sum, si viuunt, eos sententiæ adhuc suæ non pœnitere. Quia igitur primus annus Cyri ab omnibus Græcis in primum annum quinquagesimæ quintæ Olympiadis confertur, scripta autem sacra Iudæis libertatem & patriam anno primo Cyri restitutam produnt, & annus primus illius Olympiadis remotissimus est a tempore solutæ captiuitatis Iudaicæ, propterea isti boni Critici, παῖδας τοὺς ἕλληνας ἀποπεμψάμενοι, καὶ οἰμώζειν κελεύοντες, octoginta
D annos de Olympiadum rationibus expungunt, vt annus primus Cyri cum anno solutæ captiuitatis conueniat. Quia igitur iste vir eruditione sua, quæ vulgaris non est, multos in suam sententiam perduxit, facere non potui, quin de eius aliquot erroribus admonerem, vt studiosi ab illis, tanquam a scopulis caueant. Nam in eum scribere neque mei ingenij est, neque instituti, qui semper illiberale duxi ex alienæ industriæ obtrectatione gloriam captare: quo nihil hodie frequentius, nihil pestilentius. Hoc tantum moneo,

non solum futilia esse, quæ is contra Græcos auctores distringit, ar- A
gumenta, sed & auctoritates e Prophetis petitas praue ab illo acci-
pi & vsurpari: cuiusmodi est illa asseueratio, muros Babylonis fru-
stra ab auctoribus prophanis describi, qui iam conflagrati essent, te-
ste Ieremia cap. LI, 58. Quid futilius illo argumento? Muri Baby-
lonis integri, sine vlla labe aut vitio adhuc imperio Neronis exta-
bant, quamuis vicinitas Seleuciæ vrbem habitatoribus exhausisset.
Et tamen iste Propheta vult aliquot sæculis ante Neronem esse de-
siisse. Quid? non Ezekiel parem casum minatur Sidoni, & Tyro,
quæ tempore tamen Alexandri & amplissimæ adhuc erant & munitis-
simæ? Quis adeo confidens, vt omnium vaticiniorum Isaiæ, Ieremiæ,
Ezekielis interpretationem promittere audeat? Aduerte contem- B
ptum: Quia, inquit Cambysis, Magorum, Darij filij Hydaspis no-
mina in sacris monimentis non extant, propterea omisimus: in lo-
cum autem eorum post Cyrum sufficiemus Assuerum. Artaxerxem,
Darium Assyrium, Artaxerxem Pium, & Xerxem. Nimium pro
imperio, quisquis es. Abrogat imperium quibus vult; & iure, quia
creat quos vult. Sane, quod iam dixi, Annius ille tolerabilius nuga-
tur. Sed pergamus: Nugantur Græci de transitu Xerxis. Quare?
quia Cyrus maior imperium post Darium Medum obtinuit, anno
tertio Olympiadis octagesimæ. Nonne tibi videtur maior Æscula-
pio, qui homines ab inferis suscitat sexaginta nouem annis post eo-
rum obitum? Iste igitur Virbius pactus est cum Artaxerxe Longima- C
no, sibi partem imperij precariam concederet, & ab eius septimo
anno imperij societatem iniret. Quare eodem tempore tres reges in
illis partibus fuerunt, Artaxerxes, Darius Medus, & Cyrus ab infe-
ris ideo excitus, vt imperium cum Longimano partiretur. Quis, oro
vos, tam licenter vnquam & veritati & historiæ illusit? non is sane,
quem toties nomino, χρονοληρολόγων Apollo Annius Viterbiensis.
Quis ferat Iosepho scriptori eximio inclementer dicere, quod scripse-
rit templum ab Herode solo æquatum, & magnificentius pristino
extructum & instauratum? Impudentis mendacij historicum conuin-
cunt homines sui sæculi, inquit, apud Ioannem: qui Christo ob-
iiciunt quadraginta sex annis constructum fuisse. Atqui eum locum D
Ioannis, quem aduocat, contra se ipsum distrinxit, ioculari halluci-
natione. Nam templum ab Herode inchoatum vix tandem absolu-
tum fuit paulo ante initia belli Iudaici, Albino prouincia decedente,
anno Christi Dionysiano LXVI, quadriennio ante excidium Hiero-
solymorum. Iosephus lib. XX. pag. 621: ἤδη δὲ τότε καὶ τὸ ἱερὸν τετέλεστο.
βλέπων οὖν ὁ δῆμος ἀργήσαντας τοὺς τεχνίτας ὑπὲρ μυρίους καὶ ὀκτακισχιλίους
ὄντας, καὶ μισθοφορίας ἐνδεεῖς ἐσομένους, διὰ τὸ τὴν τροφὴν ἐκ τῆς κατὰ τὸ
ἱερὸν

A ἱερὸν ἐργασίας πορίζεσθε. Legantur cætera: nam huic loco Ioannis valde necessaria. Igitur τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, vere dictum a plebe illa. Nam is erat annus Iulianus 74, quintusdecimus Tiberij. Deductis 46 annis, relinquitur annus Iulianus 28, qui erat vicesimus secundus Herodis, quo anno cæptum templum intelligebat plebs illa: quanquam nondum quadraginta sex anni essent ab apparatu operis, quem anno decimo octauo Herodis Iosephus factum vult. Itaque anno passionis Dominicæ a XVIII Herodis rectius putarentur anni 46 ab apparatu operis. Sed hoc parum refert. Satis est hoc ad illustrandum locum Ioannis, quo abutuntur etiam docti viri, dum conantur probare quadraginta sex annis templum
B sub Zorobabele conditum fuisse, manifesta peruicacia, si cum cap. VI, 15 Esdræ contuleris. Ibi enim intra quatuor annos templum instauratum & absolutum diserte scribitur. Quod si is Darius, sub quo templum constructum, est filius Hystaspis, vt volunt maxima pars Chronologorum, sextus annus Darij, in quo templum absolutum est, sextusdecimus, aut quintusdecimus a soluta captiuitate. Quare nullo modo locus Ioannis ad vetus templum Zorobabelis pertinere potest. Et quomodo poterat pertinere ad templum Zorobabelis, quod erat Herodis, non Zorobabelis? A vicesimo secundo igitur anno Herodis, ad decessum Albini de prouincia, anni sunt LXXXIII, quando, teste Iosepho, templum exædificatum erat. Tunc
C verius poterat dici, ὀγδοήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος; vel cum Iosepho, a XVIII anno Herodis, ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτεσιν. At, inquit, si Herodis est illa structura, non Zorobabelis, ergo illa domus fuit tertia, non secunda. Atqui dicitur secunda. Acutum συμπέρασμα. etiam si decies instauratum fuisset templum a solutione captiuitatis, tamen non decem, sed vnum templum diceretur: quia ἐνδελεχισμὸς & continuatio sacrificij facit, vt vnum idemque habeatur. Nam dupliciter בֵּית שֵׁנִי id est, domus secunda intelligitur, & ratione structuræ, & ratione ἐνδελεχισμοῦ. Vbi est ἐνδελεχισμὸς, ibi nulla est interruptio. Quæro, potuitne Iosephus ignorare, quod in Actis Herodis extabat, quod sæculo suo recens erat, quod ipse
D suis oculis vsurpauit? Nescias, maior futurus fuerit stupor hæc ignorare, an impudentia, fingere. Tædet me consutationis vanitatis: quam non attigissem, nisi viderem alios eadem hariolari, vt neque alia, quæ non potui præterire sine piaculo: quale illud de Melita, Lucas penultimo capite Actorum scribit: διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ: deinde post naufragium dicit se expositos fuisse in Melita insula. Hem, inquit, Melita insula in Adriatico? Duæ sunt Melitæ: altera in conspectu Ragusij oppidi, in intimo sinu Adriatico, quæ Meleda

vulgo dicitur: altera in mari Siculo, etiam pueris notissima, Malta A dicta. Si in Adriatico mari, ergo Meleda est, non Malta. Hæc ridicula opinio, si non sectatores nacta esset, indigna erat, quæ vel confutaretur. Adriaticum mare nauigantibus ex Græcia incipit a Corcyra, teste Plinio. Vbi enim desinit Ionium, ibi excipit Adriaticum. Quare Ouidius Fastorum quarto Adriaticum inter Corinthiacum & Siculum mare ponit:

Effugit ad Syrtes, & te, Zanclæa Charybdis,
Et vos Scyllæi, naufraga monstra, canes.
Adriacumque patens late, bimaremque Corinthum.
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.

In primo autem Tristium Ionium ipsum Adriam vocat: B

Aut hæc me, gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem gelidis Adria vidit aquis.

Statius Metium ex Tyrrheno in Ægyptum soluentem ita alloquitur:

Quos tibi currenti præceps ferat Adria mores.

Pomponius Mela libro secundo: *Vicina Adriatico mari Corcyra.* Procopius de bello Vandalico insulas Gaulon, & Meliten diserte locat in Adriatico mari, vt & partem Libyci maris vocet Adriam, in quo est etiam Cosyra. Ouidius:

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ.

Sciens ne ita scripserit Ouidius, an fraus illi a librario, nescio. Sane C Cosyra est frugifera, Melite infrugifera, & vere sterilis. Vide, an ita scripserit poeta.

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyra.

Ergo Melite Pauli est in Siculo freto in mari Adriatico, non in sinu Iapygio. Quis non videt absurditatem, si concedamus ex Syria in Italiam nauigantes vlla tempestate posse in intimum Iapygium sinum detrudi, & inde aduerso vento iterum in Tyrrhenum & oram Neapolitanam abripi? Quæ hæc est ἀφυΐα; Totius oræ maritimæ imperitissimum esse oportet, qui vel hoc cogitare tantum audeat. Sed quid facio, qui omnes errores purgare postulem? Sat erit de multis pauxillos hos attigisse, vt a cæteris caueant æquiores lectores: nam D ab illis nescio, an impetrare potero, quibus hæc nouitas sententiarum placet. Sed melius horas collocemus, & quod in manu est, agamus. Veteres igitur scriptores in Biblica historia multum hallucinati sunt, Clemens, Tatianus, Africanus, Tertullianus, Eusebius, Epiphanius, Chrysostomus: sed intra modum tamen, vt quibus nunquam in mentem venerit aliquid in historia Græca innouare: quod si fecissent, Canones Eratosthenei omnium optimi illis aut pudorem

A dorem aut silentium imposuissent. Quos Canones quare tam superbe pedibus proculcet is, de quo iam locuti sumus, mirum non est, vt cui satis acceptum erat, nunquam Græcos vera loqui. quæ est mira confidentia. Herculeum sane facinus fuerit, historiam temporum & memoriæ rerum custodem a tanta tyrannide vindicare. Primum igitur omnes omnium veterum errores refellere neque consilium est, neque necessarium putamus. Vnius tantum Eusebij pauxillos adferemus, qui omnium illorum veterum vt postremus, ita accuratissimus est. In rebus enim Græciæ neque aberrat a ratione temporum, neque nisi sciens prudensque facere hoc potuit. Qui enim poterat tanta copia veterum magistrorum instructus, Eratosthenis, Diodori
B Siculi, Polybij & aliorum? Sed in sacra historia & Ecclesiasticis gestis parum fauste illi procedit: vt cum scribit, Hierosolyma secundo anno Titi capta: quod etiam secutus est Epiphanius: quanquam in Chronico aliter emendatum sit ab Hieronymo. Sed ne ibi quidem sic veritati consultum est. Nam e regione III anni Olympiadis CCXII positus est casus Hierosolymorum, hoc est anno LXXI Christi Dionysiano, vno anno serius. Rursus a conditu templi Solomonis, ad LXXI annum Christi, ponit annos absolutos MCII. Annus Christi 71 est 4784 periodi Iulianæ. Annus a conditu templi 3696. Differentia 1088. Error annorum XIIII, qui error etiam constanter alibi retinetur in Chronico: vbi ponitur interuallum ab initio con-
C structionis templi, ad casum Sedekiæ, anni 442. Annus capti Sedekiæ in periodo Iuliana 4124. Annus conditi templi 3696. Differentia 428. Ergo quatuordecim annis, vt supra, minus dixit. Sed accuratiores nostrorum Chronologorum non multum discedunt ab hac computatione. In hoc differunt: quod Eusebius quatuordecim annis minus dicit, ipsi totidem amplius dicunt. Rursus quid magis alienum a sacra historia, quam quod libro X προπαρασκ. notatum est: nempe τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τὸ ἑβδομηκοστὸν τῆς ἐρημίας τοῦ ναοῦ fuisse: pagina 284. Si secundus annus Darij est septuagesimus ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, quomodo Cyrus potuerit captiuitatem laxare? Sed in hoc sequitur Africanum. Inepta vero & iocularia sunt hæc. Huic hallucinatio-
D ni germana est illa, qua captiuitatem non a capto Iechonia putat, sed a casu Sedekiæ. & relaxationem anno primo Olymp. LV, hoc est, anno primo Cyri factam. in quo omnes veteres auctores habet, Tatianum, Africanum, & alios. Sed imposuit illis annus primus Cyri, qui in primo anno LV Olymp. primus est imperij Cyri, in anno autem relaxatæ deportationis est primus libertatis Iudæorum. Pudentius tamen errant illi boni scriptores, quam hodierni. Ipsi enim eundem Cyrum, eiusque eadem imperij primordia agnoscunt.

In hoc

In hoc vno errant, quod eius annos præpostere vſurpant. At iſti il- A
lum miſerum Cyrum & regno exuunt, & vita interficiunt. Et aut
ipſum ſeptuageſimo anno poſt ex Orco reuocant, aut aliud μοςμο-
λυκεῖον eius cognomine vicem eius regnare iubent. Rurſus idem Eu-
ſebius ſcribit primum genus Chriſtianorum in Ægypto conſediſſe,
quos θεραπευτὰς Philo vocarit. Quod ij fuerint Chriſtiani, ſatis ar-
guere, quod ἐν μοναςηρίοις eos habitaſſe ſcribit Philo. Atqui Philo
duos libros de eorum hominum ſecta ſcripſerat, quos Eſſæos voca-
bant. Alter eſt περὶ πρακτικοῦ βίου τῶν Ἐσσηνῶν, qui erant κοινόβιοι, quem
inſcripſit hoc titulo, ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. Alter liber eſt περὶ
θεωρητικοῦ βίου τῶν Ἐσσηνῶν, qui erant μονάζοντες καὶ μονόβιοι. In hoc libro
θεωρητικῷ deſcribit τῶν μοναζόντων καὶ ἀσκούντων Ἐσσηνῶν vitam, ſtudia, mo B
res: eoſque ait παρωνύμους τῆς ὁσιότητος. Quia igitur morbos ſanabant,
hinc quidam Eſſæos dictos volunt. Nam אָסְיָא eſt medicus, & אָסְוָתָא
medicina. Euſebius quia hariolatur Chriſtianos fuiſſe, ſine vllo au-
ctore ait in nomine Chriſti morbos depuliſſe. Hoc arrepto addit E-
piphanius ἐσσαίους quaſi Ἰησσαίους dictos, & τὸν Ἰησοῦν ipſum παρὰ τὸ ἰα-
σαθαι, aut Ionice, ἰήσαθαι, non autem יֵשׁוּעַ vt Angelus præceperat
Mariæ. Tanta eſt licentia τοῦ λογοποιεῖσθαι, vbi ſemel alea iacta. Quod
igitur hominem Eſſæum, quaſi אָסְיָא ἰατρὸν dictum quidam volunt,
laudarem, niſi aperte reclamaret Euſebius, qui ait θεραπευτὰς non
νόσων, ſed τοῦ θεοῦ. Aliud eſt θεραπεύειν τὸν θεὸν, aliud τὰς νόσους. Quam
enim diuerſa hæc ſunt? Ait igitur ἐσσαίους παρωνύμους εἶναι τῆς ὁσιότητος. C
Ab aliqua igitur voce patria deductum eorum nomen, quæ ὁσιότητα
ſignificet. Et quæ alia fuerit, præter ܚܣܝܐ, חַסְיָא id eſt, ὅσιος; Vn-
de manifeſto Græcum deriuatum, vt ܚܣܝܘܬܐ חַסְיוּתָא, ὁσιότης. Itaque
potius aſpirate ſcribendum ἑσσαῖοι, vt quidam Græci codices ha-
bent. Et ſane iuſtior appellatio a pietate, aut profeſſione θρησκείας,
quam ἀπό τινος βιωτικοῦ ἐπιτηδεύματος. Sic in libris Macabæorum non abſi-
mile genus Iudæorum erat Ἀσιδαῖοι dictũ: quod & ipſum aſpirandum
eſt חֲסִידֵי, id eſt, ἅγιοι. Item alij II Macab. ca. 12, 17. Τουβιηνοί. πρὸς τοὺς λε-
γομένους Τουβιηνοὺς Ἰουδαίους. Nam plane ſunt טוּבִיָּא id eſt, οἱ μακαρῖται. Ter-
minatio αῖος eſt Syriaca, ηνὸς Græca Aſianorum: vt Ναζωραῖος, Να-
ζαρηνὸς: Τουβιαῖος, Τουβιηνὸς: Ἐσσαῖος, Ἐσσηνὸς: quanquam gentilitia D
in ηνὸς terminata Stephanus barbara eſſe ait, non ἑλληνικά, in voce
Ἀβασηνός. Vide locum. Eſſeni igitur, Tubieni, & Haſidæi ab inſtitu-
to vitæ & religionis, non ab arte aliqua. Sic Phariſæi Hieroſoly-
mitane פְּרִישַׁיָּא, Rabbinice פְּרוּשִׁים id eſt, ſancti & iuſti. Hoc enim ſi-
gnificat id verbum: Kimhi in Zachariam de Hypocritis כִּי הֵם מַרְאִים
אֶת־עַצְמָם בִּפְנֵי בְּנֵי אָדָם שֶׁהֵם פְּרוּשִׁים וַאֲנָשִׁים צַדִּיקִים Quia ipſi ſeſe o-
ſtentant hominibus, tanquam ſanctos & iuſtos. Vt igitur Phariſæi
a ſancti-

A a sanctitate, ita Hessæi a pietate, non a medicina. Incertum est, vtrum tanquam θεραπευτὰς Θεοῦ, an tanquam θεραπευτὰς τῶν νόσων acceperit ille, qui nomine Dionysij Areopagitæ ἱεραρχικὰ scripsit post tempora Valentiniani. Is, vt affectet antiquitatem, μοναχοὺς κοινοβίους vocat θεράποντας. Monachos autem μονοβίους vocat ἑνιαίους, ne videretur vocibus sui sæculi vti. Nam quos vocat ἑνιαίους, intelligit ἐρημίτας. κοινοβίους autem μανδρίτας. Sane Mandræ nomine agmen bestiarum vocatum fuisse, nemo paulo doctior ignorat. Cur suos monachos eo nomine dictos voluerint, ipsi viderint. Nam ego nescio. Ergo iste Simius cum scribit Γαΐῳ θεραπευτῇ, intelligit μανδρείτῃ, aut μοναχῷ κοινοβίῳ: quia legerat apud Eusebium τοὺς μονάζοντας τῶν Χερ-
B σονήσων vocatos θεραπευτάς. Eusebius autem id hariolatus est ex Philone. Atqui non solum erant Ἐσσαῖοι ἀσκηταὶ in Ægypto, præter illos κοινοβίους, quotum meminere Iosephus & Plinius: cum longe plures fuerint in Palæstina. Imo hunc Dionysium imitati posteriores, Therapeuticam vitam dixerunt pro ascetica. Canone XLIII in Trullo, τὸν ἀσκητικὸν ἑλέσθαι βίον. Vetus interpres: *vitam therapeuticam eligere.* Tamen rarissime hanc vocem vsurpatam depreliendes. Sed Philo genere Iudæus, patria Alexandrinus, eorum duntaxat meminit, quos ipse in patria sua viderat & norat. Tantum igitur abest, vt illi θεραπευταὶ Christiani fuerint, vt pertinaciores hostes non habuerint veri Christiani, quam eos, qui pluribus cerimoniis Iudaicis ad-
C dicti erant. Vnde Christiani, qui Ναζαραῖοι vocati sunt, merito reiecti, quia ritus Iudaicos, καὶ ἡμεροβαπτισμὸν retinebant. Quod si illi θεραπευταὶ erant Christiani, igitur & Christiani erant ἡμεροβαπτισταί, vt illi. Vide, quid accidit, vbi auctoritas anteuertit veritati. Quicunque enim illa legebant, non dubitabant esse vera, quia auctore Eusebio. Epiphanius ipse Christianos Nazarenos prius Essæos dictos vult secutus Eusebium. Cumulat errorem errore quum ait tanquam ἰησσαίους dictos, quod morbos sanarent, aut a Iesu. Hæc omnia sunt ineptiæ. Et propterea iste ὑποβολιμαῖος Ἀρεοπαγίτης & putauit vera, & vt fidem faceret se nascente Christianismo scripsisse, verba vsurpat, quæ cum
D Christianismo nata putat. Et quorsum, inquies, Iudæi Essæi ad tempora Christi? Res est ipsa, de qua agimus. Nam hoc ipsum respondete volumus, veteres illos summos viros, cum de incunabulis Christianismi vetba faciunt, multa a veritate aliena pronunciasse. Vt enim alia taceam, quare tam alte originem τοῦ μοναχισμοῦ repetit Eusebius, cum monachos antiquiores Paulo, Hilarione, Antonio ptodere non possit, ipso Eusebio iam nato adhuc viuentibus, etiam ipso Eusebio teste? Simile est, quod ex Luca idem Eusebius perperam colligit.

A prædicasse, cum quarto anno passus sit, quo Kaiaphas erat Pontifex, & ab Anna, ad ipsum Kaiapham, quatuor tantum Pontifices a Ioſepho recenſeantur. Magna eſt hallucinatio. Nam Euſebius non aduertit, Gratum de prouincia deceſſiſſe circa annum Tiberij aut vndecimum exeuntem, aut duodecimum ineuntem. Miſſus enim fuerat a Tiberio initio imperij Tiberiani. deceſſit autem de prouincia vndecimo anno procurationis ſuæ. At Dominicum baptiſma competit anno imperij Tiberiani quintodecimo. Hoc melius colligitur ex annis procurationis Pontij Pilati. Pilatus deceſſit de prouincia anno procurationis ſuæ decimo exacto: Rediit in Italiam eodem anno, quo Tiberius e viuis exceſſit, anno imperij Tiberiani XXII, exacto B procurationis Pilati vndecimo. Deductis vndecim annis Pilati currentibus de XXIII Tiberij, & ipſis currentibus, aut decem abſolutis de viginti duobus ſolidis, remanet annus duodecimus imperij Tiberiani, quo Gratus deceſſit de prouincia, & in quo Pilatus Grato ſucceſſit. Præterea quatuor illi Pontifices vix biennium exactum conſummant. Duo enim ex ipſis Pontificatum obtinuerunt aut anno minus, aut non vltra annum. Verba Euſebij poſt illa Ioſephi: ἐκεῖν ὁ σύμπας ἤδη ὅλως τετραέτης ἀποδείκνυται τ' τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν ἔτεσιν ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ανα, καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Καιάφα ἀποκαθεστᾶσιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν διατετελεκότων. Atqui anno baptiſmi duo erant Pontifices, non vnus tantum, Annas & C Kaiaphas: Lucæ tertio, commate primo. Quanto maiorem diligentiam ac iudicium in tantis viris deſideramus, tanto impenſior danda eſt opera, vt non negligenter illorum ſcripta a nobis legantur. Nam & longe plura deprehendet Lector eruditus, maiore ſtudio, quam iudicio ab Euſebio, & aliis veteribus collecta. Nos vnum tantum Euſebium diſcuſſimus, quod ipſe, vt diximus, omnium illorum veterum clauſula eſt. Itaque vnum Euſebium noris, omnes noris. Nunc ad annum natalis Dominici pergendum.

DE ANNO NATALIS DOMINI.

D Institvtvm vetus in Eccleſia fuit, in Natali Domini Paſcha proximum, eiuſque diem indiculis aut breuiculis notare. In ſecundo Concilio Braccarenſi ita ſancitur: *Vt ſuperuenturi ipſius anni Paſcha quo Kalendarum die, vel quota Luna debeat ſuſcipi, a Metropolitano Epiſcopo intimetur. Quod cæteri Epiſcopi, vel reliquus clerus breuiculo ſubnotantes, vnuſquiſque in ſua Eccleſia adueniente natalis Domini die, poſt Euangelicam lectionem populo annuncient.* Idem inuenies in Conſilio Carthaginienſi, cui interfuit Auguſtinus. Ab

hoc more fluxit, vt a natali Domini anni passionis eius numerarentur. Iraque legimus apud Bedam, cap. XLV de temporum ratione: *Sancta siquidem Romana & Apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere & ipsis testatur indiculis, quæ suis in cereis annuatim scribere solet, vbi tempus Dominicæ passionis in memoriam populi reuocans, numerum annorum triginta semper & tribus annis minorem, quam ab eius incarnatione ponat, annotat. Denique anno ab eius incarnatione iuxta Dionysium septingentesimo primo: Indictione quarta decima, fratres nostri, qui tunc fuere Romæ, hoc modo se in natali Domini, in cereis sanctæ Mariæ scriptum vidisse, & inde descripsisse dicebant:* A PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ANNI SVNT DCLXVIII. Manifesto annum passionis incipit putare a natali Domini, qui tamen putandus esset a sequenti Pascha, quod fuit III Aprilis, cyclo Solis X, Lunæ XVIII, anno Christi Dionysiano 701. Sic in appendice Gregorij Turonensis, quam quidam Fredegario attribuunt; in fine ita legimus: *A passione Domini, vsque in istum annum præsentem, in cyclo Victoris, anni* CLXXVII *Cal. Ianuar. die Dominica, anni* DCCXXXV. *Et vt istud millenarium compleatur, restant anni* CCLXV. Hæc vltima summa annorum CCLXV ostendit nullum errorem esse in antecedente æra DCCXXXV. Præterea totidem verbis concipitur libro IV, cap. LIV Aimoini Monachi. vbi præterea dicitur illum annum DCCXXXV fuisse Karoli Martelli XIX. Sed error est in interpunctione. Distinguendum enim, *anni* CLXX, VII *Cal. Ian.* Nam erat annus Christi 735 incipiens ab ipso Natali. Cyclus Solis XV currebat vsque ad Kal. Ian. Quare VII Kal. Ianuarij erat feria prima. Ideo annus secundæ periodi Victorianæ 170 incipiebat a Natali, secundum consuetudinem, cum tamen reuera iniuerit a Paschate sequenti, quod incidit in XVII Aprilis. Præterea illud quoque ex vitiosa consuetudine, vt annum incarnationis vocet annum passionis, quia magnus cyclus Victoris, aut Victorij, incipiebat a passione Christi; cuius cum initium caperetur a Natali, propterea pro natali passio dicebatur. XXXIV enim annis serius incipiebat, quam Cyclus Dionysianus. Cum enim hic sit 170 annus cycli secundi Victoriani, erat is tamen annus 204 cycli secundi Dionysiani. Sic in continuatione Aimoini Monachi, pag. 746 editionis Parisiensis, *Anno* M.XV: *a passione Domini, Indictione* XIII. Quis non videt æram hanc natalis non passionis esse? Nonnullæ quidem Ecclesiæ paschate quidem Fastos suos signabant, formatas, & alia acta legitima: sed haud scio, an ab ipso die Paschatis, an a Natali. In CI enim Canone Carthaginiensi scriptum extat: *Formatæ autem quæ a Primatibus, vel a quibuscunque Episcopis Clericis*

A *Clericis suis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni Paschæ dies incertus est, illi præcedens adiungatur, quomodo solet* POST CONSVLATVM *in publicis gestis adscribi.* Notum enim, cum vnus Consul crearetur in Oriente, alter in Occidente, accidisse non raro, vt in Oriente Consul Occidentis ignoraretur. Propterea aut annum ita signabant: μετὰ ὑπατείαν Μαρκιανοῦ Σεβαστοῦ. aut ita: ἐν ὑπατείᾳ Μαρκιανοῦ Σεβαστοῦ, καὶ τοῦ δηλωθησομένου. Ex his necesse est cyclum Victoris, quo vtebantur Ecclesiæ Gallicanæ, alium fuisse a cyclo magno Victorini. Nam cyclus Victorini inibat ab anno baptismi, nempe a duobus Geminis, iste vero Victoris cyclus incipiebat ab a. d. VIII Kalend. Ianuarij, ab anno
B Passionis, ita vt cyclus Solis XV iniret a sequentibus Kalend. Ianuarij, & Lunæ XVI. Videmus igitur eosdem annos Christi secundum Victorem esse cum annis secundum Dionysium, vt vnitas addenda sit illis ad methodum aurei numeri. Quare recentior est ille computus annorum, quam is, quem veteres in literas retulerunt; & præterea institutio festi Natalitij in XXV Decembris posterior est, vt pote quæ paulo ante tempora Chrysostomi instituta sit, & ab eo tempore Constantinopolitanis a Romanis communicata. Cum enim veteribus non constaret de die natalis, alij alium diem in alio & alio mense diuinabant, vt plene habes apud Epiphanium. Clemens quoque ait, suo sæculo quosdam statuere diem natalis Dominici ἐν
C πέμπτῃ Παχὼν καὶ εἰκάδι, hoc est, in XIX Mai Iuliani. Sed neque de illo magis eis constabat, quam de die baptismatis & passionis. Cum igitur non conueniret inter illos in celebratione Natalis, vt ea lis componeretur, quidam argumentis id tempus indagare conati, tandem Christum XXV Decembris natum collegerunt hoc argumento. Pontifex maximus solus, idque semel in anno, sancta sanctorum ingrediebatur, vt incensum offerret Deo, nempe X die Tisri. Zachariam autem Pontificem maximum tunc vidisse Angelum, cum offerret incensum in sanctis sanctorum, & nocte sequenti Iohannem conceptum ita, vti prædixerat Angelus. Diem autem, qua apparuit Angelus, eam fuisse XXVII Septembris. Sexto
D mense deinde Mariam concepisse, XXV Martij. Ergo XXV Decembris peperit. Atque hæc quidem Iohannes Chrysostomus in oratione εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν, quanquam die XXVII Septembris tacet. sed in Septembri tantum Angelum apparuisse dicit. cui orationi confutandæ posset magnum & immane volumen institui. Ipse quidem Chrysostomus ait in eadem oratione, decennio antea Constantinopolim a Romanis illius diei ritum inuectum, & quidem aliquot annis antea Romanos illam diem celebrare solitos, a queis

Constanrinopolitanos nuper didicisse. Hæc omnia ostendunt nuperam & nouitiam religionem illius diei. Inter Romanos, vnde origo huius cultus, non reperio antiquiorem Ambrosio, qui XXV Decembris natali Domini dicarit, prærer illum Clementem, Canone XIII lib. V. τὴν γενέθλιον, ἥντις ὑμῖν ἐπιτελείσθω εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός. Meminit rei tanquam ab Apostolis institutæ, quæ paulo ante tempora Chrysostomi cæpit esse in vsu. Omnia igitur pendent a Pontificatu maximo Zachariæ, qui erat de plebe sacerdotum, & ab incensi oblarione, quæ facta est ex vsu quotidiano in alrari incensi, non in sanctis sanctorum. Ergo, vt XXVII Septembris sir decima Tisri, hoc non potuit contingere, nisi anno octauo quintæ periodi Alexandreæ. Tisri XVIII Septembris, feria septima. decima igitur incurrit in XXVII, B vt erat proposirum, Erar cyclus Lunæ primus. Quare διαγγελισμὸς Mariæ in XXV Martij contigit cyclo Lunæ secundo, anno absoluto post mortem Herodis, Natalis autem Domini XXV Decembris. duo igitur addenda annis Christi ad merhodum cycli Lunaris: & cum hodie putemus annos a Christo 1596 secundum cyclum Dionysianum, 1595 tantum putandi essent. Hunc errorem magis souet idem Chrysostomus Sermone in natalem Ioannis Baptistæ, in quo dicitur, Ioannem natum fuisse mense Iunio, octauo Kalendarum Iuliarum die, Luna quinradecima. Non dissentit a se. Nam si XXVII Seprembris Luna fuit decima, sequitur omnino vt XXIV Iunij sequentis fuerit Luna XV: ideoque erat Lunæ cyclus secundus. C Proinde Christus natus est cyclo secundo, in sequente Decembri. Neminem tantæ peruicaciæ puto, qui absurditatem tueri velit. Et tamen Christum natum XXV Decemb. pendet ex hac consideratione & pontificatus maximi Zachariæ, & decimæ Tisri XXVII Sept. conuenientis. Idem proponitur ab Anastasio Patriarcha Anriocheno in Sermone εἰς τὸν διαγγελισμὸν τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας. Is sermo manuscriptus extat in Bibliorheca doctissimi Bonauenturæ Vulcanij nostri. Verba, quæ huc faciunt, hæc sunt; quæ produxi, quia non conuenit illi de mense cum Chrysostomo, Maximo Monacho, & aliis: ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ κατὰ νόμον ἱερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἱλασκόμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. ὅθεν καὶ ἱλασμὸς, ἤτοι ἡμέρα ἱλασμοῦ καὶ ἡμέρα ταπεινώσεως, καὶ νηστεία μεγάλη κέκληται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἑορτή. D ἐπιτελεῖται δ' αὕτη τῇ δεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, ὅς ἐστιν Ὀκτώβριος Θ Ε Ρ C Ι παρ' Ἑβραίοις λεγόμενος. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀπριλίου τὴν ἀρχὴν ἄγουσι τοῦ ἔτους Ἑβραῖοι. τῇ οὖν δεκάτῃ κατὰ σελήνην τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἱερατεύων ὁ Ζαχαρίας τὴν ἀγγελικὴν ὀπτασίαν ἐθεάσατο, καὶ διαγγελίσθη τὴν τοῦ βαπτιστοῦ γέννησιν. μεθ' ἣν πληρώσας τὴν ἐφημερίαν αὐτοῦ ἀνεχώρησεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. πληροῦται δὲ πλησιφαοῦς τῆς σελήνης γεγενημένης ἐν τῇ λεγομένῃ πανσελήνῳ, τότε συνέ-

A τε συνέλαβεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἐλιζαβέτ. Vbi passim notandum, Aprilem esse primum mensem, non autem Martium: item Octobrem septimum, non autem Septembrem. Sic apud Gregorium Turonensem mensis octauus est Nouember, non October. Ait igitur semel in anno legalem Pontificem ingredi sancta sanctorum, & tamen dicit post completam ἐφημερίαν Zachariam domum reuertisse. Ergo erant plures Pontifices maximi. Deinde ipsam ἐφημερίαν compleri in plenilunio quid est? Vnde accepit? Si decima Octobris concepit Elisabeth, aut post, ergo Aprili contigit διαγγελισμὸς Mariæ. Quomodo potuit ergo XXV Martij? Sciendum vero, veterem esse opinionem de summo Pontificatu Zachariæ. Nam & in ea sententia est Ambrosius in

B Lucam. Si erat summus sacerdos, quomodo ergo ἐφημερίαν habebat? & quomodo ἐτάχθη θυμιᾶσαι; Non immorandum est his, quæ neque legenti fructum, neque confutanti gloriam adferunt. Tantum constet vanissimam fuisse caussam, propter quam natalem Christi in XXV Decembris statuerunt. Præterea illum cultum serius ad Constantinopolitanos a Romanis transmissum: vt Chrysostomus ipse notat: cuius verba omittenda non censuimus. Nam notanda imprimis: καίτοι γε, inquit, οὔπω δέκατόν ἐστιν ἔτος, ἐξ οὗ δήλη καὶ γνώριμος ἡμῖν ἡ ἡμέρα γέγονεν αὕτη. ἀλλ' ὅμως, ὡς ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλῶν ἡμῖν παραδοθεῖσα ἐτῶν οὕτως ἤνθησε διὰ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς, ὅθεν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι καὶ νέαν αὐτὴν ὁμοῦ καὶ ἀρχαίαν εἰπών, διὰ τὸ προσφάτως ἡμῖν γνωρισθῆναι. παλαιὰν δὲ καὶ ἀρ-

C χαίαν, διὰ τὸ ταῖς πρεσβυτέραις ταχέως ὁμήλικα γενέσθαι, &c. Aliquot postea interiectis: οὕτω καὶ αὕτη παρὰ μὲν τοῖς τὴν ἑσπέραν οἰκοῦσιν ἄνωθεν γνωριζομένη, πρὸς ἡμᾶς δὲ κομισθεῖσα νῦν καὶ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἀθρόον οὕτως διέδραμε, &c. Post sæculum Constantini igitur Romæ hæc obseruatio instituta, & tempore Chrysostomi Constantinopolim deriuata est. Antea vero nulla dies Christi natalis excepta videtur fuisse, nisi apud eos Christianos, qui Dominum XXV Pachon natum volebant, vt manifesto colligitur ex Clemente Alexandrino. Apud alios autem sexta Ianuarij dicata erat illi cultui, quam vocant τὰ ἐπιφάνια, καὶ τὰ θεοφάνια. Quare Epiphanius κατὰ τῶν ἀλόγων, Christum baptizatum scribit VI. Idus Nouembris, sexaginta diebus ante eius natalem. Eum

D enim ad baptismum accessisse natum annos vndetriginta, & menses decem. Scribebat enim hæc Epiphanius anno Diocletiani 90, Christi 374, vndecimo Valentiniani. Dies igitur vera natalis ignoratur. De anno autem ita censuerunt veteres, & recte Christum natum anno XXVIII Actiaco. Hoc est, natalem Christi circa vltimos menses anni Iuliani conferunt, a cuius anni Iuliani Augusto iniuit vicesimus octauus annus Actiacus. Omnium enim vetustiorum hæc fuit sententia, vt testatur Clemens Alexandrinus vetustis-

ſimus Chriſtianiſmi ſcriptor. Annis Actiacis ſemper addenda nouem ad methodum aurei numeri. Nam Thoth Actiacus cœpit XXIX Auguſti, cyclo Lunæ decimo, anno Nabonaſſari 719, vt accuratiſſime loco ſuo demonſtratur. Ergo natalis Chriſti incidit in cyclum XVIII, anno periodi Iulianæ 4711, Græcorum computi Paſchalis 5506, L. Cornelio Lentulo, M. Valerio Meſſalino COSS. quibus COSS. etiam Caſſiodorus Chriſtum natum ſcribit. Atque ita Cedrenus, qui non ſolum anno 5506 Græcorum natum dicit, ſed etiam feria IIII, cyclo Solis Græcorum XVIII, Lunæ XV. Omnino igitur fuit cyclo Lunæ Dionyſiano XVIII, vt demonſtrauimus, Solis Romano VII. Litera Dominicalis F. Idem dicit Maximus monachus quadringentis annis Cedreno vetuſtior; cum ait, ἡμέρᾳ δὲ τῆς ἑβδομάδος τοῦ μὲν διαγγελισμοῦ β̄, τῆς δὲ γεννήσεως δ̄. Et ſane annus 4711 periodi Iulianæ eſt viceſimus octauus Actiacus. Vnicus locus eſt apud Lucam, ex quo id colligebant. Ieſus enim acceſſit ad baptiſma anno ætatis ſuæ triceſimo abſoluto, & triceſimo primo ineunte, qui erat Actiacus quinquageſimus octauus, decimusquintus Tiberij: de quo quinquageſimo octauo deductis triginta abſolutis proculdubio relinquitur annus natalis Chriſti 28 Actiacus. Quod rectiſſimo genere ab ipſis collectum: ita vt contradici non poſſit. Alij aliter illa interpretati ſunt, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, vt nimirum ille eſſet annus Chriſti triceſimus quidem currens, vndetriceſimus autem abſolutus. Quare hoc modo Chriſtus natus fuerit anno, quo currebat cyclus XIX. Hinc Euſebius in Chronico natum ſcribit anno tertio Olympiadis CXCIIII. qui quidem annus iniuit a cyclo XIX. Hoc ſecutus Paulus Oroſius ait natum anno ab V. C. Varroniano 752. Semper annis Varronianis Vrbis, quibus vtitur Oroſius, addendum octo ad methodum Lunæ. Ita annus Varronianus 752 Vrbis erat XIX cycli. Neſcio an auctor vetuſtus Annalium Caroli Magni, quos verſibus conſcripſit, hoc voluerit. In annis enim Chriſti Indictionem minorem anno, quam nos vſurpamus, ponit: puta, anno 810 dicit fuiſſe Indictionem ſecundam, quæ tamen ex vſu noſtro erat tertia. Non potuit errare toties in Indictione, quam per ſingulos annos ponit. Quare neceſſario quem vocat 810 annum, is erat 809 vulgaris Dionyſianus. Itaque conſtanter hoc obſeruari notabis. Et quidem dubium non eſt, quin illius ſcriptoris ea mens fuerit. Epiphanius ſcribit Chriſtum natum Auguſto XIII, M. Plautio Siluano COSS. qui cum fuerit annus Iulianus quadrageſimus quartus, erat decimus nonus cycli. Hinc idem Epiphanius κατ' αἱρέσεων ſcribit Chriſtum natum πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἥ τις ἐστὶ κατὰ Ἑβραίους Τιβὴθ 11. Ergo neomenia Tebeth

erat

A erat XXV Decembris, cyclo Lunæ XIX. quanquam male dicit fuiſſe Tebeth, qui erat Sebat, niſi error ſit Librarij. His ita poſitis, manifeſtum eſt, nos annos Chriſti Dionyſianos vno minus putare, quam mediæ vetuſtati placuit, & biennio minus, quam vetuſtiſſimi auctores Eccleſiæ ſcripſerint. Hodiernum autem computum annorum ſero tandem a Caroli Magni, aut Ludouici Cæſaris eius filij temporibus, auctore Dionyſio Abbate, admiſimus. Is Chriſtum annorum quidem vndetriginta abſolutorum ad baptiſmum acceſſiſſe vult, ſed cyclo Lunæ XII, qui erat annus Tiberij XVI, paſſum autem Cyclo XVI. In priore caſu confutatur ex loco Lucæ, qui ait XV anno imperij Tiberiani baptizatum, quo anno Conſulatum
B gerebant duo Caij, Rubellius & Fufius Gemini. In altero caſu ſatis ratio eum refellit, vt ſuo loco videbitur. Quare, quod alibi diximus, peſſime de poſteritate meritus eſt, cui perſuaſerit annos Chriſti vno minus putare, quam omnes, qui ante eum ſcripſerant, ſenſiſſent. Nam hoc modo Chriſtus natus fuiſſet anno ſolido fere poſt exceſſum Herodis. Vnde factum, vt nugator ille Viterbienſis, & eius ſequaces, quadraginta annos Herodem regnaſſe ſabulati ſint, qui tamen mortuus ſit anno 38 ineunte regni ſui. Tres igitur ſectæ de anno natalis Chriſti: hodierna, Dionyſio Abbate auctore, mendoſiſſima, quæ natalem Chriſti ſtatuit anno Actiaco triceſimo. media, quæ anno Actiaco vndetriceſimo. prima, & veriſſima,
C anno viceſimo octauo. Primi enim illi recte interpretati ſunt de annis triginta Chriſti abſolutis, & triceſimo primo ineunte: *καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ.* Quis dubitat hominem triginta annorum dici, qui triceſimum annum abſoluit? Cedo mihi dialectum veterem, aut idiotiſmum hodiernum, qui aliter loquatur? Iuriſconſulti anniculum vocant, cui iam incipit exire annus abſolutus. Sic enim l. Anniculus, De verb. ſign. *Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur.* Item: *Anniculus non ſtatim, vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die, dicitur.* Rurſus in iure quis eſt vigintiquinque annorum, niſi is, cui illuxit viceſimus ſextus natalis? Denique Au-
D guſtus ipſe in Indice rerum a ſe geſtarum ſcribit anno viceſimo ætatis ſuæ ſe fuiſſe annorum vndeuiginti. Si annorum vndeuiginti eſt, cui annus viceſimus currit: ergo annorum triginta eſt, cui triceſimus primus iniuit. Sed illud *ὡσεὶ*, inquiunt, id eſt, *μικροῦ δεῖ* oſtendit nondum abſolutum triceſimum annum. Ergo ita interpretabimur, *Et quidem Ieſus incipiebat eſſe quaſi triginta annorum.* Sane locutio proba eſt: Ego ſum circiter triginta annorum, & Græce, *ἐγὼ εἰμὶ μικροῦ δεῖ τριάκοντα ἐτῶν.* Sed quis ferat, Ego incipio eſſe circiter

annorum triginta? Quis vnquam ita locutus est? τὸ μικροῦ δεῖ, est in- A
definitum: τὸ ἀκριβῶς, definitum. Quam ergo ridicule duo contraria coniunguntur. Hebraismus purus putus est in voculatione ὡσεί. Ea voculatio locum habet in Hebraismo nunc dubitanter, nunc adfirmanter, expressa per literam seruilem Caph. Duplicis enim notionis est. Aut enim est CAPH ἀπορητικὸν, siue στοχαστικὸν Grammaticorum idiomate vocatum: aut CAPH ἀληθινὸν, vt vocant: cuiusmodi est in loco isto Lucæ. Eo enim vtuntur, cum ita rem affirmant, vt de ea dubitari non possit. Tale est illud Iohannis primo, δόξαν ὡς μονογενοῦς. Colligerem sedulo exempla ex Apostolis, & LXX interpretibus, nisi hoc esset abuti otio meo; & iudiciis doctiorum diffidere.
Nam quemadmodum crebro hæc occurrunt in sacris libris, ita pau- B
cos inuenias, qui hoc ipsum ignorent, qui saltem Hebraismum leuiter degustarint. Sed esto ὡσεὶ ἀπορητικῶς dictum: Iesus erat quasi triginta annorum. Pauci igitur dies deerant complendo anno tricesimo, puta viginti, aut mensis. quanquam nec mensis quidem integer defuturus videatur, si ὡσεὶ ἀπορητικῶς accipiamus. Sed mensis desideretur, aut duo menses anno tricesimo absoluendo. Et dies baptismi esto VI Ianuarij, vt omnibus persuasum est. Ergo eodem anno baptismi, imo paulo post baptismum, tricesimus primus annus iniuit. Erat autem annus Iulianus 74, in quo VI Ianuarij Christus baptizatus. Ergo mense Februario cœperit annum tricesimum primum.
Proinde 30 annis Christi completis de 74 Iulianis detractis, relin- C
quitur 44 annus Iulianus currens, in quo Christus natus anno XXVIII Actiaco, vt voluit Clemens, & pleraque omnis vetustas. Omnino effugere non possunt, quin Christus natus sit anno Actiaco XXVIII. Hoc anno Christi Dionysiano 1596, inibit Thoth 1626 Actiacus ab a. d. IIII Kal. Sept. Si Christus natus est fine anni, de 1626 deductis 28 annis absolutis, de primo Thoth Actiaco, ad Thoth anni natalis Christi, relinquentur anni 1598 absoluti a Christo nato, & annus 1599 ab eodem Christo, fine huius anni incipiet, quando nos oraculum Dionysij Exigui secuti inibimus annum tantum 1597. Biennio igitur integro a vero nos remouit sanctio Dio-
nysiana: quod vtinam nunquam in mentem venisset aut illi hoc im- D
perandi, aut nobis parendi. Vitium huius sententiæ Dionysianæ videtur oboluisse Mariano Scoto, qui ita scribit: *Anno ad veritatem Euangelij* MLXXVI, *secundum vero Dionysij cyclum*, MLXXIIII, *Hilliprandus, qui & Gregorius*, &c. Breuiorem dicit Dionysij æram biennio, vt nos. Sed, inquiunt alij, illa, ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, indicant triginta annos incepisse. Quo argumento? Quis Græcismus hoc patitur? ἐγὼ ἄρχομαι τριάκοντα ἐτῶν, pro ἄρχομαι τοῦ

A μαι τῷ τριακοστῷ ἔτει. Ἰησοῦς ἦν τριάκοντα ἐτῶν toto anno tricesimo primo. Sed absoluto tricesimo statim dicebatur ἄρχεται ὢν τριάκοντα ἐτῶν. Non enim intelligunt participium ὢν tacitum, quod omissum est, ne repeteretur. ἦν ἀρχόμενος, id est, ἤρχετο. Quod ne ipsi quidem negauerint. Ergo hæc sunt perinde ac si ita concepta fuissent: ἤρχετο Ἰησοῦς ὢν τριάκοντα ἐτῶν, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ. Quia vero insuaue erat illud ὢν repetere, alterum est omissum. Quis nescit, verbum ἄρχεται, & illi contrarium παύεται cum participiis construi? Itaque pauci aduerterunt ἦν ἀρχόμενος, esse ἤρχετο, & subaudiri ὢν: nisi ὢν sequens adsumatur: vt ita sit: καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς ἤρχετο ὢν ἐτῶν τριάκοντα, υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ. quod sane verissimum est. Nam τὸ ἀρχόμενος non po-
B test esse sine ipso ὢν, vt fatebuntur omnes, qui Græce sciunt. At Syrus paraphrastes ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܝܟ ܒܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ καὶ Ἰησοῦς ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα. Vult parum deesse anno tricesimo complendo. Siue igitur fere triginta annorum fuisse dixeris, siue triginta absolutorum, eodem recidit epilogismus annorum ætatis Christi. Hoc enim modo Christus XXVIII anno Actiaco natus fuerit. Sed tamen caue aliter putes, quam Christum triginta annorum natum fuisse, & tunc tricesimum primum illi iniuisse, cum accessit ad baptismum, vt a nobis demonstratum est. Ex quibus colligitur, aut eadem die mensis Christum natum & baptizatum, aut proxime. Non enim cæpisset esse triginta annorum, cum baptizaretur, nisi eodem
C anni tempore etiam natus esset, quo baptizatus. Ex quo etiam quidam veterum memoriam tam eius natalis, quam baptismi eadem die celebrabant, nempe vndecima Tybi Actiaci, quæ est VI Ianuarij Iuliani, vt habes apud Clementem, & ab eo apud Epiphanium. Sed vide absurditatem. Nam tametsi Dionysius vndeuiginti annorum absolutorum natum ad baptismum accessisse vult, tamen velit nolit, vno anno maior erit computus annorum Christi, vt iam ostendimus, deductis 29 annis solidis, de anno Iuliano 74 currente in Epiphania. Rursus Christus baptizatus est cyclo Lunæ vndecimo. Ergo si annis Christi addenda vnitas ad methodum cycli aurei, Christus incipiebat tantum annum vndevicesimum. Quare ita fuerit vtrobique mi-
D ta ἀλογία. Quanquam errorem Dionysij validissime confutauerimus, tamen non deerunt, qui obtrectaturi sint, imo qui stilum sophisticum distringent. Sed nos cum Catone eorum vitiligatorum orationem sinemus præterfluere. A nato igitur Christo, ad excessum Herodis, anni sunt duo absoluti: vt etiam recte coniecisse videantur, qui totidem annorum interuallum illud ponunt ex verbis Euangelistæ: ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.

Ex hoc,

Ex hoc, inquam, colligunt Christum fuisse bimulum, siquidem bimulos omnes iussit interfici. Ergo κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. Supra dixerat: καλέσας τοὺς μάγους ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Ergo stella illa cæpit videri nascente Christo, & tunc iam biennium solidum fulgebat. Quod sane dubito, & dubitandi caussa ipsi Magi: ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Indicant tum recenter natum. Deinde εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, &c. Item: καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτούς. Si statim, vt natus est, visa est Stella, & vt visa est, profectionem suam Magi instituerunt, vt sane fecerunt, illud ἀπὸ διετοῦς non satis est ad stabiliendum interuallum biennij a natali Christi, ad infanticidia. A

Sed profecto ita est: Herodes nesciens plane tempus natalis Christi, non solum bimulos pueros interfecit, sed & infra bimatum, etiam in illa die editos. Nam τὸ κατωτέρω proculdubio ostendit Iesum διετῆ non fuisse, sed κατωτέρω τοῦ διετοῦς. Qui illud interuallum definiunt biennio, habent Macrobium, quo sententiæ suæ viam muniant. Sic enim de Augusto: *Cum audisset, inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudæorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum: ait, Melius est Herodis porcum esse, quam filium.* Sed omnino tam falsum est Antipatrum Herodis filium inter illos pueros cæsum, quam ipsum Antipatrum bimulum fuisse: nisi forte hominem XXV annorum, aut amplius bimulum vocaueris. Neque enim Iosephus infanticidia illa tacuisset, si eodem tempore, quo cædes Antipatri, contigissent. Interfectus est autem Antipater iussu patris quinque diebus ante obitum ipsius patris. Magi vero in oppido Bethlehem puerum Iesum adorarunt. Quod si in oppido Bethlehem, ergo intra purificationem Nam Iosephus, & Maria illuc venerant, vt cum aliis gentilibus stirpis suæ nomina profiterentur. Interim oppressit eam partitudo, vt in diuersorio pepererit. Iam vero lex præcipit, puerperam procurare sese in suo sibi sanguine, hoc est, iustos dies τῶν λοχείων obseruare, & publico abstinere. Itaque puerperæ hinc nefas prius discedere quam iustis purgationis operata fuerit. Cuius sententiæ fuit Aur. Augustinus, vir longe castigatioris iudicij, quam Eusebius. Itaque hoc declaratur illis, ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Nam nuper natum indicant. itemque illa: τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα. Disertissime sub ipsum tempus nati Christi ipsos venisse dicit Euangelista, idque circa finem purificationis: cuius iustis functa Virgo sese cum puero stitit Deo in templo. Interea diuinitus monita aufugit in Ægyptum: Chaldæi vero in Persidem. Sed audi verba Epiphanij περὶ τῆς ἐκδημίας Χριστοῦ. περὶ γὰρ τριακοστῷ B C D

τριακοστῷ

A κοστῷ τρίτῳ ἔτει Ἡρώδου, τεσσαρακοστῷ δὲ δευτέρῳ Αὐγούστου βασιλέως γεννᾶται ὁ σωτὴρ ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. κάτεισι δ᾽ εἰς Αἴγυπτον τῷ τριακοστῷ ἔτει καὶ πέμπτῳ Ἡρώδου. ἄνεισι δ᾽ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτήν. διὸ ἐπὶ τριάκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι τῆς αὐτῆς τοῦ Ἡρώδου ἀρχῆς ἦν ὁ παῖς τεσσάρων ἐτῶν, ὅτε Ἡρώδης τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη πληρώσας κατέστρεψε τὸν βίον. Recte 37 annos tantum regnasse Herodem vult. Sed si tempore obitus Herodis Iesus erat quadrimus, ergo natus fuerit anno XXVI Actiaco. Quod est falsum. & reliqua, quæ ante hæc dicit Epiphanius, perperam omnia dicta. Deinde quam ridicula, quæ adiicit de Herode Iuniore filio Archelai, qui vicem patris regnauit? Puto illum regnasse cum Regibus Persidis nouorum Chronologorum. Summa dispu-
B tationis nostræ: Christus natus est anno Herodis tricesimo sexto, Actiaco vicesimo octauo, periodi Iulianæ 4711, in fine, aut 4712, in principio, mundi 3948, Iudæorum 3759, computi Græcorum Paschalis 5507, Lunaris eorundem 5492, censu Augusti primo, qui fuit vniuersalis, vt distinguatur a censu Iudææ, quo bona Archelai in fiscum redacta. Eum censum suo tempore extitisse in archiuis Romanis scribit Chrysostomus in Sermone de Natali: ὅθεν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην ἀπογραφὴν ἐτέχθη, καὶ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίᾳ κειμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔξεστιν ἐντυχόντα, καὶ τὸν καιρὸν τῆς γραφῆς μαθόντα ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν βουλόμενον. Vtinam haberemus illos κώδικας. In verbis Chrysostomi melius fortasse legeretur, καὶ τοῖς ἀρχείοις, καὶ τοῖς
C δημοσίᾳ, &c. Neque dubito ita auctorem scripsisse. Recte autem τὴν πρώτην ἀπογραφὴν, ne confunderet cum altera, de qua mentio in actis. Natus igitur Dominus anno Sabbatico. Annus primus Sabbaticus, 3270 periodi Iulianæ. Annus nati Christi 4711. Interuallum 1442 anni a primo anno Sabbatico, ad annum nati Messiæ, quæ sunt septimanæ 206.

DE QVINQVE PASCHATIBVS A BAPTISMO AD RESVRRECTIONEM.

D De interuallo τῆς πολιτείας & functionis Messiæ, quot & quæ fuerint veterum opiniones, referre, difficilioris ne, an inutilioris fuerit operæ, nescio. Certe operosum est referre, ambitiosum refellere. Nam illa Eusebiana iam a nobis confutata de quatuor Pontificibus. Vnam producam, quæ omittenda non erat: vt homines pij & eruditi videant, quid iudicij illis veteribus fuerit in huiusmodi inuestigatione, & quo delectu ea a nobis accipienda. Clemens Alexandrinus vir sæculi sui eruditissimus, & vnus eorum, qui propius ab ætate, quæ Apostolos secuta est, scripserunt, Christum affirmat

affirmat vnum annum duntaxat prædicaſſe. Id ex illo Eſaiæ loco A
colligit a Luca producto : ἐνιαυτὸν δεκτὸν κυρίου κηρύξαι ἀπέστειλέ με. Quod ita ille expoſuit : ὅτι ἐνιαυτὸν μόνον ἔδει αὐτὸν κηρύξαι. καὶ τοῦτ γέγραπται οὕτως. ἐνιαυτὸν δεκτὸν, &c. Mirum argumentum. Quod Eſaias ex perſona Chriſti dixerit, *Annum acceptabilem miſit prædicare me*, propterea conſequens eſſe, vt vnum annum duntaxat prædicarit. Alij, eoſque ſecutus Epiphanius, hanc ſententiam Clementis vt parum ſinceram incruſtarunt, & Chriſtum duos annos πολιτεύσασθαι coniiciunt ἐκ τῆς πρός τι. quia, ſi fuit vnus ἐνιαυτὸς δεκτὸς, ergo fuit & alter ἀντιλεγόμενος, καὶ οὐ δεκτός. Ergo, inquiunt, duos annos prædicauit: vno & triceſimo anno ætatis τὸν δεκτὸν: altero & triceſimo τὸν ἀντιλεγόμενον, & præterea octaginta quatuor ἡμέρας ἀντιλεγομένας. B
Hæc eiuſmodi ſunt, vt illis relictis, meliora & veriora nobis quærenda ſint. Quemadmodum igitur Thucydides per æſtates & hiemes bellum Peloponneſiacum deſcripſit, ita nobis in re paulo obſcuriore interualla quædam aſſumenda ſunt, quibus totum illud tempus a baptiſmo, ad reſurrectionem, perſpicue notari poſſit. Per Paſchata igitur interuallum illud diuidatur. Chriſtus baptizatus eſt cyclo Lunæ vndecimo, ante Paſcha. Reſurrexit cyclo XV, poſt Paſcha. Quatuor igitur anni ſunt abſoluti. Omne interuallum duobus terminis circumſcribitur. Et proinde quatuor annis abſolutis quinque Paſchata debentur. A baptiſmo igitur, ad reſurrectionem, quinque ſunt Paſchata. Primum Paſcha diſerte notatum eſt Iohan- C
nis II.13.23. Secundum Paſcha apud eundem, cap. V. μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. Eam enim ἑορτὴν Paſcha eſſe, perſpicuum eſt ex verbis Domini, capite antecedente: οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ex quibus patet, circiter menſem Tebeth hæc dicta fuiſſe. Coniectus fuit Iohannes in carcerem, re quidem, propter Herodiadem, prætextu autem, propter turbam diſcipulorum ei quotidie affluentem, quæ ſuſpecta erat Herodi. Auctor Ioſephus: cui conſentanea ſcribit Iohannes: ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ, ἢ Ἰωάννης, &c. Cædis autem Iohannis, vt & vinculorum, cauſſa fuit Herodias, vt Euangeliſtæ teſtantur, non turba diſcipulorum, vt vult Ioſephus. Iohannem enim ſummopere D
colebat Herodes. Marci VI.20, & inuitus eius cædem iuſſit. Ibidem, 26. Matthæi XIIII.9. Igitur poſt Iohannis ſupplicium, aufugit Ieſus in Galilæam. Nam Hieroſolymis ei tuto eſſe non licebat, propter celebritatem loci, licet Hieroſolyma eſſent extra Tetrarchiam Herodis. Hinc incipit prædicatio Chriſti apud Matthæum, & Marcum. Tertij Paſchatis veſtigia extant in XII Matthæi, Marci II, Lucæ VI: vbi fit mentio Ieſu per maturas ſegetes ambulantis.

A Illud eſt primum Paſcha poſt ſecundam profectionem in Galilæam. Prima enim profectio poſt baptiſmum: altera poſt Iohannem in vincula coniectum. Hinc, ad XIIII caput Matthæi, geſta vnius anni continentur. XIIII vero capite dicitur Ieſus abdidiſſe ſe in loca ignorabilia, ſola, & deſerta, in quæ nihilominus ſecuta eum fuerit multitudo trans lacum Tiberiadis. Cauſſam ſeceſſus exponit Matthæus: quod ſcilicet cum primum Ieſus inaudiſſet, vel potius præſciſſet de cæde Iohannis. Itaque nauigio delatus trans lacum ſeceſſit. Ibi miraculum quinque panum & duorum piſciculorum editum. Vtrunque vero, & miraculum, & Iohannis cædem paulo ante ſolenne Azymorum contigiſſe, liquido conſtat ex Iohannis ſex-
B to. Inde petat, qui volet. En quatuor Paſchata a baptiſmo Chriſti. Quintum & vltimum Paſcha eſt τὸ σταυρώσιμον καὶ σωτήριον, in quo Agnus verus pro nobis mactatus. Nunc ſingillatim ea quinque Paſchata diſcutienda.

PRIMVM PASCHA.

PRIMVM Paſcha habet characterem ſuum, XV annum imperij Tiberiani, cyclum Lunæ XI. Ex qua epocha cæteræ deprehenduntur. A baptiſmo ſequitur ieiunium quadraginta dierum in deſerto. Reditus Chriſti ad Bethabara. Iohannis I. 28: vbi de Ieſu
C Iohannes teſtatur. Hinc, ad proximum Paſcha, non multos dies interfuiſſe ſcribit Iohannes. Prima die Meſſias agnitus ab Andrea fratre Simonis, & Simone filio Iona, hora diei decima. Eadem die Simon vocatus KEPHA. Altera die Philippus domo Bethſaida ſequitur Chriſtum. Nathanaelis colloquium cum Chriſto. Hæc omnia Iohannis I. Tertia die in vico Galilææ Cana aqua in vinum conuerſa. Hinc Ieſu in vicum Capernaum profectio. Vnde, quia Paſcha imminebat, paucos poſt dies Hieroſolyma ad ſolenne Azymorum reuertitur. Iohan. II. 13. Eodem tempore campſorum, numulariorum menſas euertit: inſtitoria, cauponas mercium, armenta & greges templo exigit. Iohannes II. Itaque a reditu Chriſti in Bethabara,
D & partes Iordanis, ad illud Paſcha, acta capitum primi & ſecundi continentur apud Iohannem. Bethabara autem puto eundem locum fuiſſe cum eo, qui Iudicum VII. 24, dicitur בית ברה, adiacentem Iordani, & ipſum quoque aquis irriguum, vt ex eodem capite Iudicum colligitur. Quare male quædam exemplaria pro Βηθαβαρᾷ habent Βηθανίᾳ. quæ varietas iam antiquitus inoleuit, cum & de eâ admoneat Epiphanius, ſcribens anno Chriſti 374: & Syrus atque Arabs Paraphraſtes Bethania non Bethabara legant.

Tempus primæ Azymorum. A

Annus XV Tiberij Cæſaris, C. Fufio Gemino, C. Rubellio Gemino COSS. Cyclus Lunæ XI, Solis X.

Annus XXXVI periodi quintæ Alexandreæ embolimæus abundans.

Tiſri Septembris IX, feria V: vt etiam Tiſri Iudaicus 3789. cuius character 5.1.1047.

Niſan Aprilis V, feria tertia.

Prima Azymorum, ſiue XIV Niſan, Aprilis XVIII, feria ſecunda.

Annus Iulianus LXXIV.

A vero natali Chriſti XXXI.

Computi hodierni Dionyſiani XXIX. B

Periodi Iulianæ 4742.

Computi Græcorum Paſchalis 5537, eorundem computi Lunaris 5523.

A Thoth primo Nabonaſſari, 776: Pachon VI.

A primo Thoth Actiaco, LIIX: Pharmuthi XXIII.

A conditu rerum 3978, Krionos XVII. Zygon 7.16.52 Septemb. XXV.

Annus quarus Olympiadis CCI, Δαισίου ἕκτη ἐπὶ δέκα.

Annus ſextus periodi Atticæ, Ἐλαφηβολιῶνος τριακάδι.

Annus LIV quintæ periodi Calippicæ, Μουνυχιῶνος πρυτανείας πεντεκαιδεκάτῃ. Quod autem Ieſus baptizatus ſit duobus Geminis COSS. C hæc eſt omnium veterum ſententia: qui tametſi hoc tacuiſſent, tamen XV annus imperij Tiberiani eo nos manu deduxiſſet. Sed de die baptiſmi non conuenit inter illos. Alij enim VI Iduum Nouembrium, alij XI Tybi, id eſt, VI Ianuarij, baptizatum ſcribunt. Baſilidiani hæretici celebrabant baptiſmum XV Tybi, id eſt, X Ianuarij. Clemens: οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου καὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσι προδιανυκτερεύοντες ἀναγνώσεσι. φασὶ δὲ εἶναι τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ Τυβὶ μηνός. At Epiphanius ait baptizatum πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων, κατ' Ἑβραίους Μαρχεσουὰν ἑβδόμῃ. Vt ſexta Iduum Nouembris illo ſæculo eſſet ſeptimi menſis Iudaici, id non potuit accidere, niſi Cyclo XIII, anno XVII imperij Tiberiani. Quod eſt ab- D ſurdum. Imo ſi propius rationem putemus, hoc non potuit accidere in periodo Alexandrea, qua vtebantur Iudæi, niſi cyclo quinto. Quæ omnia ſunt puerilia.

SECVN-

A

SECVNDVM PASCHA.

Ab antecedente Paſcha, ad menſem Tebeth, comprehenduntur geſta capitis III Iohannis, colloquium Nicodemi, diſceſſus Chriſti ex vrbe, tranſitus per Samariam. Nam ex Galilæa Hieroſolyma pergentibus neceſſarius erat tranſitus per Samariam, autore Ioſepho. Tranſitus per Samariam incidit in menſem Tebeth: vt iam indicauimus. Item quatuor menſes ſupererant ad meſſem: Menſis autem meſſis erat Ijar ſecundus a Niſan, octauus a Tiſri. Coniectus erat in carcerem Iohannes propter multitudinem diſci-
B pulorum, vt volebat videri Herodes, vt autem res erat, propter Herodiadem. Veritus igitur Ieſus ne & multitudo diſcipulorum ſuorum ſuſpecta eſſet, vt diſerte expreſſum eſt Iohann. IV. 1. 2. 3, iterum in Galilæam ſeceſſit. Huc pertinet quartum caput Iohannis. Hinc Matthæus orditur prædicationem Chriſti ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ὁ Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Paulo poſt: ἀπὸ τότε ἤρξατ᾽ Ἰησοῦς κηρύσσειν. Clarius apud Marcum: μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. In itinere ſanatus filius aulici Herodiani, ſecundum ſcilicet miraculorum, quæ Chriſtus a baptiſmo edidit. Rurſus repetit Hieroſolyma feſto Paſchatis, quod fuit ſecundum á baptiſmo, & de quo
C nunc agimus. Scribit enim Iohannes initio capitis V: μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. A menſe Tebeth proximum feſtum vnum de tribus, propter quæ eſſet Deo ſiſti, id vero eſt Paſcha. Haud dubium igitur, quin illa ἑορτὴ fuerit Paſcha: quod etiam vetuſtiſſimo ſcriptori Irenæo viſum ėſt. Itaque menſes tres tantum manſit in Galilæa, poſtquam Iohannes in vincula coniectus eſt. Intra id tempus clinicus ſanatus, quem octo & triginta annos languor obſidebat. Hoc in ipſa vrbe factum ad portam, quam προβατικὴν vocat Euangeliſtes: Nehemiæ autem ea eſt שַׁעַר הַצֹּאן, hoc eſt, πύλη προβατικὴ, in Piſcina בֵּית־חֶסְדָּא; vt recte vertit Paraphraſtes Syrus. Id autem eſt domus Gratiæ. Ita dicta propter ſalutem diuinitus
D ægtis contingentem. Nam in aquam diuinitus commotam immerſi Clinici in integrum reſtituebantur. Totum vero quintum caput dicatum miraculo Clinici illius ſanati. Poſt quintum caput magnus hiatus ſequitur, abrupto tenore hiſtoriæ. Nam Apoſtolus ſtatim initio VI capitis, nulla mentione tertiæ in Galilæam profectionis, orditur res in Galilæa geſtas, quæ capitibus apud Matthæum XIV, Marcum VI, Lucam IX exponuntur. Idque conſulto ab Apoſtolo factum. Neque enim opus erat ea repetere, quæ accurate & copioſe ab

illis tribus antea explicata erant, cum aliorum παραλειπόμενα tantum persequatur. Scio doctos viros, qui Harmonias Euangelicæ historiæ contexuerunt, ea, quæ a Matthæo a quarto, ad quartumdecimum caput, & similiter a reliquis duobus Euangelistis tractantur, in id tempus coniecisse, quæ secundo Paschati & secundo anno a baptismate competebant. Sed quemadmodum illi suas rationes habent, cur id fecerint, ita & nobis causæ non defuerunt, cur aliter faceremus. Nos eorum industriam laudamus, & nostræ tamen nos sententiæ nondum pœnitet. Nam quæ ante XIV Matthæi, VI Marci, IX Lucæ narrantur, eorum melior pars inter V & VI Iohannis interiicienda, cum pertineant ad tertiam ἀποδημίαν εἰς Γαλιλαίαν, quando adhuc Iohannes in vinculis erat.

Tempus primæ Azymorum.

Annus XVI Tiberij M. Vinutio Quartino, C. Cassio Longino COSS.
Cyclus Lunæ XII. Solis XI.

Annus XXXVII periodi quintæ Alexandreæ, ordinarius communis.
Tisri ciuilis III Kal. Octob. translatus a feria IV in V, vt & Tisri computi hodierni anni Iudaici 3790. cuius character 4.23.556.
Tebeth XXVII Decembr. feria tertia.
Nisan Martij XXV, feria septima.
Prima Azymorum, siue XIV Nisan, Aprilis VII, feria sexta.

Annus Iulianus LXXV.

A vero natali Christi XXXII.

Computi hodierni Dionysiani XXX.

Periodi Iulianæ 4743.

Computi Græcorum Paschalis 5538, eorundem computi Lunaris 5524.

Annus mundi 3979, Krionos XVII. Zygon, I. 22. 41', Septemb. XXV.

A Thoth primo Nabonassari, 777: Pharmuthi XXV.

A primo Thoth Actiaco, LIX, Pharmuthi XII.

Annus LV periodi quintæ Calippicæ, Μουνυχιῶνος πεντεκαιδεκάτῃ.

Annus primus CCII Olympiadis, Δαίσιου ὀγδόῃ ἱσαμένου.

Annus VII periodi Atticæ, Ελαφηβολιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος. Inter Consulatum duorum Geminorum & Consulatum Vinucij cum Longino, Fasti Siculi interponunt Rufum, & Rubellinum: Epiphanius Rufum & Rubellionem, aitque Christum passum Viricio & Longino COSS. Miror igitur ab accuratiss. scriptore Onufrio omissum horum Consulum mentionem, tametsi falsa sit. Nam Consulatus Geminorum incidit in XV annum Tiberij, ac proinde in Cyclum XI. Consulatus autem Vinicij in XII Cyclum; vt ex Velleio constat, qui eo anno librum suum scribebat & characterem illi anno

A illi anno appoſuit annum vrbis Varronianum 783, hoc eſt, cyclum XII. Ergo nullus annus interfuit inter duos Geminos, & Vinucium Quartinum. Cum autem annus Varronianus 783 ſit 782 Catonianus & Faſtorum Capitolinorum: mirum eundem Onufrium, qui ſe Faſtos Capitolinos ſequi profitetur, & quidem ſequitur, Conſulatum Vinicij in 783 annum vrbis contuliſſe. In quo oblitus eſt ſui. Oportet autem illos duos coss. Rufum & Rubellionem ſuffectos fuiſſe. Sed quibus ſuffectos dicemus? duobus Geminis? Neſcio.

TERTIVM PASCHA.

B Tertii Paſchatis veſtigia extant in Matthæi XII, Marci II, Lucæ VI capitibus, de Ieſu ambulante διὰ τῶν σπορίμων, item de diſcipulis qui ſpicas decerptas manibus affriabant. Quod ſatis erat ad Paſchatis proxime antecedentis tempus deſignandum: quod in Niſan flaueſcunt ſegetes. Sed Lucas etiam diem ipſam deſignauit, adiiciens eam fuiſſe σάββατον δευτερόπρωτον, nimirum Sabbatum id, quod proxime poſt Solenne Paſchatis ſequitur. Nam מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח hoc eſt, ἀπὸ δευτέρας τοῦ Πάσχα, Lex iubet ſeptem Hebdomadas putare. Itaque Hebdomades omnes & Sabbata omnia a Paſchate, ad Pentecoſten; ſumunt appellationem ſuam ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος. Interuallum au-

C tem illud omne dierum, quod Græci Πεντηκοστὴν vocant, Iudæis dicitur סְפִירַת הָעֹמֶר: ἀριθμὸς τοῦ δράγματος, numerus manipuli: quia ἀπὸ δευτέρας τοῦ Πάσχατος Omer ſiue δράγμα primitiarum offerebatur. Prima igitur Hebdomas, quæ putatur ab oblatione Omer,

Indiculus	Sabbatorum	Pentecoſtes:
δευτερόπρωτον	19 Niſan	31 Martij
δευτεροδεύτερον	26 Niſan	7 Aprilis
δευτερότριτον	3 Ijar	14 Aprilis
δευτεροτέταρτον	10 Ijar	21 Aprilis
δευτερόπεμπτον	17 Ijar	28 Aprilis
δευτερέκτον	24 Ijar	5 Mai
δευτερέβδομον.	2 Siuuan.	12 Mai.

dicitur ἑβδομὰς δευτερόπρωτος: ſecunda ἑβδομὰς δευτεροδεύτερος. & ſic deinceps: vt habes vt habes in Indiculo, in quem coniecimus Sab-

D bata omnia τῆς Πεντηκοστῆς iſtius anni, de quo nunc loquimur. Intellige autem τὴν Πεντηκοστὴν, interuallum a Paſcha, ad ſolenne Pentecoſtes: non autem ipſum ſolenne Pentecoſtes, Eodem modo μία δευτερόπρωτος eſt feria Solis prima poſt feſtum Paſchatis, τετρὰς δευτερόπρωτος, feria Mercurij poſt δευτέραν Paſchatis. Quare & σάββατον δευτερόπρωτον eſt primum Sabbatum, quod proxime τὴν δευτέραν τοῦ Πάσχα ſequutum eſt: Hebraice ergo σάββατον δευτερόπρωτον, שַׁבַּת רִאשׁוֹן מִמָּחֳרַת σάββατον δευτεροδεύτερον שַׁבַּת שֵׁנִי מִמָּחֳרַת. Hoc enim eſt perinde ac

σάββατον ἀπὸ τῆς δευτέρας πρῶτον, ἀπὸ τῆς δευτέρας δεύτερον. Quam a- A
liena ab hoc ſenſu adferant veteres omnes, & quam intricata Epiphanius κατ᾽ αἱρέσεων pag. 197, poteſt ſcire, qui eorum locos conſuluerit.

Tempus primæ Azymorum.

Annus XVII Tiberij Cæſaris. Ti. Cæſare Aug. Germ. V, L. Ailio Seiano coss. Cyclus Lunæ XIII, Solis XII.

Annus XXXVIII periodi quintæ Alexandreæ defectiuus communis.
  Tiſri ciuilis XVIII Septembris, feria ſecunda tranſlatitius. Sed Iudaicus hodiernus anni 3791, fuiſſet 7.8.352, Septembris B
  XVI, anno communi abundanti.
  Niſan, Martij XIII, feria tertia.
  Prima Azymorum, ſiue quartadecima Niſan, XXVI Martij, feria ſecunda.

Annus Iulianus LXXVI.

A vero natali Chriſti XXXIII.

Computi hodierni Dionyſiani XXXI.

Periodi Iulianæ 4744.

Computi Græcorum Paſchalis 5539, eorundem Computi Lunaris 5525

Annus mundi 3980. Krionos IV. Zygon 3.4.31', Septemb. XXV. C

A Thoth primo Nabonaſſari 778, Pharmuthi XIII.

A primo Thoth Actiaco LX, Phamenoth vltima.

Annus LVI periodi quintæ Calippicæ, Ἐλαφηβολιῶνος πρωτοδείας τεσσαρεσκαιδεκάτη.

Annus ſecundus CCII Olympiadis, Περιτίου δευτέρα φθίνοντος.

Annus octauus periodi Atticæ, Ἐλαφηβολιῶνος πέμπτη ἐπὶ δέκα. qui quidem Elaphebolion mere fuit Lunaris. Nam eius character, 2.12.790, Martij XII, in quam diem eo anno incidit neomenia Elaphebolionos.

QVARTVM PASCHA. D

In annum verum Chriſti XXXIIII, in quem incurrit quartum Paſcha, capita hæc coniicienda, XIIII Matthæi: VI, XIIII Marci: VII Lucæ, & cædes Iohannis Baptiſtæ, qui duo Paſchata exegit in vinculis apud caſtrum, cui nomen Μαχαιροῦς. Hinc ad paſſionem Domini, filum hiſtoriæ ab omnibus Euangeliſtis continuatur. Scribunt igitur Matthæus, Marcus & Lucas, Ieſum,

cum

A cum esset in Galilæa, vls lacum Tiberiadis, in loca sola secessisse. Caussam afferunt, recentem casum Iohannis Baptistæ, item Iesum ab Herode metuentem, cuius scilicet iussu Iohannes gladio percussus fuit. Quo nuncio accepto Iesus, inquit Matthæus, *ἀνεχώρησεν εἰς ἔρημον τόπον κατ᾽ ἰδίαν*. Iohannes addit tantum, *πέραν τῆς θαλάσσης* migrasse. Quatuor autem Euangelistæ vno ore scribunt, tunc nihilo secius vulgus Iesum secutum: vbi miraculum quinque panum & duorum piscium patratum. Atque omnes quidem Euangelistæ hæc vno consensu. Tempus autem, vt diximus, solus Iohannes designat. *ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων*. Ecce quartum Pascha a baptismo: ante quod Iohannes gladio percussus ius-
B su Herodis. Continuit igitur se intra fines Galileæ, vsque ad solenne *σκηνοπηγίας*. Tum ait Iohannes, *μεσούσης τῆς ἑορτῆς* Iesum iterum Hierosolyma venisse. *μεσοῦσαν ἑορτὴν* vocat, quod Iudæis dicitur חול מועד. Nam dies Septimanæ sex, quibus opus fit, inter duo Sabbata interiecti, dicuntur Hebræis חול, hoc est, dies profestus, *ἐργάσιμος ἡμέρα*, *τὸ μεταξὺ τοῦ σαββάτου*. In illis autem solennibus, quæ per octo aut septem dies obeuntur, semper primus & vltimus eorum dierum est festus, vt in solenni *σκηνοπηγίας*, de quo loquimur. Intermediis opus fit. Itaque illi dies vocantur חול, profani, profesti. Quod si Sabbatum in illos intermedios dies incidit, dicitur שַׁבָּת בחול, *σάββατον ἐν τῷ μεταξὺ ἑορτῆς*. Porro vsus prauus lo-
C quendi veram normam deprauauit. Nam *σαββάτων* prius dicebatur ex Hebraico שַׁבָּתוֹן. Et non dubium est, quin vetustissimi Iudæi *ἑλληνισταὶ* dixerint *μία σαββάτων*: pro quo posteriores maluerunt *μία σαββάτων*, non bene. Et meo iudicio in Actis XIII, 14, *τῇ ἡμέρᾳ σαββάτων* melius legitur, quam *σαββάτων*. Tamen vetustissimus est error. Nam in epistola Samaritarum ad Antiochum legitur, *τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λεγομένην σαββάτων ἡμέραν*. Inde Iosephus lib. XII: *εἰσελθὼν τοῖς σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν*: Et libro III: *τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, ἥ τις σάββατα καλεῖται*. quemadmodum pro *Κεδρὼν* dixerunt *χείμαῤῥον τῶν Κέδρων*: Nam inde factum, vt, cum dicerent *μία σαββάτων*, *τὰ σάββατα* tam pro tota hebdomade, quam pro die ipsa
D septima hebdomadis vsurpari cæptum sit. Et quod rectum erat prius *ἐν τῷ μεταξὺ σαββάτων*, pro eo, quod Iudæis hodie dicitur בחול השבת, posteriores *ἑλληνισταὶ* maluerint *ἐν τῷ μεταξὺ σαββάτων*, aut *εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων*. quemadmodum dicitur apud Marcum *εἰς οἶκον*, pro *ἐν οἴκῳ*. *τὸ μεταξὺ σαββάτων* est חול השבת, quas *ἐνεργοὺς ἡμέρας* vocat Plutarchus Quæstionibus Romanis. Quare legimus apud Lucam in Actis, cap. XIII: *παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα*. Gentes

orabant eum, vt reliquis ſeptimanæ diebus eadem ſibi exponerentur, perinde ac in Sabbato, quo ſolo Iudæi in Synagogas & proſeuchas conueniunt. εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων, vel, quod idem eſt, ἐν τῷ μεταξὺ σαββάτων, eſt בְּחוֹל הַשַּׁבָּת. Sic μεσούσης ἑορτῆς, eſt, εἰς τὸ μεταξὺ ἑορτῆς בְּחוֹל הַמּוֹעֵד. Vltima die ſolennitatis, quam עֲצֶרֶת Hebræi, μεγάλην τῆς ἑορτῆς ἡμέραν vocat Iohannes, id eſt, τῇ ὀγδοάδι τῆς σκηνοπηγίας, XXII Tiſri, Ieſus docebat populum, quæ dies eo anno inciderat in XVI Octob. Manſit igitur Ieſus Hieroſolymis poſt ſolenne σκηνοπηγίας: cuius temporis acta continentur capitibus Iohannis, a VII, ad finem X. Interea incurrunt Encænia, qui cultus obſeruatur XXV Caſleu: cuius menſis neomenia contigit XXIII Nouembris: & proinde Encænia XVII Decembris, feria quarta. A B

Tempus primæ Azymorum.

Annus XVIII Tiberij Cæſaris, Cn. Domitio Ahenobarbo, A. Vitellio COSS. Cyclus Lunæ XIV, Solis XIII.

Annus XXXIX periodi quintæ Alexandreæ.

Tiſri ciuilis VI Septembris, feria V, embolimæus abundans. Sed Iudaicus 3792 tranſlatus a quarta feria, ad quintam. cuius character 4.17.148.

Niſan Kal. Apr. feria III.

Prima Azymorum, ſiue XIIII. Niſan, XIIII Aprilis, feria ſecunda. C

Annus Iulianus LXXVII.

A vero natali Chriſti XXXIIII.

Computi Dionyſiani XXXII.

Periodi Iulianæ 4745.

Computi Græcorum Paſchalis 5540, eorundem Computi Lunaris 5526.

Annus mundi 3981, Krionos XXIIII. Zygon, 4.10.20', Septembris XXV.

A Thoth primo Nabonaſſar 779, Pachon III.

A primo Thoth Actiaco LXI, Pharmuthi XIX.

Annus LVII quintæ periodi Calippicæ, μουνυχιῶνος πρυτανείας πεντεκαιδεκάτῃ. D

Annus III Olymp. CCII, Δαισίου ἐνάτῃ φθίνοντος.

Annus nonus periodi Atticæ, Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσαμένου.

Hoc anno Seianus interfectus. Conſule inſcriptionem luculentam, quam diatriba de Palilibus Vrbis produximus.

QVIN-

A QVINTVM PASCHA ET VLTIMVM.

ANTE quintum Pascha; quod fuit vltimum Domino ἐν αἰθερώποις πολιτευομένῳ, quodque nos vocamus Pascha σταυρώσιμον, suscitat Lazarum: asino vehens vrbem ingreditur. Et reliqua: Vltimum Pascha celebrat cum discipulis suis vespere feriæ quintæ, post cuius occasum incipit feria VI Iudaice. feria, inquam, quinta, quæ erat tertiadecima desinens. Sequenti die crucifixus, quæ erat feria sexta, prima Azymorum, Nisan quartadecima. Dies iste notatus fuit insigni Solis obscuratione, vt clare extat apud ipsos Euangelistas. item apud Tertullianum in Apologetico. Nam loquens
B περὶ τῆς σταυρωσίμου ἡμέρας: *Eodem*, inquit, *momento dies medium orbem signante Sole subducta est. Deliquium vtique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum non sciuerunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.* Sed non solum in archiuis, imo & in historiis. Nam tam memorabilis casus etiam Phlegon meminit, vt scribit Eusebius. Cuius hæc verba: *Scripsit vero super his & Phlegon, qui Olympiadarum egregius supputator est, in* XIIII *libro ita dicens: Quarto autem anno* CCII *Olympiadis, magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versa, vt stellæ cælo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit.* Hæc
C ille. Sane egregia tam celebris diei monimenta, Archiua Romana, & Phlegon insignis temporum computator. Eclipsim autem ordinariam, id est, ἐπιπρόσθησιν τῆς σελήνης nullam eo anno fuisse, anomalia latitudinis Lunaris arguit. Extra ordinem igitur fuerunt horribiles illæ Solis tenebræ, ipso Lunæ plenilunio: in quo etiam de Luna aliquid defecisse circiter Solem occasum, epilogismus astronomicus ostendit.

Tempus primæ Azymorum τῆς σταυρωσίμου.

Annus XIX Tiberij Cæsaris, Ser. Sulpitio Galba, L. Cornelio Sulla COSS. Cyclus Lunæ XV, Solis XIV.

D Annus XL periodi quintæ Alexandreæ, communis ordinarius.

Tisri XXV Septembris, feria V. At Tisri hodiernus anni 3793 fuisset 3. 14. 747, transferendus a feria tertia in quintam, propter GATRAD ὑπερθέσεως bidui.

Scenopegia IX Octobris.

Neomenia Casleu XXIII Nouembris, feria prima.

Encænia Macabæi XVII Decembris.

Nisan XXI Martij, feria septima.

Prima

Prima Azymorum, Aprilis tertia, feria ſexta. A

Annus Iulianus LXXVIII.

A vero natali Chriſti XXXV.

Computi Dionyſiani XXXIII.

Periodi Iulianæ 4746.

Computi Græcorum Paſchalis 5541, eorundem Computi Lunaris 5527.

Annus 3982, a conditu rerum Krionos XIII. Zygon, 5.16.9', Septembris XXV, concurrens cum neomenia ciuili Iudaica.

A Thoth primo Nabonaſſari 780, Pharmuthi XXII.

A Thoth Actiaco LXII, Pharmuthi VIII.

Annus LVII quintæ periodi Calippicæ, Μουνυχιῶνος πεντεκαιδεκάτῃ. B

Annus quartus CCII Olympiadis, Δαισίου ἕκτῃ ἐπὶ δέκα.

Annus decimus periodi Atticæ, Ἀνθεστηριῶνος τριακάδι.

VETERVM VELITATIONES DE DIE PASSIONIS DOMINICÆ.

At ſummouemur veterum auctoritatibus, quorum ratio propter doctrinam, ſanctitatem, & vetuſtatem habenda eſt. Sed quæ ratio haberi poſſit, cum alius alia aliter dixerit? Chriſtus paſſus eſt XIV Niſan, die Veneris. hoc nemo ſanus negauerit. Ab Aprili XV anni Tiberij, ad Aprilem XIX anni eiuſdem, quinque C Paſchata ſunt: quorum duo tantum primam Azymorum ſexta feria habent, anno XVI, & anno XIX imperij Tiberiani. Annus XVI Tiberij fuit ſecundus annus a baptiſmo, vt iam vidimus, cuius Niſan XXV Martij feria ſeptima. Proinde quarta decima Niſan, ſiue πρώτη ἀζύμων, VII Aprilis, feria VI. Quidam igitur veterum Chriſtum vnum annum tantum prædicaſſe ſcribunt, anno XV Tiberij, anno autem XVI crucifixum. Hæc omnium vetuſtiſſima fuit opinio. Clemens: τό, τε πάθος αὐτοῦ ἀκριβολογούμενοι φέρουσιν οἱ μὲν τινες τῷ ἑκκαιδεκάτῳ ἔτει τοῦ Τιβερίου Καίσαρος, Φαμενὼθ κε· οἱ δὲ Φαρμουθὶ κε. ἄλλοι δὲ Φαρμουθὶ ιθ πεπονθέναι τὸν σωτῆρα λέγουσι. XXV Phamenoth eſt XXII Martij. qua tantum abeſt, vt paſſus ſit Chriſtus, vt hoc illo ſæculo accidere non potuerit, niſi cyclo Lunæ VIII: hoc eſt, duodecimo anno D Tiberij. Quomodo igitur XVI Tiberij, quo tempore XXII Martij erat XXVI Adar? Idem dicas de XIX, aut XXV Pharmuthi. Epiphanius duos annos prædicaſſe, tertio paſſum, vt a nobis ſupra relatum eſt, Vinucio, & Longino coss. hoc eſt, cyclo Lunæ XII, Solis XI, idque XIII Kal. April. hoc eſt, viceſima Martij. Si viceſima Martij erat dies Veneris, ergo litera Dominicalis erat D, cyclo Solis XIV, Lunæ

A xiv Lunæ xv: quibus cyclis Christus sine dubio passus, sed triennio post Consulatum Vinucij, & Longini. Hæc indigna sunt, quæ confutentur. Augustinus xxv Martij: cui Chrysostomus præter assensum suum, etiam caussam adiicit, necessario cum debuisse pati xxv Martij: quia eadem conceptus fuit. Si xxv Martij erat dies Veneris, ergo litera Dominicalis erat B, cyclo Solis xvi, Lunæ xviii, anno imperij Tiberiani xxii, atque eo quidem octauo currente a baptismo. Quod est ab omni ratione alienum. Aut igitur hoc concedant, aut eodem anno passum, quo & baptizatum, xv anno Tiberij, cyclo Solis x, Lunæ xi, Adar vndeuicesima. Quæ nemo concedet. At Cassiodorus ad Consulatum v Tiberij hæc notat: *His* coss. B *Dominus noster Iesus Christus passus est* viii *Kalend. Aprilis, & defectio Solis facta est, qualis ante vel postmodum numquam fuit.* Si xxv Martij erat feria vi, anno xv Tiberij, eadem xxv Martij non erat feria vi, anno xvii Tiberij. Quare hæc omnia ridicula sunt. Qui cum ratione aliqua errarunt, ipsis placuit Christum passum vii Kal. Aprilis, cyclo Lunæ xvi, Solis xv: in quibus Dionysius Abbas, cognomine Exiguus, item Victorius. Nam vterque a natali Christi, ad eius mortem, xxxiii annos absolutos ponunt. hoc est, Christum anno xxxiv ætatis suæ passum volunt. Si vnitas addenda annis Christi ad methodum cycli Paschalis, & Christus passus est anno ætatis suæ 34: ergo & Cyclo Lunæ xvi passus est. Itaque anno Christi 701 C ineunte periodi Iulianæ 5413, cyclo Lunæ xvii adhuc currente, in ipso natali, Ecclesia Romana temporibus Bedæ notabat annum a passione Christi dclxviii. Hoc est, in Paschate proxime sequente, inibat annus 668 a passione, anno Christi vulgari 701. periodi Iulianæ 5414, cyclo Lunæ xviii. Quod si xv ad 668 adieceris, & totum in xix partiaris, habebis cyclum Lunæ 18 eo anno currentem. Si annis a passione addenda xv ad methodum cycli Paschalis: Ergo Christus passus cyclo Paschali xvi. Sed si anno antecedente prima Azymorum erat feria vi, ergo anno hoc; qui proxime secutus est, quique erat communis, prima Azymorum non poterat esse feria D vi. Hoc demonstratur ex ipso anno ciuili. Erat annus xli quintæ periodi Alexandreæ. Tisri xv Septembris; a feria secunda ad tertiam translatus propter sequentis anni neomeniam & ipsam quoque transferendam. Erat annus communis ordinarius. Nisan xi Martij, feria quinta. Quod si Christus passus xxvi Martij, ergo xvi Nisan passus. Atqui Euangelistæ quartadecima Nisan passum scribunt. Ergo falsum, Christum passum xvi cyclo, xx anno imperij Tiberiani, primo Olympiadis cciii. Hæc enim tria concurrebant. Eodem anno passum volebant Nicetas, & Ecclesia Græca x Kalend. April.

April. plenilunio. Nam sane plenilunium non potuit accidere illo A sæculo in XXIII Martij, nisi cyclo XVI. Atqui repugnat feria. Sed consideremus verba Bedæ, qui anno Christi 701 ineunte, Indictione XIV, ait ita scriptum fuisse in Indiculo cerei Paschalis in Natali Domini: A PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ANNI SVNT DCLXVIII. Nam manifesto vult tot annos præteriisse. Itaque hoc modo sequenti paschate, vnde debebant incipere anni a Passione, is fuisset annus sexcentesimus nonagesimus nonus iniens. Itaque Christus hoc modo passus fuisset cyclo XV, non XVI. nisi imperite eos dixisse putemus, anni sunt sexcenti sexaginta octo, pro, annus est sexcentesimus sexagesimus octauus, quem abusum loquendi etiam in bonis auctoribus, Plutarcho & aliis deprehendimus. B Quare vides non conuenisse inter illos veteres. quos vtique omnes fugit ratio, præter vnum Eusebium virum Christianorum in sæcularibus literis illius æui doctissimum, qui recte & IV anno Olympiadis passum notat, & obtenebrationem Solis a Phlegonte proditam, non aliam esse ab ea, quam in morte Domini contigisse Euangelistæ scribunt. Vana igitur fuit iactatio illa Tessarescædecatitarum, qui profitebantur ex Actis Pilati se verum diem Passionis Dominicæ tenere: eumque fuisse a. d. VIII Kal. April. hoc est, XXV Martij. Propterea in quamcunque feriam caderet XXV Martij, in ea Pascha celebrabant. Cappadocum quoque Ecclesiæ eadem die XXV semper Pascha instaurabant. Alia rursus Acta Pilati se reperisse scribit Epiphanius, quæ Christum passum dicerent XV Kal. C Aprilis. qui erat stupor asininus. Non decreuimus omnia veterum errata recensere: & quæ retulimus, ideo refellimus, ne ineptiora, quæ supersunt, nobis obiiciantur. Et vero recentiorum de eadem re diuersas sententias adferre, est male horas collocare. Primus omnium Iohannes Lucidus, vir harum rerum peritissimus, animaduertit Christum passum cyclo Lunæ XV, Olympiadis CCII anno quarto, ætatis suæ anno XXXIII Dionysiano. Cui refragatur Onufrius noster, & eodem anno eiusdem Olympiadis passum concedit, sed anno ætatis XXXIV Dionysiano. Quod quis intelligat? Ita igitur instruit demonstrationem suam. Christum natum vult Augusti Consulatu XIII, D hoc est, in Decembri illius anni, quo Consulatum XIII gerebat Augustus, nempe XXV Decembris anni 44 Iuliani, cyclo XIX: & proinde infert: *Quæ cum ita sint, si a duorum Geminorum consulatu, per triginta retro annos recurremus, inueniemus Iesum Christum natum fuisse in fine eius anni Iuliani, quo Imperator Cæsar Aug.* XIII, *& M. Plautius Siluanus Consules fuerunt, anno vrbis conditæ* DCCLII, *imperij Cæsaris Augusti post victoriam Actiacam* XXX, *Olympiadis*

vero

A *vero* cxciv *anno tertio.* Hæc ego in medium protuli, vt Lector animaduerteret, eruditissimo & πολυϊστορικωτάτῳ viro oboluisse de vitio computi hodierni Dionysiani, sed quia veram epocham non apprehendit, longe a vero aberrasse. Vno enim anno minus hoc interuallum putat esse, quam re ipsa sit. Nam vero propius est, Christum anno Iuliano 44 natum; Augusto xiii Consule quam 45, quo modo vult Dionysius Abbas, sed ipse vno anno serius Augustum xiii consulem fuisse existimat, nempe cyclo primo. Atqui is erat cyclus decimusnonus, vtpote anno Iuliano 44. Nam Consulatus xiii Augusti est octauus inclusiue C. Marcij Censorini, & C. Asinij Galli: qui incidit in annum Iulianum xxxviii, vt mani-
B festo docet Censorinus. Ergo Consulatus Augusti xiii anno Iuliano xliv. Vere igitur colligit, & male sentit. Hinc sequitur, vt quædam feliciter, quædam sequius hic dicta sint. Nam verissimum est, Consulatum Augusti xiii concurrisse cum anno tertio Olympiadis cxciv, sed eum annum Palilium Varronianorum fuisse 752, & Actiacum xxx, hoc vero falsum est. Vno enim anno plus dicit. Itaque annus Olympiadis ostendit, eum bene collegisse natalem Christi, annus autem Vrbis arguit eum male comparasse. Non enim sentit se a vulgari annorum Christi computo dissentire: quod tamen facit, & quidem recte. His ita positis, vult Christum passum non anno xxxiii ætatis suæ, vt Iohannes Lucidus & alij, quorum senten-
C tias reiicit, sed anno xxxiv, cyclo xvi, secundum ea, quæ proponit. Nam annus vulgaris Christi 34, est xvi cycli Lunaris. Ergo passus anno Iuliano 79. Aufer 44 annum Iulianum, in cuius fine Christum natum vult: Remanebit annus 35 currens a natali Christi, ad eum natalem, qui proxime eius passionem antecessit, quod ex methodo cycli intelligitur. Si enim Christus natus est in fine cycli xix: ergo annis Christi nihil addendum ad methodum cycli Paschalis. Quare tricesimus quintus annus per xix diuius relinquit xvi annum cycli Paschalis currentem tempore Passionis. Ita factum, vt non solum a vero, sed & a seipso dissentiat. Et mira est antilogia, cum damnat Græcos, quod putarint Christum xiii Nisan Pascha com-
D edisse, & quidem sine azymis, at ipse contra arguit die xiv agnum comedisse, & xv Nisan crucifixum, cuius Nisan neomeniam statuit in xii Martij, feria vi: quæ tamen erat non vtique neomenia, sed quarta Nisan anni hodierni computi 3794. cuius Nisan character 3. 3.971, Martij nona. Deinde infert, Iudæos transtulisse more suo neomeniam a feria vi, ad vii. Itaque secundum hæc neomenia illius Nisan cœperit xiii Martij, Luna quinta. Quis hoc concedat, nisi is, qui, quid sit mensis Lunaris, ignorat? Nam, vt diximus, xiii

Martij illius anni fuit quinta dies ἀπὸ τῆς συνόδου, quarta ἀπὸ τῆς φάσεως. A Niſan autem Alexandreus, quo ciuili eo anno vſi ſunt Iudæi, fuit XI Martij. Tranſlatio enim fuit in Tiſri, propter Tiſri ſequentis anni. Hoc vero eſt toto cælo errare, per magnum cyclum Dionyſianum Paſcha illius anni indagare, quod ipſe facit. Nam Terminus Paſchalis Dionyſianus, ſiue quartadecima Luna, incurriſſet in XXI Martij, feria prima. Quod ſi XXI fuiſſet ſabbatum, neceſſario Paſcha fuiſſet in XXII Martij. Denique ſummus eſt error, XIX annum Tiberij cum XVI cyclo Lunæ comparare. Hæc ego ideo diſcuſſi, vt næuus ille de illo eleganti libro amici noſtri tollatur: qui pro ſua ſingulari eruditione, etiam imprudens, ſaltem anno vno natalem Chriſti antiquiorem eſſe ſenſit: ſed quia characterem, quæ eſt vera Helice in B hac nauigatione, nullum apprehendit, ideo rectum curſum tenere non potuit. Homines enim omnes ſumus, & peccandi neceſſitudinem non poſſumus niſi cum homine exuere. Tota illa diatriba longa de paſſione Domini Faſtis inſerta, eſt pannus obſoletus purpuræ aſſutus.

QVÆ OBIICIVNT IVDÆI.

IVDÆI duo obiiciunt, nunquam maiores ſuos opus feciſſe in ſolenni Paſchatis. quare Ieſum Nazarenum die Paſchatis crucifixum non fuiſſe. Item nunquam diem Paſchatis feria ſexta fuiſſe: ideo Chri- C ſtianos fruſtra dicere, Chriſtum feria ſexta, ſolenni Paſchatis crucifixum. Qui alteram obiectionem diluerit, & alteram quoque infirmauerit. Nam puerilis eſt velitatio. Non enim quartadecima Niſan eſt ἄπρακτος ἡμέρα, ſed ἐργάσιμος. In ea enim opus neceſſe faciunt, cum etiam hodie a meridie omnia penetralia, omnia abſtruſa inueſtigant: & nihil prorſus ἀνερεύνητον relinquunt, ad fermentum exterminandum. cu ſimilis erat illa curioſitas mulierum celebrantium ſacra Bonæ Deæ, quæ etiam caua muſculorum rimabantur, vt ne murem quidem maſculum in eo loco eſſe paterentur. Quod igitur fermentum tam ſuperſtitioſa & laborioſa inueſtigatione affectantur, hoc facile oſtendit, illam diem non excipi a functionibus D operum. Itaque falluntur, quod credunt Chriſtum a nobis dici paſſum fuiſſe ſolenni Paſchatis. Non enim XV Niſan, quæ excepta erat ab omni opere faciendo, crucifixus eſt Dominus, ſed quartadecima, vt in eadem verus agnus mactaretur, in qua agnus myſticus immolari ſolitus: & eadem hora, qua verus agnus de cruce deponebatur, Iudæi agnum ſuum mactarent: qui quidem agnus, tum primum cæpit inutiliter mactari, cum finem omni ſacrificio legis ea

veſpera

A vespera fecisset. Alterius obiectionis euersio a superiore pendet. Si enim Christus non xv Nisan, sed xiv passus, & quidem feria vi: ergo solenne Paschatis, hoc est, xv Nisan, fuit Sabbatum, non feria vi.

RESIDVA PASSIONIS DOMINICÆ.

Cvm igitur Christus passus sit quartadecima Nisan, & vesperâ tertiæ decimæ Nisan ciuilis Pascha cum discipulis suis celebrarit, necessario Dominus Pascha anticipauit. Neque enim aliter potest esse, quamuis olim aliter senserimus, sed perperam. Atqui errabamus cum multis millibus hominum, qui Christum eadem
B hora, qua Iudæos, Pascha celebrasse volunt. quod nullo modo probare possunt. Ipse Christus, qui erat verum Pascha, potuit tempore suo illum ritum cum ipso effectu repræsentare, cum Iudæi agnum sine effectu tunc primum immolare cœperunt. Hinc capitale odium Latinorum & Græcorum; horum anticipationem asserentium, Latinorum negantium. Cedrenus: ὅτι δὲ οὐ κατὰ τὴν ΙΔ ἐπετέλεσε τὸ πάσχα, ἀλλὰ πρὸ τούτου τὸ μυστικὸν ἐτέλεσε δεῖπνον, ὅτε καὶ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο; δείκνυται τοῖς μαθηταῖς μεταδοὺς οὐ θύματος, οὐδ' ἀζύμων, ἀλλ' ἄρτου καὶ ποτηρίου. Sed errant, cum dicunt Christum sine Azymis Pascha celebrasse. Quomodo enim esset Pascha? Cum Azymis igitur & amaris Pascha celebrauit. Hilarion monachus Vero-
C nensis in epistola, quam Græce ad Græcos scripsit, citat ex quodam Niceta Græco homine: εἰ δὲ Χριστὸς ἐτύθη καὶ ἐσταυρώθη τῇ ΙΔ τῆς σελήνης κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς παρασκευῆς πρὸ δὲ σαββάτῳ ἦν ἑορτὴ τῶν ἀζύμων· πότε ταῦτα τὰ ἄζυμα ἔφαγε· καὶ πότε ταῦτα τοῖς ἀποστόλοις ποιεῖν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ παρέδωκεν; Sed dubitare, quomodo Christus Azyma comederit, est dubitare, quomodo Pascha comederit, & an comederit. Prima autem Azymorum Christus comedit Pascha. Matthæus xxvi, 17. in qua immolabant agnum. Matthæus xiv, 12. Sed quomodo prima Azymorum, feria quinta, cum postridie esset prima Azymorum, quartadecima Nisan, feria vi? Interpretatur Lucas: ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα: cap. xxii, 40. in qua oportebat mactare Pascha. Sed Iudæi ἔθυσαν
D quidem postridie, sed non vtique, ᾗ ἔδει θύειν. Quartadecima enim Luna immolandum erat, non quintadecima. At Christus quartadecima immolauit. Neomenia enim Nisan illius anni erat 5.19.105. in qua est nouilunium vetus. Ergo coniunctio luminarium fuit feria sexta, Martij vicesima. Quintadecima Luna eadem feria. Quare quartadecima fuit feria quinta, in qua Christus rite agnum comedit. Præclare Hilarion, post verba Lucæ, ἦν δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα: adiicit: λέγων γὰρ ΕΔΕΙ, δηλοῖ ἀνάγκην τοῦ νόμου, καὶ οὐκ

ἐλευθερίαν θελήματος τοῦ Χριστοῦ. Συμπεραίνωμεν οὖν ἐκ τῆς δόξης καὶ γνώμης A τῶν παιδευτῶν Θεολόγων Λατίνων, τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι τῇ ἰδίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα, δηλονότι τῇ παρασκευῇ, πρότερον παθεῖν ἢ θύεσθαι ἑαυτὸν ἀμνὸν τὸν ἀληθινὸν ἐν τῷ καιρῷ ἀμνοῦ τοῦ τυπικοῦ, καὶ κατὰ τοὺς Αστρονόμους αὐτῇ τῇ παρασκευῇ γενέσθαι σελήνην ΙΕ ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας. Non eſt quærenda melior ſolutio illius controuerſiæ, quæ orta eſt ex male conciliatis tribus Euangeliſtis cum Ioanne. Nulla enim controuerſia eſt, niſi quam inſcitia noſtra facit. Idem etiam ſenſit Paulus Epiſcopus Burgenſis, qui ex Iudaiſmo nomen Chriſto dedit. Scribunt igitur Matthæus, Marcus, & Lucas, cum dies mactandi agni veniſſet, diſcipulos ex Domino ſciſcitatos, vbi vellet ſibi parari Paſcha: deinde adiiciunt, ὀψίας γενομένης agnum comediſſe. Sed duplex eſt ὀψία, ſiue ἑσπέρα. B altera nempe ὀψία eſt tempus oblationis veſpertinæ, altera occaſus Solis, principium ſcilicet diei ciuilis ſequentis. Hoc interuallum Moſi dicitur ⊂⊃ בֵּין הָעַרְבַּיִם, τὸ μεταξὺ δύο ἑσπερῶν, ἤτοι ὀψιῶν. intra quod tempus mactandus & comedendus erat agnus Paſchalis. Iudæi hodierni, & qui abhinc annis CCCC ſcripſerunt, definiunt hoc tempus inter Solem horizonti occiduo inſidentem (quod vocari dicunt נְטִיַּת הַשֶּׁמֶשׁ) & Solis a conſpectu noſtro abſentiam, quod ipſis dicitur שְׁקִיעַת הַשֶּׁמֶשׁ. Quod quidem interuallum adeo anguſtum eſt, vt στιγμὴ χρόνου potius, quam χρόνος vocari poſſit. Quomodo in temporis anguſtiis, quod pene nullum eſt, agnus cædi, exui, exenterari, concinnari, aſſari, parari poſſit? Aben Ezra in XII Exodi, dicit eſſe duo ⊂⊃ עַרְבַּיִם: prius עֶרֶב eſſe C בִּיאַת הַשֶּׁמֶשׁ, occaſum Solis: alterum, quandiu rubet Sol poſt obitum Solis. En iecur Criticum! Atqui poſt occaſum Solis incipit ſequens dies ciuilis. Igitur Iudæi comediſſent Paſcha in XV die ineunte, non in XIV, in qua lex agnum comedi iubet. Addit, illud interuallum eſſe ſeſquihoræ. quod indignum eſt & Doctore Hebræo & Aſtrologo. Nam comedere agnum poſt Solem occaſum, eſt legem ignorare: & in inclinatione Palæſtinæ, ſub eleuatione graduum XXXII, putare crepuſculum ſeſquihoram durare, hoc vero eſt inſcitiam aſtronomiæ prodere. Manifeſta eſt Iudæorum inſcitia, qui cum vſu veterum rituum, etiam eorum cognitionem amiſerunt: vt multa, quæ ad eorum ſacra & hiſtoriam pertinent, longe melius nos teneamus, quam D ipſi. Neſciunt igitur, quid ſit ⊂⊃ הָעַרְבַּיִם: quod cum ſit interuallum inter oblationem veſpertinam, & Solem occaſum, eius fines præclare nos docet Ioſephus. Is enim non vno loco ſcribit, veſpertinum ſacrificium obiri ſolitum ἀπὸ ἐνάτης ὥρας: a quo tempore, ad Solem occaſum, agnus mactabatur, & comedebatur. ἀθροιζομένου, inquit, τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτήν. ὀγδόη δ' ἦν Ξανθικοῦ μηνὸς κατὰ ἡμέρας ἐνάτην ὥραν. Alibi: ἐνστάσης ἑορτῆς (Πάσχα καλεῖται) καθ' ἣν θύουσι μὲν ἀπὸ ἐνάτης

A ἐνάτης ὥρας, μέχρι ἑνδεκάτης, &c. Ex quibus constat, עֶרֶב incipere a nona hora, hoc est, a tertia exacta post meridiem, & Pascha ab illa hora immolari solitum: cuius finis cum dicatur ὀψία, is statuitur a Iosepho in hora vndecima exacta, hoc est, hora vna æquinoctiali ante Solem occasum: quod tempus Lex vocat non vtique בִּיאַת הַשֶּׁמֶשׁ, vt Magistri Hebræorum recentiores, id est, δύσιν ἡλίου, sed בְּבֹא הַשֶּׁמֶשׁ, hoc est, περὶ ἡλίου δυσμάς. Totum autem interuallum dictum a lege τὸ μεταξὺ δυοῖν ἑσπέραιν, hodie a Iudæis dicitur עֵרוּב, ἑσπερισμός, vtique ἐν προσαββάτοις καὶ προεορτίοις, in feria sexta, & diebus solennia proxime antecedentibus: quo tempore coquuntur & apparantur edulia, quæ post Solem occasum neque coqui, neque parari fas sit:
B vtpote cum ineunte hora prima incipiat Sabbatum, quod tempus ipsis dicitur בִּיאַת הַשַּׁבָּת εἰσέλευσις τοῦ σαββάτου, circiter horam duodecimam desinentem. Quare eo interuallo παρασκευῆς, siue ἑσπερισμοῦ, coquebantur cibaria partis reliquæ illius diei, & sequentis: quæ cibaria etiam hodie illis dicuntur מְזוֹן שְׁתֵּי סְעוּדוֹת, cibaria duarum cænarum, vel duorum symposiorum. Quod enim παρασκευὴ a nona hora iniret, idque tempus duntaxat proprie diceretur παρασκευὴ, non autem tota dies Veneris, præter ea, quæ adduximus, extat locus illustris in Edicto Augusti Cæsaris apud Iosephum: in quo inter cætera priuilegia Iudæis ab Augusto concessa, hoc insuper adiicitur: ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ
C ὥρας ἐνάτης. Ecce tempus proprie competens τῇ παρασκευῇ, nempe ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. Augustinus quoque in Euangelium secundum Iohannem idem aperit his verbis: *Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduesperasceret, quando tam propter Parasceuen, quam* CÆNAM PVRAM IVDÆI *Latine vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.* Vetus interpres Iohannis Chrysostomi, Sermone in natalem Iohan. Baptistæ: *Qua enim die conceptus est Dominus, eadem die & passus est. Eadem ipsa dies* CÆNA PVRA *fuit, in qua & Luna quartadecima occurrit.* Vides PARASCEVEN proprie dici tempus, quod aduesperationem inter & Solem occasum interiectum
D est. Quod diserte Iohannes docet, ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων ἔθηκαν αὐτόν. instabat nimirum tempus quod proprie παρασκευὴ dicitur. Et clarius Lucas: καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Nimirum τὸ ἐπιφώσκειν dicitur de imminente feria sequente. a nona igitur hora & παρασκευὴ incipit, & est interuallum ad Solem occasum, quo σάββατον ἐπιφώσκειν dicitur. עֵרוּב igitur est proprie CÆNA PVRA: de qua vide amplius, quæ nos olim in Festum. Alioqui καταχρηστικῶς vel ἰδιωτικῶς tota etiam dies Veneris dicitur παρασκευὴ, saltem ab hora sexta. vt apud Iohannem: ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, καὶ ὥρα

ὡσεὶ ἕκτη Itaque ea dicitur παρασκευὴ antequam venerit, cum proprie A
iniuerit ἀπὸ ἐνάτης ὥρας, quæ dicebatur מִנְחָה, id est, oblatio. hinc deinceps a nona hora opus facere non licebat in προσαββατίοις, vt diserte extat in Canonibus Hebræorum: הָעוֹשֶׂה מְלָאכָה בְּעַרְבֵי שַׁבָּתוֹת וְיָמִים טוֹבִים מִן הַמִּנְחָה וּלְמַעְלָה אֵינוֹ רוֹאֶה סִימַן בְּרָכָה לְעוֹלָם׃ *Quicunque facit opus in vesperis Sabbatorum & dierum festorum, ab oblatione (vespertina) & vltra, non videbit vnquam bonum signum benedictionis.* Atque hæc quidem περὶ παρασκευῆς apud Euangelistas. Ex quibus potes percipere, quare Augustinus dicat acceleratum tempus sepulturæ. ne scilicet eos, qui Christum de cruce deposuerunt, opprimeret ἡ ἐνάτη siue עֵת הַמִּנְחָה tempus oblationis vespertinæ, a quo tempore opus facere nefas erat. Sequitur aliud, quod in disputationem vocari potest. Cum in lege B
præcipiatur, vt in procinctu; & stantes atque calceati agnum immolarent, Christus tamen cum discipulis discumbens in triclinio ἐστρωμένῳ Pascha manducauit: non videntur Israelitæ in procinctu Pascha vllum comedisse, præter primum illud, quod ex Ægypto migrantes comederunt. Procinctus enim significabat necessitatem properandi, & imminentis hostis periculum. At deinceps nullo hoste imminente securi, non autem stantes, sed sedentes Pascha semper comederunt. cuius securitatis hodie manifesta extant in Rituali Iudæorum argumenta. Nam in capite קִדּוּשׁ הַפֶּסַח ita scriptum est; vbi loquitur de tempore, quod vesperam XIV Nisan sequitur, quam noctem ipsi vocant הַגָּדָה, hoc est, ἀγγελίαν, מַה נִּשְׁתַּנָּה הַלַּיְלָה C
הַזֶּה מִכָּל הַלֵּילוֹת׃ שֶׁבְּכָל הַלֵּילוֹת אֵין אָנוּ מַטְבִּילִים אֲפִילוּ פַּעַם אֶחָת וְהַלַּיְלָה הַזֶּה שְׁתֵּי פְעָמִים׃ שֶׁבְּכָל הַלֵּילוֹת אָנוּ אוֹכְלִים חָמֵץ אוֹ מַצָּה וְהַלַּיְלָה הַזֶּה כֻּלּוֹ מַצָּה׃ שֶׁבְּכָל הַלֵּילוֹת אָנוּ אוֹכְלִים שְׁאָר יְרָקוֹת וְהַלַּיְלָה הַזֶּה מָרוֹר׃ שֶׁבְּכָל הַלֵּילוֹת אָנוּ אוֹכְלִים וְשׁוֹתִים בֵּין יוֹשְׁבִים וּבֵין מְסֻבִּים וְהַלַּיְלָה הַזֶּה כֻּלָּנוּ מְסֻבִּים. *Quam diuersa hæc nox a cæteris noctibus: quod in aliis noctibus semel tantum lauamus: in hac autem bis. Quod in reliquis noctibus comedimus siue fermentum, siue azymum: in hac autem omnino azyma. Quod in reliquis noctibus vescimur oleribus omne genus: in hac autem intybis. Quod in omnibus noctibus tam edentes quam bibentes, vel sedemus, vel discumbimus: in hac autem omnes discumbimus.* Ecce in Paschate discumbitur, quod est securitatis argumentum. Et quidem per contubernia epulis paschalibus operam dabant: quod D
clare Iosephus docuit libro tertio Originum Iudaicarum, loquens de agno quartædecimæ Nisan: καὶ δὴ τελοῦμεν αὐτὴν (ἑορτὴν) κατὰ φρατρίας, μηδενὸς τῶν τεθυμένων εἰς τὴν ἐπιοῦσαν τηρουμένου. In libris belli Iudaici: ἐνστάσης τῆς ἑορτῆς (Πάσχα καλεῖται) καθ᾽ ἣν θύουσι μὲν ἀπὸ ἐνάτης ὥρας, μέχρι ἑνδεκάτης, ὥσπερ δὲ φρατρία περὶ ἑκάστην γίνεται θυσίαν οὐκ ἐλάσσων ἀνδρῶν δέκα. μόνον γὰρ οὐκ ἔξεστι δαινύσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ σὺν εἴκοσιν ἀθροίζονται, &c. Et recte Ruffinus, vetus Iosephi interpres, φρατρίας vertit contubernia: quod

vtique

A vtique per contubernia discumberent. Hinc ergo patet, quare Dominus ἐν ἀνωγέῳ μεγάλῳ ἐστρωμένῳ velit sibi parari Pascha. intelligit enim cænaculum magnum lectis stratum, quos Hebræi מְסֻבּוֹן sicut ipsos discumbentes מְסֻבִּין vocant. Rursus quæ φρατρίαι Iosepho, eæ συμπόσια & πρασιαὶ dicuntur Marco, cap. VI. In Canone autem Paschali a nobis adducto vides lotionem iterari. Lotio autem non solum Iudæis, sed & Gentibus ipsis vsitata. Quia enim in lectis discumbentes epulabantur, propterea prius depositis soleis lauabant, ne scilicet puluerosis pedibus strata inquinarent. Plautus Persa: *Locus hic tuus est. hic accumbe. ferte aquam pedibus. præbet tu puere?* Iudæi vero superstitiosiores non pedes tantum, sed & corpus totum intingebant.
B Hinc ἡμεροβαπτισταὶ dicti, qui quotidie, ante discubitum, corpus intingebant. Quare Pharisæus ille, qui Iesum ad cænam inuitauerat, mirabatur eum, antequam totum corpus abluisset, discubuisse: ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου. Lucæ XI. Puriores vero a superstitione, pro vniuersali illa βαπτίσει, contenti erant ποδονίπτρῳ, hoc est, pedilauio. Testis Dominus ipse, qui alij Pharisæo, a quo cæna exceptus fuerat, obiicit, sibi discubituro aquam ad pedes datam non fuisse. Lucæ VII. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας. In ritu autem Paschali omnino duplex lotio necessaria dicebatur: quod etiam alio Canone concipitur: צָרִיךְ לִטְבֹּל טִבּוּל שֵׁנִי בַּחֲרוֹר δεῖ δευτέρου βαπτισμοῦ ἐπὶ τῶν ἀγριολαχάνων. *Opus est secunda lotione tingi in intybis.* Et ratio manifesta
C est. Duplici enim cæna fungebantur in ritu agni Paschalis. Quin etiam omnia solennia maxima, vt Pascha, Pentecoste, Scenopegia, florentibus opibus Iudæorum, ac templo stante, semper duarum cænarum commissione transigebantur. In priore hostiis immolatis vescebantur. hoc erat sacrificium illius diei. In altera quædam canebantur ἐξιλαστικὰ καὶ εὐχαριστικὰ, & vocabatur סְעוּדָה מַפְסֶקֶת, hoc est, δεῖπνον ἀπολυτικὸν, cæna dimissoria. quæ erant veluti secundæ mensæ apud Gentiles. Nam apud illos mensis secundis libabatur, ac potio in calice circumferebatur. Virgilius de vua Rhodia:

Non ego te Diis, & mensis accepta secundis
Transierim Rhodia.----

D Quod enim vinum secundis mensis libabatur Diis, ex vua autem Rhodia generosissimum conficiebatur: vt ostenderet dignum illud vinum esse, quod mensis secundis libamentis Deorum impenderetur, propterea dixit eam Diis & mensis secundis esse acceptam. Quin etiam res diuina dicitur libamentum ipsum, auctore Seruio. Horatius volens diuinos honores Augusto attribuere, ait ipsum adhiberi mensis secundis: quia nimirum Dij mensis secundis inuocarentur:

 & alteris

----*& alteris Te mensis adhibet Deum.* Sic Hebræi epulis sacrificij functi, secundis mensis gratias Deo agebant, & potionem circumferebant. Id quoque hodieque retinent. Secundæ autem mensæ Paschales ab aliorum solennium mensis multum discrepabant. Nam illæ in aliis solennibus variis bellariis instruebantur, easque aut Græco verbo אֲפִיקוֹמָן ἐπίκωμον, aut patrio קִנּוּחַ Kinnuah vocabant. In Paschali autem epulo ipsi conuiuæ interdicebantur omni genere bellariorum: vt in Canone Ritualis: אֵין מַפְטִירִין אַחַר פֶּסַח אֲפִיקוֹמָן μετὰ τὸ πάσχα οὐκ ἀπολύουσι τὸ δεῖπνον ἐπικώμῳ. In locum enim bellariorum afferebatur in tryblio acetarium ex intybis & lactucis agrestibus, quorum quia tristis succus, & amarus, propterea ex aceto, ac aliis nescio quibus embamma conficiebatur, in quod azyma, & amara illa olera intingebantur. Vocabatur חֲרוֹסֶת. Id hodie conficitur ad spissitudinem illius embammatis, quod vulgo Mustaceam nonnulli, omnes autem Galli Mustardam, a sinapi vocant. Erat enim satura olerum amarorum, quæ aliis eiusmodi spissabatur. Illius mentio crebra in Digestis Talmudicis, Titulo עִירוּבֵי פְסָחִים vt in his verbis: הֵבִיאוּ לְפָנָיו מַצָּה וַחֲרוֹסֶת. *Anteposuerunt illi tortam azymam & embamma.* Primum igitur offam azymam in illud intingebat paterfamilias, quam deuorabat. Deinde sub gausape, aut mappa aliam tortam azymam reseruatam in tot frusta frangebat, quot in contubernio siue φρατρίᾳ conuiuatores erant. Frustum erat magnitudine oliuæ, quod singillatim & ordine omnibus porrigebatur. Cum igitur paterfamilias offam in tryblio intinctam deuoraturus esset, hæc præmittebat: בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָֹה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ בְּמִצְוֹתָיו וְצִוָּנוּ עַל אֲכִילַת הַמַּצָּה εὐλογητὸς εἶ ὦ Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν, βασιλεὺς τοῦ κόσμου, ὁ ἁγιάσας ἡμᾶς ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἐντειλάμενος ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἐδωδῆς τῶν ἀζύμων. quæ formula vetustissima est; & qua omne carmen benedictionis concipitur. Rara enim benedictio sine illis verbis solennibus: *Benedictus es, Domine, Deus noster, Rex sæculi, qui sanctificasti nos mandatis tuis, & præceptum dedisti super illa, & illa re.* Hoc carmine functus paterfamilias, & primus omnium azymis operatus, cum פְּתוֹתִים hoc est, τὰ κλάσματα azymi, contubernalibus aut domesticis distribueret, hoc carmine, sed aliquot verbis post excidium Hierosolymorum immutato, sacrū prosequebatur: הָא לַחְמָא דְעַנְיָא דִי אֲכַלוּ אֲבָהָתָנָא בְּאַרְעָא דְמִצְרַיִם כָּל דִּכְפִין יֵיתֵי וְיֵיכֹל : כָּל דִּצְרִיךְ יֵיתֵי וְיִפְסַח הַשַׁתָּא הָכָא לְשָׁנָה הַבָּאָה לְאַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל הַשַׁתָּא הָכָא עַבְדֵי לְשָׁנָה הַבָּאָה בְּאַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל בְּנֵי חוֹרִין. Elegantia horum verborum Græce melius concipietur: ὅδε ὁ ἄρτος ταλαιπωρίας, ὃν ἔφαγον οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτου. Πᾶς ὁ πεινῶν δεῦρο, καὶ φαγέτω. πᾶς ὁ χρείαν ἔχων δεῦρο, καὶ πασχαζέτω. νῦν μὲν ἐνθάδε, εἰς νέωτα δὲ ἐν τῇ γῇ Ἰσραήλ· νῦν μὲν ἐνθάδε δοῦλοι, εἰς νέωτα δὲ ἐν τῇ γῇ Ἰσραὴλ ἐλεύθεροι.

A ἐλεύθεροι. Verba enim, quæ ad priſcam formulam pertinent, ſtante
templo, hæc ſunt: ὅδε ὁ ἄρτος ταλαιπωρίας, ὃν ἔφαγον οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐν
τῇ γῇ Αἰγύπτου. Πᾶς ὁ πεινῶν δεῦρο, καὶ φαγέτω. πᾶς ὁ χρείαν ἔχων δεῦρο, καὶ
Πασχαπζέτω. Reliqua aſſuta ſunt pro vltimis temporibus, ſecundum
excidium templi. In quibus vides etiam τὰ ἄζυμα cum amaris vocari
Paſcha. His peractis delibatum poculum tradebat proximo; ille ſe-
cundo, ſecundus tertio, donec per totam φρατρίαν circunferretur po-
tio. Poculum autem illud vocabatur כוס הלל ποτήριον ὑμνήσεως. Nam
הלל ſignificat ὑμνεῖν. Carmen autem, quo poculum proſequebatur,
huiuſmodi erat; סברי מרנן ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן
Εὐλογητὸς εἶ ὦ Κύριε Θεὸς ἡμῶν βασιλεὺς τοῦ κόσμου κτίστης καρποῦ τῆς ἀμπέλου.
B duæ primores voces quid velint, adhuc diſputant Critici Iudæo-
rum. Poculum autem hymneſeos ideo vocabatur, quod Hymno poſt
potionem decantato abibant. Hymnus enim ille erat τὸ ἀπολυτικὸν τοῦ
δείπνου. Nam ſane Canon Paſchalis diſerte interdicebat, poſt poculum
laudationis, aliquid cibi aut potus ſumere. אסור לאכול כלום אחר כוס הלל
Interdicitur comedere aliquid poſt poculum hymni. Hic fuit ritus cele-
brationis Paſcha temporibus Meſſiæ, quod vetuſtiſſimi Canones in
Digeſtis Talmudicis manifeſtò probant. niſi quis eos neget antiquos
eſſe. quod idem ac ſi quis capita Papiniani, Pauli, Vlpiani, & aliorum
Iuriſconſultorum in Digeſtis Iuſtiniani producta, neget eſſe eorum
Iuriſconſultorum, quorum nomine citantur. Quod nemo ſanus di-
C xerit. Videndum igitur, an hiſtoriæ Euangelicæ illuſtrandæ quæ-
dam ex his ritibus depromenda, quæ pertinent ad Paſcha, quod
vltimum Dominus cum diſcipulis ſuis comedit. Nam hoc vlti-
mum reliquis antecedentibus ſimile fuiſſe nemo negauerit, & ante-
cedentia eodem ritu a Chriſto, quo a Iudæis, celebrata. Celebrata igi-
tur tam illa, quam hoc vltimum, eo ritu, quem expoſuimus. Nam
& lotio iterata fuit, vt in aliis Paſchatibus, primum quidem ex
conſuetudine quotidiana, vt diſcumberet, & agnum comederet.
deinde δείπνου γινομένου, ex ritu Paſchatis. Petrus itaque non, quod
iterum lauare neceſſe ſit, miratur, vt qui ſciret in prima Azymo-
rum hoc ſolere fieri, & lotionem iterari, ſed quod diſcipulus a ma-
D giſtro, famulus a domino, homuncio a vero Deo διακονεῖται. Rurſus
duplex eſt cæna in continenti, cum duæ lotiones vtramque præeant:
vna ordinaria, in qua agnus quoque comeditur: altera, in qua κλά-
σις τοῦ ἄρτου ἀζύμου, & intinctio azymi in tryblio embammatis. Iohann:
cap. XIII, 26. Denique poſt poculum hymnus cantatur ex ritu
Paſchali: καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Si enim Chri-
ſtus, vt quidam hoſtes bonarum literarum pertendunt, non ob-
ſtrinxit ſe ritibus Iudæorum: quare igitur omnia hic fiunt, quæ in
Rituali

Rituali Iudaico extant? Quare omnia simillima sunt? Et tamen illis A
Criticis videtur impium, Christum illis legibus obnoxium facere. Sexcentis argumentis confutari possent, si tanti essent, vt illorum sententia aliquid ponderis apud nos haberet. Sed cum sciamus, hoc ab illis dici magis odio bonarum rerum, quas ignorant, quam veritatis amore, illos missos facimus: æquos autem lectores ad gesta Paschatis Christi cum ritibus priscorum Iudæorum contendenda inuitamus; vt cum viderint ea omnia, quæ in Euangelio traduntur, in ritibus Iudæorum sine vlla discrepantia eodem modo concepta esse, tunc vere iudicare possint, vtra verior sententia, eorum, qui omne antiquitatis studium oderunt, an nostra, qui hæc ad illustrandum Euangelicam historiam sedulo collegimus. B

SECVNDA PARS DE DVABVS QVÆSTIONIBVS DANIELIS.

DE REGIBVS BABYLONIIS, ET SOLVTIONE CAPTIVITATIS.

ABSOLVTA priore parte huius libri, quæ ad annos veros natalis, & passionis Dominicæ pertinebat, nunc reliquum de Daniele, quod promisimus, absoluamus. Id in duas partes secabimus. prior est de annis captiuitatis Babylonicæ, item de templo ab Antiocho polluto. Altera est de Hebdomadibus toties à tot interpretibus vexatis: quæ est nobilissima quæstio. Duo sunt genera hominum, in quos conferenda est culpa ignorationis harum rerum, hoc est, temporum Christi, & hebdomadum Danielis. Vnum est genus eorum hominum, qui putant Græcos, non dicam peregrinam, sed & suam historiam, & suorum hominum antiquitates atque origines ignorasse. Putes legislatores quosdam loqui, cum illa legas. Postquam Græcorum forulos & bibliothecas excusserunt, ac eos ignaros patriæ historiæ conuicerunt, tunc tanquam ad subdititium & vltimum gladiatorem ac secutorem quendam Iosephum se conferunt, & illum bardum, ac stipitem vocare audent. Nolo defendere pauca, quæ a Iosepho humanitus peccata sunt. Sed cum eorum Criticorum venia confidenter dico, eos, quos ipsi bardos vocant, nobis viam ad veritatem præiuisse: nobis ad abstrusa illa, quæ ipsi coniecturis suis inuoluerunt, eruenda facem alluxisse: nos manu ad tramites illos deuios deduxisse, ac in triuio circumspicientibus digitum ad fontem intendisse. Igitur quæ ante Hebdomadas nobis explicanda sunt, ea bifariam

A riam diuidemus. Priore enim loco de septuaginta annis captiuitatis dicendum: deinde de miserrimo statu Iudæorum sub Antiocho. Ea enim præcipue solent Chronologorum nostrorum paginas implere. Quia vero sæpius & tempus & characteres annorum ignorantur, non raro fit, vt magna temporum perturbatio in illorum scriptis occurrat. Quatuor sunt captiuitates Iudaicæ, in quibus abducti sunt Reges Iudæ, & quidem omnes a Regibus Babyloniis. In prima Manasses Rex abductus. Paralip. lib. II. cap. XXXIII, commate XI. In secunda Rex Ioakim, anno quarto regni sui, primo Nabuchodonosori. Ibidem, cap. XXXVI, commate VI. Item Danielis primo. In tertia Ioachin, qui & Iechonias. Regum secundo, cap. XXIV, 12. item Pa-
B ralip. secundo, cap. XXXVI, 10, anno octauo Nabuchodonosori: Quarta & vltima Sedekias Rex, anno decimo nono Nabuchodonosori: in qua Hierosolyma cum templo diruta, ac conflagrata. Porro in secunda Daniel abductus fuit: in tertia Ezekiel. Nunc quæritur, vnde deducendi sunt septuaginta anni captiuitatis. Quæ quidem quæstio ex hominum potius altercationibus, quam ex rei ipsius obscuritate nata est. Diserte enim a Iechonia capto eam orditur Ieremias cap. XIX, commate decimo, spondens Iudæis, qui cum Iechonia abducti fuerant, reditum in patriam post septuaginta annos. Quæ cum per se clarissima sint, tamen inuenias, qui velint ἅπτειν λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ, quasi illis obscure loquatur Propheta. Huic disputationi
C succreuit aliud genus dubitationis de primo anno Cyri, aliis ab initio illius regni putantibus, in quibus Africanus, & Eusebius, & eos secuta melior pars veterum scriptorum: aliis a capta Babylone, quorum non pauci tum in veteribus, tum in recentioribus. Sed neutrum verum. Nam si primo anno Cyri competit septuagesimus captiuitatis, initium ergo captiuitatis fuerit prius initio Nabopollassari patris Nabuchodonosori, annis quinque. Quod absurdissimum. Longe vero a ratione remotum, idem tempus in captam Babylonem conferre. Statim enim post bellum Lydiæ profligatum, & Crœsum captum, Cyrus ad oppugnationem Babylonis conuertit se, auctore Herodoto. Κῦρος δὲ ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιήσατο, Ἀσσυρίοισι ἐπε-
D τίθετο. Captus autem est Crœsus anno quarto Olympiadis LVII, vt refert Eusebius. Sardes vero victor ingressus est Cyrus Olympiade octaua & quinquagesima, auctore Solino. Babylonis expugnationem qui in certum tempus contulerit, nullus veterum exstat hodie. Sed manifeste colligitur ex Herodoto. cuius si verba & contextum orationis diligenter putaueris, colligetur tempus expugnatæ Babylonis sub annum Iphiti 230, anno secūdo scilicet a captis Sardibus, & victo Crœso. Sed eius rei certiora exstant vestigia apud Iosephum ex Beroso illo

Chaldæo,

Chaldæo, qui ab initio Nabuchodonofori, ad expugnatam fub Cy- A
ro Babylonem, omnes Reges recenfet ordine, qui in eo interuallo
alius alij fuccefferunt. Nabuchodonoforo igitur annos tribuit XLIII.
quot re vera attribuendi funt: Euilmerodacho duos: Nirigliffaro quatuor: Laborofardacho menfes nouem: Nabonido vltimo Regi annos feptemdecim. Colliguntur ab initio Nabuchodonofori, ad Nabonidi deditionem, anni 67. De qua fumma deductis feptem integris ante captum Iechoniam, relinquuntur fexaginta a capto Iechonia continuandi, anno periodi Iulianæ 4174: qui eft ducentefimus tricefimus Iphiti, & feptimus Olympiadis quinquagefimæ nonæ. Itaque ex Eufebio, Solino, Berofo Chaldæo, eruitur certiffima captæ Babylonis epocha, qui non poteft effe 70 annus captiuitatis. Quid B
ergo? Iudæi profecto cum annum Cyri primum dixerunt, qui eft primus folutæ captiuitatis. Homines enim in patriam reuertentes vnde primum tempora putarent, quam ab eo anno, qui princeps fuit eorum libertatis? Itaque & Daniel, quanquam confenuit in Babylonia & Sufiana, tamen eundem primum annum Cyri intelligit, quem reliqui Iudæi. Annus capti Iechoniæ in periodo Iuliana eft 4114. Itaque 4183 eft feptuagefimus à captiuitate eiufdem Iechoniæ. In cuius diebus æftiuis cœpit annus fecundus Olympiadis 62, & 4184 eft feptuagefimus primus annus, quem fecundum Cyri vocat Scriptura: 4185 eft tertius Cyri, vt loquitur Scriptura, & feptuagefimus fecundus captiuitatis, vltimus imperij Cyri, primus Cambyfæ, vt a nobis C
libro proximo fupra difputatum eft fuo loco. Itaque peffime quidam folutam captiuitatem cum anno primo imperij Cyri comparant, quo tempore nullum imperium habebat in Iudæos Cyrus. Non enim prius Iudæorum dominus fuit, quam & Babyloniæ. & cum Babylonem & loca cætera, in quæ Iudæorum coloniæ traductæ erant, cœpit, tamen tunc primum non potuit Iudæorum rebus profpicere: cum potius illi de ordinandis illius tractus prouinciis cogitandum effet. Quare annus primus Cyri, vt vocat Scriptura, ita dictus, quod primus effet folutæ captiuitatis, non quod primus imperij illius Regis magni: nifi quis dixerit, nouum Neuruz, nouamque æram a Babyloniis illi inftitutam eo tempore: quod valde placet. Neque melior D
caufa quærenda. Nam omnino fuit noua æra. Itaque Efdræ VI. 3. legimus: *Anno primo Regis Cyri, Rex Cyrus hoc edictum fecit.* Inftituta igitur illi noua epocha. quod non nouum in Perfis, & Babyloniis. Sic hodie Syrochaldæi iam ab antiquis vfque temporibus annum primum Alexandri vocant, qui tamen erat primus Seleuci, non Alexandri. In fumma igitur pace & profligatis bellis omnibus, Cyrus foluit captiuitatem Iudaicam. Itaque in edicto fuo ita præfatur,
Hæc

A *Hæc edicit Cyrus Rex Perſarum : Deus Dominus cæli dedit mihi regna terræ.* Hoc non potuit Cyrus dicere , niſi vltimis temporibus imperij ſui. Tunc enim longitudo imperij eius ab India , ad Nilum , latitudo ab Oceano , ad Caſpium mare pertinebat. Diligenter vero inueſtigandi ſunt Reges Chaldæorum a Beroſo apud Ioſephum , & Megaſthene apud Euſebium poſiti : & an cum Daniele congruant, videndum. Nam ab illis duobus vetuſtiſſimis ſcriptoribus iidem Reges , iiſdem nominibus , totidemque ſyllabis, totidem annis recenſentur , vt nulla ſuſpicio mendi ſit. Quia vero hæc quæſtio verſatur in nominum Babyloniorum varietate , de illis prius quædam diſputanda ſunt , vt verum , ſi qua fieri poſſit , eruatur. Nomina propria B Chaldaica , & Aſſyria fere compoſita ſunt. Raro ſimplex occurrit. Componuntur autem ex nominibus ſimplicibus duobus , tribus , & quatuor ad ſummum. Simplicium nominum Chaldaicorum & Aſſyriorum ſeriem ſub vnum conſpectum ſubiecimus infra.

NOMINA PROPRIA CHALDÆORVM.			NOMINA PROPRIA ASSYRIORVM.		
נבו ו לבו	1	*Nebo, Lebo*	שדרן	1	*Schadran*
נגו	2	*Nego*	שלמן	2	*Schalman*
מרו	3	*Mero*	תגלת	3	*Teglath*
שישך	4	*Scheſchach*	חריב	4	*Herib*
מישך	5	*Meſchach*	חדון	5	*Haddon*
שדרך	6	*Schadrach*	נשרך	6	*Neſchroch*
לאצרורֶאצרונאצר	7	*Letzar, Retzar, Netzar*	אדר	7	*Adar*
שאצר	8	*Schetzar*	אצר	8	*Etzer, vel Atzer*
מלצר	9	*Meltzar*	עסר	9	*Aſar*
נרגל	10	*Nergal*	בלת	10	*Ballat*
בלט	11	*Belti*	אסן	11	*Oſen, vel Oſn*
אדן	12	*Adan*	כושן	12	*Chuſchan*
חויל	13	*Hevvil*	שן	13	*Sen*
אחרי	14	*Ochri*	פול	14	*Phul*
כן	15	*Chen*	פר	15	*Phar*
בל	16	*Bel*	שר	16	*Schar*
שש	17	*Scheſch*			
פיל	18	*Phil*			
ניט	19	*Nit*			
דך	20	*Dach*			
זר	21	*Zar*			
פל	22	*Pal*			
פד	23	*Pad*			
כד	24	*Chad*			

Hæc nomina tam Chaldaica , quam Aſſyriaca poſſunt extendi , A
vt cuique libuerit. quod per me fiat, licet. Non enim omnia, ſed ſelectiora poſuimus. Horum vero nominum methodus vtiliſſima & maxime neceſſaria eſt Chronologo, ſaltem vt ne reges Aſſyrios cum Chaldæis confundat: quod hactenus a recentioribus Chronologis factum: vt cum Salmanaſſarum eundem cum Nabonaſſaro faciunt. In quo præter hiſtoriam, peccant etiam nomine. Nam illud nomen nihil Chaldaicæ originis habet, cum ex ſecundo & nono Aſſyrio compoſitum ſit. Par imprudentia, cum Sennaherib, & Aſſarhaddon reges Babyloniæ conſtituunt. Igitur omnia Aſſyria & Chaldæa nomina compoſita ſunt ex ſimplicibus: quæ quidem fere omnia ſunt Deorum Babyloniorum nomina. vt Mero, Nebo, Bel. Iſaiæ cap. 46. B
Scheſchach nomen Deæ apud Ieremiam 51. Neque enim Scheſchach Babylon eſt per modum, quem ATBASCH ineptiſſimi Rabini vocant. Aut igitur ex duobus componuntur, vt נְבוֹ־נָאצַּר Nabo-naſſar, Chaldaicum, ex primo & ſeptimo ſimplicibus, נְבוֹ־לְאצַּר Nabulaſſar apud Ioſephum, idem nomen. quod & ipſum ex tribus compoſitum dicitur Nabo-pul-letzar. Ναβοπολλάσαρος Euſebio, & Ptolemæo. Aut componuntur ex tribus, vt quod iam diximus, Nabopollaſſarus, & נְבוּ כַּד־נֶאצַּר Nabuchodonoſor, Ναβουχοδονόσορος Beroſo, & נְבוּ כַּד רֶאצַּר, Nebuchadretzar Ieremiæ, Ναβουχοδρόσορος Megaſtheni, & ex eo Straboni. nomen compoſitum ex 1,24,7. Raro ex quatuor, vt, מְרוֹ־דַךְ־בֵּן־פַּד Merodachenpad, qui Μαρδοκέμπαδος Ptolemæo, ex 3, C
20, 15, 23. Vides etiam literas inter ſe commutare, Letzar, Retzar, Netzar. Sic Nabu, & Labu: vt qui Labunitus vocatur Herodoto, is ſit Nabunidus Beroſo, ex 1,19. Hæc omnia nomina ſimplicia fere ſunt Deorum propria. Sic Bel, & Belti, 16,11, ſunt nomina Deorum vtriuſque ſexus. Megaſthenes: ὅτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ὅτε βασίλεια Βῆλτις. Tamen apud Danielem Βῆλτις eſt Deus non Dea, cap. 4. *Daniel, cuius nomen Belti-ſchatzar iuxta nomen Dei mei.* Eſt enim Belti-ſchatzar compoſitum ex 11, 8. Βῆλος autem proprium eſt Chaldæorum, ne forte confundas cum Belo Tyriorum. Nam is eſt בַּעַל Baal, non Bel. vnde Carthaginienſes coloni Tyriorum nomina ſua ita frequenter terminant חַנִּי־בַּעַל Hannibaal, חַזְרוּ־בַּעַל, Haſdrubaal. Baby- D
loniorum igitur Belus eſt בֵּל Carthaginienſium בַּעַל. Et tamen vtrunq; confundunt Græci & Latini. Nam in Æneid. *--genitor tum Belus*, is eſt, vt diximus בַּעַל aut Syriace בְּעֵל Claudianus primo Panegyrico in Stiliconem de Rege Perſarum loquens: *----rituque iuuencos*

Chaldæo ſtrauere Magi. Rex ipſe micantem
Inclinat dextra pateram, ſecretaque Beli,
Et vaga teſtatur voluentem ſidera Mithram.

Male

A · Male apud Claudianum belli pro Beli. Par menda in Q. Curtij lib. III de curru Darij. *Distinguebant internitentes gemmæ iugum, ex quo eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum in alterum belli gerebat effigiem.* Legendum enim: *quorum alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem.* Per Ninum enim Assyriæ, per Belum Babyloniæ imperium coniunctum innuebant. Belus igitur tam Pœnis, quam Babyloniis nomen Dei, quod tamen apud vtrumque populum etiam ab hominibus vsurpabatur: vt iam vidimus. Aduertendum igitur, nominibus imperatorum Babyloniæ, & Satraparum vt plurimum præponi nomen Nebo, vt Nebu-cad-netzar, Nebonassar, Nabo-nit, Nabo-pul-letzar, Nabu-zar-adan: aliquando
B etiam postponitur, Samgar-nebo. Ieremiæ XXXIX.3. His animaduersis nunc nomina eorum, qui post Nabuchodonosorum regnarunt, vt ex fide Berosi & Megasthenis ea habemus, discutienda sunt. Hevvil-merodach, nomen compositum ex 13, 3, 20, sine vllo dubio is fuit filius Nabuchodonosori, vt est apud Ieremiam, & secundum Regum, in fine. Quo interfecto insessor regni ex parricidio parti vocatur Νηριγλισσόορος apud Eusebium Νηριγλισσάρης. Eadem est compositio, sed diuersa inflexione Græca, נֵרְגַל־רְאֶצֶר ex 10, 7. Nergel nomen Idoli, II Regum XVII, 30. Inde etiam componitur Nergel-Scharetzer, Hieremiæ XXXIX. 3. Huius filius apud Iosephum Λαβοροσοάρδοχος scribi debet, non Λαβοροσοάρχοδος. Quan-
C quam vtrumque potuit verum esse: לְבוֹ־רְאַצַּר־דַךְ, ex 1, 7, 20. aut לְבוֹ רְאַצַּר כַּר, ex 1, 7, 24. Iste erat filius Neriglissaris, & Nitocridis filiæ Nabuchodonosori. Nam falso Herodotus scribit, vltimum Regem Labynithum esse Labynithi magni filium, cum Labynithus vltimus fuerit aduena. Labynithum vero magnum pro Nabuchodonosoro accipiendum esse apud Herodotum, testis defectio illa Solaris, quam prædixerat Thales, quæ incidit in tempus prælij, quod cum Lydis & Medis commissum fuit. Nam post eam defectionem Solis vtrosque populos a Labynitho Babyloniorum Rege reconciliatos esse, scribit idem Herodotus. Atqui eclipsis illa incidit in annum Nabuchodonosori XXIII. Ergo Labynithus ille, qui Lydos
D cum Medis reconciliauit, est Nabuchodonosor. Cum igitur Laborosardach, vt ex Beroso, & Megasthene constat, sit nepos Nabuchodonosori ex filia Nitocride, equidem satis mirari non possum eos, qui difficile concoquunt, eundem fuisse Laborosardach cum Balsatzare. At nomen non conuenit. Neque nomen Bel-adan cum Nabonassaro conuenit, cum tamen constet vnum eundemque regem fuisse. Quid? Daniel non Baltazar dicitur? non eius æquales aliis nominibus, quam Hebraicis dicti? Non Sasbatzar est Zerubabel? Ita

etiam ſcito omnes reges Babyloniæ ad imperium accedentes nomen A mutare ſolitos. Hinc fit, vt adhuc Reges vocentur priuato nomine. Bel-adan eſt priuatum nomen. Poſtquam ad imperium acceſſit, Nabonaſſar vocatus. Quod vero Beroſus Babylonius puerum vocet Laboroſardachum: quod item eius regno nouem tantum menſes attribuit, id interpretatione adiuuandum. Puerum vocat, qui admodum erat adoleſcens. Teſtis iuuenilis & pene puerilis petulantia illa, qua vſus eſt in vaſis templi profanandis. Quod ſi adeo puer erat, quare ob κακοήθειαν interfectus ſit, non video. Nam quorum mores in pueritia damnamus, ij adulti ſæpe ad bonam frugem perueniunt. Neque vero cauſæ eſt, cur eius κακοήθεια in illa ætate adeo timenda fuerit. De nouem menſibus ita accipiendum: Solum poſt B mortem patris nouem menſes imperaſſe: patrem vero nomine filij regnaſſe, ſeu regnum adminiſtraſſe, donec filius ad pubertatem perueniſſet. Nam quia ille extraneus, filius vero ex ſtirpe regia, potius filio, quam illi, regnum deberi videbatur. Eo interfecto delectus in Regem Nabonidus conſenſu omnium procerum Babyloniæ, annos 17 regnauit, teſte Beroſo, donec Cyrus eum regno Babyloniæ exutum Carmaniæ regionis finibus relegauit. Si Nabonidus ſucceſſit Beltſchatzaro, de quo dubitari non poteſt, profecto Nabonidus idem eſt cum Dario Medo, quem Beltſchatzaro ſucceſſiſſe proditum a Daniele. At natio Chronologorum contendit Darium Medum inuaſiſſe regnum, & adiutore Cyro Babylonem expugnaſſe, mox victorem regnum cum Cyro diuiſiſſe. Vates iſti, qui ſciunt, quid Rex C Reginæ in aurem dixerit, coniiciunt Darium cum Cyro regnaſſe, ex vltimo commate capitis VI Danielis: *Et Daniel iſte floruit ſub regno Darij, & ſub regno Cyri Perſæ.* Ergo, inquiunt, alter regnabat in Perſide, alter in Babylonia. Aſtute. Nam perinde ac ſi quis legeret, Iulianum Iuriſconſultum de iure reſpondiſſe ſub Nerua Romano, & ſub Traiano Hiſpano, ſtatim contenderet eoſdem eodem tempore imperaſſe, alterum in Italia, alterum in Hiſpania. Pudet me harum anilium næniarum. Neque prudentius alij, qui Cambyſen Xenophontis auunculum Cyri, vt vult Xenophon (non enim fuit vnquam, ſed fingitur a Xenophonte) eundem cum Dario Medo faciunt. D Addunt & alia nihilo veriora. quæ ſi referre velim, non ſolum oleum & operam, vt eſt in prouerbio, ſed etiam chartam perdiderim. Quis vnquam veterum prodidit, Darium Medum fuiſſe auunculum Cyri, præter Ioſephum poſt Xenophontem, qui hoc ex coniectura addidit; neque eum, quem alibi producit, Beroſum ſequitur: & quem Nabonidum a populo in regnum aſcitum ſcribit Beroſus, eum ille dicit fuiſſe Beltſchatzarum, & iure ſtirpis regiæ ſucceſſiſſe?

A succeßisse? Vt igitur omnes, quantum Chronologorum est, resipiscant, ego aio Darium Medum non vi regnum inuasisse, vt volunt isti, contra quam a Daniele traditum est: sed a populo in regnum vocatum fuisse. Quis vnquam veterum fecit huius Darij mentionem præter Danielem? Ex Daniele igitur, non ex Chronologorum libidine, verum hauriendum. Si igitur Daniel scripsit illum Darium a populo vel a proceribus Babyloniæ regnum traditum accepisse, non vi & armis illo potitum fuisse, causæ non est, quin parum cauisse videantur, qui aliter prodiderunt. Post cædem Beltschatzari scribit Daniel: ודריוש מדיא קבל מלכותא: καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος διεδέξατο τὴν ἀρχήν. Obsecro vos, an in verbo διαδέχεσθαι, vel, si magis placet, παραδέχεσθαι,
B aut παρέλαβεν, vt habet Græca editio, est vlla vis armata, aut vlla inuasio imperij? παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν est aut successorio iure in regnum venire, aut populi suffragiis. Sic II Macab. cap IV, παραλαβόντος τὴν βασιλείαν Ἀντιόχου: nimirum successorio iure. At insessores regnorum quis recte dixerit παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν? quo enim tradente id accipere possint, quod ipsi vi inuadunt? nisi forte effractores & directarios παραλαβεῖν non ἁρπάζειν bona dicamus. Qui aliter sentiunt, nesciunt quid intersit inter consensum & vim. Quid igitur aliud sentit Daniel, quam Darium Medum populo Babylonio tradente, regnum suscepisse? Mirum tot millia interpretum vnius verbi notione perperam explicata, adeo aliena ab historiæ fide pronuntiasse. Sane Daniel
C scribit de Dario Medo, quod historia Romana de Numa Pompilio. Vterque accitus in regnum fuit. Ac quamuis hoc satis est, ad eorum sententiam infirmandam, tamen producam iterum locum ex Daniele, quo fiet, vt si per ingenium, & naturam illis mutare sententiam non licet, saltem pertinaciam suam eo multum labefactatam esse fateantur. Scribit igitur Propheta capite nono: בשנת אחת לדריוש בן־אחשורוש מזרע מדי אשר המלך על מלכות כשדים: πρώτῳ ἔτει Δαρείου υἱοῦ Ὀξυάρου ἐκ γένους Μηδικοῦ, ὃς βασιλεὺς ἀνεδείχθη ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς Χαλδαίων. En βασιλεὺς ἀνεδείχθη, vel vno verbo ἐβασιλεύθη, excludit omnem vim armatam. Itaque velint nolint ij, qui aliter censent, Darius in illo interregno, quod cædem Beltschatzari secutum est, creatus est rex, siue
D populi suffragiis, siue procerum factione, vt aperte Berosus scribit. Sane & Megasthenes & Berosus Regem creatum dicunt. Hoc vult verbum המלך, quo Daniel vtitur. Neque mirum. Nam regiæ stirpis nihil reliquum erat. Quare homini & domo nobili, nempe ex Medorum Regum stirpe, & rerum experientia propter ætatem prædito, vt qui tunc LXII annorum esset, regnum merito a Babyloniis delatum. Darius Medus igitur vocatus est ad regnum post cædem Beltschatzari. Daniel cap. VI & IX. Nabonidus item

apud Berosum & Megasthenem vocatur in regnum a proceribus Babyloniæ. Vterque est vltimus Rex Babylonis ante regnum Persarum, tam Darius apud Danielem, quam Nabonidus apud Megasthenem, & Berosum. Nam vtrique succedit Cyrus. Præterea, quod omnes coniecturas vincit, tempora conueniunt. Et dubitamus, Darium Medum esse Nabonidum Berosi, vel Labynitum Herodoti? De nomine autem futilis est controuersia. Iam ostendimus, accedentibus ad regnum nomen mutari solitum. Darius est nomen priuati. Nabonidus est nomen iam imperatoris. Quid si probauero eum, in quem cum exercitu venit Cyrus, cognominatum fuisse Medem, aut Medum? Nam idem est. Non est post hoc, vt vlli pertinaciæ locus sit. Exstat Megasthenis vetustissimi Persicarum rerum scriptoris fragmentum elegantissimum de Nabuchodonosoro Rege Babyloniorum, apud Eusebium in hæc verba: Ναβυχοδρόσορος Ηρακλέους ἀλκιμώτερος γεγονὼς ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην ἐστράτευσε. Ταύτας δὲ χειρωσάμενος ἀποδασμὸν αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατῴκισε. μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήια κατασχεθείη Θεῷ ὅτεῳ δή. φθεγξάμενος δὲ εἶπε. οὗτος ἐγὼ Ναβυχοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν, τὴν οὔτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι μοίρας πεῖσαι σθένουσι. ἥξει Πέρσης ἡμίονος τοῖσι ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισι. ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. οὗ δὴ συναίτιος ἔσαι Μήδης τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. ὡς εἴθε μιν πρόσθεν, ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, Χάρυβδίν τινα, ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀιστῶσαι πρόρριζον. ἤμιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον. ἐμέ τε πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι. ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο. ὁ δέ οἱ παῖς Εὐιλμαδούρουχος ἐβασίλευσε. τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβοννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. Non solum Megasthenes eosdem reges cum Beroso ponit, sed etiam Medem quendam tradidisse, vel potius prodidisse ciues Cyro scribit: vt propterea nullo resistente Babylonem cœperit. Eundem Medem vocat ἀσσύριον αὔχημα: quod Assyrij & Babylonij in eo spes ac præsidia omnia sita haberent. vnde ei vltro regnum obtulerunt. Sic Isaiæ xx. commate v, eadem figura dictum: ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τοῦ αὐχήματος αὐτῶν. Quod igitur ciues hosti diripiendos propinauerit, auctor etiam Berosus, scribens, cum Babylonem omni præsidio destitutam oppugnanti Cyro reliquisse, atque in munitissimum oppidum Borsippenorum se recepisse. Neque vero dubitatur, quin ἡμίονος sit Cyrus. Erat enim Medoperses, patre Persa Cambyse, matre Meda Mandane genitus, bigeneris

A generis originis homo. Vnde oraculum de Cyro apud Herodotum: ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται. Quare ex Beroſo & Megaſthene vides Nabonidum ad regnum accitum, eumdemque Μήδην vocatum: quod eſſet, vt ait Daniel, ex ſtirpe Medorum, prius quidem nomine Darius Medus, cum adhuc ſcilicet priuatus eſſet, poſtquam autem ad regnum acceſſit, tranſlato nomine ex conſuetudine, Nabonidus vocatus. Medus autem & Medes pro eodem veteribus accipitur. Auſonius: *Triptolemus ille, ſiue Medes, quem vocant.* Medem vocat, quem alij Medum: eumque Medeæ filium, & ab eo Mediam regionem vocatam nugantur Græci. Nota etiam verbum, quo Megaſthenes vtitur, ἀποδέξασθαι βασιλέα. Eſt enim verbum ipſum Da-
B nielis הָמְלַךְ, id eſt, ἀπεδείχθη βασιλεύς. Non enim omnis, vt dixi, rex poteſt dici ἀποδειχθεὶς, aut מְמְלָךְ, niſi vocante populo: vt iam diſputatum eſt. De nouo autem rege, qui regnum inuaſit, hoc poſſe dici, nemo ſanæ mentis ne cogitauerit quidem. Longe igitur a vero diſcedunt; qui & affinem Cyri, & Babylonem vi cepiſſe, & vnum annum, aut intra biennium regnaſſe hariolantur. Nam ex Beroſo XVII annos regnauit. Et idem ſentit elegantiſſimus ſcriptor Sulpitius Seuerus, municeps meus, qui ait, Darium Medum XVII annos regnaſſe, nimirum nobiſcum eundem Nabonidum & Darium Medum faciens. Quod mirifice fauet nobis. Friuola enim, & nugatoria coniectura illa, vt annum tantum regnaſſe probetur;
C quod primus annus illius Darij ſit ſeptuageſimus captiuitatis: idque ex nono Danielis colligi. Pulcrum ſane commentum, quod iam confutauimus. Daniel ſcribit, primo anno Darij Medi ſibi librum Ieremiæ legenti pateſactum numerum annorum, intra quos captiuitas Iudæorum ſtare debebat. Illud enim בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים, ἔμαθον ἐν βιβλίοις, manifeſte declarat, Danielem habuiſſe in manibus volumen Ieremiæ, in cuius capitibus 25, & 29 legerit ſeptuaginta annis definitum eſſe tempus captiuitatis Iudaicæ. An propterea ſequitur ſeptuageſimum annum inſtare? aut Darium Medum vnum tantum annum integrum regnaſſe, quod eius primi anni tantum meminerit Daniel? Hoc ſi verum erat, ſequeretur & illud neceſſario, Nabuchodonoſorum
D tres tantum annos imperaſſe, quia tertij tantum meminerit Daniel. Hic igitur Darius Medus, ſiue Nabonidus octogenarius, regno exutus a Cyro, reliquum vitæ tempus in præfectura Carmaniæ priuatus exegit.

RELIQVVM DANIELIS DE TEMPORIBVS ANTIOCHI EPIPHANIS. A

NVNC ad alteram partem venio, quæ pertinet ad ſtatum Iudæorum ſub Antiocho: cui parti debentur capita Danielis VIII, XI, XII. Antiochus iuſſu populi Romani per Legatum C. Popilium Lænatem Ægypto decedere coactus, venit ſecundo Hieroſolyma, quo tempore Iudæis ritus patrios ſuſtulit, & Græcorum ſuperſtitionem in templum Dei induxit. Contigit hoc autem eadem tempeſtate, qua Perſeus victus eſt, teſte epitome Liuiana: quam cladem Perſei proxima nocte anteceſſit defectio Lunaris: quæ contigit anno a Palilibus Vrbis Varronianis 584, L. Aimilio Paullo, B C. Licinio Craſſo COSS. cyclo Lunæ quarto, Solis decimo. anno Nabonaſſari 580, Pachon XXI: periodi Iulianæ 4546, Iunij XXI. anno 68 periodi ſecundæ Alexandreæ communi ordinario: cuius Tiſri XVI Septembris, tranſlatus a feria IV, ad V. Quare defectus ille incidit in diem XIII Tamuz ciuilis, feria tertia, ſequente quarta, Tamuz autem hodierni XV, ſequente XVI anni Iudaici 3593: Didymonos 28 anni a Mundo condito 3782. Quando autem initium illius cladis & miſerrimi ſtatus Iudæorum cæperit, indicat Daniel cap. XII. Illud enim interuallum, quod intereſt ab initio proſanationis Templi, & deſiti iugis ſacrificij, ad Encænia Macabæi, Daniel definit dierum mille ducentorum nonaginta. qui ſunt anni C Ægyptiaci tres, dies 195. Tempus Encæniorum Macabæi, XXIIII Nouembris anni 4549 periodi Iulianæ. a qua epocha ſi retro putentur anni tres Iuliani, dies 195, numerus deſinet in XIIII Mai anni 4546, quæ erat προεόρτιον τῆς πεντηκοστῆς. Itaque hinc incipit βδέλυγμα ἐρημώσεως, ſub Antiocho Epiphane, & durauit annos Iulianos tres cum dimidio, & dies XV. Hoc eſt, quod commate ſeptimo eiuſdem cap. XII dicitur, μέχρι χρόνου, καὶ χρόνων, καὶ ἡμίσεις χρόνου. Tantum enim intereſſe diximus a XIV Mai anni 145 Alexandrei, ad XXIV Nouembris anni 148. Anno vero 143 primo venit Hieroſolyma Antiochus, & tunc inceſſit homines Iudæos contemptus veri cultus Dei, & inſania impietatis Græcanicæ: vt diſerte libro priore D Macabæorum, capite primo ſcriptum extat. Biennium enim interiectum eſt a prima irruptione Antiochi in vrbem, ad profanationem templi, & hinc triennium ad expiationem altaris & Encænia templi. Daniel tamen cap. VIII. 14, calamitatem illorum temporum & deformitatem rerum Iudaicarum altius repetit. Totum enim illud interuallum, ad expiationem templi & rituum reſtitutionem, definit dierum bis mille trecentorum: qui ſunt ſyzygiæ ciuiles LXXVIII minus triduo.

A triduo. Totidem igitur dies a XXIIII Nouembris anni Alexandræorum 148 retro putati desinunt in IX Augusti anni 142, quæ erat neomenia Elul. A neomenia igitur Elul, ad Encænia Macabæi, intersunt anni Iuliani solidi cum bisexto sex, diesque insuper CIX. Quare turbat Hieronymus in huius loci explicatione. Is vult, totidem annos & dies interesse ab anno 143, ad annum 148. qua in re vno anno peccat. Neq; satis eundem mirari possum, qui vitio vertit Porphyrio, quod Antiocho attribuerit, quæ ille, Methodius, & Eusebius de Antichristo intelligunt. Nam quid impedit quod de Antiocho dicitur, idem sub eius persona de Antichristo intelligi? Sane Ecclesia Iudaica erat Ecclesia Dei, & eadem cum Ecclesia Christi. & quæ eo B tempore aduersabantur veræ religioni, ea adumbrabant quæ postremis temporibus Ecclesiam Christi turbatura erant. Daniel igitur repetit initia & caput calamitatis illorum temporum ab iis turbis, quæ referuntur capite tertio posterioris Macabæorum, quæ lucificam facem huic loco Danielis allucent. Sed quod idem posterior liber Macabæorum cap. X. 3, μετὰ διετῆ χρόνον Encænia Macabæi ponit: hoc est, a prophanatione templi, ad Encænia, biennium tantum interfuisse scribit, perspicue id & Danieli, & priori libro Macabæorum aduersatur: vt multa alia in eo libro aliter dicta ac ab auctore prioris libri, vt taceam de epocha Seleucidarum vno anno minus citata, quam ab auctore prioris libri. Itaque non mirum, si biennio conti- C gisse dicit, quod triennio ante contigerat, cum idem in 148 annum Seleucidarum coniicit, quod prior liber in 149. Sed de hoc quædam attigimus in diatriba de anno Chaldaico.

DE HEBDOMADIBVS DANIELIS.

Altera pars Danielis, quam promisimus, est celeberrima illa, & ab omnibus vexata quæstio de Hebdomadibus Danielis. in qua non dicam quantum luserit tam veterum, quam recentiorum licentia: quid commenti sint, vt inde sese extricarent: quos nouos reges in Perside inaugurarint, quos homines con- D stat nunquam natos. Atqui Græci scriptores ita vere ac fideliter omnium regum Persidis annos retulerunt, vt ab initio Cyri, ad excessum Alexandri Magni, ne vnus quidem annus perierit. Omnia enim tempora, per quæ ab illis Regibus imperatum est, aliquo insigni charactere notata sunt, cui contradici non potest. Aut enim aliquo defectu luminarium, vt anni Cambysæ, & Darij: aut aliquo certissimo interuallo, vt ab Olympiadibus Cyri initium: a bello Peloponnesiaco Artaxerxis Longimani finis, initia Darij Nothi, & Artaxerxis Memo-

Memoris. Quid igitur sibi voluerint doctissimi homines, qui hæc A inuestigarunt, non video; qui reiectis veris Regibus, ad commentitios illos Assueros Priscos, Assueros Pios, Assueros Babylonios, & geminos Cyros confugerunt. Primum igitur videamus, an certus Rex Persarum ex sacris literis erui possit, cuius tempus cum Græcorum rationibus conueniat. Quia vero Persicorum nominum ratio & compositio ignorata horum hominum iudiciis maxime officere visa, quominus verum dispicere potuerint: quod in Chaldæorum, & Assyriorum nominibus propriis fecimus, idem in Persicis faciendum censeo, & eorum compositiones prius declarandas, quam ad rem ipsam venimus. Herodotus ita scribit de nominibus Persarum: τὰ οὐνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ τελευτῶσι B πάντα ἐς τωὐτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ Σίγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν τὰ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Nullum excipit nomen a terminatione τοῦ Σίγμα. Quod an in omnibus verum sit, valde dubito. Sane Cyrus, Darius tam Græce, quam Persice eam literam habent vltimam. Atqui Mithridates, Oxydates, Tiridates, Artaxerxes, & similia, quæ Græci per Sigma terminant, Persice desinunt in A. Cyrum quidem a Sole dictum vult Plutarchus in Artaxerxe: quod a Ctesia accepit. Ita enim scribit Ctesias de vxore Darij Nothi: τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον βασιλεύουσα, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ ἡλίου Κῦρον. Sed sæpe imponunt nobis Græci vel prudentes, vel imprudentes. Cyrus enim scribitur C כֹּרֶשׁ: at Sol Persice est כֻּרְשֵׁר. Itaque idem non est. Nam sane similitudo vocis imposuit Ctesiæ homini Græco. Parum enim differunt כֻּרְשֵׁר, & כֹּרֶשׁ. Vocatur & Sol aliter لفتاب אַפְתַּאב a Persis. כֹּרֶשׁ vero Persice nos scimus esse προφὴν, ἐδωδὴν, cibum, alimoniam. Et omnia nomina ad illud exemplum sunt, quæ Grammatici vocant Verbalia. An inde dictus sit magnus ille Persarum Rex, equidem affirmare non audeo. Quod tamen dixi, verum est. Sic Darius, vel, vt Ctesias Δαρειαῖος, quod propius accedit ad formam Persicam, (neque ab ea abludit Δαρειὰν apud Æschylum) Herodoto exponitur ἑρξείης, a premendo & coercendo. Ἑρξείης dicitur veteri poetæ apud Hephæstionem: Ἑρξίη τῇ δῆτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός, vbi innuit de D expeditione Darij in Scythas cum exercitu numeroso, quando Bosphorum ponte iunxit. Id nomen scribitur דָּרְיָוֶשׁ Dariavves. Quod nomen quid sit, nescio, nisi sit דָּרְיֶשׁ, hoc est, ἔρξις, θλίψις. in quo mirifice conuenit cum Herodoti interpretatione. Artaxerxes eidem Herodoto est μέγας ἀρήϊος, qui tamen non desinit in σίγμα Persice; אַרְתַּחְשַׁסְתְּא Artaxaste: vel אַרְתַּאְחְשַׁסְתְּא, Artoxaste. Vnde Plutarcho di-

Acho dicitur Ἀρτοξέρξης per o, non per α. Patet igitur Græcis perperam ἀρτοξέρξην, siue ἀρταξέρξην dici, qui esset potius ἀρτοξέστης, vel ἀρταξέστης, vel ἀρταξάσδης, vt Armenius Artaxesdes Ciceroni v ad Atticum, Epistola 20. Cuius cognominis vrbs Artaxata. *Sic prætextatos referunt Artaxata mores.* Iuuenal. Nomen compositum ex 18, 19, 12. Item male ab iisdem enun-
B tiatur ξέρξης, qui אָחַשׁ־סְתָא ὀξέστης, vel חַשַׁ־סְתָא ξέστης dicitur. Huius vltimæ vocis, quæ est vltima in Artaxeste, vestigia extant in nomine Tithraciste apud Diodorum, תִּתְרִיאַחְשַׁסְתָא ex 27, 19, 22. Is Tithracistes erat filius naturalis Xerxis. תִּתְרִי autem eadem forma dictum, qua מִתְרִי. Ἄχος, vt est apud Ctesiam, vel ὦχος, אָחַשׁ frequenti in vsu est tam simplex, quam com-
C positum. אָחְשׁ־וַ־רְוֹשׁ ὀξυάρης, ex 19, 16, 25. vel, vt Critici Hebræorum scribunt, אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Ahaschvveros. Id, vt dixi, compositum Græcis est ὀξυάρης: disiunctim autem pronunciatum, ὦχος ὀάρης. & cum קו 24, קו־אָחְשׁ־וַ־רְוֹשׁ Κυαξάρης. Kau, vel Ku in lingua Persica est δυνάστης, & proprie is, qui Hebræis dicitur אַלּוּף & Arabibus שְׁרִיף شريف. Quod nomen aliquando postpo-
D nitur, vt Φαρνακίας; פַּרְנַ־קו, ex 6, 24. Sic Ὀξυκάνης, אָחְשׁ ו קָנָא ex 19, 16, 26. Sic Ἀρκτεὺς Æschylo אַר־קו ex 1, 24. Ὀξυδάτης אָחְשׁ־ו־דָתָא ex 19, 16, 9. Nam illud דָתָא etiam simpliciter enunciatur, Δάτης, qui erat στρατηγὸς Δαρείου. Ὀξυάρτην & Ὀξυάθρην puto eundem esse, sed Græcos deprauasse. Oxyathres vero fuit frater Darij Codomanni. Auctor Strabo. Ὀξυάρτης אָחְשׁ־ו־אַרְתָא ex 19, 16, 18. Quæ cum a Græcis coniunctim efferantur, disiunctim essent, ὦχος ὀακάνης, ὦχος ὀαδάτης, ὦχος ὀάρτης. Mithir, aut Mithri, aut Mether etiam præponitur;

NOMINA PERSICA SIMPLICIA.

אֲרִי : אַר	1	*Ari. Ar*
תִיר	2	*Thir*
תִירִי	3	*Thiri*
מֶתֶר	4	*Mether*
פַּרְסַם	5	*Pharsam*
פַּרְן	6	*Pharn*
אֶסְתֵּר	7	*Ester*
זְרוֹ	8	*Zero*
דָתָא	9	*Datha*
סַי	10	*Sai*
מָנִי	11	*Mani*
שְׁתַא : סְתָא ו סְתָא	12	*Stha, Sthe*
דַי	13	*Dai*
חַם	14	*Ham*
וַי	15	*Wai*
ו	16	*V*
זָתָא	17	*Zata*
אַרְתְ : אַרְתָא	18	*Arth, Artha*
אָחַשׁ	19	*Achos, Ochos*
תִיס	20	*This*
תְנָא	21	*Thena*
סַתְרָא	22	*Sethra*
תְרָא	23	*Thra*
קו : קַו	24	*Ku, Kau*
רוֹשׁ : רוֹשׁ	25	*Ros, Rus*
קְנָא : קְנָא	26	*Kana*
תִתְרִי	27	*Tithri*
וַשְׁתְ	28	*Wast*
סְפָא	29	*Sepha, Spa*
מַס	30	*Mus*
אָרַס	31	*Ares, Eres.*

nitur, vt מִתְרִי־דָתֵא Μιθριδάτης, quod & מִתְרַ־דָתָא Μιθραδάτης, vt extat in nummis ipsius Regis. Mithri à Mither comparatiuo gradu, hoc est, μείζων. & sumitur pro Dynasta, aut Domino. Propterea antiquitus Solem etiam Mithra vocabant: hoc est, κύριον, δυνάστην. Ester etiam nunc præponitur, vt Astrampsychus: nunc postponitur, vt Zoroastres, vel Zoroaster זֶרוּ אֶסְתַּר ex 8, 7. aliquando etiam simplex vsurpatur, vt videmus in Regina Hester, quæ antea Hebraice חֲרֵסַן, hoc est, Μύῤῥιν, vocabatur. Sic Ari, 1, aliquando simplex, Ἀριαῖος, aliquando compositum, Ἀρειμάνιος, ex 1, 11. quo nomine Persæ Orcum vocabant. Apud Hesychium, Ἀρειμάνης, ὁ Ἅιδης παρὰ Πέρσαις. Plutarchus, & alij videntur eundem cum Mithra, & Sole facere. Summus enim Persarum Deus Sol. Itaque scribit Plutarchus Themistocle: καὶ ἐπευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας φρένας διδόναι τὸν Ἀρειμάνιον, ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀρίστους ἐξ ἑαυτῶν. Manes autem 11, simplex, vt Manes hæresiarcha Perses, vnde Manichæi. Wast aliquando est singulare; vt Wasti Regina: aliquando componitur; Hystaspis, וַשְׁתַּ־סְפָּא: ex 28, 29. Æschylo in Persis Ἀσδάτης non videtur alius ab Hystaspe. Eadem compositio nominis Ὑσταίχμας eidem Æschylo. Astyages quoque hinc componitur. His animaduersis, nunc videndum, an expressus sit Rex Persarum in sacris Bibliis, ex quo cæterorum tempora deprehendi possint. Vtique id ita videtur fieri posse, si eius, cuius vltimi mentio fit in sacris libris, tempus certum notari potest. Is est Darius apud Nehemiam ca. XII, 22, sub quo Nehemias testatur Iaduam summo sacerdotio functum. Iaduas vero iste, quod nemo negare possit, is est, qui Alexandro Hierosolyma ingredienti obuiam in Pontificio ornatu venit. Darius ergo iste æqualis Alexandri Magni fuit: & consequenter Darius iste est is, quem Alexander vicit, vltimus Rex Persarum. Quod cum ita sit, Nehemias peruenit ad Alexandri tempora. Neque vero id negari potest. Sed & firmiore argumento probabimus. Sanbelletes Samaritanus, vir gratia & opibus apud Reges pollens, Nehemiam Hierosolymorum mœnia reficientem omni ope interpellare conatus est. Nehemiæ IIII. Is Sanbelletes secutus est castra Alexandri, eique Gazam oppugnanti cum auxiliari manu militum suppetias venit, ac paulo post mortem obiit, antequam Gazam expugnaret Alexander, anno Olympiadis 112 primo. Historia exstat apud Iosephum. Ecce Nehemiæ æqualis Sanbelletes Alexandrum Macedonem vidit. Darius igitur ille, sub quo Iaduas summo sacerdotio functus est, non est alius ab illo, quem Alexander vicit. Tertium argumentum adiiciam, quo pertinaciæ ipsi os obtundatur. Sanbelletes filiam suam nomine Nicaso in matrimonium dedit Manassæ fratri Iaduæ Pontificis

A ficis Max. auctore Iosepho, lib. vndecimo. Quod cum videret Ne-
hemias, Manassen e Republica Hebræorum expulit, καὶ ἀποσυνάγω-
γον ἐποίησε. Nehemiæ cap. vlt. 28. *Quidam*, inquit, *ex filiis Ioiadæ filij*
Eliasibi Pont. Max erat gener Sanbelletis Oronitæ, quem ego a meremo-
ui. Iadua vero erat filius Iohannis, Iohannes Ioiadæ. Is erat illi ne-
pos ex filio Iohanne. Neque vero Iudæi ignorant Sanbelleten soce-
rum Manassis ab Alexandro Magno impetrasse veniam templi in
monte Garizim construendi: eumq; Sanbelleten eundem esse fatentur,
cuius meminerit Nehemias. Sed errant, quum eo tempore Simonem
Iustum Pontificem summum fuisse arbitrantur, non Iadduam. Quare ex
his luce clarius est, Nehemiam ad tempora Alexandri Magni perue-
B nisse. Ideo Darius ille, cuius vltimo loco meminit, est Darius Codoman-
nus, qui ab Alexandro ad Gaugamela victus, postea a Besso prætore in-
terfectus est. Nehemias vero scribebat vltimũ caput libri sui sub finem
Achi Artaxerxis, filij Artaxerxis Memoris, sub Pontifice Ioiada. ca. 13.
28. Lege Iosephum necessario, lib. xi. κεφαλ. ζ. quod caput mire hæc vl-
tima Nehemiæ tempora illustrat: quamquã ibi perperam legitur Λαοῦ
Αρταξέρξου, pro, Ἄχου Αρταξέρξου: quemadmodũ apud Tertullianum con-
tra Iudæos Argus perperam pro Achus legitur. qui error vetus est. Nã
etiam Iulianus Pomerius cõtra Iudæos Argus pro Achus scribẽs, osten-
dit se vsum mendoso codice Tertulliani, cum hunc locũ ex eo scriptore
desumeret. omnino librum suũ scripsisse videtur Nehemias sub finem
C Philippi Macedonis, & initium Alexãdri, sub Dario Codomanno quod
non solum ex cap. 12, 22 deprehenditur, sed etiam ca. 8 Iosephi ejus-
dem xi libri. quem locum omnino consule. Iam tenemus vltimum
Regem Persarum. Primus, quod nemo dubitat, est Cyrus. Qui
postea reges in Perside regnarint, omnes ordine a Græcis bona fide re-
censentur. Videndum, an etiam illi ex sacris Bibliis elici possint. Da-
nielis vndecimo, anno Cyri vltimo, qui erat tertius captæ Babylonis,
Angelus ita Danielem alloquitur: עוֹד שְׁלֹשָׁה מְלָכִים עֹמְדִים לְפָרַס וְהָרְבִיעִי
יַעֲשִׁיר עֹשֶׁר גָּדוֹל מִכֹּל : ἔτι τρεῖς βασιλεῖς ἀναστήσονται ἐν τῇ Περσίδι. καὶ ὁ τέταρτος
πλουτήσει πλοῦτον μέγαν παρὰ πάντας. Ait quatuor reges exorituros in Per-
side post Cyrum, quorum vltimus omnes anteibit opulentia. Post Cy-
D rum igitur hi quatuor sequuntur: Cambyses, Smerdis, Darius Hy-
staspis, Xerxes. Ergo Xerxes est is, quem ait omnium potentissimum
fore, quod & tacente Daniele, ex Græcæ historiæ auctoribus satis
compertum erat. Adiicit deinde: *Postquam opes stabiliuerit*, hoc est,
postquam regni habenis admotus fuerit, *suscitabit omnes contra regnum*
Græciæ. Locus per se satis illustris ad Xerxen digito indicandum. Xer-
xes igitur est quartus, Daniel vero eosdem cum Græcis Reges Persidis
ponit post Cyrum; nempe Cambysen, Smerdim, Darium Hystaspis,

Ddd Xerxem

Xerxen : qui ſunt quatuor reges. quartus autem Xerxes eſt, quem A Daniel innuit ingenti opum vi Græciam ſolicitaturum. Quod autem de iiſdem regibus intelligat, teſtis etiam Hieronymus in Danielem : cuius verba ad hunc locum hæc ſunt : *Quatuor Reges poſt Cyrum dicit in Perſide reſurrecturos, Cambyſen, filium Cyri, & Smerdem Magum, qui Pantapten filiam Cambyſis duxit vxorem. Qui cum a ſeptem Magis fuiſſet occiſus, & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperium, eadem Pantapte nupſit Dario, & ex ea Xerxem genuit filium, qui potentiſſimus Rex & ditiſſimus aduerſum Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea geſſit, quæ Græcorum narrant hiſtoriæ.* Hactenus Hieronymus. Æſchylus in Perſis omnes recenſet ordine ſub perſona Darij Hyſtaſpis, ſed a Kyaxare Medo, ad Xerxem, filium B eius.

* * * * *

Ταγάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
Μέγιστον, ἀείμνηστον, οἷον οὐδέπω,
Ἐξ οὗγε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ᾽ ὤπασεν,
Ἕν᾽ ἄνδρα πάσης Ἀσίδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ.
Τὸ δ᾽ ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσε πεσόν.
Ἄλλος δ᾽ ἐκείνου παῖς τόδ᾽ ἔργον ἤνυσε.
Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
Τρίτος δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνὴρ
Ἄρξας ἔθηκε πᾶσιν εἰρήνην φίλοις·
Λυδῶν δὲ λαὸν καὶ Φρυγῶν ἐκτήσατο,
Ἰωνίαν τε πᾶσαν ἤλασεν βίᾳ.
Θεὸς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, ὅσγ᾽ εὔφρων ἔφυ.
Κύρου δὲ παῖς τέταρτος ἴθυνε στρατόν.
Πέμπτος δὲ Μάρδος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ,
Θρόνοισί τ᾽ ἀρχαίοισι. τὸν δὲ σὺν δόλῳ
Ἀρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις
Ξὺν ἀνδράσι φίλοισιν, οἷς τόδ᾽ ἦν χρέος.
Ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομός τ᾽ Ἀρταφρένης.
Κἀγὼ δ᾽ ἔκυρσα τοῦπερ ἤθελον πάλου.
Κἀπεστράτευσα πολλὰ σὺν πολλῷ στρατῷ
Ἀλλ᾽ οὐ κακὸν τοσόνδε προσέβαλον πόλει.
Ξέρξης δ᾽ ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.

Hic repetit initium monarchiæ Perſicæ a Kyaxare, & eius filio Aſtyage, cui ſucceſſerit victor Cyrus, Cyro Cambyſes, Cambyſæ Mardus, id eſt,

A id est, Smerdis Magus, dedecus throno Cyri, vt ipſe dicit. illi per aliquot dies ſucceſſerunt alternis ſeptem proceres, Maraphis, Artaphernis, & alij, donec ipſe Darius electus eſt. Hæc clare Æſchylus: quem illuſtrem locum præterire piaculum erat. Sed aſteriſcos initio poſuimus, quod deeſſe quædam omnino conſtet nobis. Præterea verſiculum ſeptimum, τὸ δ' ἄστυ Σούσων a tertio loco huc traduximus. Erat enim alieno loco poſitus: Suſa a Kyaxare vaſtata, a filio Aſtyage in integrum reſtituta, non obſcure dicit. Hæc neſcio an alibi legas. Qui deinceps imperarunt, ſunt hi: Artaxerxes ὁ μακρόχειρ. Darius ὁ νόθος, Artaxerxes ὁ μνήμων. Darius enim Nothus ſtipatus eſt duobus Artaxerxis, Longimano, & Memore. Si igitur ex ſacris libris proba-

B uero Darium quendam ſucceſſiſſe Artaxerxæ, Dario item Artaxerxam alterum: dubium nullum relinquetur, quin medius Darius ſit is, qui Nothus dictus eſt, quod ex pellice natus eſſet: Artaxerxa autem eum præcedens ſit is, qui μακρόχειρ dictus ſit: Artaxerxa vero alter, is, qui μνήμων cognominatus eſt. Quo conceſſo, ſequitur rurſus; vt qui præceſſit Artaxerxem, is ſit Xerxes ille, celeberrimus hoſtis Græciæ. Legimus itaque apud Eſdram cap. quarto, commate ſexto: *Regnante Oxyare, initio regni eiuſdem, accuſationem inſtituerunt in eos, qui Iudæam & Hieroſolyma habitabant. Regnante vero Artaxerxe, Mithridates, Tabeel & alij populares factionis ſcripſerunt Regi Artaxerxæ.* Vide reliqua. En duo Reges ordine ſuccedentes, Oxyares, vel, vt Iu-

C dæi Critici pronuntiant, Ahaſchvveros & Artaxerxes. Mox in ſequentibus dicitur Artaxerxi illi Darius quidam ſucceſſiſſe: cuius Darij anno ſecundo intermiſſum opus templi repetitum & continuatum. Cui Rex Artaxerxes deinde ſucceſſit is, qui Nehemiam & Eſdram in Iudæam miſit. Perſpicue ergo Darius, cuius anno ſecundo opus templi repetitum, is eſt Darius Nothus ſtipatus duobus Artaxerxis, Macrochire & Mnemone. Qui autem præcedit Longimanum, is, niſi bardi ſumus, eſt Xerxes, quem Oxyaren vocat Scriptura, nomine ſcilicet, quo priuatus vocabatur, אַחְשׁוֹרוֹשׁ Ὀξυάρης, vel, vt Hebræi Maſoretæ, אחשורוש, Ahaſchvveros. quod parum refert. Is igitur, ſiue Ὀξυάρης, ſiue Ahaſchvveros, eſt omnino Xerxes magnus terror Græ-

D ciæ, vir Eſter Hebrææ. Primum conſidera opes eius initio libri Eſter, in hæc verba: *Ipſe eſt* Ahaschweros, *qui ab India, ad Æthiopiam vſque, centum & ſeptemdecim prouinciis imperabat.* Hoc teſtatur Herodotus, cum Mardonium ita cum Xerxe loquentem inducit: δεινὸν μὲν ἂν εἴη πρῆγμα, Σάκας μὲν καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Αἰθίοπας, καὶ Ἀσσυρίους, ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα ἀδικήσαντα Πέρσας οὐδὲν, ἀλλὰ δύναμιν προσκτᾶσθαι βουλόμενοι καταστρεψάμενοι δούλους ἔχομεν. Ἕλληνας δὲ ὑπάρξαντας ἀδικίης οὐ τιμωρησόμεθα. Rurſus conſidera interuallum a Nabu-

chodonoſoro, ad illum. Kis Beniaminita abductus eſt Babylonem A
cum Rege Iechonia. Huius filius Simei. Illius Iairus, pater Mardochæi. Mardochæus vero erat patruelis Eſter. En tres γενεαὶ a Nabuchodonoſoro, ad Eſter Reginam. Et ſane a capto Iechonia, ad διάδοχον Ξέρξου, putantur anni 120. Nam quod Annius ille Viterbienſis ſub nomine Philonis non veretur 198 annos Mardochæo attribuere, id eiuſmodi eſt, vt non aliter, quam ab otioſo monacho confictum, & ab indocto praue interpretatum accipiamus. Nam illa verba, *Qui a Rege Babylonia abductus eſt*, perperam refert non ad Mardochæi proauum Kis, ſed ad Mardochæum ipſum. Sed quid tergiuerſamur? Xerxes eſt quartus poſt Cyrum, & proximus ante Artaxerxem. Eſdræ IV, 6. 7. Ergo Oxyares & Xerxes, qui Axeſte, & B
Xeſte dici debebat, vt iam diſputauimus, ex 19, 12, אַחְשַׁסְתָּא Ὀξέστης. Omnibus vero ad imperium accedentibus nomen mutari moris eſſe, ſupra in nominibus Chaldaicis diſputatum eſt. Sic Artaxerxes Mnemon, cum adhuc priuatus eſſet, vocabatur Ἀρσίκας & Οάρσης. Darius Nothus prius dicebatur Ὦχος, & Ὄχος. Cteſias: βασιλεύει Ὦχος, καὶ μετονομάζεται Δαρειαῖος. Eius filius prius Ὦχος dictus, in imperio Ὦχος Ἀρταξέρξης tranominatus. Apud Ioſephum, vt ſupra monuimus, lib. XI, perperam Λάχου Ἀρταξέρξου legitur, pro Ὤχου Ἀρταξέρξου. Denique qui Codomannus prius dicebatur, is in imperio Darius dictus, vltimus Rex Perſarum. Ὀξέστης igitur, & Ξέστης eſt is, quem Græci Ξέρξην vocarunt, ſicut pro Ἀρταξέστης, dixerunt Ἀρταξέρξης. Sed quid di- C
cam de Regina vxore Xerxis? Ea vocabatur Ἄμιστρις, vel, vt alibi reperio, Ἄμηστρις. הַם־אֶסְתֵּר ex 14, 7. Similis compoſitio nominis הַמְּדָתָא, quomodo pater Aman vocatus, ex 14, 9. Ἄμιστρις, Ἄμηστρις, Ἄμαστρις idem הַם־אֶסְתֵּר. Sic etiam vocabatur filia Oxyathris fratris Darij Codomanni, cuius nomine dicta fuit Amaſtris illa vrbs Pontica etiam hodie nomen retinens, vt auctor eſt Strabo, qui addit: ἦν δ' ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δ' Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατ' Ἀλέξανδρον. Apud Æſchylum in Perſis Ἀμίστρης eſt nomen viri: vt dictum ſit Ἀμίστρης maſculine, Ἄμιστρις feminine, vt πολίτης, πολῖτις. Perſice autem neſcio quod diſcrimen in ſcribendo eſſe poſſit. Eodem modo Μασίστρης Æſchylo מַס־אֶסְתֵּר ex 30, 7. Sed Æſchylo Ἄμιστρις, Ἀμίστρης, D
ambo maſculina ſunt: Ἄμιστρις, Ἀμφιστρεύς τε πολύπονον δόρυ νωμῶν. An dubitatur eam eſſe Reginam Eſter? Sane idem nomen. quæ ita vocata, cum ad thalamum regis veniſſet; cum antea Hadaſſa, hoc eſt, Μυῤῥίνην, vocaretur. Nam qui Ἄτοσσαν matrem Xerxis, vxorem Darij eandem faciunt cum hac Hadaſſa, quod ad Hebræum הֲדַסָּה id nomen alludere videatur, valde hallucinantur, vt qui eam nuptam ei faciant, qui erat eius filius. Nam Aſſuerus eſt Xerxes. Et hinc hariolantur

Darium

A Darium Hyſtaſpis eſſe Aſſuerum : & proinde Darium Aſſuerum vocandum eſſe. Alij Reginam Waſti, quam repudiarit Aſſuerus, eſſe Atoſſam : alij Artyſtonam, quam vxorem duxerit Darius. neque vnquam eſt finis nugarum. Amaſtris igitur, ſiue Amiſtris, ea eſt Eſter : Ea, inquam, eſt Eſter Regina, quæ populares ſuos Iudæos ab inſidiis Aman vindicauit, cum regem ſplendidiſſimo conuiuio excepiſſet. quod conuiuium Perſice dicebatur τυκτὰ, vt auctor eſt Herodotus. qui etiam adiicit in eo conuiuio Regibus Perſarum non licuiſſe vlli negare quicquam eorum, quæ a ſe peterentur. Phanias Peripateticus apud Athenæum lib. 11. vocat συγγενικὸν ἄεισον. Cum igitur conſtet Ahaſchvveros, ſiue ὀξυάρης, eſſe Xerxem, vides, quam
B imprudenter Iudæi, & quidam noſtrorum hominum eos ſequuti, Darium Medum huius filium eſſe ſcribunt. Alij tres Ahaſchvveros hariolati ſunt. Quid verbis opus eſt ? Aliam Perſidem, alios eius Reges commenti ſunt. Poſt Cyrum igitur regem quendam opulentiſſimum quartum putat Daniel. Ahaſchvveros eſt rex ille opulentiſſimus, & proinde quartus poſt Cyrum. Quod ſi quartus poſt Cyrum, & Xerxes igitur. Huic ſuccedit Artaxeſte, ei Dariæos, illi deinde Artaxeſte alter. quæ ſeries in Daniele, Eſdra, & Nehemia, Zacharia & Haggæo deprehenditur.

Series Regum Perſarum in Daniele, Nehemia & Eſdra.

C
Cyrus. Daniel. XI. 2.
Cambyſes. Daniel. XI. 2.
Smerdis. Daniel. XI. 2.
Darius Hyſtaſpis. Daniel XI. 2. Eſdræ IIII. 5.
Xerxes. Daniel. XI. 2. Eſdræ IIII. 6. Eſther.
Artaxerxes ὁ μακρόχειρ. Eſdræ IIII.
Darius Nothus. Eſdræ IV. 24. V.
Artaxerxes ὁ μνήμων. Eſdræ VII. Nehem. I.
Achos. *
Darius Codomannus. Nehemiæ XII. 22.

D Manifeſta igitur eſt διαδοχὴ Regum Perſidis in ſacris libris, atque eadem, quæ in Græcis. Inter Artaxeſte ſecundum, & Darium vltimum, vnus eſt duntaxat Ochus Artaxeſtes, ſcelere ante alios immanior omnes: vnus, inquam, cuius mentio non fit in ſacris literis. Cæteri omnes diſerte exſtant in Daniele, Eſdra, Eſter, Nehemia, Zacharia, Haggæo. Nullus igitur locus illis Aſſueris Priſcis, Aſſueris Babyloniis, Aſſueris Piis, & reliquis, vt Plautus loquitur, Regum mendicabulis, qui ex officina Chronologorum, præſertim ex ſomniis

Annij Viterbienſis prodierunt. Quin neſcio qui nuper duos Cyros A
nobis genuerunt, alterum filium Darij Medj, alterum Cyrum illum
Magnum. Sed ἄλις δρυός. Quam vero venuſti ſunt, qui monſtrum
geminum ex duobus Regibus, Aſſuero & Artaxerxe, compoſuerunt,
vt ſubito in Cyri throno collocatus ſit Aſſuerus Artaxerxes. Id commentum acutum ex commatibus 6, 7, cap. 4 Eſdræ fabricatum: cum
ibi clare ſcribatur, primum a Samaritis, Syris & indigenis opus templi interpellatum. Commate 4. Cum tamen nihilominus Zorobabel
opus continuaturus eſſet, & indigenarum conatus eluderet, alio confugerunt hoſtes Iudæorum. Aulicos ſubornarunt, qui Iudæos apud
Cyrum accuſarent. Quare interim ceſſatum ab opere, adhuc imperante Cyro. Commate 5. Poſt Cyrum, Cambyſen, Smerdim, Da- B
rium Hyſtaſpis, cum neque ſatis eſſe putarent, eos ab aulicis apud
Reges accuſari, ipſi vltro accuſationi ſubſcripſerunt: & nomen Iudæorum Ahaſchvvero, ſiue Oxyaræ, hoc eſt, Xerxi, qui tunc primum
ad imperium acceſſerat, deferunt. Commate 6. Eo mortuo, apud
Artaxeſten, qui Xerxi ſucceſſit, iterum Iudæos & eorum proceres accuſarunt. Commate 7. Vnde opus templi a reditu Iudæorum & fundamentis iactis, ad ſecundum annum Darij Nothi, intermiſſum per
annos 107. Sed Chronologi quid deſignarunt? Ex Ahaſchvvero
ſexti commatis, & Artaxeſte ſeptimi monſtrum illud bicorpor compegerunt, Aſſuerum Artaxerxem: quo nihil ineptius poteſt dici, niſi
vt in fabulis tricorpores Geryonas Reges, ita in ſacris literis bicorpo- C
res admittamus. Cum igitur ſeries regum Perſidis a Cyro magno, ad
Darium Codomannum vltimum deducta ſit, hinc colligere licet
magnum interuallum, quod inter reditum Hebræorum ex Chaldæa,
& annum ſecundum Darij Nothi intereſt. Primum Nehemias anno viceſimo Artaxerxis Memoris ſcribit ſeſe diu inueſtigaſſe librum
Genealogiæ eorum, qui cum Zorobabele redierant, eumque poſt
longam inueſtigationem tandem ſeſe reperiſſe. Quo ſane indicatur,
γενεαὶ, aut amplius a reditu Hebræorum ad tempus Artaxerxis Memoris tranſiſſe. Saltem hoc facto probatur, neminem eorum, qui
redierant, tunc ſuperſtitem fuiſſe. Neque tam diligenti Genealogiarum inquiſitione opus fuiſſet, ſi illi, quorum Genealogiæ in libro D
ſcriptæ erant, aut eorum filij, ſuperfuiſſent, qui interrogari melius
de ſuo ipſi genere poſſent, & quorum de ſe ipſis teſtimonio maior fides, quam libro haberi poterat. Id certius colligitur ex Eſdra, apud
quem Darius Nothus iubet Bibliothecas, & Archiuorum forulos diligenter excuti, vt edictum Cyri de reditu Iudæorum reperiatur. Sane
hoc omnino indicat, rem vetuſtiſſimam fuiſſe edictum illud, & ante
memoriam eorum hominum, qui tunc viuebant, emiſſum, vtpote
cum

A cum eius rei testes nulli superessent in rebus humanis. neque imme-
rito. Magnum enim interuallum a Cyro, ad Darium Nothum. Quod
si non aliunde, tamen ex temporibus Assueri, siue Oxyaris probari
poterat. Nam a captiuitate, ad Assuerum, γενεὰς tres plus minus
fluxisse supra ex libro Ester, & serie Mardochæi probatum est. Assue-
ro, vel Oxyari succedit Artaxerxes. Artaxerxem deinde excipit Darius:
vt minimum tres, aut quatuor γενεαὶ intersint inter reditum, & initia
Darij illius, cuius anno secundo opus templi continuatum. Quare
melius hunc hiatum magnum temporis considerassent Chronologi,
quam, vt templi continuationem propius tempora Cyri admouerent,
nouos reges in Perside comminiscerentur. Hinc etiam longæuam se-
B nectutem Iesuæ summi Sacerdotis, & Zorobabelis ducis colligere li-
cet indubitato Nehemiæ testimonio. Diximus enim quantum inter-
uallum sit a Cyro ad Darium Nothum: neque ignoratur, quantum
rursus sit a Dario Notho, ad Darium vltimum. Nehemias a Cyro,
ad Darium vltimum; duos tantum duces ponit, Zorobabelem, &
seipsum: cap. XII: ita vt a Cyri excessu, ad finem monarchiæ Per-
sicæ, hoc est, per annos minimum 200, duo tantum duces Iudæo-
rum fuerint, magna temeritate illius Annij, qui sub Philonis nomi-
ne alios duces post Zorobabelem nominat contra mentem sacrorum
librorum. Nam apud Zachariam Prophetam Deus vult a Iesua, &
Zorobabele opus templi continuari, a quibus primum inceptum e-
C rat: vt alterutrius senecta aliquot paucis annis Mosis ætatem supera-
uerit. Etiam ex verbis ipsius Nehemiæ apparet, Nehemiam admo-
dum senem decessisse. Nam cum ex ipso constet, eum temporibus
regis Darij Nothi vixisse sub Eliasibo Pontifice, & ad vltima tem-
pora monarchiæ Persicæ peruenisse, eum maiorem 120 annorum de-
cessisse necesse est. Ab initio enim Darij Nothi, ad cladem Persarum
ad Gaugamela, anni sunt non minus 93. Neque vero putes Nehe-
miam hunc esse eundem cum illo, cuius mentio Esdræ II. 2. Nehem.
VII. 7. Alius enim est. & strenue hallucinantur, qui eundem cum hoc
faciunt. Sed tamen quanuis Nehemia vnius meminerit Zorobabelis,
D qui ante se dux fuerit, tamen alios plures ante se fuisse manifesto in-
dicat cap. V. 15. Ex quo fortasse Annius, & Philo Annianus nomina
Ducum suorum architectati sint. Certe Nehemia sub Eliasib Pon-
tifice refecit muros Hierosolymorum. Eliasib autem est nepos Iosue
Pontificis. Duæ ergo generationes a reductione captiuitatis, ad in-
staurata mœnia, transierant. qui vt minimum sunt anni 144. Toti-
dem vero anni sunt a reductione captiuitatis, ad vicesimum annum
Artaxerxis Memoris.

EPOCHÆ XIII ADAR MARDOCHÆI, ET INSTAVRATIONIS TEMPLI AC HIEROSOLYMORVM. A

HIS valide demonſtratis, nullus labor eſt tempora Reginæ Eſter, & inſtaurationem templi ad veras epochas ſuas reuocare, cum demonſtratum ſit, Aſſuerum eſſe Xerxem, Darium autem, ſub quo templum exædificatum, eſſe illum, cui cognomentum fuit Notho. Xerxes igitur anno tertio imperij ſui omnes Perſidis & Mediæ proceres conuiuio excipit, cuius conuiuij cauſſam liber Eſter non reddit, ſed ex libro VII Herodoti non difficile eſt eam colligere. Expeditionem enim in Græciam moliebatur, de qua B & omni eius apparatu bellico cum ad proceres imperij retuliſſet, mox eos illo ſplendidiſſimo epulo CLXXX dierum proſecutus eſt. quod facile confirmatur altero conuiuio, quo plebem excepit, tanquam illud eſſet ἀποζευκτικὸν, vtpote cum longinquam expeditionem adornaret, & longo poſt tempore populum viſurus non eſſet. Inde fit, vt in libro Eſter totum interuallum ab anno tertio, ad ſeptimum, taceatur: quod nimirum intra illud tempus illa expeditio contigerit. Tot argumenta, præter illa, quæ collegimus, conuincunt, Aſſuerum eſſe Xerxem, vt de eo neque dubitare poſſit, niſi qui nullo ingenio eſt, neque negare, niſi malignus. Statim igitur reuerſo ex Græcia Xerxi adducitur Eſter menſe decimo, ſub finem ſeptimi anni Xerxis. Duo- C decimo autem anno, tertiadecima menſis Adar, ſupplicium de Aman ſumitur; anno Iudaico 3287: cuius Niſan fuit 3.8.101. Aprilis tertia. Ergo neomenia Adar gemini feria ſecunda, Martij quinta, anno periodi Iulianæ 4240, cyclo Solis duodecimo, Lunæ tertio. Proinde XIII Adar fuit XVII Martij, Sabbato: cuius tamen Iudæi nullam rationem habuerunt, quominus hoſtes ſuos vlciſcerentur: quam religionem in tali re facile contemnebant. Erat annus Mundi 3476, Ichthyonos viceſima. Zygon antecedens 6.22.42', Septembris XXX. anno Nabonaſſari 274, Athyr XXVIII. In duobus ſimillimis caſibus Iudæi diuerſo modo tempora notarunt. Nam in hiſtoria Eſter ipſi tempus ſignant menſe Lunari Adar, more ſuo & D Chaldæorum. At in Edicto regis, quod ab eo eblanditus erat Aman de interficiendis ad internecionem omnibus Iudæis, non eſt dubium, quin menſis & appellatione fuerit Perſica, & quidem æquabilis, non Lunaris, vtique more Perſarum, non Iudaico. At in ſimili re liber tertius Macabæorum, qui vocatur, non Iudaice menſes putat, ſed Ægyptiace. Inopinatam enim illam opem diuinitus Iudæis contigiſſe ſcribit a quinta menſis Epiphi, ad ſeptimam. Sane ea con-

A ea contigerunt intra triennium, ex quo Ptolemæus Philopator imperium iniit: intra quod interuallum quinta Epiphi non mota est ex XVII Augusti Iuliani in antecedentia. Et quidem primus annus Philopatoris erat 528 Nabonassari, periodi vero Iulianæ 4494. Quare quanuis nescimus annum, quo & victoria Philopatori de Antiocho Magno, & Iudæis summum vitæ discrimen, & postea repentina salus contigit: tamen exploratum nobis est, id XVII Augusti accidisse. Nam Eusebius ignorans verum annum illarum rerum, monet eas in Philopatoris initia conferendas esse. Sed ad librum Ester reuertamur: cuius epocha XIII Adar congruit illi diei, quam illi adscripsimus. Et sane mirandum esset, cum XV Adar non minore cultu obseruanda
B præcipiatur, quam XIV, vt legimus Ester IX, 21, cur hodie tamen eius cultus desierit, nisi sciremus hoc quidem antea obtinuisse, postea vero propter duo Sabbata continua abrogatum fuisse: non quidem nomine duorum Sabbatorum continuorum, sed quia poterat accidere, vt XVI Adar esset Sabbatum. Itaque tunc essent tria Sabbata continua. quod esset valde incommodum. Rursus in libro Ester nulla obseruatio tertiædecimæ Adar indicitur, At hodie illam diem omnes Iudæi insigni ieiunio venerantur, quod dicitur תַּעֲנִית אֶסְתֵּר cuius apparatum & nos quoque apud ipsos Iudæos vidimus. Et sane recentem obseruantiam illam esse oportet, cum, vt diximus, neque sit ex præcepto libri Ester, neque, si fuisset, illam lætitiæ dicasset ve-
C tus Ecclesia Hierosolymitana, ob insignem de Nicanore victoriam. Macabæorum posteriore, XV, 37. Quomodo enim illum diem dicassent lætitiæ, si ieiuniis exceptus fuisset? Itaque priscis temporibus XIV Adar vocabatur Mardochæus, vt ex eodem loco Macabæorum cognoscimus: vt videatur ne tunc quidem XV diei ratio habita, quanquam ita præcepisset volumen Ester. Quare de quintadecima die aut non diu, aut nunquam obtinuit. Id Festum Mardochæi fere in idem tempus incidere solet, quo Hilaria Christianorum, neque scias, vtris solutior licentia. Adeo apud vtrosque periit pudor. Mittunt Iudæi tunc sibi inuicem partes de conuiuio. Sed & olim Christianos a Iudæis illas capere non pudebat: quare Canon
D septuagesimus nomine Apostolorum id interdicit: εἴ τις κληρικὸς νηστεύοι, ἢ ἑορτάζοι μετὰ Ἰουδαίων, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἢ τοιοῦτόν τι. verius est, vt μερίδες illæ quartædecimæ Adar nomine ξενίων intelligantur, quam ἀζύμων. Quod autem suspendere solerent Aman, & illius licentiæ nomine Christianismo illudere, constat ex Constitutione Honorij & Theodosij Augg. C. de Iud. & Cælic. quæ constitutio integrior extat in Cod. Theod. Atque hactenus de Assuero, siue, vt postulat recta pronunciatio, Oxyare,

quem Xerxem esse, amplius dubitari non potest. Post eum adiicit A Artaxerxen Esdras, IV. 7. & in fine capitis ait, toto tempore Artaxerxis interpellatum fuisse opus, vsque ad secundum annum Darij. Sane nullus Artaxerxes sequitur Xerxem, præter Artaxerxem Longimanum; neque illum vllus Darius, præter eum, qui vocatus est Nothus. & quidem post istum Darium, anno VII Artaxerxis, Esdras proficiscitur Hierosolyma. Iste igitur Darius medius est inter duos Artaxerxes. Est igitur Darius Nothus: in cuius anno secundo iterum emissum est edictum de reficiendo templo, & consequenter Hierosolymis. Quare VI. 14 Esdræ, scriptum est iussu Cyri, Darij, & Artaxerxis, Hierosolyma instaurari. Atqui cap. IV. 7, toto tempore Artaxerxis interpellatur opus. Alius igitur est iste Artaxerxes ca- B pitis VI. 14, ab illo capitis IV. 7. & quidem eo maxime, quod alter Artaxerxes sequitur Oxyaren, siue Xerxem, antecedit Darium: iste vero sequitur Darium. Locus est adeo perspicuus de duobus Artaxerxis, vt aliter velle demonstrare, fuerit vero aduersari. Capite IV, toto Artaxerxis tempore, ante Darium, disturbatur opus. Capite VI. 14, Artaxerxis iussu continuatur, post Darium. Hinc igitur monstra Dariorum Assuerorum, & Assuerorum Artaxerxarum conflata sunt ab iis, qui lumen Soli fœnerare volunt. Secundo igitur anno Darij Nothi repetitum est Edictum Cyri, quod hostium factione infirmatum fuerat. Esdræ VI. 12. Sexto autem eiusdem anno templum exædificatum, quod ab vltimis annis Cyri, vsque ad illud tempus in- C terpellatum fuerat annis 105, quæ sunt Hebdomades annales quindecim. Additur dies, quo absolutum opus templi, & encænia celebrata; nempe tertia Adar anni sexti Darij. Esdræ VII. 15. Erat igitur annus periodi Iulianæ 4294, cyclo Lunæ XIX, Solis X: Iudæorum hodiernus 3341. cuius Tisri, 7. I. 464, vndecima Septembris: annus communis abundans. Ergo neomenia Adar feria II, Februarij septima. Quare Encænia contigerunt nona Februarij, feria quarta: Hydronos quintadecima anni a conditu rerum 3530: cuius Zygon, 5. 6. 52, Septembris XXIX. anno Nabonassari 328, Athyr sexta. Hunc Darium sequitur Artaxerxes. Et quia ille Darius demonstratus est esse is, cui cognomentum fuit Notho, ergo iste Artaxerxes est is, cui cognomen fuit D μνήμων: in cuius anno septimo Esdras profectus est Hierosolyma, & in cuius vicesimo Nehemias mœnia Hierosolymorum refecit: quod non licuisse, per hostes Iudæorum, sub altero Artaxerxe, nemo dubitare potest, qui accurate caput IV Esdræ legerit. Ideo ille Artaxerxes est alius ab eo, cuius mentio cap. VI. 14, & tempore & caussa; vt iam ostensum est. Annus igitur vicesimus Artaxerxis Memoris incipit a fine hiemis anni 4328 periodi Iulianæ: qui erat Iudaicus 3375.

Tisri

A Tiſri ſequens anni 3376 fuit 4.19. 403, feria quinta, Septembris xv, cyclo Lunæ xv, Solis xvi. Ergo neomenia antecedentis Elul feria quarta, Augusti xvii. Et proinde xxv Elul, Septembris decima, feria ſeptima, qua nihil reliquum ſupererat de opere. Itaque veſpere paraſceues antecedente abſoluta fuerunt mœnia, quo tempore init Sabbatum. Nehemiæ vi, 15, anno Mundi 3564, Parthenonos xiii, Zygon antecedens 4.6.57, Septembris xxix. anno Nabonaſſari 362, Payni xvii. Viceſima nona illius Septembris, quæ erat neomenia Zygon, prima Scenopegia celebrata, poſt reditum Iudæorum: excepta illa, quam Ioſue filius Ioſedek celebrauit. Eſdr. iii. 4. quod clare patet ex viii. 15. 16. 17 Nehemiæ.
B vi Octobris erat xxii Tiſri, octaua σκηνοπηγίας, quæ dicitur עצרת: viii Octobris, xxiv Tiſri, dies ſabbathi, qua ciliciis induti operati ſunt ieiuniis, & ſemen alienigenarum a populo Dei ſeparatum. cap. ix. i. Atque ea die fœdus nouum coram Deo initum de religione, & cultu Dei, & legis ac ſolennium obſeruatione. Nam hactenus pleraque deſita erant ob longinquum tempus deportationis. Cæptum autem opus mœnium xxiii Tamuz, feria ſecunda. A viceſima tertia Tamuz, ad xxv Elul, ſunt dies 61. in quibus ſunt Sabbata nouem: quibus detractis de 61, remanent 52 dies, quibus incredibili diligentia mœnia conſtructa. Nehemiæ vi. 15. Hoc eſt, quod Danielis ix, 25 dicitur: mœnia illa anguſtis ſpatiis temporum refectum iri. In
C vltimo capite Nehemias dicit ſe poſt hæc rediiſſe in Perſidem, quemadmodum Regi ac reginæ pollicitus erat. cap. primo. 6. Deinde adiicit, anno xxxii Artaxerxis Hieroſolyma reuertiſſe: qui erat annus periodi Iulianæ 4340. a quo, ad cladem Darij ad Gaugamela, anni ſunt lxii. Certe eius Darij mentio eſt cap. xii. 22, ſub Iaddua Pontifice: quem Alexandro victori obuiam proceſſiſſe gratulatum, ſupra ex Ioſepho retulimus. Deſinant ergo velitari, qui hunc Artaxerxem Longimanum faciunt, & Darium illum filium Hyſtaſpis, non autem Nothum intelligunt.

D

EPILOGISMVS HEBDOMADVM DANIELIS.

Nihil iam dubium in temporibus Regum Perſarum relictum eſſe confido; quod quidem faciat ad eorum epochas cum ſacris libris comparandas. Nam in ipſorum regum epochis nullum vnquam dubium fuit a Cyro illo primo, ad Alexandri victoriam ad Gaugamela. Sed totum diſcrimen erat, eas poſſe ad ſacram hiſtoriam ſingillatim referre. Supereſt vltimus ille ἆθλος, & labor, vt quibuſdam videtur, Herculeus, vt ego cenſeo, leuiſſimus, Hebdomadum

domadum Danielis caput, & initium deprehendere. Nam in initio capiendo vt totum est operæprecium, ita opera luditur in eius ignoratione. Errores omnium omnes enumerare, neque mei otij est, neque huius loci. Duos aut tres tantum perstringemus. Primus error eorum, qui Herodis initio Hebdomadas illas finiunt, adducti Iacobi Patriarchæ oraculo: *Non auferetur sceptrum de Iuda, neque Legislator de medio pedum eius, donec venerit* SILO. Volunt hoc vaticinium adimpletum, cum Herodes ἀλλόφυλος, patre Idumæo genitus, inuasit regnum Iudæorum, interfecto legitimo Rege Antigono vltimo stirpis Hasmunæorum. Annus initij Herodis in periodo Iuliana 4675: de quibus si retro retexas 490, peruenietur ad secundum annum Cambysis, qui est periodi Iulianæ 4187. Sed quid Cambyses ad Hebdomadas Danielis? Non enim, vt inquit ille, erat in hoc albo. Imo quid Hebdomadibus istis cum initio Herodis, XXXVII annis ante natalem Regis Messiæ? Quid hoc est, quam sacra vaticinia pro pila habere, & sua somnia narrare, non sacra interpretari? Quid merent, qui ita censent, aut qui illa patienter legunt? Alij incipiunt ab anno secundo Darij filij Hystaspis, idque ex VI ca. Esdræ, vt quidem ipsi interpretantur. Annus secundus Darij filij Hystaspis 4194 in periodo Iuliana. Ergo annus 4683, aut 4684 est terminus Hebdomadum, qui est annus primus Augustorum Ægyptiacus. Sed annus primus Actiacus Ægyptiorum non magis pertinet ad Hebdomadas Danielis, vtpote annis XXVIII ante natalem Regis Messiæ, quam initium Herodis, annis XXXVII ante eundem natalem. Tolerabilius eorum commentum, qui Hebdomadas ordiuntur a septimo anno Artaxerxæ Longimani.: qui erat annus periodi Iulianæ 4256. Et proinde finis Hebdomadum fuerit annus 4746, quo passus Dominus. Nihilo tamen consultius ab illis factum. Nam quo auctore ab Artaxerxe Longimano illas ordiuntur? Nam si ille Artaxerxes non est is, de quo sentit Esdras VII, 6, frustra a VII anno Artaxerxis initium harum Hebdomadum capiunt. Africanus priscus & eruditus scriptor, libro quinto de Temporibus putare instituit Hebdomadas a vicesimo anno Artaxerxis Longimani, anno regni Persarum, vt ipse putat, CXV. Annus primus Cyri in periodo Iuliana 4154. Annus vicesimus Artaxerxis 4269. differentia CXV. In quo hactenus constat illi ratio temporis. 490 anni cum 4269 compositi constituunt annum periodi Iulianæ 4759, qui erat quadragesimus sextus annus Christi Dionysianus, vndecimus post passionem. Quid mysterij putemus esse in anno duodecimo a passione? Nullum, siquidem sapimus. Sed Hieronymus addit ex eodem Africano vicesimum Artaxerxis Longimani fuisse CXXCV capti Sedekiæ. Legendum

A dum CXLV. Et ſane peccat vſu idiotiſmi, qui annum XX Artaxer-
xis dicat eſſe CXLV capti Sedekiæ; cum id ſit potius interuallum,
a capto Sedekia, ad XX Artaxerxis, non autem CXLV annus cur-
rens capti Sedekiæ. Sed neſcio, quomodo probabit commentum
ſuum. Ait 490 annos eſſe ſimplices Lunares ſine Emboliſmo, eoſ-
que ad rationem annorum Iulianorum redactos eſſe 475: Et toti-
dem annos eſſe a viceſimo anno Artaxerxis Longimani, ad XV an-
num Tiberij. Nos & 475 annos a XX Artaxerxis Longimani, ad XV
Tiberij, intereſſe negamus, cum ſint tantum 473 abſoluti: & 475
annos Iulianos eſſe 490 Arabicos, cum ſummæ deſint menſes quin-
que abſoluti. Præterea omnes ſciunt, illorum annorum vſum apud
B Hagarenos, non autem apud Iudæos fuiſſe. Denique XV annus Ti-
berij non omnem controuerſiam ſuſtulerit de negotio Hebdomadum.
Ab his omnibus peccatur alterutro modo. Aut enim aliunde, quam
ab edicto incipiunt: aut ab edicto quidem; ſed non ab anno ſecun-
do eius principis, qui edictum fecit. Tria fuerunt edicta inſtau-
randorum Hieroſolymorum & templi; & quidem trium Regum,
Cyri, Darij Nothi, Artaxerxis Memoris. Eſdræ VI.14. Nam ibi
verbo Chaldaico Edictum vocatur טעם: vt omnino non ſimplicem
permiſſum ædificandi aut inſtaurandi Hieroſolyma, ſed ſanctionem
intelligamus. Hoc enim plane verbum טעם ſignificat. Atqui ex-
preſſa duo ſunt, & ſolennibus ſuis verbis concepta, Cyri quidem Eſ-
C dræ I. 2. & VI. 3. Darij autem VI.II. Artaxerxis vero reſcriptum ha-
bens edicti vigorem VII.II. Audiamus ipſum Prophetam. *Scito*, in-
quit, *& intellige: A pronunciatione ſermonis ad reducendum & ædifi-
candum Hieroſolyma.* Hebraiſmus. Latine ita eſt: *Scito & aduerte:
Ab emiſſione edicti de inſtaurandis Hieroſolymis.* Non poteſt eſſe edi-
ctum Cyri: quanuis ſimilis hallucinatio extet apud vetuſtiores Ec-
cleſiaſticos. Nam inde putati anni 490 deſinunt paulo ante initium
Herodis. quod iam confutatum eſt. Ab Artaxerxis Memoris anno pri-
mo idem anni contexti deſinunt in annum primum Agonis Capitoli-
ni Domitiani. Quod eſt ridiculum. Multo iocularius erit, ſi ab anno
eius VII, aut XX id fiat. Ab Edicto igitur Darij Nothi, hoc eſt, ab
D eius anno ſecundo. Satis enim ex his, quæ demonſtrauimus, conſta-
re debet, eum eſſe Darium Nothum. Nam fruſtra velitantur, qui Da-
rium Hyſtaſpis intelligunt. Oſtendimus enim incommodum: quod
490 anni a ſecundo anno Darij Hyſtaſpis deſinunt in annum primum
Actiacum. Deinde, quod eſt validiſſimum telum, ſeptuaginta iam
annis ante ſecundum huius Darij annum, ieiunia quinti & ſeptimi
menſis inſtituta erant: quæ non potuerunt niſi ab Eccleſia, & proin-
de nullibi niſi Hieroſolymis inſtitui, vſu ſacrificiorum obtinente.

Ecclesia quidem fuit semper & in exilio, sed sine argumentis aut in- A
signibus Ecclesiæ, sacrificiorum operatione, & solennium celebra-
tione. Quod enim nulla solennia celebrarint in exilio, argumento sit:
scenopegia illa nobilis, quam supra diximus XX anno Artaxerxis
Memoris celebratam, cuius cultus non solum desitus erat, sed etiam
obliuioni traditus. Nehemiæ VIII.15.16. quanquam semel antea ce-
lebrata fuerat sub Iesu filio Iosedek. Esdræ III. 4. Rursus Daniel a
quarta die Nisan, ad XXIV eiusdem mensis ieiunat. Ergo XIV Ni-
san Pascha non celebrauit. Daniel X.2.3.4. Præterea Esdras migrat
XII mensis Nisan ex fluuio Ahaua, neque celebrat Pascha: saltem
ne Azyma quidem comedit, vt hodie omnes Iudæi faciunt, & Sa-
maritæ, vbicunque terrarum sint: qui Azyma & Intyba comedere B
vocant παχατίζιν. Nulla ergo solennia, aut ieiunia in deportatio-
ne instituerunt, sed in Palæstina, iam altari stante, & iugi sacrificio
obtinente, illa instituta sunt. Propterea Zachariæ VII.5 dicitur: *Quo-
modo vos plangebatis in quinto & septimo mensibus ab hinc annos se-
ptuaginta?* Ante septuaginta annos ait illa ieiunia instituta, cum is
esset annus Darij secundus. Annus Darij Hystaspis secundus 4194
in periodo Iuliana. Septuaginta anni retexti retro desinunt in annum
quartum capti Sedekiæ, quo nulla erat Ecclesia in Palæstina. Atqui
apud Zachariam dicitur, & illum esse annum septuagesimum ab il-
lorum ieiuniorum institutione, & in eo loco, hoc est, Hierosolymis
per septuaginta annos celebrata, idque ab ipsis, quos alloquitur Pro- C
pheta. Quomodo potest esse is Darius filius Hystaspis? At septuagin-
ta anni retro a secundo Darij Nothi retexti desinunt in XXVIII Da-
rij Hystaspis, quo tempore Iudæi non meliore conditione erant, ac
cum essent adhuc in Babylonia: vtpote quibus templum Dei con-
struere, & mœnia Hierosolymorum reficere non licebat. Itaq; tunc
ieiunia illa instituta. Propterea Angelus apud eundem Zachariam I.
12, ita super calamitosissimo statu Iudæorum Deum obtestatur: *Do-
mine Deus exercituum, quousque non miseraberis Hierosolyma, & vr-
bes Iuda, quibus iratus es, iam hic agitur annus septuagesimus?* An di-
cit Deum non miserari vrbes Iuda, quas tamen reficere permitteba-
tur ex Edicto Cyri? De interpellatione operis igitur conqueritur: D
quę ab hinc septuaginta annis maiore hostium conatu facta erat, quam
antea. Quare Darius is, cuius anno secundo edictum emissum, de in-
staurando templo ex priore edicto Cyri, is, inquam, Darius est alius
a Dario filio Hystaspis. Est igitur Darius Nothus. Quid igitur, in-
quiunt, faciemus illo loco Haggæi Prophetæ II. 4? *Quis in-
ter vos superstes, qui vidit domum hanc in maiestate sua priore? Quod
vero vos eam videtis, an non id tanquam nihil in oculis vestris?*
Nam

A Nam ab excidio templi, & casu Sedekiæ, ad annum secundum Darij Nothi, quo hæc Propheta scribebat, fluxerant anni 176: qui excedunt interuallum vitæ humanæ vel maximum. Atqui nos respondemus, ex his verbis colligi non posse aliquem tum ex illis, qui domum priorem viderant, superstitem fuisse: sed proinde accipiendum, quasi diceret: O si quis vestrum prioris domus gloriam vidisset, eam cum ista contendens, quam nihili hanc faceret? Simile in Euangelio: τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ, καὶ ἐγερεῖ; Hoc est, εἴ τινος ἐξ ὑμῶν πρόβατον εἰς βόθυνον ἐμπέσῃ. Simile omnino & illud: τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἂν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον. Hoc est, εἴ τινος ὑμῶν υἱὸς αἰτήσῃ αὐ-
B τὸν ἄρτον. Neque potest melior huius loci Haggæi declaratio adferri. At ex edicto Cyri, ad secundum annum Darij Nothi, anni intersunt plus minus CVI: Zerubabel, & Iosua missi sunt edicto Cyri. ecce iidem adhuc viuunt post annos CVI? Quid? an hoc videtur mirum? An est nouum exemplum in sacra historia, homines, præsertim quos Deus præfecerit populo suo, atque Ecclesiæ suæ, transcendere annos CXXX? Hæc obiectio alicuius momenti est, ad suspendendam sententiam nostram, sed non ad infirmandam. An non hodie videmus homines CXX annorum, omnibus sensibus integris? Nos miraculi loco non habemus mulierem gemellos parere, & tamen rariores gemelliparas videas quam homines, qui CX annos exce-
C dant. Stephanus de Bonaire vir nobilis Castellaris Dominus, matris meæ magnus auunculus, vixit plusquam interest inter solutionem captiuitatis, & secundum annum Darij Nothi. Is Stephanus maior annorum sexaginta vxorem duxit. Decessit relicto Stephano nepote ex filio maiore annorum vigintiquinque. Hinc possumus conijcere quid ætatis esset, cum decederet. Quamuis me puerulo e viuis excessit, tamen eius memoria adhuc recens est in Nitiobrigibus etiam apud iuniores, qui illum nunquam viderunt. quem si prodigiosa longæuitas non adeo commendasset, tamen sapientia eius tanta erat, vt eo nomine eius memoria immortalis esse debuerit. Accedit miraculo, quod nunquam ægrotauit, ne minimo quidem dolore capitis,
D aut alia μαλακίᾳ tentatus vnquam fuit. Homo abstemius, omnium functionum, præterquam solius auditus, integrum tenorem ad vltimam vitæ calcem perpetuauit. Sed videant longæuitatis exempla, quibus commodum est, apud Plinium libro VII, & Phlegontem Trallianum. Ij non poterunt mirari de Iosue, Zerubabel, & Nehemia. Obiectio igitur de longæuitate nihili est. Et omnia hæc eluduntur iis, quæ supra adduximus. quod scilicet, si iste Darius est filius Hystaspis, non autem is, qui Nothus cognominatus est, anni 490

ab eius ſecundo anno continuati deſinunt in tempus alienum a pro- A
poſito, nempe in annum primum Actiacum. Ex his quoque ſequi-
tur, Nehemiam cognomine Hathirſatham, filium Hecaliæ, qui
muros Hieroſolymorum refecit, illum, inquam, non eſſe eundem
cum eo Nehemia, cuius mentio Eſdræ II. 2. neque eundem eſſe cum
Hathirſatha, cuius itidem mentio eodem cap. II. 63. Nehem. VII.
65. 70. Nam Nehemia inſtaurator mœnium Hieroſolymorum per-
uenit ad tempora Alexandri Magni. Quod ſi eſſet idem Nehemia,
cur non Eſdræ quoque mentio facta eſſet? Nehemias filius Hecaliæ
nunquam pedem poſuerat in Palæſtina ante XX annum Artaxer-
xis Memoris, vt neque Eſdras ante VII eiuſdem Regis. Sed caput
XII Nehemiæ recte diſtinguit omnes, qui ab exilio reuerſi ſunt, ſe- B
cundum ſæcula ſua: quod quidem caput maxime obtundit os per-
tinaciæ. Sed nunc videamus initium Hebdomadum apud ipſum
Prophetam: מִן מוֹצָא דָבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלַםִ. Omnium interpre-
tum hæc eſt mens, vt ita intelligant: Ab exitu verbi ad reducen-
dum & ædificandum Hieroſolyma. Hoc eſt: a publicatione Edicti
de inſtaurandis, & ædificandis Hieroſolymis. Et ſane nihil aliud
voluit Daniel. Sed tamen in verbo לְהָשִׁיב, cum quo accuſatiuum Hie-
roſolyma conſtruunt, ego ab illis diſcedo: quanuis hæc veterum &
recentiorum ſit ſententia. Tertullianus vertit, ad integrandum Hie-
roſolyma. Neque aliter hodierni interpretes, & Iudæi. Nos vero ne-
gamus לְהָשִׁיב יְרוּשָׁלַםִ eſſe ad inſtaurandum, aut integrandum Hiero- C
ſolyma, aut ita conſtruendum eſſe. Eſt enim Hebraiſmus, cuius
vel mediocriter periti ſciunt in ea lingua verbum שׁוּב, id eſt, reuerti,
ſignificare iterationem eius verbi cum quo coniungitur. Quis enim
neſcit, Reuertar & conſtruam, Hebraice dictum pro, Iterum con-
ſtruam? Sic infra תָשׁוּב וְנִבְנְתָה Reuertetur & ædificabitur: hoc eſt, ite-
rum ædificabitur. Iudæi, qui iterum ædificabant, dicuntur reuer-
ti, & ædificare: Reges, qui hoc ſinebant, aut iubebant, dicuntur
facere reuerti ad conſtruendum, id eſt, iubere iterum conſtruere. Igi-
tur דָבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלַםִ eſt Edictum imperans iterum conſtruere
Hieroſolyma. Iudæi dicuntur שָׁבִים לִבְנוֹת. Reuertentes ad ædifican-
dum, id eſt, iterum ædificantes. At rex dicitur מֵשִׁיב הַיְּהוּדִים לִבְנוֹת D
faciens reuerti Iudæos ad ædificandum: id eſt, iubens eos iterum ædi-
ficare. Rex autem ille, vt diximus, eſt Darius Nothus. Et quare ille
potius, quam Cyrus? Quia Cyri Edictum exiguo effectu fuit. hoc au-
tem plenum ius Hebræis Templum & Hieroſolyma conſtruen-
di dedit. Sequitur apud Danielem diuiſio hebdomadum ſexagin-
ta duæ, ſeptem, & vna. Summa, ſeptuaginta hebdomades. In qua
diuiſione alij myſterium eſſe putant, alij interualla continuata eſſe: vt
primo

A primo ab edicto Darij septem sint putandæ Hebdomades: deinde hinc sexaginta duæ: postremo vna. Nos vtrumque negamus. Nam partitio hæc Hebdomadum nihilo arcaniorem sensum habet, quam diuisio Minæ in 25, 20, 15 siclos apud XLV. 12 Ezekielis, quæ summa sunt sexaginta sicli. Continuationem autem interuallorum per hanc diuisionem hebdomadum nullam fieri posse hinc sequitur, quod & diuisio arbitraria est, vt diuisio Minæ apud Ezekielem, & temporum interualla alia sunt in historia Hebdomadum, alia in diuisione Hebdomadum. Nam in hebdomadibus mentio fit passionis Christi, item excidij Hierosolymorum. Quod interuallum est annorum 37 duntaxat. Atqui neque 37 annorum hic mentio fit, neque 37 anni

B est septenarius numerus: sed biennium est supra quinque Hebdomadas. Neque igitur partitionis ratio habenda, neque hic vlla est interuallorum continuatio. Rursus Septimanæ istæ non sunt ciuiles aut legitimæ: hoc est, non pertinent ad Sabbaticam hebdomadam annorum. Nam Christus passus est anno sexto Hebdomadis ciuilis, & Hierosolyma anno primo deleta, quæ tamen anno Sabbatico diruta a Nabuchodonosoro. Et templum anno Sabbatico dedicatum, & anno Sabbatico conflagratum. Post sexaginta duas hebdomadas, septem, & vnam, addit Propheta: וחצי השבוע ישבית זבח : καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει τὴν θυσίαν. *Et dimidium hebdomadis abolebit sacrificium.* Dicunt dimidium hebdomadis singulariæ, cuius proxime facta est mentio,

C hic intelligi: quod vt facerent, in caussa fuit articulus δεικτικὸς HE. Sed pace grauissimorum & doctissimorum virorum, hic articulus nihil agit, neque δεικτικῶς intelligendum de septimana proxime antecedenti; sed indefinite, dimidium vnius septimanæ. Nota paupertas sermonis Latini propter articulorum defectum. Idioma Hebraicum, Græcum, Arabicum, Italicum, Hispanicum, Gallicum, Teutonicum exprimit id, quod Latinitas non potest. Exemplum: Latine dicimus drachmam esse centesimam partem Minæ. Sed diuersæ sunt minæ, & quidem omnes inæquales. Neque scis, vtrum de ea, quam proxime fortasse nominasti, intelligas, an de alia maiore, aut minore. Si Græce dicam δραχμὴ ἑκατοστημόριον μνᾶς: generaliter loquor. Si

D dico, δὸς ἑκατοστημόριον τῆς μνᾶς, intelligo de ea, de qua aut locutus sum, aut de qua tu scis me velle loqui. In vulgari sermone, puta Italico, aliud est dicere, *la terza parte d'uno scudo*; aliud, *la terza parte dello scudo*. Nam per hoc nomen VNVM, generaliter: & per articulum, definite loquimur tam Italice, quam Hispanice, Gallice, aut Teutonice. Sed Hebraismus, mira locutione cum construit partes cum suo toto, addit articulum Emphaticum HE. vt ששית האיפה ἑκτημόριον τῆς Ἐφά, sextans ipsius Epha, cum dicendum fuerit, sextans vnius Epha

de nulla enim Epha ante locutus est. Ezek. XLVI. 14. Item שְׁלִישִׁית A
הַחִין τριτημόριον τοῦ ἵν: Triens ipsius Hin.. At volebat dicere, Triens vnius Hin. Nam antea nulla mentio Hin. Ezekiel XLV. 11. Et ibidem מַעְשַׂר הַחֹמֶר הַבַּת δεκατημόριον τοῦ ὤμερ τὸ Βάτον. Batum est decima pars ipsius Homer, hoc est, vnius Homer. Item עֲשִׂירִית הַחֹמֶר הָאֵיפָה: decima pars ipsius Homer, pro vnius Homer. Sed illud illustre exemplum Exodi XXX. 13. מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל ἥμισυ τοῦ σίκλου, dimidium ipsius Sicli, hoc est, vnius Sicli. Nullum enim Siclum antea nominarat. Nolo huc plura exempla adducere, cum tamen plurima eiusmodi in Bibliis sacris occurrant Igitur hic חֲצִי הַשָּׁבוּעַ dimidium ipsius Septimanæ est dimidium vnius Septimanæ generaliter & indefinite, ex proprietate Hebraismi. quo nihil verius est. Partitio igitur Hebdomadum a- B
pud Danielem ita est: dimidia, vna, septem, sexaginta duæ. Sunt igitur anni 493½. Ista dimidia septimana, excurrens supra summam septuaginta, omnium tam veterum, quam recentiorum oculatissimam vigilantiam effugit. At nos illam iure asserimus; & auctori suo restituimus. Ita igitur Gallice vertendum: *La moitié d'vne sepmaine:* non autem, *la moitié de ceste sepmaine ou d'icelle sepmaine.* Nam & falsum est, & mihi olim imposuit. Quod si exprimendus erat articulus, omnino vera erat interpretatio, quam priori editione attulimus: dimidium septimanæ Christum prædicasse, & dimidio sublatum iuge sacrificium. Nam quamuis disiuncta sint tempora; tamen numero coniuncta sunt, nisi velimus negare, duos semisses assem constituere. C
Quod tamen visum est ioculare multis, qui meam priorem interpretationem legerunt. Mercator quidam Tolosa Burdegalam profectus, putat a profectione sua, ad reditum, septem septimanas, sex negotiatus est Burdegalæ: dimidiam impendit in abitu, alteram dimidiam in reditu. Disiuncta sunt tempora profectionis & reditus. Quæro ab istis Criticis, duæ illæ dimidiæ septimanæ toto interuallo negotiationis a se dissitæ coniungendæne sint numero, necne? Qui septem septimanas putat a profectione, ad reditum, & sex imputat negotiationi, an ideo excipiet septimam a numero, quia diuisa est tempore? Hæc non merebant confutari. Sed ideo monui, vt intelligant isti, si articuli HE ὁρισικοῦ ratio habenda fuisset, nullam meliorem D
hac interpretatione adduci posse. Quam acuti sunt isti Censores! Sed valeant. non est res nobis cum illis. Iam igitur prehendimus initium Hebdomadum a secundo Darij Nothi. item constat, ab eo initio 493½ annos putandos esse. Id est, annum 494 currentem esse finem huius temporis a Daniele designati. Annus secundus Darij Nothi 4290 in periodo Iuliana, cyclo Lunæ XV. Igitur XIV addenda anno 494 currenti, ad methodum Lunæ. Proinde annus 494
currens

A currens a ſecundo anno Darij Nothi, eſt cyclus XIV Lunæ. Nam ſane anni 494, ſunt cycli Lunares 26 abſoluti. Totidem igitur cycli ſunt a ſecundo anno Darij Nothi, ad exitum temporis a Daniele definiti. Sed audiamus Danielem ipſum: SEPTVAGINTA HEBDOMADES DETERMINATÆ SVNT SVPER POPVLO TVO ET SANCTA CIVITATE TVA. Includit excidium Hieroſolymorum in hoc interuallum. Septuaginta igitur Hebdomades cum dimidia deſinunt in excidio Hieroſolymorum, teſte ipſo Daniele, quo quis melior interpres ipſius? A ſecundo anno Darij Nothi, ad excidium Hieroſolymorum, ſunt anni 493 abſoluti, vt ex libro V

B coniicere potes. Hieroſolyma deleta cyclo Lunæ XIV. Iam oſtendimus 494 annum currentem a Dario Notho eſſe quartumdecimum annum cycli. Omnia igitur conueniunt. Annus ſecundus Darij Nothi 4290. Adde 493 abſolutos. Habes annum periodi Iulianæ 4783. qui profecto eſt annus Hieroſolymorum deletorum, cyclo Lunæ XIIII, Solis XXIII, vt habes libro V. Itaque initium Hebdomadum, Edictum Darij Nothi, Daniel IX. 25: finis, βδέλυγμα ἐρημώσεως. IX. 27. Matthæi XXIIII.15. Marci XIII.14. Lucæ XXI.20: Addit, POST HEBDOMADAS SEXAGINTA DVAS CÆDETVR MESSIAS. Annus paſſionis in periodo Iuliana 4746:

C De quibus ſi retexantur anni 434, quæ ſunt ſeptimanæ ſexaginta duæ, peruenietur ad annum periodi Iulianæ 4313, qui eſt annus quintus Artaxerxis Memoris, qui tertium a Cyro Reſcriptum ad Satrapas Syriæ dedit de inſtaurandis Hieroſolymis, & ſumptibus in ſacrificia templi erogandis. Quare ſine vllo dubio Artaxerxes Memor anno v̄ imperij ſui reſcriptum illud dedit: a quo tempore, vſque ad finem ſexti anni, Eſdras indixit profectionem popularibus ſuis. Itaque ad apparatum omnem itineris, ad colligenda vaſa, ad exciendos vndicunque Iudæos, opus fuit vt minimum biennio. Septem reliquæ ſeptimanæ quo pertineant, neque Daniel definiuit, neque ego ſcio. Sed interrupta eſſe hæc interualla, non autem continua, & ſupra demonſtrauimus, & res ipſa loquitur. Ab anno periodi Iulianæ 4290, ad an-

D num 4313, id eſt, ab Edicto Darij Nothi, ad Reſcriptum Artaxerxis Memoris, anni ſunt XXIII, qui ſunt longe minores ſeptem hebdomadibus, & ipſi non ſunt ſeptenarij. Ego non dubito eos 49 vacare; hoc eſt, non habere epocham, ad quam referantur. Septimana autem illa, quæ confirmabit fœdus, dupliciter accipi poteſt. aut enim integra, aut diuiſa non quidem tempore, ſed cauſſa. Integra poſt paſſionem: diuiſa, dimidium ante, alterum dimidium poſt paſſionem. Sed quæ acta vel geſta illi tempori attribuenda ſint, viderint eruditiores. Mihi ſatis eſt, hæc a tyrannide Scriptorum noſtri temporis vindicaſſe, Regibus

Perſidos ſua tempora in ſacris libris aſſignaſſe, verba Danielis ex mente ipſius explicaſſe, nihil de noſtro attuliſſe, commenta vaniloquorum hominum confutaſſe. Ergo 490 anni a ſecundo anno Darij Nothi deſinunt in anni duodecimi Neroniani initia, iam tum Iudæis bellum crepantibus, & aperte a Romanis deſciſcentibus: a quo tempore, ad excidium templi, anni ſunt tres cum ſemiſſe, nimirum dimidium ſeptimanæ, quod excurrit ſupra ſummam annorum 490, vt perſpicue demonſtratum eſt. Cauſſa ignorati epilogiſmi Hebdomadum nata eſt ex audacia interpretum, qui inſtiruunt alium finem Hebdomadum ab eo, quem Daniel præſcribit. Daniel enim ita clare loquitur, vt & puero pateat, eas Hebdomadas in Hieroſolymorum deſolatione terminari. Ab edicto igitur inſtaurandæ vrbis incipiunt, & in eius excidio deſinunt. Neque enim fruſtra caput Hebdomadum ad integrandum ſtatum Hieroſolymorum pertinet, cum earum finis ad eiuſdem vrbis caſum & deletionem conferatur. Neque vero poſſumus eorum conſilium probare, qui contra mentem Danielis finem alium earum ſtatuunt; vt neque eorum, qui aduerſus ſententiam Hieremiæ principium ſeptuaginta annorum deportationis aliunde capiunt, quam a capto Iechonia. Non mirum igitur, ſi illis noſtræ rationes nihili ſunt, quibus tam facile eſt Prophetarum verba inſuper habere. Neque nos ſoli initium Hebdomadum a ſecundo anno Darij Nothi deducimus, cum multi veterum ab eodem capite illas hebdomadas ordiantur. Non mediocriter lætati ſumus, cum vidimus eos veteres idem nobiſcum ſentire. Nos vero ad interpretationem harum rerum nihil de noſtro attulimus. Omnia ex veteri hiſtoria, quam iſti diuini viri adeo aſpernantur, depromſimus: nullos reges Perſidis commenti ſumus. Non eo impudentiæ venimus, vt diceremus, Ieſum filium Iozedek, ſummum Pontificem Iudæorum, cum XXXVI annis præfuiſſet ſacerdotio, profectum fuiſſe ad regem Darium, quo abſente, Ioachimus eius filius vicem patris functus ſit interea ſacerdotio annis octo. cui germanum eſt deliramentum, Ioachimum, mortuo patre, iterum apud Iudæos ſacerdotio functum annis XXVIII, vſque ad filium Eliaſibum, qui cæperit eodem anno ſacerdotium adminiſtrare, quo Nehemias Hieroſolyma venerit. Quæ omnia olent mercem Annianam, & tabernam illam mendaciorum. Non igitur operam noſtram luſerimus, ſi noſtris lucubrarionibus, aut veritatem ab eius hoſtibus exprimamus, aut ſaltem ab illis impetremus, vt ſi nolunt ad ſeria ſe conuertere, deſinant ſaltem nugari.

RESI-

RESIDVA TEMPORVM. ET DE PRIMORDIIS
A PRISCI FRANCORVM IMPERII.

SVNT & alia temporum analecta non pauca tam in sacra, quam
externa historia. Ea neque exiguo tempore discuti, neque breui-
bus diatribis comprehendi possunt, & proprios ac singulares li-
bros sibi deposcunt: cuiusmodi sunt interualla iudicum Israel, quæ si
illis numeris annorum contexantur, quibus sigillatim in sacris libris
definita sunt, longe maius erit interuallum ab Exodo, ad conditum
templi, quam 479 annorum solidorum, quantorum finitur illud
spatium ab ipsa templi historia. Sed hæc non indigent diligentia no-
B stra, quod ante nos docti viri hanc operam occuparunt. Quod au-
tem præstitimus in Hebdomadibus Danielis, id in reliquis obscu-
rioribus id genus vnusquisque experiri potest, præsertim in externa
histotia, Græcorum dico, & Romanorum. Sed Græcorum diligentia
nihil reliquum fecit posterorum industriæ ad inuestigationem tem-
porum quo minus in ea laborandum est. In historiæ Romanæ tem-
poribus, a Palilibus primis, ad tempora Domitiani, vt fortasse non
tam accuratam operam præstiterunt viri peritissimi, vt in aliquibus
erratum non sit (& quidem in aliquibus erratum est) sic non adeo
erratum est, vt locus non sit emendationi. Hinc autem ad Consu-
latum Ausonij, neque omnia sana sunt, neque omnibus medicina
C fieri potest. At a Consulatu Ausonij, ad Iustinianum, omnia paria Con-
sulum conseruata sunt ope Marcellini Comitis v. c. qui vnico au-
reolo libello magnam a posteritate iniuit gratiam. Discerpto a barba-
ris nationibus imperio, nullarum gentium opes validiores, imperium
illustrius, laus belli maior fuit, quam Francorum. quod quidem ne-
mo negauerit. Sed primordia tanti imperij in tenebris latent, quod
& ex veteribus scriptoribus nullus, qui eas res tradiderit, hodie ex-
tat, præter vnicum Gregorium Turonensem: & quæ ille Episcopus
scriptis prodidit, multum laborant & a sæculi illius, & ab ipsius ho-
minis culpa, qui multa negligenter tractat, & quædam non recte
omittit. Magna tamen illi Scriptori gratia, qui in tanto neglectu
D historiæ, animum ad hæc scribenda appulit. Quare absque eo fo-
ret, metuendum erat, ne fabulosus Hunnibaldus pedem in posses-
sionem illius historiæ poneret, quem in iis, quæ Gregorius tacuit,
sequutus est Sigebertus monachus Gemblacensis. Opetæprecium
facturus videor, si in libris Gregotij eam operam ponam, quam
in reliquis præstitimus. Sic & de bono scriptore, & de Gallia
mea bene mereri pro virili conabor. Si igitur singulorum Grego-
rij librorum gesta ad sua tempora conferam, satis hoc fore videbi-
tur

tur ad historiam primorum Franciæ Regum illustrandam, & Anna- A
les nostræ Galliæ corrigendos, qui in hac parte multum mendosi sunt.
Quia igitur transitus Martini illi est veluti titulus & index tempo-
rum, primo tempus excessus illius Episcopi discutiendum : in quo
Prosper, & post eum Sigebertus, atque adeo Gregorius hic noster
cæcutiunt : cuius hæc verba sunt ex capite XLVI primi libri. *Arca-
dij vero, & Honorij secundo imperij anno, sanctus Martinus Turo-
norum Episcopus, plenus virtutibus, & sanctitate, præbens infirmis
multa beneficia, octogesimo, & primo ætatis suæ anno, Episcopatus au-
tem* XXVI, *apud Condatensem diœcesis suæ vicum excedens a sæculo,
feliciter migrauit ad Christum. Transiit autem media nocte, quæ domi-
nica habebatur, Attico, Cæsarioque Consulibus.* Inuestigemus ex ipsius B
verbis, quæ in fine operis collegimus. A primo anno Decij Imp. ad
transitum Catiani Episcopi Turonensis, putat annos L. Hinc ad or-
dinationem Lidorij, XXXVII. porro ad ordinationem Martini, annos
XXXIII. quibus adiice tempus episcopatus Martini, annos XXVI,
menses IV, dies XXVII. Fiunt anni 146, menses 4, dies 27 : qui
si putentur a primo anno Decij, qui erat 250 Christi Dionysia-
nus, Martinus decesserit anno Christi 396, Indictione nona. Sed an-
nus secundus Arcadij & Honorij, Attico & Cæsario COSS. erat In-
dictio decima, auctore Marcellino Comite, hoc est, annus Christi
397. Itaque vno anno minus dixit: quia iuxta hæc, Martinus Epi-
scopus decessit anno Christi 397, cyclo Solis XIV, litera Domini- C
cali D. Proinde vndecima Nouembris fuit feria quarta. Sed ait fuisse
Dominicam. Scribit enim decessisse a media nocte, quam noctem se-
cuta est Dominica. Ergo litera Dominicalis fuit G. proinde Cyclus So-
lis XII, annus Christi 395. Noli ergo dubitare, quin veram feriam ex-
cessus Martini retulerit ex Actis historiæ illius Episcopi, ipsum au-
tem hariolatum esse annum Consulatus Cæsarij & Attici, & addi-
disse de suo. Constet ergo Martinum decessisse anno Christi 395. quæ
epocha tenenda, quod ea, tanquam munimento, computatio om-
nium temporum Gregorianorum insistat. Quam incertum fuerit tem-
pus obitus huius Episcopi, indicat Sigebertus, qui ait secundum quos-
dam obiisse anno 399, secundum alios 402. Neutrum autem verum. D
Falsum igitur, quod scribit Sigebertus, secundum Prosperum decessis-
se anno V Arcadij & Honorij. Nam quamuis hoc dixit Prosper, tamen
anno quinto Arcadij & Honorij, id est, Christi 400, vndecima No-
uembris fuit Dominica. Prosper autem hoc dicit in paruo Chronico,
quod vir clariss. P. Pithœus noster edidit, de quo infra. Nam in veteri
codice illius Chronici e regione anni CCCCI obitus Martini
notatur mendose, vt ex iis, quæ demonstrauimus, constat. Addit
Grego-

A Gregorius, a Passione Domini, ad transitum Martini, esse annos cccclxii. Idem numerus totidem literis repetitur fine librorum quarti & decimi. Sed facilis lapsus fuit. Legendum enim ccclxii: qui anni 362 annis 33 Christi adiecti fiunt 395. Ergo Martinus bierit anno 396, vt collegimus ex fine libri decimi. Sed id falsum esse iam conuicimus. Constat tamen ccclxii legendum, pro cccclxii. In libro secundo persequitur primordia gentis Francorum: sed nihil certi adfert. Primorum enim regum Faramundi, Hlodionis, Merouei, Hilderici nomina tantum profert: tempus imperij eorum præterit: fortasse, quia nullus scriptor illud definiuerat: quod tamen falsum est. Prosper enim Aquitanus floruit cl annos ante hunc Gre-
B gorium. Huius extant duo Chronica. Alterum Eusebiano subtextum est: alterum breuissimum ab eruditissimo viro P. Pithœo I. C. nostro editum est, vt iam diximus, sine adiectione annorum Christi. sed in quibusdam manuscriptis anni Christi appositi sunt. Prius per paria Consulum digestum est: posterius habet tantum seriem annalem rerum gestarum. Huiusmodi duplicis generis plura olim extabant Chronica. In quibus autem digesti erant Consules, ea vocabantur Consularia. Gregorius Turonensis lib. ii. cap. ix. *Nam & in Consularibus legimus, Theodomerem Regem Francorum filium Ricimeris quondam, & Ascilam matrem eius gladio interfectos.* Reliqua, in quibus Consules digesti non erant, vocabantur Chronica: quale est hoc Prosperi, de quo nunc lo-
C quimur. In eo igitur libello Faramundi, Hlodionis, & Merouei notata sunt initia: quæ tanto certius scire potuit, quanto propius ab illis temporibus absuit. Eius enim Chronicon vulgare desinit in Consulatum Valentiniani vi, & Nonij, lxiv annis ante obitum Hlodouei, indictione xiii, qui erat annus Christi 445. At Chronicon Pithœanum desinit in Consulatum Valentiniani viii, & Anthemij, qui congruit anno Christi 455. Illi igitur fides de rebus Francorum habenda est, non vaniloquo Hunibaldo illi, aut Sigeberto, qui illum aliquando sequitur. In manuscripto igitur Codice istius Chronici, e regione anni Christi ccccxxi, hæc leguntur, quæ desunt in Pi-
D thœana editione: *Hieronymus apud Bethlehem moritur, anno ætatis* xcviii. Sequenti autem anno ccccxxii apponitur: *Solis hoc anno facta defectio. Faramundus regnat in Francia.* Iam ex Consulari Chronico Prosperi scimus Hieronymum obiisse Theodosio ix, & Constantio iii coss. quæ erat indictio tertia, teste Marcellino Comite v. c. Et proinde fuit annus Christi 420. Ergo defectio Solis contigit anno 421. quod verum est. Defecit enim Sol eo anno xvii Mai, cyclo Lunæ quarto, feria tertia. Initium igitur Faramundi congruit anno Christi Dionysiano 421, non 419, vt est apud Sigebertum.

tum. Quod Faramundus, non Waramundus ſcribendum ſit, non A monerem, niſi viderem Germanos quoſdam doctos viros ita cenſuiſſe. quod in illis ferendum non eſt. Nam quomodo W potuit in F degenerare? Quid ſit FARA, vnde nomen Faramund compoſitum, pete ex Paulo Longobardo. Francorum enim, Gottorum, Longobardorum, Vandalorum eadem Dialectus fuit, nempe Teutonica. Rurſus in manuſcripto Codice ad annum CCC.CXXXIII, hæc leguntur: *Placidia tandem illata optato regno. Hlodius regnat in Francia.* At in Chronico Conſulari Proſperi: *Theodoſio* XI *& Valentiniano* COSS. *Placidia Auguſta, & Valentinianus Cæſar mira felicitate Iohannem tyrannum opprimunt, & regnum victores recipiunt.* Erat indictio VIII, teſte Marcellino Comite. Proinde is erat annus B Chriſti 425, non 433, vt perperam anni Chriſti ibi putantur. Ergo initium Hlodvvin, quem Chlodionem vocant, conſurgit ex anno Chriſti vulgari 425. Itaque quadriennium tantum regnauit Faramundus. Anni vero Chriſti in veteri codice perturbati ſunt, vt dixi. Nam e regione anni CCCCXXXVI, notata eſt Vandalorum in Africam traiectio. quæ tamen facta eſt anno Chriſti CCCCXXVII. Sed ſunt errores librariorum. Denique anno CCCCLI ſubnotata ſunt: *Bleda Chunnorum Rex Attila fratris fraude percutitur: cui ipſe ſuccedit.* Sed hoc accidit indictione XII, Theodoſio XVIII, & Albino COSS. vt ex Chronico Conſulari didicimus, anno Chriſti CCCCXLIV. Poſtea ſequitur e regione anni CCCCLII, *Noua iterum Orienti conſurgit ruina, qua ſeptuaginta non minus ciuitates Chunnorum deprædatione vaſtatæ, cum nulla ab Occidentalibus ferrentur auxilia. Merouens regnat in Francia.* Hæc contigerunt indictione XV, Ardabure & Calepio COSS. item indictione prima, Zenone & Poſthumiano, anno Chriſti CCCCXLVIII. Quare anno Chriſti 448 cæpit regnare Meroueus, vt etiam exſtat in Sigeberto. Indubitata ergo deprehendimus horum regum initia. Ipſe enim Proſper Hlodione & Merouco regnantibus hæc ſcribebat. Itaque, vt dixi, eius ratio habenda, non aliorum, qui leuibus coniecturis ad ea indaganda nituntur. De Hilderico non mirum ſi nihil notatum. Hoc enim breue Chronicon definit ante initia illius regis. Quare pro D incertis ea reliquimus. Ab initio Merouei, ad initium Hlodouei, anni ſunt XXXI. Quod ſi XXIV Hilderico attribuantur, vt cenſet Aimoinus, ergo VII annos tantum regnauerit Meroueus. Sed hæc incerta. Poſtquam Gregorius libro ſecundo de aduentu Hunnorum (qui & Chunni) quædam quaſi in anteceſſum protulit, deinde turbato ordine, ad initia Francorum regreditur. Igitur de aduentu Hunnorum verba faciens ita ſcribit lib. II. cap. III. *Tunc & Sol teter apparuit,*

A *ruit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret. Credo namque pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis*, &c. Et sequenti capite: *Multa enim hæreses eo tempore Dei Ecclesias impugnabant, de quibus plerumque vltio diuina data est.* Et reliqua. Videtur a nostro Prospero accepisse, qui sub anno primo Imp. Marciani hæc subnotat: *Hac tempestate valde miserabilis Reipublicæ status apparuit, cum ne vna quidem sit absque barbaro cultore Prouincia: & nefanda Arrianorum hæresis, quæ se nationibus miscuit, Catholicæ nomen fidei toto orbe diffusa præsumat.* Vides eum loqui de præsentibus. Nam hæc videns scribebat. Ergo primo anno Marciani Imp. Solis defectio fuit, vt notat Gregorius, Valentiniano VII, & Auieno COSS. indictione III,
B anno Christi CCCCL. quæ defectio contigit Aprilis XXVII, cyclo Lunæ XIV, Solis XI, feria V. Itaque anno sequenti Gregorius dicit Attilam in Gallias irrupisse, in ipsa sancti Pascha vigilia. Hoc igitur contigit anno Christi CCCCLI, indictione IV, Marciano Aug. & Adelphio COSS. In margine Chronici Victoris Tununensis Episcopi, Torismundi annus primus annotatur e regione Consulatus Marciani. Torismundus vero filius erat Theodorici in prælio illo Catalaunensi interfecti. Quare idem dicit Cassiodorus in suo Consulari: MARTIANVS AVG. ET ADELPHIVS. *His* COSS. *Romani Aetio duce Gothis auxiliaribus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnauerunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit.* Nam ad-
C uentu Gothorum auxiliarium cognito Attila, omissa Aurelianorum oppugnatione, ad Matronam flumen castra mouit, & secundum flumen exercitum ducens in campestribus Catalauni oppidi castra posuit, ad locum, qui Mauriacus dicebatur: vbi commissum est illud memorabile prælium. Quare hallucinantur, qui in campis Tolosensibus, quibus Cattalanis nomen est, hoc contigisse dicunt. Nam & series gestorum, & nomina locorum repugnant. Aliter enim campi Cattalani, a Cattalanis barbara natione, quæ Tectosagum loca primum, deinde Hispanias insedit, dicti sunt; aliter Campi Catalaunici ab oppido Catalauno. Vt puerilis est error, ita minimo negotio confutatur. Post multa addit Gregorius de quibusdam Episcopis Gallia-
D rum, & præsertim de Sidonio Apollinari Augustonemeti Aruernorum Episcopo, qui ex iis, quæ de tempore obitus eius summi viri memorat, nobis præiuit ad annum, quo is decessit, indagandum. Ait diem proximum ab eius obitu, fuisse Dominicam. Iam ex Ecclesia Augustonemetensi (Clarum montem vocant) constat eum decessisse XXIII Augusti. Ergo XXIV fuit Dominica, litera Dominicali E. Ex schedio veteri Cluniacensi, in quo erat scriptum eius epitaphium, additum erat obiisse, Zenone imperante. Proculdubio igitur hoc

contigit anno 480 Christi, cyclo Solis XIII. Nam non videtur anno 486, cyclo Solis XIX. Nimis enim remotum est tempus. In schedo igitur ita scriptum fuit Epitaphium, quod P. Pithœus noster, vir summa & probitate & eruditione, nobis communicauit: A

C. SOLLII APOLLINARIS MODESTI SIDONII.

Sanctis contiguus, sacroque Patri,
Viuit hic meritis Apollinaris,
Inlustris titulis, potens honore,
Rector militiæ, forique iudex,
Mundi inter tumidas quietus vndas,
Causarum moderans subinde motus B
Leges barbarico dedit furori.
Discordantibus inter arma regnis
Pacem consilio reduxit amplo.
Hæc inter tamen & philosophando
Scripsit perpetuis habenda sæclis.
Et post talia damna gratiarum
Summi Pontificis sedens cathedram
Mundanos soboli refundit actus.
Quisque hic, dum lacrimis Deum rogabis,
Dextrum funde preces super sepulcrum.
Nulli incognitus, & legendus orbi C
Illic Sidonius tibi inuocetur.

XII. *Kal. Sept. Zenone Imperatore.* XII Kal. Sept. ponit, cum Ecclesia Aruernorum a prima vsque antiquitate retineat X Kal. Alioqui si obierit XII Kal. hoc fuerit anno Christi quidem 482, imperij autem Zenoniani septimo. Non igitur omittenda erat tanti viri memoria, præsertim cum hæc notatio continuet seriem temporum imperij Francorum. Obiit igitur Sidonius anno V. Zenonis Augusti, post consulatum ipsius Zenonis, Fl. Basilio iuniore V.C. COS. anno secundo Hlodouei, vt postea demonstrabitur, indictione tertia, X Kal. Sept. Sabbato. Ab excessu Martini, ad excessum Hlodvvin secundi, D quem Hlodoueum vocat, annos putat CXII. qui etiam numerus non notis, sed verbis conceptus extat apud Adonem Viennensem, vt omnis suspitio erroris absit. Martinus autem obiit anno Christi CCCXCV, vt supra demonstratum est. Ergo Hlodoueus, siue Hldovvin secundus obiit anno DVII. Sed ipse putat obitum Martini ab anno CCCXCVII, Attico, & Cæsareo COSS. Hoc pacto Hlodoueus obierit anno Christi DVIIII. Hoc demonstrandum est. In tertio Concilio Aurelia-

A Aurelianensi, in fine ita scriptum est: *Die Nonarum mensis tertij quarto, Paulino iuniore, viro clarißimo Consule, anno Domini Hildeberti* XXVI. Iste Paulinus fuit Consul cum Iustiniano quartum Consule, indictione XII, & proinde anno Christi DXXXIV, cyclo Lunæ tertio. Si annus XXVI Hildeberti Hlodouei filij erat tertius cycli, ergo primus eiusdem Regis erat XVI cycli, & proinde cæpit regnare anno 509, quo scilicet pater obiit. Rursus in quinto Concilio Aurelianensi ita legimus: *Concilium Aurelianense quintum circa tempora Pelagij Papæ primi habitum sub die* V *Kalend. Nouemb. anno* XXXVIII *Regni Domini Hildeberti Regis, indictione* XIII, *post Consulatum Paulini, anno* XII. Duodecim anni post Consulatum Paulini ad XXVI B annum Hildeberti adiecti componunt annum XXXVIII Hildeberti. Itaque error non est: & erat annus Christi DXLVI, indictione IX. Error est igitur in indictionis notatione. Triginta autem annos regnasse dicit. Igitur initium Hlodvvin secundi, siue Hlodouei, aut, vt Remigius, Hlodouici, cadit in annum Christi 479. Et quia quinque annos dicit vixisse post prælium Vocladense; ergo illud memorabile prælium incidit in annum Christi 504, non autem 508, Celere & Venantio COSS: vt quidam coniiciunt ex Cassiodoro. Est autem Vocladum castrum in planis Pictauiensis territorij situm, ab vrbe Pictauiensi X millibus passuum distans, vt etiam notat historicus, & quidem adhuc nomen retinens, sed Pictonica pronunciatione distortum, C & *Voglai* dictum. Ea planities porrecta in aliquot millia passuum patet; locus plane idoneus pugnæ. Quare is est vere locus, & annus tam insignis prælij: quem designauimus ideo, vt Annalium Gallicorum scriptores suo loco notare possint. Deprehenso anno excessus Hlodouei, tenemus initia quatuor eius filiorum, Hlotarij Suessonum, Theoderici Metensium & Remorum, Hlodomiri Aurelianorum, Hildeberti Parisiensium Regum. Videtur autem noster Gregorius ignorasse multa, aut sciens præteriisse. Nam confuse omnia tradit. Quatuor igitur illi Reges fratres Hlodvvin secundi, siue Hlodouei filij incipiunt regnare anno Christi 509: quod aperte demonstratum est, & confirmatur anno XII post Consulatum Basilij D V.C. indictione prima, quo anno Hlotarium regnasse annos XLIV, testatur Marcellinus Comes. id est, anno XII post Consulatum Basilij, qui erat 553 Christi, iam annos XLIIII absolutos Hlotarius imperauerat. In quo aduertenda locutio etiam familiaris huic nostro Gregorio, cum Theodericum ait obiisse vicesimo tertio anno regni sui, filium autem eius Theodebertum quartodecimo, non vtique fluentes annos ex consuetudine sermonis Latini, sed absolutos intelligendum. Propterea ab excessu Hlodouei, ad excessum Theodeberti,

putat annos abſolutos XXXVII. tot enim faciunt 23 cum 14. Ita igitur Theodebertus Theuderici filius cæperit regnare anno 532: Theudvvaldus autem Theuderici filius anno 546. Libro IV. cap. IX ponitur Theudvvaldi Regis obitus, & expeditio Hlotarij in Saxones rebellantes. Vtrumque, teſte Marcellino, contigit indictione prima, anno XII P.C. Baſilij V.C. anno Chriſti 553. Regnauit igitur annos abſolutos VII. quod intelligit Gregorius ex vſu ſuo loquendi, cum ait, ſeptimo anno regni obiiſſe: id eſt, abſoluto. Geſta capitis XIIII pertinent ad annum 555, qui erat XIIII poſt Conſulatum Baſilij V.C. indictione III. Vide Marcellinum Comitem eadem referentem, quæ Gregorius memorat. Geſta capitis XVII pertinent ad annum ſequentem, auctore Marcellino, vbi perperam Chriſtianus legitur pro Chramnus. quam vocem imperiti librarij exiſtimarunt eſſe compendium, quaſi ſcriptum fuiſſet Chrānus: quod notat Chriſtianus. Sed ex idiomate priſcorum Francorum ſcribendum erat ſine C Hramnus. In eundem quoque annum 555 conferendus obitus Hildeberti Regis, ex eodem Marcellino: cuius mentio fit capite XX, non adiecto regni tempore. Regnauit igitur annos abſolutos XLVI. Cap XX, Hildebertus moritur. Hoc contigit indictione V. Auctor Marcellinus Comes. Ergo anno Chriſti 557. Proinde obiit anno regni ſui XLIX. Tot enim ab anno Chriſti 509 putandi ſunt. Itaque recte Aimoinus Monachus lib. II ait obiiſſe anno regni XLIX. Sequenti capite obitus Hlotarij refertur, anno LI regni ſui, hoc eſt, abſoluto. quæ eſt hominis vſitata loquutio. Obiit igitur anno Chriſti 560. Sed quod capite proximo retulit de Chramno cum vxore & liberis combuſto, hoc accidit anno XVII P.C. Baſilij V.C. indictione VI, hoc eſt, anno Chriſti 558. Auctor Marcellinus. Ergo inter caput XX, & XXI, interiectum fuit triennium ſolidum. Patri Hlotario in regnó ſucceſſerunt quatuor filij, Hilpericus vir Fredegundæ, Sueſſonum Rex: Haribertus Pariſiorum: Gunthchramnus Aurelianorum: Sigebertus Metenſium & Remenſium, vir Brunichildis, mulieris Hiſpanienſis, Wiſigothorum ſanguinis. De Hilperico ita Fortunatus: *Hilperice* POTENS, *ſi interpres barbarus extet,* ADIVTOR FORTIS *hoc quoque nomen habes.* Aperte ſignificat barbara dialecto, id eſt, Teutonofrancica, Hilperic idem eſſe, quod ADIVTOR POTENS ſeu FORTIS: quod verum eſt. In fine operis Gregorius ait annum 597 eſſe XXIX Gunthchramni: & Fredegarius annum 600, eſſe XXXII eiuſdem Gunthchramni. Cæpit igitur regnare anno 568, aut 569: & conſequenter falſum fuerit, patrem eius Hlotarium obiiſſe anno 560. Rurſus Alboin Langobardorum Rex ingreſſus eſt Liguriam indictione

A indictione ineunte tertia, tertio Nonas Septembris, hoc est, anno Christi 569. Auctor Paulus Diaconus libro II, cap. XXV: atque iisdem diebus, quibus Langobardi Italiam inuaserunt, idem Paulus scribit, Francorum Regnum, mortuo Hlotario rege, ab eius quatuor filiis diuisum fuisse, lib. eodem, cap. X. Sed hallucinatur ille Langobardus, & annis nouem plus dicit. Capite XXXI, narrat Kalendis Octobris ita Solem obscuratum apparuisse, vt nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret, sed tetrum atque decolorem, quasi saccum visum fuisse. Nouilunium non potuit contingere Kal. Octobris illo sæculo, nisi anno 574. sed illis Kalendis Sol obscurari non potuit: neque vlla defectio Solaris contingere. quod valde miror. Sed B cum capite XXXIII, mentio iniecta sit de obitu Iustiniani, qui contigit anno 575, haud dubie illam obscuritatem Solis anno 574 contigisse necesse est, quod nescio quomodo fieri potuerit Kal. Octobris, cum motus Latitudinis valde abhorreat. Videtur legendum Kal. Septembris, non Octobris. Et verum est. Ecce in fine libri quarti, a transitu Hlodouei, ad transitum Sigeberti eius ex Hlotario nepotis, putat annos 37, & 29, hoc est, 66. Hlodoueus vero obiit anno 509. Ergo eius nepos Sigebertus obiit anno 575. Regnauit annos XIV. Itaque anno 560, aut 561 cæpit regnare: vt prius collectum erat. Et tamen anno 569 videbatur iniisse imperium. Hic scrupulus valde me exercet. Quod autem Sigebertus Rex obierit anno 575, confirmatur C ex capite XIX, in quo mentio fit Iustini imperatoris, qui cum inutilis imperando propter mentis alienationem factus esset, assumptus est in societatem imperij Tiberius Constantinus eius filius, anno 576. Sed & magis confirmatur capite XVII, in quo hæc verba notanda: *Eo anno dubietas Pascha fuit. In Galliis vero nos cum multis ciuitatibus, quartodecimo Calendas Maias sanctum Pascha celebrauimus: alij vero cum Hispanis, duodecimo Calendas Aprilis hanc solennitatem tenuerunt.* Erat annus secundus Hildeberti, hoc est, absolutus, vt ipse semper loquitur. Proinde fuit Christi 577. Cyclus Lunæ VIII: Solis XXVI: Litera Dominicalis C. Terminus Paschalis XIIII, Kalendas Mai. Ergo ipso termino Pascha celebratum. Quod valde miror. Capite D XXV: *Anno quoque tertio Hildeberti regis, qui erat Hilperici & Gunthchramni septimus decimus.* Ex istis magis confirmatur initium Gunthchramni, non ab anno 569, sed a 560, sumendum. Si annus Christi 578 est XVII Gunthchramni absolutus, id est, XVIII; (nam ita semper loquitur) ergo annus 584 erit XXIIII, indictione secunda. Propterea in Concilio Valentino II recte scriptum extat: *Synodus habita in vrbe Valentina X. Kal. Iulij, anno* XXIII *regni gloriosissimi Domini Gunthchramni Regis, indictione secunda.*

In Concilio Lugdunenſi primo: *Synodus habita in ciuitate Lugdunenſi,* A
anno ſexto regni glorioſiſſimi Gunthchramni Regis, indictione tertia. Pro-
culdubio legendum, *indictione tertiadecima.* Erat enim annus 565,
ſextus fluens ab anno 560, quo obiit Hlotarius, & eius filius Gunth-
chramnus iniuit regnum. Caput 29, & 30 libri VI pertinent ad annum
583. Geſta Capitis XXXV libri VII conferenda in annum 584, qui
erat decimus Regis Hildeberti. Sed mira in eo eſt auctoris hallucinatio.
Cuius verba apponam: *Audientes deinceps eos infra muros vrbis Conueni-
cæ commorari, relictis plauſtris, ac diuerſis impedimentis cum populo
minore, robuſtiores viri ipſum, ſicut iam Garumnam tranſierant, inſe-
qui deſtinant. Quibus properantibus venerunt ad Baſilicam ſancti Vin-
centij, quæ eſt iuxta terminum Agennenſis vrbis, vbi ipſe martyr pro* B
Chriſti nomine agonem dicitur conſummaſſe. Vincentius Diaconus A-
ginnenſis capite truncatus eſt pro Chriſto, in loco, qui dicitur Pom-
peiacus ad ipſum Aginnum, V Idus Iunij: magnaque olim in vene-
ratione fuit: adeo, vt omnia vetuſta templa nomine Vincentij con-
ſecrata per totam Aquitaniam, huius Vincentij ſint, non illius Cæ-
ſarauguſtani. Sed poſtea obſoleuit eius memoria, & templa illius no-
mini dedicata, illi Cæſarauguſtano vindicata ſunt per inſcitiam tem-
porum: hodieque natalis huius Vincentij Aginni, & in Aquitania
non in Iunio, ſed in Ianuario colitur. De eo ſic Fortunatus: *Vertice
ſucciſo rapuit qui ex morte triumphum.* At ille Cæſarauguſtanus in-
ter tormenta defecit, teſte Prudentio eius populari. Igitur huius Vin- C
centij Aginnenſis nomine Baſilica erat non longe Lugduno Conue-
narum, ad vallem Caprariam, cuius Baſilicæ etiam hic auctor me-
minit libro primo Miraculorum, capite CV. Vallis Capraria diſtat
Aginno pluſquam itinere quatridui. At Gregorius perperam inter-
pretatur fuiſſe iuxta terminum Aginnenſis vrbis. Sed is ſcriptor, vn-
de deſumpſit, ita ſcripſerat, milites Gunthchramni Regis irrupiſſe in
Baſilicam ſancti Vincentij, ſitam ad vrbem Conuenarum, qui mar-
tyr intra terminum vrbis Aginnenſis pro Chriſti nomine agonem
dicitur conſummaſſe. Ita ſine dubio ſcriptum fuerat in actis illius
belli, quod inter exercitum Gunthchramni Regis, & Gundobaldi
geſtum eſt. Quare mire hallucinatus eſt noſter Gregorius. Aimoino D
videtur oboluiſſe de vitio. Itaque aliter narrat rem, ſed ita vt tur-
bare potius, quam litem decidere videatur. Quod autem iſte an-
nus fuerit 584 Chriſti, conſtat ex auctore Appendicis Gregoria-
næ, ſiue is eſt Fredegarius, ſiue alius, qui hæc geſta confert in an-
num Gunthchramni XXIIII, qui ex ſynodo ſecunda Valentina,
vt ſupra demonſtratum eſt, erat annus Chriſti 584, indictione ſe-
cunda. Hic annus omitti non debuit, quod nobilis ciuitas Lugdu-
num

A num Conuenarum, quæ per multos annos cum imperio Romano floruerat, tunc ab exercitu Gunthchramni funditus euersa fuit: ex cuius reliquiis fanum Bertrandi, vbi hodie sedes Episcopalis est, constructum fuit. *Vetustatem* & splendorem eius ciuitatis testantur monimenta & epigraphæ quamplurimæ, quæ ibi extant hodie, quorum partem descriptam penes nos habemus. Sed & fuit Colonia Romanorum. Nam in Ptolomæi libris manuscriptis ita legitur: συνάπτοντες δὲ τῇ Πυρήνῃ Κονουένοι. Καὶ πόλις αὐτῶν ΛΟΥΓΔΟΥΝΟΥΝ Κολωνία. Vox Κολωνία deest in excusis. Quare duæ Lugdunenses Coloniæ fuerunt in Gallia. Lugdunensis Conuenarum Nouempopulaniæ, & Lugdunensis Segusianorum, primo deducta a L. Mu-
B natio Planco, deinde a Ti. Claudio Cæsare, dicta fuit COLONIA COPIA CLAVDIA AVGVSTA LVGODVNVM. Auctor vetus inscriptio inter Viennam, & Confluentes Isaræ ac Rhodani. Hinc nihil occurrit in Gregorio, quod nostram diligentiam poscat, vsque ad medium libri IX. In eo fœdus initum inter Gunthchramnum, & Hildebertum Reges, anno Hildeberti XIII, qui erat Christi 586. Liber decimus incipit a quintodecimo Hildeberti Regis anno: aitque anno antecedente celebre illud diluuium incidisse, cuius etiam meminit Gregorius Papa, Dialogo III, cap. XIX, adiiciens quinquennio fere ante conscriptionem Dialogorum suorum illam cladem inundationum fuisse. Certum est autem eodem tem-
C pore Pelagium Papam obiisse, & Gregorium in eius locum electum: quod contigit anno 590, indictione nona ineunte a Septembri: quæ indictio est prima ordinationis Gregorij, vt in lemmate epistolarum eius comprehensum est. Ergo annus XIIII Hildeberti Regis erat 590, aut 589 Christi, vt etiam est apud Sigebertum. Sed semper intellige annum XIIII absolutum. Nam ita loqui hunc Gregorium supra indicauimus. Ex vsu enim sermonis Latini, is erat annus XV fluens Hildeberti. Ergo anno quinto ordinationis suæ Gregorius Papa cœpit scribere Dialogos suos; siquidem illa clades aquarum contigit paulo ante eius ordinationem. Attende igitur, quæ de Gregorio Papa loquitur tanquam mortuo, cum hanc hi-
D storiam scriberet. De eo enim dicit: *Tanta strenuitas in ieiuniis erat.* item: *Literis ita erat instructus.* Loquitur de homine, qui iam desierat esse in viuis: & tamen opus suum claudit anno quinto ipsius Gregorij. Hic quoque quid dicam, nescio, vsque adeo turbat hic auctor in contextu gestorum. Capite X notatur annus XV Hildeberti, & XXIX Gunthchramni. Ex capite autem XXIII, hæc sunt eius verba: *Dubietas Paschæ fuit ob hoc, quod in cyclo Victor, luna* XV

Pascha scripsit fieri. Sed, ne Christiani, vt Iudæi, sub hac Luna hac solennia celebrarent, addidit: Latini autem Luna XXII. Erat annus Christi Dionysianus 588. cyclus Solis IX, Paschalis XIX. Terminus XVII Aprilis, feria septima. Poterat igitur Pascha celebrari Dominica proxime sequenti, nempe XVIII Aprilis, Luna quintadecima. Sed ait celebratum Luna XXII, hoc est, XXIV Aprilis. Est insignis locus: ex quo discimus, quoties terminus incidebat in Sabbatum, Pascha non in proxime sequenti celebrari solitum; sed in octauam diem comperendinari. Hoc recentiores scriptores non docuerunt, quod sciam. Sed caussam pete ex iis, quæ ad Hippolyti canonem scripsimus, libro proximo. Sequitur: *Terræmotus factus est magnus* XVIII *Cal. mensis quinti, die quarto, primo mane, cum lux redire capisset.* Apud Gregorium hunc annus Ecclesiasticus incipit ab Aprili: qui mos antiquissimus. Ideo mensis quintus est Augustus; mensis octauus, Nouember. Neque dicitur XVIII Kalendas mensis quinti: sed prima, secunda, tertia mensis quinti. Quare si ex more Romano per Kal. & Idus, & Nonas mensem primum, secundum, tertium putare moris esset, hic XVIII Kal. mensis quinti essent Idus ipsæ Iulij. quod est ineptum. Nam quis dicit XVIII Kal. Augusti pro Idibus Iulij? Legendum igitur hic proculdubio, XVIII mensis quinti. Nam eo anno 588, vt diximus, erat cyclus Solis IX. proinde XVIII Augusti fuit feria quarta, vt ipse vult. Pergit: *Sol eclipsim pertulit mense octauo mediante, & ita eius lumen minuit, vt vix, quantum quintæ Lunæ cornua retinent, ad lucendum haberet.* Vt mediante octauo mense, id est, Nouembri, coniunctio luminarium & eclipsis accideret, hoc non potuit fieri illo sæculo, nisi cyclo Lunæ nono. Contigit igitur anno Christi 597: in quo sane Sol defecit XV Nouembris, hoc est, vt ipse loquitur, mediante octauo mense. Igitur confundit annum 588, in quo dubietas Paschæ fuit, & XVIII Augusti erat feria quarta, cum anno 597, in quo Eclipsis contigit XV Nouembris: quem etiam annum in fine operis ait fuisse quintum Gregorij Papæ, cum is fuerit octauus iniens illius Papæ. Ita videmus miram hallucinationem huius scriptoris, quæ illi solennis & in aliis locis. Sigebertus male hanc defectionem Solis confert in annum 596. Scio ante nos neminem has tricas huius auctoris explicasse, sed ne animaduertisse quidem. Subiectus est operi Episcoporum Turonensium Catalogus cum annis Episcopatuum: in quibus a primo Decij, ad transitum Martini, recte habet epilogismus. Hinc, ad ordinationem ipsius Gregorij Turonensis, omnia perturbata sunt vitio ipsius, non librariorum. In fine libri secundi, scribit transitum Hlodouei Regis incidisse in annum vndecimum

Licinij

A Licinij Episcopi. At hic in Catalogo Episcoporum, a transitu Martini, ad vndecimum annum Licinij, colliguntur anni 130, menses duo, dies viginti. Ergo a transitu Martini, hoc est, ab anno 395, ad transitum Hlodouei, sunt anni 525. Atqui ipse obiit anno 509. Vides αἰτίαν. Hinc factum, vt Sigebertus anno 514 obiisse Hlodoueum dicat, alij serius. Et ne errorem putes, a transitu Martini, ad suam ordinationem colligit annos 184, vt patet ex dinumeratione. Quare hoc modo ordinatus fuerit anno 579. Et is, quo scribebat, qui erat XXXI Gunthchramni, erat XXI ipsius ordinationis: qui est annus 598. eumque ait fuisse quintum ordinationis Gregorij: imo octauum, vt iam diximus. Nam Gregorius Papa ordinatus fuit anno
B 590, indictione VIII desinente. Igitur in fine operis error est in numeris: *A transitu sancti Martini, vsque ad memoratum superius annum, id est, ordinationis nostræ primum & vicesimum, qui fuit Gregorij Papæ Romani quintus, Gunthchramni Regis* XXXI, *Hildeberti iunioris* XIX, *anni* CCXVIII. Ex dinumeratione annorum in Catalogo Episcoporum, legendum CLXXXVIII. Et nescio, an legendum sit, XXIX, pro XXXI Gunthchramni. Sed opus fuit constantia in hoc opere discutiendo. Amor enim historiæ & veritatis fecit, vt auctori propter res, quas describit, magis necessario, quam iucundo, hanc operam dederim: vt historia regum priscorum Franciæ, a mendis purior, quam antehac, ederetur. Nostro exemplo alij excitati forsan in
C suis vernaculis historiis idem studium collocabunt. Nos neque meliorem, neque vetustiorem in historia Francorum habemus. Ante annos autem aliquot prodiit Appendix ad Gregorium, cuius quidam auctorem dicunt Fredegarium. In ea appendice multa præclara sunt, quæ non temere alibi reperias. Quæ vero Sigebertus, & alij de vetustioribus Regibus Franciæ produnt, in multis, præsertim in ratione temporum, laborant. Sed in tota illa appendice nullus character occurrit, quo certa regum interualla finiri possint. Nam illi homines, quæ fuit eorum supinitas, si quam eclipsin notant, non solum diem, sed & mensem, &, quod crassius est, vt plurimum annum omittunt.
D Solius pugnæ ad Vinciacum in pago Cameracensi diem & annum designarunt, qui erat Christi DCCXVIII, vt putamus hodie a Kalendis Ianuarij, DCCXVII autem infra quadragesimum vsque ad Pascha, XIII Kalendas Martij, quæ erat Dominica Palmarum. Præterea annus Christi DCCXXXV erat XIX Caroli cognomento Tuditis, siue Martelli, teste Aimoino Monacho. Cœpit igitur regere Franciam anno 717. Rexit XXIIII annos solidos, auctore Fredegario. ergo obiit anno 741, cyclo Lunæ XIX. quod verum est. Nam turbatus fuit ordo Paschatis eo anno, auctore eodem Fredegario:
hoc

hoc eſt, alij menſe Martio, alij IX Kal. Mai celebrarunt Paſcha. Sed A
& Aimoinus anno 741 obiiſſe notat, vt dubitationi locus non ſit. Annus autem memorabilis illius pugnæ, qua tot millia Sarracenorum cæſa a Martello ſunt in campeſtribus Turonij, competit anno Chriſti 725, Caroli autem Martelli nono. quod Beda luculente indicat, qui eo tempore viuebat, quo hæc acciderunt. *Anno*, inquit, *ſeptingenteſimo viceſimo quinto, quo tempore grauiſſima Sarracenorum lues Gallias miſera cæde vaſtabat, & ipſi non multo poſt in eadem prouincia dignas ſuæ perfidiæ pœnas luebant.* Non igitur anno 730, vt perperam Sigebertus, ſicut alia multa, hæc clades contigit. Mirum eſt adhuc ruſticos eius rei tanquam nuperæ memoriam conſeruare. Locus autem dicitur S. Martinus bellus. Annus Hegiræ CVII cæpit B
eo anno Chriſti, XIX Mai, feria VII, cyclo Solis VI, Lunæ IV. Quare abſque vllo dubio prælium illud commiſſum anno Chriſti DCCXXV, Hegiræ CVI, ſexdecim annis poſtquam Sarraceni duce Moſe filio Nutzir ex Africa in Hiſpaniam traiecerunt. Auctor Geographiæ Arabs valde bonus ſcribit Muſem illum ſecum habuiſſe ſtrenuiſſimum ducem nomine Tark, aut Tarik, cuius etiam meminit Io. Leo in ſua Africa. a quo mons proximus freto Gaditano dictus fuit Gibal Tarik vel Gibal Tark. Nam cum loqueretur de vrbe, quam vocat جزيرة الخضر Inſulam Chadhar, ſubiicit والجزيرة
الخضرا اول مدينة افتتحت من الاندلس في صدر الاسلام C
وذلك في سنة تسعين من الهجرة وافتتحها موسي بن نصير
من قبل المروانيين ومعه طارق بن عبد الله بن ونمو الزناتي
ومعه قبايل البرابر وكانت هذة الجزيرة اول مدينة افتتحت
في ذلك الوقت *Prima vrbium in Hiſpania ſubacta eſt inſula viridis*, (hoc eſt, *Gezirath alhadra. Roderig. lib.* III. *cap.* XIX.) *initio Muſulmanorum* (*id eſt, naſcente religione Muhammedica*) *idque anno nonageſimo Hegiræ. Eam autem ſubegit Moſes filius Nutzir ex genere Maravvanaorum, habens ſecum Tarik filium Abdallæ filij Wenemu Renathai, habentem ſecum nationes barbarorum. Fuit vero hæc in-* D
ſula prima vrbs, quæ eo tempore domita fuit. Subiicit وكان وصولهم
اليها من جبل طارق وانما سمي بجبل طارق لان طارق
بن عبد الله بن ونمو الزناتي لما جاز بمن معه من البرابر
وتحصنوا بهذا الجبل &c. quæ ſequuntur. *Applicarunt autem ad eam ex Gebal Tarik* (*Monte Tarik.*) *Vocatus eſt autem Gebal Tarik ideo, quod*

Tarik

A *Tarik filius Abdallæ, filij Wenemu Renathai, postquam traiecit quos secum habebat Barbaros, & muniuerunt sese intra hunc montem*, &c. Longum esset omnia apponere. Dicit enim muniuisse hunc montem, &, ne Barbari aufugerent, & se nudum auxilij destituerent, curasse, vt omnes naues, quibus traiecerant, cremarentur. Quod factum est. Roderigus legit طارف per Ph, non طارق per Kaph. vocat enim Tarif. Ait hunc traiectum Tarik vel Tarif contigisse anno Hegiræ 91, mense Ramadan. Aera DCCL, sed fuit æra DCCXLIX. anno Christi 710. Nam Muharram fuit 9 Nouemb. Anno Christi 709, feria VII, cyclo ☉ 18. Neomenia Ramadan,
B 3 Iulij, feria V, anno Christi 710. Non erat omittenda tam nobilis rei historia, præsertim cum in Europa nullus sit angulus citra Danubium & Rhenum, ad quem illius pestis sensus non peruenerit. In verbis Geographi Arabis fit mentio factionis Maravvaniun. Sciant igitur studiosi, Abaz fuisse patruum Muhammedis, atque eius progeniem & gentem dictam fuisse, dicique adhuc Abaziun. Ad eos ius Califatus pertinebat, vt pote qui propius sanguine Muhammeden attingerent. Sed Maravvan quidam primus Califatum ab illa gente ad se & suos, qui Maravvaniun dicti sunt, transtulit per tyrannidem, eoque nomine omnibus Muhammedanis in odio est nomen Maravvanin ad hanc vsque diem. Muharram igitur anni XC
C Hegiræ cæpit die XIX Nouembris, feria secunda, anno Christi 708, cyclo Solis XVII, Lunæ VI. Vide, quantum erant, qui in alium annum Christi eum traiectum conferunt. Accidit enim omnino anno 709. Hic magna est Sigeberti monachi Gemblacensis hallucinatio, qui ad annum 720 subnotat: *Sarraceni ex Africa, duce Habdirama filio Muhamæ Ammiræi, in Hispaniam transfretant, eamque sibi vindicant. Ita regnum Wisigothorum & Sueuorum destructum est*, &c. Confundit enim traiectum Sarracenorum in Hispaniam cum eorundem expeditione in Aquitaniam, quando fusi sunt a Carolo Martello. Nam duce Abdirraman (عبد الرحمن) expeditionem in
D Aquitaniam fecerunt: duce autem Muse filio Nutzir in Hispaniam, quam ipsi Andalus vocant, traiecerunt. Quin oblitus sui ducem siue Amir Abirrachman vocat, sub quo tot millia a Martello cæsa: idque notat sub annum Christi 730 mendose, cum is fuerit annus 725, vt demonstratum est. Hæc sat fuerint primordiis Gentis Francorum illustrandis. Cætera persequentem destituunt auxilia a veteribus scriptoribus. Quærant igitur, qui nobis & feliciores & diligentiores.

REGES FRANCORVM, QVORVM GESTA X. LIBRIS GREGORII EPISCOPI TVRONENSIS COMPREHENDVNTVR. A

FARAMVNDVS: quod nomen ſemper per F, non per Ph, ſcribi debet. Hlodvvin primus, qui Sidonio eſt Chlodio, Proſpero Chlodius; craſſa aſpiratione ex Dialecto veterum Francorum ſcribendum. Merouæus. Hildericus, craſſa aſpiratione. Hlodvvin ſecundus Caſſiodoro, Hlodovvæus Gregorio Turonenſi, Hlodovvicus Remigio, Χλωδοαῖος Agathiæ, Hilderici filius, Merouæi nepos, Hlodvvin primi, ſiue Hlodionis pronepos, Faramundi abnepos, primus Rex Francorum Chriſtianus, vir Hlotildis regis Burgundiorum filiæ. B Huius filij quatuor: Hlotarius, Λωτάριος Agathiæ, Sueſſonum Rex. Theudericus, Θεοδέριχος Agathiæ, Metenſium & Remorum Rex. Hlodomir, Χλωδομῆρος Agathiæ, Aurelianorum Rex. Hildebertus, Χελδίβερτος Agathiæ, Pariſiorum Rex. Theodebertus, Θευδίβερτος Agathiæ, Theodorici filius, Hlodovvæi nepos. Theudvvaldus, Θευδίβαλδος Agathiæ, Theodeberti filius, Theodorici nepos, Hlodovvæi pronepos. Hlotarij quatuor filij: Hilpericus vir Fredegundis, Sueſſonum Rex: Haribertus craſſa aſpiratione, Pariſiorum: Gunthchramnus Aurelianorum: Sigebertus vir Brunechildis, Metenſium. cuius filius Hildebertus.

IOSEPHI SCALIGERI IVLII CAESARIS F.

DE EMENDATIONE TEMPORVM

LIBER SEPTIMVS.

A QVOS annos, cuius generis, & quando prisci illi popularibus suis condiderint, quatuor prioribus libris a nobis explicatum est: sequentibus vero quomodo nobiliora temporum interualla secundum illorum annorum rationes notari possint. Nunc quid in annis priscorum ciuilibus posteri commenti sint, vt illorum quædam methodus esset, deinceps dicendum. Ea methodus a Latinis COMPVTVS, a Græcis ψηφισμὸς τῶν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης ἐτῶν dicitur, a Iudæis סוד הָעִבּוּר, hoc est, mysterium embolismi. COMPVTVS vero vox exstat apud Firmicum libro sexto, in epho-
B dis geniturarum: *Quantamcunque computus fecerit summam, tantam ab Horoscopo inchoans per consequentia diuides signa.* Neque semel hoc verbo Firmicus vsus, qui temporibus Constantini Magni, & filiorum eius vixit. Apud vetustiorem scriptorem id verbi non legi. Tempus est mensura cœli: hoc est, motus cuiusdam sideris, a dato puncto cæli, ad idem punctum, conuersio. Similiter Lunæ conuersio MENSIS dicitur, vt Solis ANNVS. In anno igitur Solis rationes sequimur, vt in Luna mensium naturalium: quæ est prima diuisio computi annalis, qua quidem diuisione hæc methodus duas partes
C habere dicitur: alteram ad Solis, alteram ad Lunæ rationes pertinentem. A rationibus Solis natus est circuitus annorum, qui ab ea re dicitur cyclus Solis Latinis computatoribus, Græcis vero εἰκοσιοκταετηρίς, a numero annorum scilicet, ex quibus constat. A rationibus Lunæ prodit annorum periodus, quæ ab eo sidere dicitur nobis quidem cyclus Lunæ, Græcis autem, a numero annorum, ἐννεαδεκαετηρίς. Tertia pars huius doctrinæ pertinet ad catholica temporum: quam partem Græci Computatores vocant ἀρίθμησιν χρόνων τε ὁμάδα:

Neque aliud præterea in hac doctrina ſpectatur. Coniecimus autem A
in hunc librum non omnes quidem omnium nationum Computos annales, ſed præcipuarum: neque omnium omnia, ſed præcipuam partem. Eorum autem princeps eſto primus tempore Iudaicus Computus, omnium, qui hodie in vſu ſunt, artificioſiſſimus & elegantiſſimus.

לקט קציר לסוד העבור			SPICILEGIVM COMPVTI.
חדש בט יב תשצג פי כט ימים יב שעות ותשצג חלקים׃	א	1	MENSIS 29. 12. 793. *Hoc eſt: 29 dierũ. 12 horarum. 793 ſcrupulorum.*
שנת הלבנה שנד ח תתעו פי שנד ימים ח שעות תתעו חלקים	ב	2	*Annus Lunaris 354. 8. 876. Hoc eſt: 354 dierum. 8 horarum. 876 ſcrupulorum.*
מחזור הלבנה יט שנים יב פשוטות וז מעוברות׃	ג	3	*Cyclus Lunæ 19 annorum 12 communium. & 7 embolimæorum.* B
שנה מעוברת במחזור גגב גגגב פי שלוש שלוש שתים שלוש שלוש שלוש שתים׃	ד	4	*Annus embolimæus in cyclo 3, 3, 2. 3, 3, 3, 2. Hoc eſt, Ter, Ter, Bis. Ter, Ter, Ter, Bis.*
מותר חדש על ז״ז א יב תשצג׃	ה	5	*Exceſſus Menſis ſupra ſeptenarios,* 1. 12. 793.
מותר שנה פשוטה על ז״ז ד ח תתעו׃	ו	6	*Exceſſus Anni communis ſupra ſeptenarios,* 4. 8. 876.
מותר שנה מעוברת על ז״ז ה כא תקפט׃	ז	7	*Exceſſus Anni embolimæi ſupra ſeptenarios;* 5. 21. 589.
מותר מחזור הלבנה על ז״ז ב יו תקצה׃	ח	8	*Exceſſus Cycli Lunaris ſupra ſeptenarios,* 2. 16. 595.
מולד תהו ב ה רד׃	ט	9	*Nouilunium Tohu,* 2. 5. 204.
שנת החמה שסה ורביעית יום׃	י	10	*Annus Solaris 365, & quadrans diei.* C
יתרון החמה על שנת הלבנה י כא רד׃	יא	11	*Exceſſus Solis ſupra Annum Lunarem,* 10. 21. 204.
מותר מחזור החמה על הלבנה ס א תפה׃	יב	12	*Exceſſus Cycli Solaris ſupra Lunam;* 0. 1. 485.
מותר תהו של חמה יב כ רד׃	יג	13	*Exceſſus Tohu Solaris,* 12. 20. 204.
מותר חדש של תקופה ס כא תתכז׃	יד	14	*Exceſſus Menſis Tekuphæ,* 0, 21. 827.

מלאכת העבור			METHODVS COMPVTI.
לידע מולד תשרי׃			Ad ſciendum nouilunium Tiſri. D
קח מותר מחזורים ושנים שעברו ותשליך כל סך על מולד תהו והפל כל ז״ז ויצא לך מולד תשרי׃	טו	15	*Accipe exceſſum cyclorum, & annorum, qui præterierunt. Coniice omnem ſummam ſuper nouilunium fictum: Abiice omnia ſeptenaria. Prodibit nouilunium Tiſri.*
לידע מולד חדש׃			Ad ſciendum nouilunium menſis.
צרוף מולד חדש אחד על חדש שבידך ויצא לך מולד שני׃	יו	16	*Adiice nouilunium menſis vnius ad nouilunium propoſitum. Prodibit nouilunium ſequens.*

Ad ſcien-

A

לידע תקופת תשרי:

יז קח לך מותר מחזורים ושנות של תקופה ומכל סך העולה תפל מותר תהו של חמה והשלך כל הנשאר על שעות וחלקי מולד תשרי והיוצא היא תקופת תשרי וכן לכלם:

Ad sciendum Tekupham Tisri.

17 *Accipe excessum cyclorum, & annorum Tekuphæ. A toto aggregato abiice excessum fictum Solis. Residuum conijce super horas & scrupulos nouilunij Tisri. Productum est Tekupha Tisri. Idem in omnibus.*

לידע כמה הן במחזור הגדול:

יח קח לך הפרט שאתה עומד בו וגרע ממנו ר׳ ותשים עליו כ׳ B ותפל כל כח והנשאר פחות מן כח היא שנת מחזור הגדול שאתה עומד בתוכה:

Ad sciendum quotus numerus cycli maioris.

18 *Accipe æram minorem, in qua es. Abiice ab ea 200. Adiice 20. Abiice omnia 28. Residuum, quod est infra 28, est annus cycli maioris, in quo es.*

לידע כמה הן במחזור הקטן

יט תשים על פרט קטן יג׳ תפל כל יט׳ והנופק מזה היא שנת מחזור הקטן שאתה נכנס בתוכה:

Ad sciendum quotus numerus cycli minoris.

19 *Pone supra æram paruam cycli minoris* XIII. *Abiice omnia* XIX. *Productum est annus cycli minoris, in quo es.*

לידע שנת השמיטה:

כ תפל כל ז׳ מבנין עולם והנשאר היא שנת השמיטה שאתה נכנס בה:

Ad sciendum annum Semita.

20 *Abiice omnia septenaria ab æra Mundi. Residuum est annus Semita, in quo es.*

C

כללים לקביעות:

REGVLÆ FERIARVM.

כא	שנה פשוטה הכש גזה	21	*Annus communis* HACHAZ GADA.
כב	שנה מעוברת הכש הוז	22	*Annus embolimæus* HACHAZ HOZ.
כג	אדו בכל שנים:	23	ADV *in omnibus annis.*
כד	יה בימים בגהז:	24	IAH *in diebus* 2, 3, 5, 7.
כה	גטרד בפשוטים	25	GATRAD *in communibus.*
כו	בטו תקפט אחר עבור:	26	BATV TAKPHAT *post embolismum.*
כז	לעולם לא בדו פסח:	27	*Nunquam* BADV *Phase.*
כח	לעולם לא גהז עצרת:	28	*Nunquam* GAHAZ *solemne Pentecostes.*
כט	לעולם לא אדו ראש השנה:	29	*Nunquam* ADV *caput anni.*
ל	לעולם לא זבד פורים	30	*Nunquam* ZABAD *Phurim.*
לא	לעולם לא הגו יום כפורים:	31	*Nunquam* HAGV *dies Kipphurim.*
לב	לעולם לא בך ולא גח ולא גש ולא זך ולא הח בפשוטים:	32	*Nunquam* BACH, *neque* GACH, *neq.* GASCH, *neque* ZACH, *neque* HACH, *in communi.*
לג	לעולם לא הך ולא גש בעבור:	33	*Nunquam* HACH, *neque* GASCH *in embolismo*
לד	לעולם יום ראשון לחדש ניסן הוא יום ראשון של פסח:	34	*Semper primus dies Nisan est primus Phase.*
לה	לעולם שבועות יום שני של פסח:	35	*Semper Pentecoste est feria secunda Phase.*
לו	לעולם ראש השנה ומבה שלישי לפסח:	36	*Semper Caput Anni, & æra eius est feria tertia Phase.*

D

לעולם שמחת תורה רביעי לפסח ׃	לז	37	*Semper Festiuitas Legis est feria quarta Phase.*	A
לעולם צום כפור חמישי לפסח ׃	לח	38	*Semper ieiunium Kippur est feria quinta Phase.*	
לעולם פורים שעבר ששי לפסח ׃	לט	39	*Semper Phurim præteritum, est feria* VI *Phase.*	
כללים לתקופות ׃			**CANONES TEKUPHARUM.**	
לעולם תשרי גט ׃	מ	40	*Semper Tisri* GAT:	
לעולם טבת דם ים ׃	מא	41	*Semper Tebeth* DAM IAM:	
לעולם ניסן תו ׃	מב	42	*Semper Nisan* THAV:	
לעולם תמוז אם זם ׃	מג	43	*Semper Tamuz* AM ZAM:	
מנין שנות העולם			**ÆRA ANNORUM MUNDI.**	
מבריאת עולם ׃	מד	44	*A conditu mundi:*	
עד המבול אלף תרנו ׃	מה	45	*Ad Diluuium*, 1656.	B
עד פלגת אלף תתק צו ׃	מו	46	*Ad Diuisionem*, 1996.	
עד לידת אברהם אבינו עה אלף תתק מח ׃	מז	47	*Ad natalem Abraham progenitoris nostri sacræ memoriæ*, 1948.	
עד לידת משה רבנו עה אלפים שסח	מח	48	*Ad Natalem Mosis Magistri nostri sacræ memoriæ*, 2368.	
עד יציאת מצרים אלפים תמח ׃	מט	49	*Ad migratam Ægyptum*, 2448.	
עד כניסת ישראל לארץ אלפים תפח ׃	נ	50	*Ad ingressum Israelis in Terram*, 2488.	
עד בנין בית ראשון אלפים תתק כח ׃	נא	51	*Ad conditum domus prioris*, 2928.	
עד חרבן בית ראשון ג אלפים שלח ׃	נב	52	*Ad excidium Templi prioris*, 3338.	
עד בנין בית שני ג אלפים תח ׃	נג	53	*Ad conditum Templi alterius*, 3408.	
עד מנין שטרות וחתימת חזון ג אלפים תמח ׃	נד	54	*Ad æram contractuum, & obsignatam Visionem*, 3448.	C
עד מלכות בית חשמונאים ג אלפים תר כג ׃	נה	55	*Ad regnum familiæ Hasmonæorum*, 3623.	
עד מלכות תגרים ג אלפים תש כו ׃	נו	56	*Ad regnum Hagarenorum*, 3726.	
עד מנין הנצריים ג אלפים תש ס ׃	נז	57	*Ad æram Christianorum*, 3760.	
עד חרבן בית שני ג אלפים תת כח ׃	נח	58	*Ad deletionem domus posterioris*, 3828.	
עד חתימת המשנה ג אלפים תתק מח ׃	נט	59	*Ad obsignatam Misna*, 3948.	
עד פטירת רב אשה סוף האמוראים ד אלפים קפו ׃	ס	60	*Ad decessum Magistri* ASE *clausulæ Amuræorum*, 4186.	
עד קוסטאנטינו ד אלפים לג ׃	סא	61	*Ad Constantinum*, 4033.	
עד חתימת תלמוד ירושלמי ד אלפים רכט ׃	סב	62	*Ad obsignatum Talmud Hierosolymitanum*, 4229.	
עד חתימת תלמוד בבלי ד אלפים רסה ׃	סג	63	*Ad obsignatum Talmud Babylonium*, 4265.	
עד מנין הישמעאלים מחדש מחרם ד אלפים שפב ׃	סד	64	*Ad æram Ismaelitarum ex mense Mucharam*, 4382.	D
עד חתימת היד ל רמבם ד אלפים תתק נד	סה	65	*Ad obsignatam* MANUM *Magistri Mosis filij Maimonis*, 4954.	
עד גלות צרפת ה אלפים קנה ׃	סו	66	*Ad exilium Franciæ*, 5155.	
עד גלות ספרד ה אלפים רנב ׃	סז	67	*Ad exilium Hispaniæ*, 5252.	
עד גלות פורטוגאל ה אלפים רס	סח	68	*Ad exilium Portugaliæ*, 5260.	
תם ונשלם			EXPLICITUS.	

A

TABVLA EXCESSVVM noviluniorum, SVPRA SEPTENARIOS.

Numerus mensium.	Feria.	Horæ.	Scrupul.
1	1	12	793
2	3	1	506
3	4	24	219
4	6	2	1012
5	7	15	725
6	2	4	438
7	3	17	151
8	5	5	944
9	6	18	657
10	1	7	370
11	2	20	83
12	4	8	876
13	5	21	589

Numerus annorum expansorum.	Feria.	Horæ.	Scrupul.
1	4	8	876
2	1	17	672
3	7	15	181
4	4	23	1057
5	2	8	853
6	1	6	362
7	5	15	158
8	4	12	747
9	1	21	543
10	6	6	339
11	5	3	928
12	2	12	724
13	6	21	520
14	5	19	29
15	3	3	905
16	7	12	701
17	6	10	210
18	3	19	6
19	2	16	595

Numerus cyclorum.	Feria.	Horæ.	Scrupul.
1	2	16	595
2	5	9	110
3	1	1	705
4	3	18	220
5	6	10	815
6	2	3	330
7	4	19	925
8	7	12	440
9	3	4	1035
10	5	21	550
20	4	19	20
30	3	16	570
40	2	14	40
50	1	11	590
60	7	9	60
70	6	6	610
80	5	4	80
90	4	1	630
100	2	23	100
200	5	22	200
300	1	21	300
400	4	20	400
500	7	19	500
600	3	18	600

B

TABVLA TEKVPHARVM.

MENSES TEKVPHARVM.

Numerus mensium.	Feria.	Horæ.	Scrupul.
1	0	21	827
2	1	19	574
3	2	17	321
6	5	10	642

Numerus annorum expansorum.	Feria.	Horæ.	Scrupul.
1	10	21	204
2	21	18	408
3	3	2	899
4	14	0	23
5	24	21	227
6	6	5	718
7	17	2	922
8	28	0	46
9	9	8	537
10	20	5	741
11	1	14	152
12	12	11	356
13	23	8	500
14	4	16	1051
15	15	24	175
16	26	11	379
17	7	19	870
18	18	16	1074
19	8	2	485

ANNOTATIONES IN COMPVTVM IVDAICVM.

C SPICILEGIVM *Computi*) Quod nos Computum, Hebræi Magistri Emboliſmum vocant, a parte totum. Id enim eſt עבור. apud illos, hoc eſt ἐγκύησις. Annum vero embolimæum vocant מְעֻבֶּרֶת, ἐγκύμονα, prægnantem, tranſlatione elegantiſſima: quaſi Annus intercalatitium menſem in ſe geſtet, tanquam mulier prægnans fœtum in vtero. Neque minor eſt vis Græci verbi τοῦ ἐμβολίζειν: quod eſt tanquam ſurculum in truncum arboris fiſſum immittere. Cicero in Bruto dixit INFINDERE: *Tranſitiones a plebe fiunt, cum homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infinduntur genus.* hoc eſt, ἐμβολίζον). & tamen hodie vulgo male in Cicerone INFVNDVNTVR. Menſis ergo ἐμβόλιμος eſt quaſi in-
D ſititius. Annus, in quem competit intercalatio, ἐμβολιμαῖος, tanquam truncus ſurculum excipiens. Actus ipſe ἐμβολισμός. Latini minus proprie INTERCALATIONEM vocant, non tamen male, a carmine ſuccentiuo, quod Colis & Strophis abſolutis iterabatur. Noſtrates Poetæ illam ſuccentionem REFRANVM vocant. Sed omnium idiomatum elegantias ſuperat Hebraicum עבור. quod verbum non reperias in ſacris Bibliis. Quare non ſine errore

TABVLA EXCESSVS quinquedecaeteridis Solaris.

Numerus cyclorum.	Dies.	Horæ.	Scrupul.
1	0	1	485
2	0	2	970
1	0	4	375
4	0	5	860
5	0	7	265
6	0	8	750
7	0	10	155
8	0	11	640
9	0	13	45
10	0	14	530
20	1	4	1060
30	1	19	510
40	2	9	1040
50	3	0	490
0	3	14	1020
70	4	5	470
80	4	19	1000
90	5	10	450
100	6	0	980
200	12	1	880
300	18	2	780
400	24	3	680

nostri homines עבור transcensum, & ὑπεροχὴν vertunt. Atqui id erat מעבר non עבור. Tantumque differt hoc ab illo, quantum ἐμβολισμὸς, & ὑπεροχή. Nam, exempli gratia, in anno tertio cycli, mensis intercalatur. Hoc dicitur ἐμβολισμὸς, Hebraice עבור. Ex illa intercalatione reliquæ fiunt περισσεύουσαι ἡμέραι 3.2.899: quæ est vera ὑπεροχὴ, & Hebraice dicitur מעבר item יתרון & מותר. Ex triplicato excessu siue מעבר Solis 10. 21. 204 consurgunt dies 32. 15. 612, de quibus mense שנה מעברת deducto, remanet מעבר 3.2.899. Multum igitur differunt ἐμβολισμὸς καὶ ὑπεροχὴ, ac proinde עבור & מעבר. Igitur a nobiliore parte cycli Lunaris doctrinam hanc vocant tam Iudæorum, quam Samaritarum Magistri. Ex quo apparet & rem & nomen vetustissima esse, cum communia sint duarum gentium, quæ ante bis mille quingentos annos nullum inter se commercium habent, & capitali odio sese mutuo prosequuntur. In capite קדוש החדש ita scriptum est: חשבון שאנו מחשבים היום הוא הנקרא עבור Computus, quo hodie computamus, is est, quem EMBOLISMVM vocamus. Quare verbum עבר, quod proprie est intercalare, ipsis significat etiam conscribere aliquid de doctrina Computi. Et magnus computus, qui est tantum in manibus doctiorum, vocatur סוד העבור, μυστήριον τοῦ ἐμβολισμοῦ. Conditores autem Computi עברונים ἐμβολισταὶ, quos idiotismus COMPVTISTAS vocat.

A

B

C

Mensis) Prima pars Computi Hebraici pertinet ad Lunam, secunda ad Solem, tertia ad temporum vniuersitatem.

Ter, Ter, Bis) vel, *Tria, Tria, Duo.* Est Canon Magistri Gamalielis, qui scripsit in סוד חעבור. Sententia Canonis hæc est. Post tres annos embolismus celebratur. Itaque triplicandus est excessus Solis 10. 21. 204: atque e producto abiiciendus mensis embolimus 29. 12. 793. Reliqua fit ὑπεροχὴ ἡλιακὴ 3. 2.899. Rursus post alios tres annos ter ducitur excessus Solis, cui iungitur 3. 2. 899. Abiecto mense Lunari, relinquitur ὑπεροχὴ 6. 5. 718. Post octauum annum bis ducendus excessus, & cum 6. 5. 718 coniungendus. Et conflabitur excessus octaui anni 28. 0. 46, minor vtique mense Lunari. Et propterea nihil potest ex eo deduci. Sic deinceps agendum, vt secundo libro docuimus. Ideo illa TER, TER, DVO declarant quando triplicandus excessus, item quando duplicandus. Quare naturalis est embolismus cycli Iudaici, non autem arbitrarius, qualis Callippicus D

A lippicus, & Metonicus, qui embolismos præcipitant ante tempus, ne eorum neomeniæ epocham Solstitialem anteueniant: At in Iudaica ratione non prius intercalatur, quam Solis excessus supra Lunam eo progressus sit, vt mensem, aut amplius, conficiat. Hac ratione anni 3.6.8.11.14.17.19 intercalationi attributi sunt, quod illis interuallis, non alias excessus Solis mensem colligunt.

Excessus mensis) Aufer septenarios dierum vnius mensis 29.12.793. Relinquuntur excessus vel epactæ vnius nouilunij 1.12.

Excessus anni communis) Annus communis, siue simplex est XII mensium. Itaque epactæ vnius nouilunij 1.12.793 duodecies multi-
B plicatæ, abiectis septenariis dierum, fiunt 4.8.876. epactæ videlicet vnius anni communis.

Excessus anni embolimæi) Epactæ duodecim mensium 4.8.876: epactæ vnius mensis 1.12.793. Coniunctæ fiunt epactæ tredecim mensium 5.21.589. nimirum epactæ anni embolimæi, qui est mensium XIII.

Excessus cycli) In cyclo sunt anni XIX. quorum duodecim simplices, septem embolimæi. duodecies epactæ anni simplicis 4.8.876 fiunt 3.9.792. Septies epactæ anni embolimæi 5.21.589, fiunt 6.6.883. Iunctim fiunt 2.16.595, epactæ annorum XIX, duodecim simplicium, septem embolimæorum, qui est modus v-
C nius cycli.

Nouilunium Tohu) θεμέλιον nouilunij Iudaici, siue Radix, vt vulgo vocant, est feria secunda, hora quinta, scrup. ducenti quatuor. Cuius positio hæc est: 2.5.204. Huius ratio reddita est libro secundo, & infra reddetur amplius. Diei ciuilis Iudaici initium statim a Sole occaso; & propterea computus Lunaris imminutus est horis sex, vt suo loco videbitur. Iudæi inferioris vetustatis vocant hoc θεμέλιον מוֹלַד תהו, id est, νεομηνίαν χάους. TOHV enim ipsis est, quod veteribus Græcis χάος. Est itaque πρόληψις μαθηματικὴ, vt sunt omnes epochæ motuum. Sed & Iudæis hoc nouilunium προληπτικὸν vocatur מוֹלַד נוֹיפֵרה, neomenia ἐπιπλήξεως. Item dicitur נִיפֵרה חַלְבָנָה ἐπίπληξις
D σελήνης, increpatio Lunæ, ridiculo commento. Fingunt Lunam Solem æmulatam apud Deum Opt. Max. expostulasse, quod secum Sol vna luceret. Omne enim regnum esse impatiens consortis. Itaque ob id a Deo grauiter correptam, a feria quarta, qua suspensa sunt in cælo luminaria, tenebris obductam non luxisse, donec HOMO primus creatus. Sic biduum siluisse Lunam, feriam quartam, & quintam continuas. Vnde factum, vt nouilunio complendo biduum desideretur, quod quidem designatur hoc nouilunio Tohu. Quid verbis

opus est? Nunquam veteres Græci morbo mythologiarum ita insaniuerunt, ac Iudæi. Vbi Rabbinica περιεργία defunctum se putat Lector, præter expectationem in ipso articulo opprimunt eum. Si quando enim dignus vindice nodus inciderit, præsto est Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, scilicet fabula πατροπαράδοτος, aut scitum aliquod veteris Rabbini, quo negotium ac lis omnis deciditur. Et quare Luna æmulari potuit Solem, quod secum luceat, quæ sine Sole nullum lumen habet? Nouilunium igitur primum Iudaicum fuit feria secunda, hor. 5. 204, post Solem occasum, vel, quod idem est, feria secunda, hor. 11. 204, post meridiem Hierosolymis, anno periodi Iulianæ 953, Octobris VII, in litera G, cyclo Solis primo. Nam cyclus Solis Romanus idem est cum Iudaico. A

Annus Solaris) Secunda pars Computi Iudaici ad Solem pertinens, a qua parte pendet Tekupharum doctrina. B

Excessus Solis supra annum Lunarem) Aufer modum anni Lunaris 354.8.876 a modo anni Solaris 365.6.0. Remanet ὑπεροχὴ ἡλιακὴ 10. 21. 204.

Excessus cycli) Ex Canone Gamalielis, quem supra exposuimus, post septies multiplicatum excessum Solis, deductis mensibus Lunaribus, remanet differentia Solis & Lunæ, hor. 1. 485. Quod ita libro secundo demonstrauimus. Abiice septem menses synodicos 206. 17.151, a nouemdecim excessibus Solaribus, 206, 18.636. Relinquitur idem excessus cycli Solis 0.1.485. Hic est primus Canon Tekupharum. C

Excessus Tohu Solaris) Libro secundo indicauimus caussam huius excessus. Annus Solaris Iudaicus idem fuit, estque hodie, cum veteri Syromacedonico. Nam Hyperberetæus tetraetericus Macedonum Alexandreus cæpit die VIII Octobris. Itaque vltima dies anni erat VII Octobris, vbi quarto quoque anno exeunte intercalabatur dies tam a Syromacedonibus, quam ab Hagarenis, & Iudæis, qui periodo Calippica Alexandrea vtebantur. Tekupha igitur autumni, quod Macedonibus dicebatur κέντρον μετοπωρινὸν, erat in VII Octobris. Κέντρον χειμερινὸν, Tekupha hiberna in VI Ianuarij. Tekupha vernalis, κέντρον ἐαρινὸν in VII Aprilis. Tekupha æstiua, κέντρον θερινὸν VII Iulij. D Eæque Tekuphæ non est commentum Iudaicum, sed Græcorum, vt alibi diximus, qui eas partes anni ὥρας vocabant. Edito anno Iuliano, primi omnium Antiocheni statim eum typum admiserunt, deinde etiam ipsi Iudæi. Nam & Iosephus tempora belli Iudaici descriptionibus dierum Iulianorum Antiochensium designat: vt iam ab initio eam accepisse videantur, saltem a patrimonio Archelai in fiscum redacto. Neque dubium est, quin aut tunc,

aut

A aut ſub Herode eam anni formam acceperinr. Tunc cæptæ putari
Tekuphæ Iulianæ, & Macedonicæ deſiræ. A Tekupha igitur vereri,
nempe a VII Octobris, ad XXIV Septembris, vbi Soſigenes ſtatuit æ-
quinoctium, dies ſunr XIII præciſe. Nam æquinoctium Soſigenis ſunt
XXIV dies a Kalendis Seprembris: κέντρον autem μεσόπωρινὸν eſt XXXVII
dies ab iiſdem Kalendis: in qua die primum nouilunium fuit hora
5. 204, vt dictum eſt. Tekupha autem Tiſri in primo anno eſt 9
horarum in nocte præciſe. Si igitur nouilunium fingitur fuiſſe in
die 37. 5. 204: Tekupha autem in 24. 9. 0 figenda eſt, quæ olim
eſſet in 37: vt hoc fiat, non aliter poteſt, quam ſi de diebus 37.
5. 204, eximantur dies 12. 20. 204. Iraque relinquentur dies
B 24. 9. 0. Hæc eſt ratio, cur dies 12. 20. 204 eximendi ſunt de
veteri Cardine Macedonico. Ira de 13 diebus ſolidis delibatæ
ſunt horæ 3. 876. Cum conſtaret iam de medio motu Lunæ
etiam inrer Iudæos, & tamen, vt fit, non poſſet extorqueri vſus
periodi Calippicæ Alexandreæ de manibus vulgi, Magiſtri Ti-
beriadis illam periodum ſuſtulerunt, & nouum עִבּוּר, id eſt, Com-
putum inſtituerunt. Pro XIII igitur diebus, quibus priſca Te-
kupha Cæſarianam excedit, acceperunt cyclos 216, id eſt, an-
nos 4104: quibus congruunt dies XIII προεμπτώσεως σελ'ωαϊκῆς,
& hora vna præciſe. Igitur tempus emendarionis incidit in an-
num Computi Iudaici 4104 abſolutum; adeo vt primus annus
C correctionis ſit annus Computi iniens 4105, qui congruit anno
Chriſti Dionyſiano 344. Nouilunium Septembris ex Tabulis a-
ſtronomicis erat Hieroſolymis nocte XXIIII Septembris feria ſe-
cunda, hora $10\frac{46}{1080}$ a meridie diei XXIII, quæ erat feria prima, cy-
clo Solis 17. vel, quod idem eſt, hora $4\frac{46}{1080}$ a Sole occaſo, ciuili-
ter. Iudæi, vt in methodo Tekuphæ nihil relinquerent de ſcrupu-
lis, pro $\frac{46}{1080}$ acceperunt $\frac{204}{1080}$, quia ſcrupula 876, quæ ſuperſunt de
modo vnius anni communi, de modo anni ſolaris detracta relin-
quunt 204. Quare cum in Tekupha Tiſri & Niſan nulla ſcrupula
relinqui debeant, neceſſario eadem 204 debent eſſe & in exceſſu So-
lis ſupra Lunam, & in primo nouilunio. Ita factum, vt illa 204 tam
D ſint in primo nouilunio, quam in exceſſu Solis. Exceſſus Solis 10.
21. 204. Nouilunium primum 0. 5. 204. Differentia nouilunij ciui-
lis Iudaici, & aſtronomici, hor. 1. 158. De hoc infra dicetur opportu-
niore loco. Hæc ſane ingenioſiſſime: ſed imperite eundem diem &
Tekuphæ & nouilunij ſtaruunt. Tekupha enim eſt vltimus dies anni
Solaris, ſiue שְׁנַת יָמִים, nouilunium autem primum eſt prima
dies anni. Momentum λόγῳ θεωρητὸν eſt inter tempus Tekuphæ
& tempus primi nouilunij, illius deſinentis, huius ineuntis. Itaque
recte

recte antiquitus Tekupha erat in VII Octobris. Nouilunium autem A
debebat esse in sequenti, nempe in VIII: quod quidem accidit anno mundi 2453 ineunte. Tunc enim statim post æquinoctium confectum, quod erat in VII Octobris, iniuit nouilunium Marcheschvvan in VIII, feria tertia: & sequens Nisan in ipso die æquinoctij ciuilis, feria V, Aprilis secunda, qui est mensis Exodi: quo quidem nihil notabilius in ratione temporum sacræ historiæ. Quod igitur & Tekupham, & nouilunium primum in eadem die statuerunt, peccant & in naturam rei ipsius, & in priscam anni Macedonici consuetudinem: quod nimirum Tekupha sit finis anni antecedentis, nouilunium autem principium sequentis: & præterea Macedones annum ciuilem Solis non a VII, sed a sequenti instituebant. Habes caussas anni & com- B
puti Iudaici, quas penitus ignorant ipsi Iudæi. Neque vero dubito, quin vetus sit illa opinio inter Iudæos, mundum creatum in VII Octobris, idque propter ignorationem doctrinæ Olympiadum: de qua toties diximus. Quum igitur veris rationibus ducti hanc fuisse caussam & principium Computi hodierni Iudaici ostenderimus, tandem incidimus in Commentarios IOHASIN, in quibus non solum confirmatur coniectura nostra, sed etiam nomen auctoris Computi proditum est. Is fuit Hillel, de quo ita ibi scriptum reperimus: הלל הנשיא בנו של ר׳ יהודה נשיא תקן העיבור על דרך תקופת רבאדא עד שיבוא משיח בן דוד והיה בזמן אביי ורבה ובן כתב ר׳ שמעון דוראן בפירוש האוהרות והיה בשנת תר״ע לשטרות. Hillel Prin- C
ceps filius Iuda Principis ordinauit Computum secundum Tekupham Rabbi Ada, donec veniat Messias Filius Dauid. Fuit autem sæculo Abai & Rabba. Atque ideo ita scripsit Rabbi Simeon Duran in Expositione Exhortationum. Fuitque anno 670 Contractuum. Hactenus. Hic annus erat 358 Christi, annis XIIII post ordinationem, quæ incidit in annum 354. Perpetuum Computum scripsisse ait, nempe hodiernum. Præterea ad regulam Ada, quod verissimum Felix igitur fuit coniectura nostra In libro צֶמַח דָּוִד. pag. 26. מנהג מנין שְׁנות היצירה אם תשאל לימים ראשונים יתבאר לך שאיננו נהוג אצלינו רק בזמן חתימת הגמרא או וכן רב אחר התיכתה.

Excessus mensis Tekuphæ) Si excessum Solis 10:21.204. per XII diuiseris, habebis 0.21.827 epactas mensis Tekuphæ. Annus igitur Tekuphæ est proprie excessus ipse Solis. Similiter excessus cycli Te- D
kuphæ est excessus cycli Solaris supra Lunarem, 0,1.485, epactæ videlicet cycli Tekuphæ.

Ad sciendum nouilunium.) Hactenus Canones Computi Iudaici. Subiectum Computi est Annus. Annus Hebraicus est mixtus: quatenus ratione Solis & Lunæ consideratur. Ratione Lunæ, propter menses Lunæ, ad cuius sideris motum descripti sunt. Ratione Solis,

A Solis, propter duas caussas. Primo propter æquationem temporis, quæ fit remedio embolismorum: deinde propter Tekuphas. Rursus anni duplex diuisio: in duodecim menses, propter nouilunia: in quatuor Tekuphas, propter Solem. Quæ duplex diuisio est summa summarum in Computo Hebraico: qui in genere duo tantum docet: nouilunia, ac Tekuphas. Prior igitur methodus nouiluniorum, quam Tekupharum. Primum nouilunium Computi Iudaici in VII Octobris, vt toties diximus, cyclo Lunæ III, Solis primo, anno periodi Iulianæ 953, annis 189 absolutis, post conditum rerum. Primum,

B vt scias annos Computi Iudaici, abiice 952 annos absolutos de periodo Iudaica. Reliquum est annus currens Iudaicus a nouilunio primo autumni. Exemplum.

EXCESSVS LVNÆ.				EXCESSVS SOLIS.		
200	5	22	200	12	1	880
80	5	4	80	4	19	1000
1	2	16	595	0	1	481
17	6	10	210	0	0	0
Tohu	2	5	204	0	0	0
Nouil. Tisri	1	10	209	16	23	281
5357	XIII Sept.					

Annus iste Christi Dionysianus 1596 erat 6309 periodi Iulianæ. Deductis 952, relinquitur annus Iudaicus 5357 iniens a primo nouilunio autumni. Volo nunc scire characterem Tisri eiusdem anni Iudaici ineuntis. Diuisis 5356 annis præteritis per 19, habes 281 cyclos absolutos, & 17 annos præterea expansos absolutos. In principio harum Notarum dedimus tabulas tres characterum tredecim mensium, hoc est, excessuum Lunæ supra Septe-

C narios 19 annorum expansorum: cyclorum tam expansorum, quam per denarios & centenarios collectorum. Rursus habes aliam Tabulam 19 annorum excessus Solis, & præterea Tabulam cyclorum excessus Solis. Igitur de Tabula cyclorum characteris mensium, cyclis 200 competunt 5.22.200. cyclis 80, congruunt 5.4.80. vni cyclo 2.16.595. annis 17 absolutis 6.10.210. & pro 18 ineunte nouilunium Tohu 2.5.204. Summa 1.10.209. Id est, nouilunium Tisri anni 5357 est feria prima, hor. 10.209. Volo scire cui diei Iulianæ respondet. Condidimus Tabellam primi cycli Iudaici. Ac-

D cipe igitur excessus Solis congruentes totidem cyclis absolutis: qui sunt, vt habes in minore diagrammate dies 16. hor. 23.201. Illi excessus sunt dies πρωεμπτώσεως σεληνιακῆς, quibus Luna post aliquot cyclos anteuertit priscam epocham in anno Iuliano. Totidem igitur dies abiice a prisca epocha cycli primi. Et vide quota sit feria, & quæ litera Dominicalis. Feria indicabit locum nouilunij. Nam dies illi πρωεμπτώσεως non possunt constanter hærere in eadem die propter multas caussas, quas prudentes

TABVLA NOVILVNIORUM primi cycli Iudaici.	
1	7 Octob.
2	26 Sept.
3	17 Sept.
4	5 Octob.
5	23 Sept.
6	11 Sept.
7	1 Octob.
8	22 Sept.
9	9 Octob.
10	28 Sept.
11	17 Sept.
12	6 Octob.
13	24 Sept.
14	14 Sept.
15	3 Octob.
16	22 Sept.
17	17 Sept.
18	29 Sept.
19	19 Sept.

prudentes omittimus. Igitur colliguntur dies προσθαφαιρέσεως 16. 23. 201. Et iste annus propositus est 18 cycli. In vetere cyclo nouilunium anni 18 erat in 29 Septembris, vt patet ex Tabula, de qua epocha si deduxeris dies 16. 23. 201, nouilunium hoc anno ascenderit ad XII Septembris. Est feria prima nouilunij, litera autem dominicalis DC. Ergo nouilunium hoc incidit in litera C. Proinde litera C, quæ proxima est diei XII Septembris ante aut post, ea est epocha nouilunij Tisri huius anni propositi 5357. erit igitur in XII, vt etiam constabat ex diebus προσθαφαιρέσεως: quorum ope, aduocato feriæ & literæ dominicalis auxilio, nunquam errabis. Tot enim dies Luna ascenderit, quot ex cyclis excessus Solis collecti fuerint. Sed obseruandum, si nouilunium attigerit horas 18 præcise, aut amplius, transferendam esse feriam. Caussa in promptu est. 18 horæ Computi Iudaici sunt 24 horæ astronomice, hoc est, a meridie. Nam primum nouilunium, vti diximus, Iudaice est hor. 5. 204, ab occasu Solis, astronomice 11. 204, a meridie. Proinde 18 horæ ab occasu Solis, sunt 24 horæ astronomice a meridie. Sic in hoc nouilunio proposito horæ 10. 209 ab occasu Solis, sunt 16. 209 a meridie. Hoc ne doctiores quidem Iudæi aduerterunt: cuius rei ignoratione illud oraculum sciuerunt: כ״ד שָׁעוֹת מִכַּסֵּי סִיהֲרָא שִׁית מְחַדְּתָא וְי״ח מְעַתְּקָתָא *Viginti quatuor horis Luna latet, id est, silet. Sex nouella fit, & decem octo fit vetus.* Græce, ἐν νυχθημέρῳ ὕπαυγός ἐστιν ἡ σελήνη. ἐν τεταρτημορίῳ νέα. ἐν τρισὶ τεταρτημορίοις ἔνη. Sed hæc ridicula sunt, & produnt in illis ignorationem caussæ 18 horarum: quas nesciunt esse 24, id est, solidum νυχθήμερον. Tunc manifesto non feria proposita, sed sequens assumenda, propter diem integrum, qui latet sub 18 horis, quæ putatæ a meridie fiunt 24, id est, dies integer. Poterant numerare integras horas a meridie, & quidem tutius; vt nos fecimus in nostro anno cælesti, in quo nunquam intercalamus, nisi post 24 horas. Quare si a meridie procederet computus, vbi hodie incidit hora 18 absoluta, tunc incideret hora 24, id est, dies integer. Scito autem vetustissimis Iudæis has horas æquinoctiales in vsu non fuisse, sed tantum τὰς καιρικάς, vt patet ex Euangelio, idque a temporibus Romanorum. Omnino enim etiam horarum appellatio noua est, vtpote a Græcis in nationes Orientales deriuata. Quare antiquior est appellatio dierum septimanæ sub nominibus septem Planetarum, quam horarum Planetariarum. Nam omnis hora est commentum recentius appellatione dierum sub notis Planetarum. Iudæi antiquitus ὀλονύκτερος diem ipsum in tenebras & lucem, vesperam & mane diuidebant, quod tempus coniunctim עֶרֶב־בֹּקֶר vocabant, vt Daniel. Græcis eadem compositione

A ſitione eſt νυχθήμερον. Totum hoc interuallum quadrifariam diuide-
bant. Quadrantes ipſos Vigilias vocabant, vt & Romani & Græci.
Primus quadrans a Sole occaſo, ad mediam noctem אַשְׁמֹרֶת עֶרֶב dice-
batur. Apoſtoli vertunt ὀψίαν ſimpliciter. Sequebatur hanc אַשְׁמֹרֶת
הַתִּיכוֹנָה vigilia media, a media ſcilicet nocte, ad Solem Orientem, ob
id dicta, quod inter duos Soles interiecta eſſet, inter occaſum lucis an-
tecedentis, & ortum lucis ſequentis. Deinde ſequebatur אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר
Vigilia matutina, a Sole orto, ad meridiem. Apoſtoli πρωίαν. Poſtre-
mo quarta Vigilia הַצָּהֳרַיִם, meridies, a ſexta hora, ad duodecimam, &
Solem occaſum. Priſca hæc Hebræotum partitio fuit. Pſalmo LV. 18.
Poſtea in tres partes, ſiue Vigilias noctem ipſam diuiſerunt, more Ro-
B mano. Vide Auſonium in Ternario. Proinde τῆς δευτέρας καὶ τῆς τρίτης φυ-
λακῆς meminit Dominvs apud Lucam XII. Sed in Marco XIII, pri-
ma pars vocatur ὀψὲ, ſecunda μεσονύκτιον, tertia ἀλεκτοροφωνία. Quare
in רֵישׁ בְּרָכוֹת ita ſcriptum eſt: אָהָא רָאמְרִינַן שְׁלשָׁה מִשְׁמָרוֹת הָוֵי הַלַּיְלָה וְעַל כָּל מִשְׁמָר
וּמִשְׁמָר הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא אוֹמֵר אוֹי שֶׁהֶחֱרַבְתִּי אֶת־בֵּיתִי. *Ecce quod dicimus, eſſe tres vi-
gilias noctis, & ſingulis vigiliis Deus benedictus dicit* : HEV QVOD
DESOLAVI DOMVM MEAM. Iudaicum quidem oraculum, &
ineptum: ſed quod verum eſt de triplici vigilia noctis, idque inſti-
tuto Romano.

Adiice nouilunium) Qui ſcit nouilunium præteritum, & vult
ſcire ſequens, adiiciat præterito nouilunio epactas menſis vnius.
C Tiſri proximus, vt oſtendimus, erit 1. 10. 209. Adiice 1. 12.
793, characterem menſis vnius. Habes 2. 22. 1002, characte-
rem nouilunij Marcheſvvan feria tertia, quia excedit 18 horas
ab occaſu, vel 24 a meridie. Erit igitur in nocte duodecima
Octobris.

Ad ſciendum Tekupham Tiſri) תְּקוּפָה eſt anni conuerſio proprie. &
nihil aliud ſignificabat tempore Moſis, qui iubet σκηνοπηγίαν celebra-
ri לִתְקוּפַת הַשָּׁנָה anno vertente, initio Autumni ſcilicet. Exodi XXXIV.
22. Nam quod ibi vocat תְּקוּפַת הַשָּׁנָה, id XXIII, 6, dicitur צֵאת הַשָּׁנָה.
Sed poſtquam Iudæi acceperunt formam anni Alexandrei & perio-
dum Calippicam, vna etiam acceperunt annum Lunarem, & qua-
D tuor κέντρα Macedonica, quæ ipſi vno nomine תְּקוּפוֹת vocarunt, quia
annus incipit ſtatim poſt תְּקוּפַת הַשָּׁנָה, poſt conuerſionem anni. Hoc
inuentum, vt diximus, eſt plane Græcum, & vetuſtiſſimum, qui an-
ni Solaris nullam in menſes deſcriptionem tenebant, ſed conſtabat il-
lis, quadriennium, ſiue Luſtrum Solare, eſſe dierum 1461: ſextam
autem decimam partem eſſe dierum 91 $\frac{5}{16}$. Hoc ipſi ὧρον, & κέντρον,
& τροπὰς vocabant: quorum exemplo & Iudæi תְּקוּפוֹת appellarunt:
quod ad verbum eſt τροπάς. Elidenſes primo anno Olympiadis

 interca-

intercalabant inter VIII, & IX Iulij. quo nihil verius est. Annum incipiebant a Sole occaso. Anni sequentis initium erat a media nocte. tertij ab ortu Solis. quarti a meridie. quinti, eiusdemque primi Olympiadis ab initio noctis. Ita non sentiebant se diem intercalasse, cum tamen intercalassent. Ammianus Marcellinus: *Spatium anni vertentis id esse periti mundani motus & siderum definiunt veteres, inter quos Menon (Meton) & Euctemon & Hipparchus, & Archimedes excellunt, cum Sol perenni rerum sublimium lege, polo (poli) percurso signifero, quem Zodiacum sermo Graecus appellat, trecentis & sexaginta quinque diebus mensis, & noctibus, ad eundem redierit cardinem. Vt verbo tenus, si a secunda particula elatus Arietis, ad eam dimensione redierit terminata. Sed anni interuallum verissimum memoratis diebus, & horis sex ad vsque meridiem concluditur plenam: annique sequentis erit post horam sextam initium, porrectum ad vesperam. Tertius a prima vigilia sumens exordium, ad horam noctis extenditur sextam. Quartus a media noctis, vsque ad claram trahitur lucem.* Recte sane & ad mentem nostram, item ad morem vetustum Graecorum accommodatissime. Quemadmodum igitur diligenter notabant *τροπὰς θερινὰς*, ita etiam *τροπὰς ἰσημερινὰς*, & *τροπὰς χειμερινάς*. Hoc imitati Iudaei diligenter momentum obseruant, quo haec *κέντρα* conficiuntur, antiqua consuetudine, vt solet, in superstitionem vertente. Olim, vt diximus, cum anno mero Alexandreo vterentur, Tekupham primam statuebant in VII Octobris. Postea eam fixerunt in XXIV Septembris, accepta forma Iuliana. In primo anno lustri Tekupha Tisri est hora 9 noctis, Tekupha Tebeth hora 4. 30' diei. Tekupha Nisan initio noctis. Hoc significant literae D, & N. in Tabella Tekupharum a nobis subiecta. D enim est dies: N autem nox. De Tekuphis ita scribunt: התקופות בכל שנה ושנה חוזרות חלילה לעולם ועד וסימנם חזוז פי' שמונה ימים קודם ינואר יהיה תקופת טבת : בשבעה ימים קודם אבריל יהיה תמיד תקופת ניסן : בששה ימים קודם גוליו יהיה תמיד תקופת תמוז : בשבעה ימים קודם אוטוברי יהיה תמיד תקופת תשרי. *Tekuphot singulis annis perpetuo reuculuntur, ac redeunt in orbem: quarum signum 8, 7, 6, 7. hoc est: octo diebus ante Ianuarium est τροπὴ Tebeth. Septem diebus ante Aprilem erit semper* TROPE *Nisan. Sex diebus ante Iulium erit semper* TROPE *Tamuz. Septem diebus ante Octobrem erit semper* TROPE *Tisri.* De superstitione autem, qua Tekuphas obseruant Iudaei, libro secundo monuimus.

TABELLA TEKVPHARVM.

Tisri			Tebeth			Nisan			Tamvz			Anni
N	9	0	D	4	30	N	0	0	N	7	30	I
D	3	0	D	10	30	N	6	0	D	1	30	II
D	9	0	N	4	30	D	12	0	D	7	30	III
N	3	0	N	10	30	D	18	0	N	1	30	IIII

A monuimus. Nam a veteribus illis Macedonibus didicerunt exactissimum ingressum Solis in signa per illud tempus fieri. Per τροπὰς ἐνim θερινὰς nihil aliud, quam VIII Iulij, & per τροπὰς χειμερινὰς, VI Ianuarij, & Macedones & omnes Græci intelligebant. Neque secus ac veteres illi Græci; vnicuique τροπῇ siue Tekuphæ στοιχεῖον suum attribuunt. Tekuphæ Tebeth brumali AQVAM: Tekuphæ Nisan vernali AEREM: Tekuphæ Tamuz Solstitiali IGNEM: Tekuphæ Tisri autumnali TERRAM. atque adeo ex horum quatuor elementorum excessu interitum mundo & hominibus minantur: puta ex Solstitialis Tekuphæ excessu ἐκπύρωσιν: ex brumalis excessu κατα-
B κλυσμόν. ex altera fore, vt fataliter exaquescat Mundus; ex altera exignescat. Sic etiam propter easdem rationes periculum ὑδέρου illi imminere, qui in eo momento, quo Tekupha Tebeth committitur, aliquid biberit: aut καύσωνος, & ardentissimi morbi, qui in Tekupha Tamuz ad ignem accesserit. Propterea superstitiosissima curiositate articulum ipsum Tekupharum obseruant, ne forte imprudentes malum immedicabile incurrant. Vide Commentarium Rabbi Saadia Gaon in Sepher Ietzira, capite quinto, si modo alicui tantum otij est ab rebus seriis, vt in his nugis tempora perdat. Itaque horum hominum superstitioni acceptum feramus licet, quod Græcorum vetustissima περὶ τροπῶν doctrina nobis
C conseruata sit. Ad methodum igitur veniamus. Collige epactas excessuum Solis in cyclis & annis præteritis. A summa abiice dies 12. 20. 204. Residuo adiice nouilunium, siue characterem feriæ. vt habes in præsenti diagrammate. Cyclis enim 281, & annis 17 præteritis congruunt epactæ Solares 24.18.1075. de quibus deductis ex perpetua Regula diebus 12. 20.204, residuo autem 11. 22. 871 adiectis

200	12	1	880
80	4	19	1000
1		1	485
17	7	19	870
Summa	24	18	1075
Aufer	12	20	204
Residuum	11	22	871
Adde	0	10	209
Tekupha Tisri.	12	9	0

horis nouilunij 0. 10. 209, fiunt dies absoluti 12 de Tisri, cum horis 9. 0. Ergo Tekupha Tisri committetur nocte, quæ se-
D quetur Solem occasum diei 12 Tisri, hora 9 noctis absoluta. In eo, inquam, momento committetur Tekupha. Quod si essent horæ 21, abiectis 12, reliquæ nouem attribuerentur diei sequenti. Nam horæ infra 12 pertinent ad noctem. quod est reliquum supra duodecim, pertinet ad diem. Sed obseruandum in hoc negotio, si translatio ciuilis fiat, vna die minus putandum erit. vt hic, habemus dies 12. hor. 9.0. hoc est, Tekupha est post 12 diem Tisri, nimirum hora 9 noctis, XIII Tisri. Sed si translatio fiat a prima feria, ad secundam (vt sane fiet hoc anno) tunc non XIII

nox, ſed XII accipienda erit. De qua tranſlatione infra dicetur. Porro in anno Embolimæo, qualis fuit iſte 5356 ad finem decurrens, Tekupha Tiſri erit in Marcheſvvan, Tekupha autem Tebeth in Schebat. Collige ergo exceſſus competentes cyclis 281, annisque abſolutis 16. Deduc ex perpetua regula dies 12.20.204. Adiice horas & momenta nouilunij 2.12.700. Fiunt dies 31, horæ 3.0. Tekupha igitur autumnalis fuit poſt horas tres, nocte, quæ ſequuta eſt 31 diem a neomenia Tiſri, id eſt, nocte ſecunda Marcheſchvvan, feria quinta ineunte. Adeptus Tekupham Tiſri habebis ſequentem, additis ad priorem diebus 91, horis 7 $\frac{1}{2}$. Sic in anno propoſito 5356, a neomenia Tiſri erunt dies 122, horæ 10 $\frac{1}{2}$. Quare Tekupha brumalis erit nocte, quæ ſequutura eſt diem 122, a neomenia Tiſri. Fuit annus abundans. Tiſri, Marcheſchvvan, Caſleu dierum 90. cum quo compoſitis 29 diebus Tebet, fiunt omnes dies 119: quibus deductis 122, relinquuntur dies 3, horæ 10 $\frac{1}{2}$ de menſe Schebat. Igitur Tekupha brumalis contigerit hora 10 $\frac{1}{2}$ noctis, quæ ſequutura eſt 3 diem Schebat: & proinde Tekupha contigerit nocte quarta Schebat, feria quinta. Hæc ſunt ingenioſiſſima, quorum tamen cauſæ ab ipſis artificibus Computi ignorantur. pro quibus cauſſis fabulas apponunt nobis, vt cum ſpectatore Plautino ſaturi ſiamus fabulis. Sed methodum huius Computi Lunaris argutiſſimam & elegantiſſimam eſſe nemo harum rerum paulo peritior inficiabitur. Quoties ſcripta Iudæorum lego, ſuccurrit mirari, quomodo tam perfecta methodus potuit excidere hominibus, qui quaſi conſulto videntur ignorationem omnium bonarum rerum profiteri. Epilogiſmus tamen eorum Lunaris progreſſu temporis paulo longior iuſto deprehenditur. Epilogiſmus ſyzygiæ Iudaicæ, dierum 29. horarum 12, moment. 793. quæ quidem 793 momenta ſunt ſcrupula ſexagenaria 44'. 3''. 20'''. At verus epilogiſmus aſtronomicus hor. 12. 44'. 3''. 11'''. Differentia, ſcrup. 0'. 0''. 9'''. quæ quidem tertia in ſyzygias vnius cycli ſolidi ducta fiunt ſcrup. 0'. 35''. 15'''. Cyclus Iudaicus dies 6939. hor. 16. 595. id eſt, hor. 16. 33'. 3''. 20'''. Deductis ſcrup. 0'. 35''. 15''', relinquuntur dies 6939. hor. 16. 32'. 28''. 5''', modus cycli aſtronomici. Cyclus Iulianus, dies 6939.18.0. Differentia cycli Iuliani, & aſtronomici, hor. 1. 27'. 31''. 55''', qui exceſſus maior eſt Iuliano. Minor eſt enim modus cycli aſtronomici modo cycli Iudaici. Quare detracto cyclo aſtronomico de cyclo Iuliano, maior relinquetur exceſſus, quam ex cycli Iudaici

200	12	1	880
80	4	19	1000
1	0	1	485
16	26	11	379
Summa	42	34	584
Aufer	12	20	204
Reſid.	30	14	380
Adde nouilunium.	0	12	700
Tekupha.	31	3	0

A Iudaiçi detractione. Proinde excessus 216 cyclorum astronomicorum sunt dies 13. 2. 6'. 54". id est, dies 13. horæ 2. momenta 126 fere. At excessus totidem cyclorum Iudaicorum sunt tantum dies 13. hor. 1. 0. Differentia, hor. 1. 126. Quare anno Christi 344 nouilunium Tisri a meridie erat Iudaice horarum 11. 204. astronomice autem tantummodo 10. $\frac{46}{1080}$. quæ discrepantia nata est ex illo epilogismo Lunari, quo non Iudæi tantum, sed astronomi illorum sæculorum vtebantur.

Ad sciendum quotus numerus cycli maioris) Cyclus maior est cyclus Solis, cyclus minor est cyclus Lunæ. Cyclus Solis incipit a nocte XXVI Nisan, eoque vtuntur ad inuestigationem feriæ Tekuphatum.
B

Accipe æram minorem) Æra minor est illis, quæ est infra millenarium. Vt exempli gratia, in anno Computi Iudaici 5356, soli tres vltimi numeri 356 dicuntur ÆRA MINOR, פְּרָט קָטוֹן vt ipsi loquuntur.

Adiice XX) Hæc XX καθολικά, quæ adiici præcipit Canon, Hebræi Computatores vocant עֹנֶשׁ גָּדוֹל onus magnum. Sed hoc locum non habebat ante 5201 annum Iudaicum, neque habebit post 5999. Sed non magnæ subtilitatis est, rem per tot diuerticula quærere, ad quam publica via licet peruenire. Adiectis 16 ad æram minorem, & a summa abiectis omnibus 28, relinquitur annus cycli Solaris Iudaici. Inibit proxime annus 5357. Adiectis 16 ad 357, summa per 28 diuisa, relinquitur annus 9 cycli Iudaici Solaris, qui est idem cum Romano.
C

Quotus numerus cycli minoris) Quemadmodum superior Canon, ita & hic locum tantum habere cœpit ex anno 5201, in quo erat cyclus Solis XXI, Lunæ XIIII. Hinc semper iubentur apponi XX anni absoluti ad methodum Solis, XIII autem ad methodum Lunæ.

Ad sciendum annum SEMITA) שְׁמִטָּה est σεισάχθεια, vt alibi dicimus. Ita vocatur & septimus annus hebdomadis, & tota hebdomas vt Sabbatum tam septima dies, quam tota septimana.

Abiice septenaria ab æra mundi) Computus Iudaicus falso deducitur a primordiis rerum, cum sit Computus annorum artificialis, vt periodus nostra Iuliana. Computus igitur Iudaicus minor est mundano annis 189, hoc est, septimanis annorum 27. Et mundanus per 7 diuisus relinquit annum Hebdomadis siue Semita. Ergo & Iudaicus, cum ab eo differat numero septenario, per 7 diuisus eundem annum hebdomadis dabit. Hoc idem facit & periodus nostra Iuliana. Nam per 7 diuisa dabit verum annum Hebdomadis ab autumno. Hoc anno Christi Dionysiano 1596, quo currit annus periodi
D

Iulianæ 6309, incipiet annus mundi 5546, Iudaicus autem 5357, A
a diebus autumnalibus. Tres hæ Æræ per 7 diuisæ dabunt annum secundum Semita ab initio autumni.

CANONES FERIARVM) Anni Hebraici caput incertum ac mobile est, duabus de caussis: propter nouilunia, ac propter ferias. Nam alterum nouilunium ab altero præuertitur vndecim diebus fere, nisi alia caussa interuenerit. Feriæ autem quotannis mutantur in anno Solari propter vnum diem superfluum vltra Septimanas dierum. Quanto magis in anno Lunari propter instabiles sedes nouiluniorum? Rursus annui capitis duplex caussa: altera φύσει, altera θέσει est. Physicam mutationem vocamus eam, quam iam diximus, propter periodum Hebdomadum scilicet, & cyclum Solarem. Nam B
litera B, exempli gratia, quæ illo anno prima feria est, sequente erit secunda, interdum etiam erit tertia a prima post bisextum. Mutatio θέσει, siue πολιτικὴ, est obseruatio diei idonei, aut non idonei. Idonei dies capiti anni sunt secunda, tertia, quinta, septima feria. Reliquæ feriæ פָּסוּל vocantur, hoc est, ἀδόκιμος ἡμέρα. Dies, quæ reperta est idonea capiti anni, dicitur קְבִיעַ KEVIA, δεσμός, terminus: quod in ea hæreat & figatur caput anni. Quare non omnis feria nouilunij erit idonea ad KEVIA. Vnde in sequentem aut tertiam diem diffunditur: quod dicitur ὑπέρθεσις, & ὑπέρβασις. Quamobrem illæ dies vocantur ὑπέρβατοι Epiphanio, capite κατ' αἰόπτων. Illa vero ὑπέρθεσις, siue, vt Hebræi Computatores loquuntur, דְחִיָּה du- C
plex est: Lunaris siue ἀστρονομικὴ, & πολιτική. Ἀστρονομικὴ fit propter nouilunium νέον & vetus, quoties nouilunium peruenit ad 18 horas: quæ quidem putatæ a Sole occaso, desinunt in meridiem, a meridie putatæ desinerent in ortum Solis. Sed hora, quæ astronomis est septima a meridie, ea est prima ciuilis Iudæis ab occasu. Ideo 18 horæ desinunt in meridiem. Quocirca siue in ortum Solis, siue in meridiem desinant, vtrumque alienum est neomeniæ instituendæ illis gentibus, quæ diem incipiunt a nocte. Ciuilis translatio fit propter duorum Sabbatorum continuationem, quod si eueniat, incommodum in Tisri esse docent veteres Magistri. Propter has ὑπερθέσεις accidit, vt annus nunc maior sit, nunc minor iusto. Ideo nunc πρόσ- D
θεσις, nunc ἀφαίρεσις fit. Annus diuiditur in bina semestria. Sed quia interuallum semestre a Nisan ad Tisri, habet duo nobilissima solemnia, Pascha & Pentecosten, item proxime σκηνοπηγίαν, optimum factu iudicarunt in eo semestri ἐξαιρέσεις & προσθέσεις facere, vbi ea solennia non occurrunt. Marcheschvvan igitur & Casleu delecti, in quibus hæc fierent. Marcheschvvan est mensis cauus, Casleu plenus. Cum igitur πρόσθεσις fit, Marcheschvvan ex cauo fit plenus, cum

ἀφαίρεσις,

A ἀφαίρεσις, Casleu ex pleno fit cauus. Hinc nascitur triplex genus anni, ordinarius, cauus, siue defectiuus, plenus, vel abundans. Iustus annus siue ordinarius dicitur שָׁנָה כְּסִדְרָן, ἐνιαυτὸς κατ' ἀνάλογον, annus competens, æquabilis, ordinarius. Annus defectiuus, שָׁנָה חֲסֵרָה, ἔτος ἐλλιπὲς, annus mancus, cauus. Annus plenus שָׁנָה שְׁלֵמָה, ἐνιαυτὸς ὁλόκληρος, annus solidus, plenus, abundans. Atque hi primoribus literis singulariis ita notantur: חכש גדה. Hoc est ח habet ג. Annus defectiuus habet tres dies supra 350. כ habet ד. ordinarius habet quatuor dies supra 350. ש habet ה. Abundans habet quinque dies supra 350. intellige de anno communi. Nam eædem notæ quoque acci- B dunt anno embolimæo, sed supra 380 dies. Apud Græcos notauimus fuisse annos ἐξαιρεσιμαίους. Sic primam speciem anni Iudaici Græce vocare possimus ἔτος ἐξαιρεσιμαῖον, siue κοῖλον. secundam ἔτος ὁμαλόν. tertiam ἔτος περιττόν.

Annus communis HACHAS GADA) Annus communis diuisus per septem relinquit tres dies, si sit defectiuus; quatuor, si æquabilis; quinque, si abundans. Iam exposuimus. Sic concipiuntur: 353. 354. 355.

Hachas hoz) Annus embolimæus per septem diuisus dat quinque dies defectiuus, sex æquabilis, septem abundans. Sic concipiuntor: 383. 384. 385. Cum ad qualitatem anni inuestigandam C duo desiderentur: prius, vtrum sit communis, an embolimæus: alterum, vtrum defectiuus, an ordinarius, an plenus: priori curæ satisfaciet cyclus Lunæ, alteri differentia neomeniæ propositæ cum sequenti comparatæ. Exemplum: Annus hic est Iudaicus 5356 decurrens prope ad metas. Neomenia Tisri fuit 2.12.700. & est annus XVII cycli, & proinde embolimæus. Neomenia proximi Tisri 1.10.209, quæ transferenda est in secundam feriam, vt postea videbimus. Volo scire qualitatem huius anni 5356 currentis. Compara eius neomeniæ feriam, nempe secundam, cum feria neomeniæ sequentis, nempe cum secunda. Interuallum feriæ ad similem feriam, sunt VII. Proinde per præsentem Canonem hic annus est abundans, D dierum vtique 385 habens Marcheschvvan τριακονθήμερον siue plenum. Idem fiat in cæteris.

Adv *in omnibus annis*) Feriæ I, IIII, VI, vt diximus, sunt פְּסוּלִים; hoc est, ἀδόκιμοι, & reprobæ capiti anni instituendo. Hoc significatur illis singulariis literis אדו, prima, quarta, sexta. Quare, si mensis Tisti incipit feria prima, quartadecima mensis erit Sabbatum, & XV solenne σκηνοπηγίας. Erunt igitur duo Sabbata continua. quod est fugiendum. Si mensis incipit feria sexta, quintadecima ergo est σκηνοπηγία. En iterum duo Sabbata continua. Si denique incipit

quarta feria, decima erit sexta feria : & sequens Sabbatum. Iterum A
erunt duo Sabbata continua, Kippurim, & Sabbatum ordinarium. Duo Sabbata continua ipsis dicuntur תרי שבתי בתרי δύο σάββατα συνεχῆ. Cum hoc instituerunt veteres Iudæi (instituerunt autem ante tempora Seleucidarum) vnius Tisri rationem habuerunt, qui fere totus solennitatibus exceptus est. Deinde duo Sabbata continua incommoda erant in tractu Hierosolymitano, propter cibos, quos coctos biduum continuum asseruare tempore autumni feruentissimo in illis regionibus periculosum erat. Item corpora mortuorum asseruari non possunt citra putoris & corruptionis periculum. Itaque propter Tisri hoc institutum. Alioquin alias duo Sabbata continua reperiuntur. Cum neomenia Nisan incipit a feria prima; XIV Nisan est Sab- B
batum, & sequenti die solenne Azymorum. En duo Sabbata continua. Rursus si neomenia Nisan incipit feria septima, vt hoc anno 5356, Pentecoste est feria prima. Ita Sabbatum ordinarium & solenne Pentecostes continuantur. Nos translationum vetustatem asseruimus contra quosdam viros doctos nostri sæculi. Vide libro secundo. Igitur anno proximo 5357 ineunte, nouilunium Tisri erit 1.10. 209, feria prima, XII Septembris. Sed propter ADV transfe- ndum in feriam secundam, hoc est, XIII Septembris.

IAH *in diebus*) Tralationes alias politicas, alias astronomicas fecimus. ADV fit πολιτικῶς : IAH autem, id est י״ח ἀστρονομικῶς, cum nouilunium attigit horas XVIII. Nam בגה״ז, hoc est, feria secunda, ter- C
tia, quinta, septima, sunt idoneæ capiti anni πολιτικῶς: sed & ἀστρονομικῶς illæ transferuntur, si nouilunium attigit horas 18. Fit autem non raro, vt vtraque tralatio politica, & astronomica concurrant: quæ ideo vocetur a nobis μικτή. Anno 5340 nouilunium Tisri fuit 1. 23. 1079. Transferenda prima feria in secundam dupliciter, propter nouilunium vetus, & propter ADV. Sæpe etiam duæ ὑπερθέσεις fiunt. quæ a nobis vocatur ὑπέρθεσις διπλῆ. Esto nouilunium 3. 21. 542. Propter nouilunium vetus transferenda feria tertia in quartam: item quarta in quintam, propter ADV.

GATRAD *in communibus*) גטר״ד, hoc est, 3. 9. 204. Feriæ idoneæ capiti anni transferuntur non solum propter י״ח proxime præce- D
dentem Canonem, sed etiam infra 18 horas. Sed discrimen ponendum. Quia י״ח propter se transfertur, vtpote cum in se nouilunium vetus habeat. At ex hoc, & sequente Canone etiam respectu sequentis anni feriæ idoneæ fit mutatio. Hoc enim contingit tam anno embolimæo, quam communi. De embolimæo suo loco. In anno communi igitur transfertur feria idonea, siquidem nouilunium fuerit 3. 9. 204, aut amplius. Pone epactas vnius anni communis 4. 8. 876.

supra

A supra nouilunium 3.9.204. Prodibit nouilunium sequentis anni 7.18.0, transferendum propter גה. Transferetur igitur in primam: sed non potest propter ADV. Comperendinetur igitur. Ergo character erit 2.18.0. At superius nouilunium fuerat 3.9.204. Distantia feriarum, dies VI. Ergo annus ille communis fuerit dierum 356: quod est absurdum, per Canonem גרוּ חכש. Quáre necessario nouilunium 3.9.204 transfertur in feriam quintam duplici translatione. Tunc annus erit abundans: & differentia feriarum dies V. Quod si nouilunium minus fuerit vno scrupulo 3.9.203, tunc manet immotum.

BATVTAKPHAT) Ecce alteram regulam mutandæ feriæ idoneæ respectu sequentis nouilunij, non sui: idque proximo post embolis-
B mum anno: quemadmodum illa superior tralatio in anno communi: nempe si nouilunium fuerit 2.15.589, aut etiam supra 589. Aufer epactas anni embolimæi 5.21.589 a 2.15.589. Relinquitur 3.18.0, nouilunium præcedentis anni embolimæi: cuius & sequentis communis differentia 2.15.589, sunt tantum dies quatuor, contra Canonem יה חכש. Nam si admittamus nouilunium 3.18.0, translatione duplici fungendum est, astronomica in feriam quartam, politica in quintam. Differentia igitur quintæ feriæ, & secundæ, IV dies. Quod si nouilunium fuerit minus etiam scrupulo vno, vt 588, non transfertur.

Nunquam BADV) Annus Lunaris æquabilis, siue ordinarius in
C duo semestria diuiditur: in Tisri & Nisan. A Nisan, ad Tisri, semper interuallum est dies 177, ἀπαράλλακτος. A Nisan, ad Tisri, totidem, siquidem anni qualitas non mutetur: quæ mutatio fit semper in Marcheschvvan & Casleu. Atqui a Nisan, ad Tisri, interuallum semper est 177 dierum: quod, vt diximus, est immutabile καὶ ἀπαράλλακτον. Itaque neomenia Tisri est semper feria tertia Nisan aut solennis Azymorum. Puta si solenne Azymorum fuerit feria prima, Tisri sequens erit tertia. Si Azyma feria tertia, Tisri quinta. Hoc anno neomenia Nisan, & proinde etiam XV eiusdem mensis fuit feria septima. Ergo Tisri proximus erit secunda, cuius character 1.10.209. Ideo tralatione fungendum. Duo igitur sem-
D per apponenda feriæ Nisan, vt habeas feriam Tisri. Diuide 177 per 7. Remanent duo catholica apponenda feriæ Nisan, ad methodum feriæ Tisri. Contra minue duo de feria Tisri, habebis feriam Nisan proxime antecedentis. Hinc clarum, quare dixerit reiiculas esse ferias 2.4.6 in Nisan, aut in Pascha.

Nunquam GAHAZ) עֲצֶרֶת proprie ad verbum est ἑορτή. Notio verbi τοῦ εἴργειν, est septis cohercere, & circunscribere. Idem verbum עָצַר designat, vnde עֲצֶרֶת, quod eo tempore ab opere faciendo manus absti-

abſtineant, aut ſe intra ſepta templi cohibeant, vt ait Dauid Kimhi. A
Sed & עֲצֶרֶת ἀντωνομαστικῶς, inquit Kimhi, eſt octaua Tabernaculorum. In hoc vero Canone eſt Pentecoſte. Et ſane veteres Iudæi eo nomine nihil aliud intelligebant, quam Πεντηκοστήν. Ioſephus libro III. cap. X: τῇ Πεντηκοστῇ, ἣν Ἑβραῖοι ΑΣΑΡΤΑ καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο Πεντηκοστήν. עֲצֶרֶת vel, vt ipſe vult, עֲצַרְתָּא eſt quidem Πεντηκοστὴ, ſed non ideo etymon eius eſt Πεντηκοστή. In libro Germen Dauid 40 בֵּין פֶּסַח לְפָרִים עֲצֶרֶת Inter Paſcha & oblationem Pentecoſtes, id eſt, oblationem primitiarum. Etiam in Arabiſmo Chriſtianorum dicitur عنصر ענצר cum interpretatione نزول روح القدس Deſcenſus Spiritus Sancti. Sed in Nomocanone Muhammedico a Kalendis Ianua- B
rij, ad عنصر putantur dies 198. Ita Pentecoſte incideret ſemper in 17 Iulij, quæ tamen nunquam eo peruenit, & præterea eſt ſolenne mobile. Sed a Muhammedanis de his rebus fides non eſt exigenda. Igitur nunquam Pentecoſte incidit in feriam tertiam, quintam, ſeptimam. Quare? quia Pentecoſte eſt ſecunda feria Phaſe, ſiue ſolennis Azymorum, ſiue neomeniæ Niſan. Si XV Niſan, id eſt, ſolenne Phaſe, eſt feria ſeptima, Pentecoſte erit feria prima, vt hoc anno contigit. Si Paſcha eſt prima, Pentecoſte eſt ſecunda. Omnino Pentecoſte eſt δευτέρα τοῦ Πάσχα. Putatur enim מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα. Per doctrinam proximi Canonis Paſcha nunquam eſt בדו. Ergo Pentecoſte nunquam erit גהז. Quomodo Pentecoſte fue- C
rit tertia, ſi Paſcha nunquam ſecunda? Quomodo quinta, ſi Paſcha nunquam quarta? Quomodo denique ſeptima, ſi Paſcha nunquam ſexta?

Nunquam ADV *caput anni*) Expoſitum eſt.

Nunquam ZABAD *Phurim*) PHVR in libro Eſter exponitur גּוֹרָל lingua Suſiana, vt opinor. Perſice & Arabice eſt قُرْعَة. Phurim itaque eſt ſolenne in XIV Adar: quaſi dicas κληρωτήρια, ob ſortem in vrnas coniectam tempori cædi Iudæorum optando. A XIV Adar, in qua eſt cultus Phurim, ad XV Niſan, in qua eſt Paſcha, interuallum eſt dies XXX. Diuide per VII. Differentia biduum. Ita Paſcha D
eſt ſemper tertia feria feſti Phurim proxime antecedentis. Detrahe duo de feria Paſchatis. Habes Phurim antecedens. Contraria vice Paſcha eſt ſexta feria Phurim. Si enim Paſcha feria prima, ergo Phurim antecedens feria ſexta. Si igitur Paſcha nunquam eſt בדו, non opus eſt interprete quare Phurim non ſit זבד, id eſt, VII, II, IV. Si Phurim eſſet VII, Paſcha eſſet duo, contra Canonem BADV, &c.

Nunquam AGV *Kippurim*) KIPPVRIM, Græce ἱλασμοὶ, eſt

decima

A decima Tisri. Si prima Tisri nunquam est אדו, ergo Kippurim nunquam אגו, nunquam feria prima, tertia, sexta. Si enim prima, nona fuisset septima, & proinde VIII fuerit sexta, contra Canonem, &c. Si tertia, nona erit secunda, octaua, prima, contra Canonem, &c.

Nunquam Bach) בך Litera ב est feria secunda, litera ך est כסדרן ordinarius. Prius agit de anno communi: deinde de embolimæo. Nunquam ordinarius annus communis incipit a feria secunda. Nam in anno ordinario interuallum a Tisri, ad Nisan, nempe 177 dies, per 7 diuisum relinquit duo *καθολικά*, quæ ad feriam neomeniæ Tisri apposita dabunt quartam feriam neomeniæ Nisan. quod est contra Canonem.

B *Neque* gach) גך Id est, tertia deficientis. Annus defectiuus communis nunquam incipit a feria tertia. Nam 176 per 7 diuisa dant vnitatem, quæ cum feria tertia Tisri componerent feriam 4 Pascha, aut Nisan, contra Canonem.

Neque gasch) גש, id est, tertia abundantis. Neque tertia feria in pleno potest esse. interuallum 178 per 7 diuisum dat 3. quæ cum feria tertia composita conflarent feriam VI in Pascha. quod est Pasul ex Canone badv.

Neque Zach) Ordinarius annus non potest incipere Sabbato: quia 2 de 177 apposita Sabbato darent feriam Paschæ secundam.

Neque Hach) Neque quinta feria in anno cauo. Vnitas residua C ex 176 addita ad feriam V daret feriam VI Paschatis, contra Canonem.

Nunquam Hach) Hactenus de anno communi. Nunc de embolimæo. Annus embolimæus ordinarius non incipit feria quinta. Distantia Tisri & Nisan 207 per 7 diuisa relinquit 4. Itaque 4 cum quinta feria Tisri darent secundam feriam Pascha contra Canonem Badv.

Neque Gasch) Distantia Tisri & Nisan in anno embolimæo abundanti per 7 diuisa dat V, quæ cum tertia feria Tisri coniuncta dant feriam primam in Pascha. quod nullus Canon vetat. Legendum sine dubio גה non גש. Hoc est: annus embolimæus defectiuus D nunquam incipit feria tertia: quia Pascha incideret in feriam VI.

Semper dies primus Nisan) Pascha, siue solenne Azymorum, hoc est, XV Nisan, est *κανονισμὸς* reliquorum solennium. Contra alia solennia vicissim sunt *κανονισμὸς τοῦ Πάσχα*. Prima feria Pascha est neomenia Nisan. Patet, quia est XV mensis. Secunda feria Pascha est Pentecoste. Nam Pentecoste putatur *ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα*. Tertia feria Pascha est neomenia Tisri. Expositum est. Quarta feria Paschatis est Lætitia Legis. Nam Lætitia Legis est secunda feria Tisri: Tisri

autem

autem tertia Paschatis. Ergo Lætitia legis est quarta feria Pascha. A
Quinta feria Pascha est Kippurim. Nam Kippurim est feria tertia Tisri: Tisri autem tertia Pascha. Ergo Kippurim quinta Pascha. Sexta feria Pascha PVRIM antecedens. Quod est explicatum.

Semper festiuitas Legis) שִׂמְחַת תּוֹרָה, Lætitia Legis. Aliter dicitur הַבְּרָכָה, benedictio: quia eo die caput penultimum Deuteronomij legitur in Synagoga. Celebratur autem XXIII Tisri, nona die σκηνοπηγίας: cuius cultus institutio vetustissima. Nam eius clara extant vestigia Nehemiæ IX, statim initio. Cum enim primo die σκηνοπηγίας populus fleret ob Moabitidas, quas vxores duxerant, & luctus videretur festiuitatis lætitiam interrumpere: Nehemias cum B
Esdra scriba vetuit eos lugere, quandiu rebus diuinis operarentur. Itaque a XV Tisri, in qua celebratur prima τῆς σκηνοπηγίας, ad octauam eiusdem solennitatis, quæ est XXII Tisri, luctu abstinuerunt, item postridie. Die vero XXIV ciliciis operti & cinere inspersi luctui operam dederunt. Nimirum inter XXII, & XXIV Tisri, aliud solenne interiectum est, nempe שִׂמְחַת תּוֹרָה. Propterea in XXIIII mensis luctum distulerunt. Ea dies est clausula festiuitatum. Mox proximo Sabbato primum Geneseos caput legitur: quod est initium lectionum synagogicarum. Vide, quam vetusta sint instituta ista: quam multa ignoramus, dum credimus Iudæos ab hinc mille annis multa innouasse. In fine Tisri igitur incipit Lectionarium Iu- C
daicum: quod persuasum veteribus fuerit mundum in Libra conditum. Summa autem diuisio festorum Iudaicorum in Legalia, & Politica. Legalia voco, quæ speciali legis mandato indicta sunt. Politica, quæ consensu Ecclesiæ inducta, & recepta. Sed & Politicorum alia ex lege sunt, alia ex euentu. Rursus quæ ex euentu, alia ante Prophetarum tempora, alia post Prophetas instituta, vt in subiecto Diagrammate habes.

LEGALIA.

CLANGOR TVBÆ, prima Tisri. Leuit. XXIII. D

KIPPVRIM, ἀφέσεως, ἐξιλασμοί. decima Tisri. Leuit. XXIII.

Σκηνοπηγία, XV Tisri. Leuit. XXIII.

Ἑορτὴ, עֲצֶרֶת OCTAVA σκηνοπηγίας, XXII Tisri. Leuit. XXIII.

PASCHA XIV Nisan. Leuit. XXIII. Exod. XII. Deuter. XVI.

AZYMA, XV Nisan. Leuit. XXIII.

SEPTIMA AZYMORVM, XXI Nisan. Leuit. XXIII.

PENTECOSTE עֲצֶרֶת, VI Sivvan. Leuit. XXIII. Ioseph. lib. III. cap. X.

Post

A Post institutionem hodierni Computi eandem solennitatem celebrant biduo, propterea quod mensem incipiunt a medio motu Lunæ. Itaque מִסְפֵּק חִתְבַּבְּרִית הַמְּאֹרִים propter dubium coniunctionis luminarium, Pascha celebrant XV & XVI Nisan, Pentecosten II & III Sivvan, Xenopegiam XV & XVI Tisri. idque vocant יוֹם טוֹב שֵׁנִי שֶׁל גָּלֻיּוֹת Festum secundum Exiliorum. quia in exilio nunc sunt, euerso sanctuario a Vespasiano.

POLITICA EX LEGE.

ἡ ζαϊοφόρος, SEPTIMA σκηνοπηγίας, XXI Tisri. Kidduss.

OCTAVA TABERNACVLORVM, XXII Tisri.

B FESTIVITAS LEGIS, XXIII Tisri. Kidduss.

IEIVNIVM TAMVZ, XVII Tamuz. Zachar. VIII. 19. Ioseph. Kidduss.

EX EVENTV. ANTE ESDRAM.

IEIVNIVM GODOLIÆ, III Tisri. Zachar. VIII. 19. Hierony. Kidduss.

IEIVNIVM TEBETH, IX Tebeth. Zachar. VIII. 19. Kidduss.

PHVRIM, XIV Adar. Ester. II Macab. cap. XV.

IEIVNIVM AB, IX Ab. Zachar. VII. 5. VIII. 19. Kidduss.

TEMPORIBVS EZDRÆ, ET POST.

C ENCÆNIA MACABÆI, XXV Casleu. Macab.

FESTIVITAS IIAR, XXIII Ijar abrogata. I. & II Macab.

FESTIVITAS ADAR, XIII Adar abrogata. I. & II Macab.

XYLOPHORIA, XXII Ab abrogata. Ioseph. II. ἁλώσεως. pag. 748 περὶ ξυλοφορίων ita scribit libro secundo ἁλώσεως. τῇ δὲ ἑξῆς τῶν ξυλοφορίων ἑορτῆς οὔσης, ἐν ᾗ πᾶσιν ἔθος ὕλην τῷ βωμῷ προσφέρειν, ὅπως μή ποτε τροφὴ τῷ πυρὶ λείποιτο. διαμένει γὰρ ἄσβεστον ἀεί. Iohasin. שֶׁאֲבוֹתָיו הָיוּ מַקְרִיבִין קָרְבַּן עֵצִים בּוֹ בְּיוֹם כ׳ בְּאָב *patres nostri offerebant in eo* (festo) *oblationem lignorum* XXII Ab. Institutio extat Nehemiæ cap. X. 34. & XIII. 31. Vtrobique vocatur קָרְבַּן הָעֵצִים & a Græco interprete vertitur ξυλοφορία, item δῶρον ξυλοφόρων. Eam autem eo anno, de quo sentit
D Iosephus, in XIV Augusti incidisse, patet ex illis, quæ longo interuallo interiicit, scribens τὴν ἑξῆς fuisse XV Loi mensis, hoc est, XV Augusti. τῇ δὲ ἑξῆς (πεντεκαιδεκάτη δὲ ἦν Λώου μηνὸς) ὥρμησαν ἐπὶ τὴν Ἀντωνίαν. Annus autem ille erat vndecimus Neronis desinens. Ergo erat cyclus Solis XVIII. Nam primus annus Neronis cæpit cyclo Solis VIII. quod & confirmatur illis, quæ subiicit de cæde cohortis Romanæ Sabbato, septima Gorpiæi, id est, Septembris. F igitur erat litera Dominicalis: & proinde verum est, quod diximus, cyclum

Solis fuiſſe XVIII. Itaque erat annus Alexandreus 376 deſinens. Sequens Tiſri 377 feria ſexta transferenda in VII, Septembris XXI. A
Proinde neomenia Elul antecedentis feria VI, Auguſti XXIII. Ab feria IV, Iulij XXIV. Itaque XIV Auguſti erat XXII Ab. Omnino aut neomenia, aut VIII, aut XV, aut XXII, aut XXIX die Elul celebrari ξυλοφόρια neceſſe erat, ne concurrerent in Sabbatum, quo die non liceret ligna portare. Atqui neomenia & XXIX ſacræ erant, paraſceue nempe noui anni. VIII igitur, aut XV, tantum poterant celebrari. Sed illæ dies videntur aliis cerimoniis exceptæ. Ergo Xylophoria celebrabantur XXII Ab. In lib. Orah Haiim Rabbenu Iacob Ben Aſer legimus, in quibus menſibus eſt ſolennitas inſignis, eos vocari מַלְכִּים: inter quos Ab. אָב מֶלֶךְ שֶׁבּוֹ הָיוּ קוֹצְצִים עֵצִים לְקָרְבָּן. *Ab eſt Rex, quod in eo caderent ligna in ſacrificium.* Vocat ergo ξυλοκοπίαν, quam Ioſephus ξυλοφορίαν, aut ξυλοφόρια. Non inuenimus recentiorem auctorem, qui nobis antiquitatem huius rei aperiret. Habent & alias obſeruationes, ſed ſtatas, vt Tekuphoth in anno Iuliano. item diem שְׁאֵלָה, id eſt, λιτανείαν, qui eſt ſtatus in XXII Nouembris Iuliani. A VII Octobris, quod eſt principium anni Solaris Iudaici, ad XXII Nouembris, incluſiue, ſunt dies 47: nempe primus menſis diluuij, & XVII ſecundi menſis, in quo diluuium cœpit. Eo enim die operantur Litaniis pluuiæ, quod vocant תִּקּוּן הַגֶּשֶׁם, & leguntur ex Geneſi, quæ pertinent ad Diluuium. Quia igitur eſt dies ſtatus, propterea ad inueſtigandum eum eadem methodo vtuntur, qua etiam in Tekupha. Anno 5357 proxime inituro erit הַשְּׁאֵלָה in XI Caſleu. Cycli 281 fluxerunt a capite Computi Iudaici, item anni 17. Colliguntur exceſſus Solis 24.18.1075. Addantur horæ & ſcrup. nouilunij 10.209. Colliguntur dies 25.5.204. quibus ex perpetua regula adiice dies 47. Colliguntur dies 72.5.204: a capite Tiſri ad שְׁאֵלָה, ſiue λιτανείαν. Sed tranſlatio facta eſt a prima, ad ſecundam. Erunt igitur duntaxat dies 71 a capite Tiſri, ad litaniam incluſiue. Erit autem annus abundans. Deductis duobus primis menſibus plenis, nempe diebus 60, remanet vndecima Caſleu dies λιτανείας. Habuerunt præterea notabiles dies Angariarum, ſiue תַּעֲנִיּוֹת per ſingulos menſes. quorum etiam mentio fit in libro אֹרַח חַיִּים.

DIES

A

יְמֵי תַּעֲנִיּוֹת DIES ANGARIARVM.

NISAN.

I. *Mortui sunt filij Aaron.*

X. *Moritur Mariam* וְנִסְתַּלֵּק הַבְּאֵר.

XXVI. *Moritur Iosue filius Nun.*

IIAR.

X. *Moritur Eli Pont. Max. & ambo filij eius. capitur arca testimonij.*

XXVIII. *Moritur Samuel Propheta. Plangitur ab omni populo.*

SIVVAN.

B XXIII. *Desistitur a primogenitis Hierosolyma ferendis, tempore Ieroboam filij Nebat.*

XXV. *Occiditur Rabban Simeon filius Gamaliel, Rabbi Ismael, Rabbi Hanina* סְגַן הַכֹּהֲנִים πρωτοσύγκελλος τῶν ἀρχιερέων.

XXVII. *Combustus Rabbi Hanina filius Tardion vna cum libro legis.*

TAMVZ.

XVII. *Franguntur Tabulæ legis. Cessat* ἐνδελεχισμός. *Vrbs fissa. Apostomos cremat librum legis. Ponit statuam in Templo.*

AB.

I. *Moritur Aharon sacerdos.*

IX. *Decretum contra Patres nostros Iudæos, ne Synagogas cogerent in Iudæa, vel, ne ingrederentur in terram Iudæam. Desolatur Templum prius & posterius.*

C

XVIII. *Extincta est lucerna vespertina in diebus Ahaz.*

ELVL.

XVII. *Moriuntur Exploratores, qui diffamauerant terram.*

TISRI.

III. *Caditur Godolias filius Ahikam vna cum Iudæis, qui erant cum eo in Mazpa.*

V. *Moriuntur XX Israelitæ. Rabbi Akiba filius Ioseph coniicitur in vincula, vbi moritur.*

D VII. *Decretum contra Patres nostros, vt perirent gladio, fame, ac peste, propter vitulum fabricatum.*

MARCHESVVAN.

VII. *Excæcarunt oculos Sedekiæ, & filios eius coram eo iugularunt.*

CASLEV.

XXVIII. *Ioiakim combussit volumen, quod scripserat Baruch, dictante Ieremia.*

THEBETH.

VIII. *Scripta est lex Græce, diebus Ptolemæi Regis. Tenebræ III dies per vniuersum orbem.*

IX. *Non scripserunt Magistri nostri, quare ea dies notata.* A
X. *Obsidetur Hierusalem a Rege Babylonis.*

SCHEBAT.

V. *Moriuntur Seniores, qui fuerunt aequales Iosuae filij Nun.*
XXIII. *Congregati sunt omnes Israelitae contra Beniamin, propter pellicem, & idolum Micha.*

ADAR.

VII. *Moritur Moses Magister noster, qui in pace quiescat.*
IX. *Decretum ieiunium, propterea quod Schola Sammai & Schola Hillel inter se digladiari capta.*

Hae sunt dies, quibus indicuntur angariae ex lege. In illis non estur, non bibitur vsque ad vesperam. B

Semper Tisri GAT) Vt feriarum, quas קביעות vocant, Canones tradidit, ita etiam nunc Tekupharum. Tekupha Tisri est semper tertia, aut nona hora: quod notatur per literas numerarias, ט & ג. Vide Laterculum feriarum supra.

Semper Tebeth DAM, IAM) ד est nota quaternarij. מ autem significat semissem. מחצה. Semper Tekupha Tisri est quarta & dimidia hora. In primo enim anno Lustri est hora $4\frac{1}{2}$ Diei. In secundo hora $10\frac{1}{2}$ item Diei: hoc est, hora quarta & semisse post meridiem, Anno tertio est hora $4\frac{1}{2}$ Noctis. Anno vltimo hora $10\frac{1}{2}$ Noctis. id est, hora $4\frac{1}{2}$ post mediam noctem. Ergo Tekupha Tebeth est semper hora quarta cum semisse. C

Semper Nisan THAV) ת est תחלה principium. ו est sexta hora. Semper Tekupha Nisan est VI hora completa, Noctis aut Diei. aut principium Noctis, aut Diei. Vide Laterculum.

Semper Tamuz AM, ZAM) א, est hora prima. מ est מחצית dimidium. Semper Tekupha Tamuz est hora prima cum semisse. Anno primo Lustri Iudaici est hor. $7\frac{1}{2}$ Noctis. Ergo hora prima Noctis cum semisse. Anno secundo hor. $1\frac{1}{2}$ Diei. Anno tertio $7\frac{1}{2}$ Diei. hoc est, hora prima Diei cum semisse. Anno vltimo hora Noctis $1\frac{1}{2}$.

Aera annorum Mundi) Tertia pars Computi Iudaici pertinens ad ὑμάδα χρόνων. Aeram mundi quod periodum artificialem vocent, non magis illis vitio verti debet, quam Graecis, qui idem censent de sua periodo. Desunt Computo Iudaico ad veros annos Mundi, anni 189. D

Ad ingressum Israelis) Ingressus Israelis in terram, est primus annus Septimanae. Anni Iudaici, vt notum est, per 7 diuisi dant verum annum septimanae. 2488 anni per 7 diuisi dant 3. Ergo tertio anno septimanae ingressi essent terram. quod est ineptum. Summo Dei beneficio

A beneficio annus Semita a Iudæis custoditus est, quemadmodum Sabbatum dierum. Neque potuerunt eum annum ignorare: quia & in exilio obseruarunt. Ieremias cap. xxix scribens ad deportatos: *Deus*, inquit, *exercituum, Deus Israelis ita dicit omnibus deportatis, quos ego Hierosolymis Babyloniam traduci iussi: Ædificate domos, & in eis habitate: conserite hortos, & eorum fructibus vescimini*, &c: Sane si colebant hortos, & agriculturæ operam dabant, & requiem igitur septimi anni obseruarunt, quum ita Deus præceperit Exodi xxiii, 10. vnde quem in exilio annum cessationis obseruarunt, is est, quem antea obseruabant, & quem hodie obseruant. vt audiendi non sint imperiti quidam, qui impudentissime aiunt annum Sab-B baticum a Iudæis in exilio neglectum fuisse. Sed legibus, quas isti Lycurgi sanciunt, soli fungi & stipites tenentur, non homines, qui vel minimum vident in literis. Quis istis Criticis dixit, annum Sabbaticum in exilio obseruatum non fuisse? Atqui in tot exiliis tam multifariis hodie omnes obseruant. Et in vno exilio non potuerunt? Sed næ ego meo otio abutor, qui harum nugarum rationem habeam.

Ad æram contractuum) Quæ hic interualla digesta sunt, ea semper sunt extra terminum suum. In magno Computo Iudæorum Germanensium, quem dono mihi dedit vir eruditiss. B. Vulcanius, sunt eædem & aliæ epochæ, sed multum tempore discrepantes. Male au-C tem æram contractuum statuunt in anno Computi sui 3449. Erat enim annus 3450, nisi eo referas, quod annus contractuum sex mensibus epocham Alexandream anteuerteret, vt alibi demonstrauimus. Sed falsum est. Nam in contractibus omnino incipiebant a Tisri, & computus neomeniarum initur ab eodem Tisri. Mera enim periodo Calippica Alexandrea vtebantur. Quare & in Talmud in tractatu ראש השנה manifesto demonstratur Tisri, fuisse principium contractuum, Nisan autem solennitatum. Iosephus loquens de Diluuio: συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος κατὰ τὸ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη Νώχου τῆς ἀρχῆς, ἐν μηνὶ δευτέρῳ, Δίῳ μὲν ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ, Μαρσουάνῃ δὲ ὑπὸ Ἑβραίων. οὕτω γὰρ ⊕ Αἰγύπτιοι ἦσαν διατεταχότες. Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὅς ἐστι Ξανθικὸς, D μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισε κατὰ τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἑβραίους προαγαγών. οὗτος δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ἐπὶ μέντοιγε ὠνὰς καὶ πράσεις, καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν τὸν πρῶτον κόσμον διεφύλαξε. Vetus paraphrastes Chaldaicus primo Regum viii, 2, ita scribit de mense ETHANIM, qui incurrebat in mensem Tisri בירחא רעתיקא קרו לה ירחא קדמאה וכען הוא ירחא שביעאה *In mense, quem antiqui vocabant primum; nunc autem est septimus.* A Tisri igitur cum Syromacedonibus, quibus parebant, τῶν ὠνῶν καὶ τῶν πράσεων epochas instituebant. Vnde hæc

æra dicitur מנין שטרות ἐπιλογισμὸς τῶν συμβολαίων. Aliter irritus fuiſſet A contractus, ſi alia æra, & alio anni capite incepiſſent: quod nimirum ita edicto regum Syriæ ſancitum eſſet.

Et obſignatam viſionem.) Præpoſtere interpretantur verba Danielis de IESV vero MESSIA FILIO DEI לחתום חזון ונביא. Ac ne ad ipſum IESVM referant, qui fuit clauſula viſionis & prophetiæ, conferunt illud ad annum primum Seleuci Nicatoris, a cuius poſteritate pollutum templum. Neſcio, an idem ſentiat auctor libri præſtantiſſimi Macabæorum prioris, cap. IX. 27. καὶ ἐγένετο θλίψις μεγάλη ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἥτις οὐκ ἐγένετο ἀφ' ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης ἐν αὐτοῖς: qui locus diligenter notandus, & perpendendus. Quidam veterum retulerunt ad pollutionem templi ſub Antiocho, ex verbis Danielis. B Ioſephus vero tunc prophetiam ceſſaſſe exiſtimat, quando lapilli precioſi ſummi Pontificis ſolitum fulgorem, quo præſentiam Dei ſignificabant, mittere deſiuerunt: quod quidem CC annis ante tempora ſua contigiſſe prodit. Scribebat autem anno periodi Iulianæ 4807. Ergo hoc contigerit anno 4607. qui erat annus 205 Seleucidarum. Itaque hoc contigerit pluſquam 56 annis poſt pollutum templum. Ita non ſibi conſtant. Notius autem eſt, quam vt probari indigeat, illorum lapillorum alterum VRIM, alterum THVMMIM vocatos. hoc eſt, δήλωσιν, καὶ ἀλήθειαν, vt vertunt Septuaginta, & Ieſus Filius Sirach. Nam Septuaginta quidem Vrim & Thummim vertunt δῆλα καὶ ἀλήθειαν. Ieſus autem Sirach cap. XXXIII, πιστὸς ὁ νόμος, ὡς ἐρώτημα C δήλων. Hoc eſt, tanquam Vrim & Thummim. Ælianus in libris Variæ hiſtoriæ ſcribit priſcos Ægypti Reges, eoſdem & ſacerdotes fuiſſe: ex quorum collo aptum Smaragdum eximium & ingentem vocatum fuiſſe ἀλήθειαν.

Ad regnum familiæ Haſmunai) Quamuis quatuor annis plus dicit, tamen ſatis aperit, ſe intelligere tunc cæpiſſe regnum Hircani, cum præſidium de arce depulit. Vide lib. V.

Ad regnum Hagarenorum) Recte olim interpretati ſumus regnum Herodis. Nam Herodes Idumæus. Poſtea ſuſpitio noſtra confirmata ex Magno Computo Iudæorum Germanenſium. A regno Herodis, ad annum 5317, quo ille Computus ſcriptus eſt, numerat annos D 1691, manifeſto errore librarij pro 1591. Deductis igitur 1591 de 5317, remanet idem numerus, qui hic 3726. quod peiſpicue eſt initium Herodis a captis a Soſio Hieroſolymis.

Ad æram Chriſtianorum) Æra Chriſtianorum deeſt in magno Computo Germanorum, vt & Æra Iſmaelitarum. Annus Iudaicus 3760, eſt annus 4712 periodi Iulianæ, Conſtantinopolitanus Paſchalis 5508, anno integro ante annum natalis Chriſti ſecundum Dionyſium.

A Dionysium. Natalis Christi secundum Dionysium xxv Decemb. anni 4713. Itaque annus 3761 Iudaicus, est annus, in quo natalis Christi secundum Dionysium. Sic hoc anno 1596 Christi Dionysiano, ineunte anno Iudaico 5357, inibit & secundum illos annus Christianorum 1597.

Ad excidium templi secundi) Si a capite computi, ad annum vastati templi, sunt præcise anni 3828, ergo annus 3829 est, is in quo templum vastatum. Sed vno anno minus dicit. Fuit enim annus 3830, vt alibi ex Iosepho demonstratur.

Ad absolutam Misna) Vel, vt est in Hebraismo, ad obsignatam
B Misna. Rabbi Iudas Simonis F. scripsit מִשְׁנָה, hoc est, δευτέρωσιν. Nam τὰς πατροπαραδότους ἐντολὰς, & cætera scita Rabbinica, Græci patres Ecclesiastici δευτερώσεις vocant. Epiphanius: δευτερώσεις, τῶν πρεσβυτέρων παραδόσεις τέσσαρες, μία εἰς ὄνομα Μωσέως φερομένη. δευτέρα δὲ ἡ τοῦ καλουμένου Ῥαββὶ Ἀκιβά. τρίτη Ἀδδὰ, ἤτοι Ἰούδα. τετάρτη τῶν υἱῶν τοῦ Ἀσαμωναίου. Igitur hic dicitur conscripta anno Iudaico 3949. Ego alibi reperio anno 3952. In magno Computo a composita Misna, ad annum 5317, putantur anni 1368. Ergo a capite Æræ, ad compositionem Misnæ, anni 3957. Ita non constat inter illos. Hoc habuisse in animo Eliam patet, cum in præfatione in Masoreth Hammasoreth dicit, Talmud editum anno 3989: cumque annum fuisse 436 a tem-
C plo deleto. Vtrumque falsum.

Clausula Amoræorum) Sophistæ τῶν δευτερώσεων siue Misna vocati sunt תַּנָּאֵי, hoc est, δευτερωταὶ, διδάσκαλοι. etiam δευτερωτὰς vertit Epiphanius: quorum princeps fuit Rabbi Simeon cognomine Iustus. Vltimus fuit Rabbenu Hakkadosch. Sophistæ Talmud vocati אֲמוֹרָאֵי, γνωμολόγοι, ita dicti a Chriis, quas pronuntiabant, quæ אֲמִירוֹת dicuntur, Latine autem scita. Eorum Sophistarum princeps fuit Rabba. Vltimi Rabena, & Rab Ase. Hi sunt, qui dicti אמוראי γνωμολόγοι χρηστομαθεῖς. Illis successunt גְּאוֹנִים Magnifici: cum tamen in Bibliis גָּאוֹן sit nomen substantiuum. Vide Eliam in suo Tisbi.

D *Ad Constantinum*) Annus Iudaicus 4033 est 273 Christi Dionysianus. Annus autem primus Constantini 307. Differentia, anni 34. Tantum errat.

Talmud Hierosolymitanum) Hic a capite Æræ Iudaicæ, ad editionem Talmud Hierosolymitani, putantur anni 4229. At in magno Computo Germanensi, a capite Æræ, ad annum 5317, anni 1188. Ergo a capite Æræ, ad editionem Talmud, anni 4229. Quare conuenit illi cum hoc nostro.

Talmud Babylonium) Anno 508 a Christo nato secundum Dio-

nyſium, Rabbi Aſe ex Digeſtis Rabbi Simonis Iuſti, & Rabbi Iohanan, Talmud Babylonium contexuit. Sed morte occupatus inchoatum opus reliquit: quod filij eius Mor, & Maremar abſoluerunt. In magno Computo, ab editione Talmud Babylonij, ad annum 5317, putantur anni 1009. Ergo a capite æræ, ad editionem Talmud Babylonij, anni 4308. Hic vero 4265. Multum ergo diſcrepant. Sed error eſt in Computo magno auctoris, an librarij, haud temere dixerim. A

Manum Magiſtri Moſis) Opus excellentiſſimum, Digeſtorum totius iuris Canonici, & ciuilis Iudæorum inſtar Talmud. Vocatur יד id eſt, manus: quod in XIV tractatus partitum. Nam יד quoque ſunt XIV. B

Exilium Franciæ) Recentiorum Iudæorum hic nouitius & nuperus ſtupor, צרפת hoc eſt, Sareptam Syriæ Franciam interpretantium & ספרד Hiſpaniam, & אשכנז Alemaniam. Hactenus Computus anni Iudaici, quo nihil accuratius, nihil perfectius in eo genere: vt noſtris conditoribus cyclorum Paſchalium, & epactarum per illos melius hanc artem aut diſcere liceat, aut tacere.

COMPV-

A

COMPVTVS SAMARITARVM.

בשבם יה אלהי ישראל אין
כיה אלהינו יהוה אחר
אלהי האלהים וארון הארונים האל
הגדול והגבור והנורא אין כאל ישרון
אלהי אברהם ויצחק ויעקב
ויוסף וארוננו משה ואהרן
ואלעזר ואיתמר ופנחס
יקים לכם ברכת ארוננו משה
יהוה אלהי אבותיכם יסף
עליכם ככם אלף פעמים ויברך
B אתכם : עבור שנה איו״ר
חתמת חרשי שנת ז׳ בשמטה
צמות אלחגיה על י׳ שעות
ופלג ועשר מן יום ב׳ ג׳ לגו ו׳
מן ארר ה׳ לא׳

צמות אלמחרם על ג׳ שעות
ופלג ועשר מן ליל ד׳ לגו פסח
ד׳ מן ניסן א׳ ל׳

צמות צפר על ו׳ שעות
ותלת ועשר מן ליל ו׳ לגו ד׳
מן איאר ג׳ לא׳

C צמות רביע על י׳ שעות
ותלתי עשר מן יום ז׳ א׳ לגו
ג׳ מן סבין ו׳ ל׳

In nomine iah Dei Iſrael. Non eſt ſimilis iah Deo noſtro: Iehova vnus, Deus Deorum, & Dominus Dominorum: Deus magnus, fortis, & terribilis. Non eſt ſimilis Deo ieschvrvn, Deo Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, & Domini noſtri Moſis, & Aharon, & Eleazar, & Ithamer, & Phinhas. Sanciat vobis benedictionem Domini noſtri Moſis.

Iehova Deus Patrum veſtrorum adiiciat ſuper vos, quot eſtis, D mille vices, & benedicat vobis. Compvtvs anni ccx.

Obsignatio mensivm anni septimi in schemitah:

Conivnctio Elhagiath ſuper decem horas & dimidium, & decimam a die ſecunda, tertia, in ſexta Adar. v. xxxi.

Conivnctio Muharram ſuper tres horas, & dimidium, & decimam a nocte quarta, in Phaſe quarta Niſan. i. xxx.

Conivnctio Tzephar ſuper ſex horas, trientem, & decimam a nocte ſexta, in quarta Ijar. iii. xxxi.

Conivnctio Rabie ſuper decem horas & triceſimam decimæ a die ſeptima, prima, in tertia Sebin. vi. xxx.

חומצ

A צכות רביע ער׳ יא׳ שער׳
ותלתין ותלתי חמס מן ליר׳
בׄ לגו בׄ מן תמוז אׄ לאׄ
צכות גמדי ער׳ יא׳ שער׳
ופלג ותלתי חמס מן יו׳ גׄ רׄ
לגו מן אב רׄ לא׳
ראש חָדְשֵׁי שְׁנַ׳ זׄ
בַשְׁמַטָ׳ הַסֻּכּוֹ׳
צמור׳ גמדי ער׳ טׄ שעור׳
ותלתין מן ליר׳ תׄ לגו לׄ
מן אב רׄ לׄ
B צמור׳ רגב ער׳ חׄ שעור׳
ותלת ותלתי חמס מן יו׳
וׄו לגו תג בׄט מן אִילו׳
זׄ לׄו
צמות שעבאן ער׳ חׄ שעור׳
ותלת ותלתי עשר מן ליל אׄ
לגו בׄת מן תשרי בׄ לׄא׳
צמות רמצון ער׳ תׄ שעור׳
ותלתי עשר מן יו׳ בׄלגו
בוׄ מן מרשבן תׄ לׄ
צמות שואל על הׄ שעות
C ותלתי עשר מן ליל דׄ לגו
בׄו מן כסלי׳ זׄ לאׄ
צמות אלקעדִ׳ על גׄ שעות
ותלתין מן יו׳ תׄ לגו כר
מן טיבר׳ גׄ לׄא׳

CONIVNCTIO Rabie super XI horas & tricesimam, & tricesimam quintæ a nocte secunda in secunda Tamuz. I. XXXI.

CONIVNCTIO Giumadi super vndecim horas, & dimidium, & tricesimam quintæ a die tertia quarta in prima Ab. IV. XXXI.

CAPVT NEOMENIARVM ANNI VII. IN SEMITAH. SVCCOTH.

CONIVNCTIO Giumadi super IX horas, & tricesimam a nocte quinta in tricesima Ab. IV. XXX. D

CONIVNCTIO Regeb super VIII horas, & trientem & tricesimam quintæ a die sexta septima in Solenni XXIX Ilul. VII. XXX.

CONIVNCTIO Sahaben super quinque horas, & trientem, & tricesimam decimæ a nocte prima in XXVIII Tisri. II XXXI.

CONIVNCTIO Ramazun super quinque horas & tricesimam decimæ a die secunda in XXVI Marscheban. V. XXX.

CONIVNCTIO Schewal super V horas & tricesimam decimæ, a nocte quarta in XXVI Caslim. VII. XXXI.

CONIVNCTIO Elkadathi super tres horas, & tricesimam a die quinta in XXIII Tibeth. III. XXXI.

נשט

A [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
B [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
C [illegible]

בשמם יהוה נעשה ונצליח
ראוש הבריה בברית אבינו
אדם
מן אדם אל מותו מאה
שנה ושלשים שנה שת קה
שנה אנוש צ. קינן ע. מהללאל
סה. ירד סב. חנוך סה. מתושלח סז.
למך נג. נח תשש. אל ארפכשד
קלה. שלח קל. עבר קלד. פלג
קל. רעו קלב. שרוג קל. נחור
עט. תרח ע.
מספרים אל אברהם עליו
השלום שנים אלפים שנה
ומאתים שנה ושבעה וששים
שנה:
ונשוב אל אברהם עליו
השלום. ק. יצחק ס. יעקב
פז. לוי נב. קהת עא
עמרם עה משה עליו השלום
קכ. מספרים חמשה
מאות שנה וששים וחמש
שנים ומן משה אל אזר
הכהנים האפוד אשר שמשו

In nomine dei faciamvs vt feliciter cedat nobis.

Principivm creationis in creatione patris noſtri Adam. Ab Adam, ad mortem eius, centum triginta anni. Seth cv annos. Enos xc. Keinan lxx. Mahélalel lxxv. Iared lxii. Henoch lxv. Methuſalach lxxvii. Lamech liii. Noah dcc. Ad Arphacſad cxxxv. Salach cxxx. Eber cxxxiv. Phaleg cxxx, Reu cxxxii. Serug cxxx. Nahor lxxix. Thare lxx.

Nvmeri ad Abraham, ſuper quem ſit pax, anni biſmille ducenti ſexaginta ſeptem.

Revertamvr ad Abraham, ſuper quem ſit pax. (Abraham) c.
D Iſaac lx. Iacob lxxxvii. Leui lii. Kahath lxxi. Amram lxxv. Moſes, ſuper quem ſit pax, cxx.

Nvmeri, quingenti ſexaginta quinque anni. A Moſe autem, ad ſuccinctionem Ephod Sacerdotum, qui miniſtrarunt

בכשבן

ࠁࠌࠔࠊࠍ.ࠀࠋࠐࠉࠌ.ࠔࠍࠄ.ࠅࠌࠀࠕࠉࠌ	A במשכן אלפים שנה ומאתים
ࠔࠍࠄ.ࠅࠇࠌࠔࠄ.ࠏࠔࠓ.ࠔࠍࠉࠌ.	שנה וחמשה עשר שנים
ࠉࠄࠉࠄ.ࠎࠃࠓ.ࠄࠌࠎࠐࠓ.ࠇࠌࠔࠄ.	יהיה סדר המספר חמשת
ࠀࠋࠐࠉࠌ.ࠔࠍࠄ.ࠔࠁࠏࠄ.ࠅࠀࠓࠁࠏࠉࠌ.	אלפים שנה שבעה וארבעים
ࠔࠍࠄ.ࠀࠋ.ࠉࠅࠌ.ࠄࠂࠉࠓࠄ.ࠌࠔࠂࠏ.	שנת אל יום הגירה משגע
ࠀࠉࠋࠅࠋ	אילול
ࠕࠔࠓࠉ	תשרי
ࠌࠓࠇࠔࠁࠍ	מרחשבן
ࠊࠎࠋࠉࠌ	כסלים
ࠈࠁࠉࠓࠕ	טבירת
ࠔࠁࠈ	שבט
ࠀࠃࠓ	אדר
ࠍࠉࠎࠍ	ניסן
ࠀࠉࠀࠓ	איאר
ࠎࠁࠉࠍ	סבין
ࠕࠌࠅࠆ	תמוז
ࠀࠁ	אב
ࠀࠃࠓ.ࠔࠍࠉ	אדר שני

B

in Tabernaculo, bis mille, ducenti quindecim anni. Fit ſeries ſummæ, quinquies mille quadraginta ſeptem anni, ad diem fanatici impoſtoris.

Ilul
Tiſri
Marcheſchban
Caſlim
Tebith
Schebat
Adar
Niſan
Ijar
Sebin
Tamuz
Ab
Adar alter.

C

IN SA-

A

IN SAMARITARVM ANNVM NOTÆ.

SAMARITAS, quos Iudæi כותים, Arabes سامري vocant, conuenarum gentium colluuiem esse, satis constat ex posterioris Regum capite XVII: quod neque ipsi olim negabant. Aduersis enim rebus Iudæorum, neque se Hebræos esse, neque Iudæos vlla sanguinis necessitudine attinere, palam profitebantur, vt auctor est Iosephus. Gens est hodie, supra Iudaicam, totius vetustatis, etiam quæ ad ipsos pertinet, ignarissima. In monte Garizim constitutas sedes & sacrarium religionis habent, vnde ipsi se vocari volunt
B اصحاب طور البركة *pertinentes ad montem benedictum.* neque a temporibus Exodi se inde vnquam expulsos fuisse, aut aliunde quam ex Ægypto cum Mose huc immigrasse, credunt. Reges veteres Samariæ, defectionem x tribuum, impulsore Ieroboamo, ne fando quidem acceperunt. Nomina Samsonis, Samuelis, Dauidis, & aliorum obiter perstricta habent in Chronico, qui liber Iosue ab illis dicitur. In reliqua vetustate omnino peregrini sunt. Vicatim & oppidatim in regione Samaria habitant, cuius præcipuæ vrbes Flauia Cæsarea, & Flauia Neapolis, quæ olim Sichem. Rabbi Saadia in Targum suo Arabico SICHEM vertit Nables, hoc est, Neapolis. Ea Colonia deducta a Romanis Flauia cognominata a Vespasiano,
C ex quibus colonis erat Iustinus Martyr. Nam quod Neapolis a Samaritis habitaretur, propterea populares suos Samaritas vocat Iustinus, non vtique quod ipse fuerit Samarites. Nam & ἀπερίτμητον se vocat, & ad Gentes scribens, caussam reddit, quare ab Hellenismo ad Christianismum desciuerit. Qui & Gentilis fuerit, & incircuncisus, non potuit esse Samarita. Errat igitur Epiphanius, qui Iustinum a Samaritis ad Christianos transiisse scribit, *ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι.* Qui enim deduxerunt Coloniam, Samaritas veteres incolas expulerunt. Itaque in eadem Colonia & veteres incolæ erant Samaritæ, & noui coloni Græci, aut Romani, in quibus Iu-
D stinus. Erudite de Samaritis Gulielmus Postellus in libello duodecim linguarum differit: quæ quia cognitu digna sunt, inde lector hauriat licet, neque operam perdet. Sed longe luculentissima de illis prodidit Biniamin Iudæus Tutelensis in suo Itinerario; de quo hæc ex fide Arriæ Montani viri doctissimi depromsimus: *Illinc vnius diei confecta via Sebasten accessi, quæ eadem Samaria est, in qua Achab Regis Israel palatium adhuc internoscitur. Fuit vero amœnis-*

ſima vrbs in monte ſita, amœna fontibus, & riuis aquarum, & A *hortis, pomariis, vinetis, & oliuetis: nullumque Iudæum habitantem habet. Ab hac duabus leucis Nables* (NEAPOLIS) *diſtat,* SICHEM *olim dicta, in monte Ephraim, vbi nulli Iudæi ſunt: iacetque vrbs in profunda valle inter Garizim & Hebal montes, in qua Cuthæi circiter centum ſunt, ſolius Moſaicæ legis tantum obſeruatores. Hos, vti dixi, Samaritanos appellant. Habent vero ſacerdotes ex poſteritate Aharon ſacerdotis in pace quieſcentis: qui cum nullis aliis connubia iungunt, niſi cum familia ſuæ feminis aut viris, vt genus impermixtum conſeruent: appellanturque vulgo ibidem Aharonitæ: veruntamen ſunt miniſtri & ſacerdotes illorum Samaritanorum. Faciunt autem ſacrificia, & incendunt holocauſta in Synagoga, quam* B *habent in monte Garizim, citantes illud, quod ſcriptum eſt in lege:* ET DABIS BENEDICTIONEM SVPER MONTEM GARIZIM. *Aiunt vero ipſi illam eſſe veram domum Sanctuarij* (המקדש) *Indunt autem holocauſtum in die Phaſe & aliis feſtis diebus ſuper aram conſtructam in monte Garizim ex lapidibus per filios Iſraelis ex Iordane ſublatis. Iactant vero ſeſe ex Ephraim tribu eſſe. Apud hos eſt ſepulchrum Ioſeph iuſti filij Iacob patris noſtri in pace quieſcentis, quemadmodum dictum eſt: Et oſſa Ioſeph, quæ a filiis Iſrael ex Ægypto aſportata, in Sichem ſunt condita. Carent autem hi tribus literis* ההע. HE *ex nomine Abraham,* HHETH, *ex nomine Itzhac,* AIN C *ex nomine Iacob: quarum loco Aleph, hoc eſt, ſpiritum tenuem ſubſtituunt. Hoc ſigno manifeſto arguuntur non eſſe ex Iſraelis poſteritate ac ſemine, cum agnoſcant legem Moſis his tribus literis exceptis, quas ignorant. Obſeruant autem ſe a contaminatione mortui, & oſſium, & occiſorum, & ſepulchri. Moris etiam his eſt, veſtes, quibus quotidie vtuntur, exuere, cum in Synagogam eundum ſit, & lauare aquis corpus, aliaſque veſtes induere in hunc duntaxat vſum comparatas. Eſtque hic quotidianus ritus.* Hæc ille. Ex quibus cumulatiſſime habes quæcunque præcipue de hac gente ſcire deſideres. Sed de tribus literis, ſycophantia Iudaica eſt. Totidem enim literis ne vna quidem minus, aut amplius, Pentateuchum legunt: &, quod caput eſt, literis non adulterinis, vt Iudæi, ſed meris Moſaicis characteribus, vt plane D a Poſtello proditum eſt, & res ipſa loquitur. Quin audeam dicere, eos, qui olim cum cultu Dei idololatriam miſcebant, vt diſerte extat in poſterioris Regum capite XVII, 29, 30, 31, 32; eos, inquam, hodie adeo ab omni idololatria abhorrere, vt in hac parte Iudæos ipſos ſuperare videantur. Sed Iudæi de ipſis multa impudentiſſime mentiuntur, vt ſciunt qui Talmud & Commentarios Rabbinicos legerunt,

A legerunt, quale eſt illud calidiſſimum mendacium, quod refert Aben Ezra in principio libri Eſter. Vbi initio Geneſeos ſcriptum eſt a Moſe: *In principio creauit Deus*: ait in Pentateucho Samaritano ſcriptum eſſe: *In principio creauit Aſima*: quod Aſima eſſet Idolum Emathitarum: quaſi gens Samaritarum ex ſolis Emathitis conſtaret, & non aliis gentibus. Iudæi enim vocant eos Cuthæos potius quam Emathitas. Speciosius igitur mentiti fuiſſent, ſi dixiſſent in Codice Samaritano fuiſſe ſcriptum: *In principio creauit Nergel.* Nam Nergel erat Idolum Cuthæorum, non autem Aſima, vt in XVII cap. poſterioris Regum extat. Quare in hoc plumbeos ſe plane profitentur, cum tam prodigioſo mendacio Samaritas hoſtes ſuos traducunt. Nam tantum

B abeſt, vt aliquid aſſuerint Pentateucho, vt totidem literis quot Iudæi, ſcriptum habeant, quod iam diximus. Ex hac gente colonos in vrbes Ægypti traduxit Ptolemæus Lagi, quorum hodie reliquiæ ſunt ij Samaritæ, qui ſynagogam in magna vrbe Cairo habent. Ioſephus lib. XII. ὁ δὲ Πτολεμαῖος πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν ἀπό τε τῆς ὀρεινῆς Ἰουδαίας, καὶ τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπων καὶ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ τῶν ἐν Γαριζεὶν, κατῴκισεν ἅπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών. Poſtea: στάσεις μέντοιγε τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν πρὸς τοὺς Σαμαρείτας τὴν πάτριον ἀγωγὴν τῶν ἐθῶν ἀποσώζειν προαιρουμένοις ἐγίνοντο καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν, τῶν μὲν Ἱεροσολυμιτῶν τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν ἅγιον εἶναι λεγόντων, καὶ τὰς θυσίας ἐκεῖ πέμπειν ἀξιούντων, τῶν δὲ Σαμαρειτῶν εἰς τὸ Γαριζεὶν ὄρος κελευόντων. Ex iiſdem Samaritis habi-

C tari inſulam quandam in ſinu rubro notat Geographus Arabs, ſcriptor eximius, in quinta parte climatis ſecundi: quam propterea vulgo dici INSVLAM SAMARITARVM: ومنها جزيرة السامري يسكنوها قوم يهود سامرية وعلامتهم ان يقول احدهم اذا لقي انسانا لا مساس وبهذه اللفظة يعرف انهم من اليهود المنسوبين الى السامري صاحب العجل في زمن موسى عليه السلام. *Poſt eam, Inſula Samaritarum, quam incolunt quidam Iudæi Samaritæ. Argumento eſt, quod vnuſquiſque eorum dicat, quoties aliquis applicat ſe ad eos, Ne attingas. Et hoc quidem ſermone cognoſcitur, quod ipſi ſint*

D *ex iis Iudæis, qui cognominantur Samaritæ complices vituli in ſæculo Moſis, ſuper quem ſit pax.* Prouerbialis eſt locutio لامساس in Alcorano: *Nullius colloquio fruaris.* Ex quo intelligitur vere Samaritas eſſe, qui illam inſulam incolunt, vt qui aduenas colloquio ſui arceant, quod omnes profanos exiſtiment. quæ arrogans ſuperſtitio etiam hodie in Samaritis remanſit, vt relatum ab iis, qui eos conuenerunt. Epiphanius 522. de Samaritis, τὰ πάντα ἔχοντες ἴσα Ἰουδαίων πλὴν

τοῦ βδελύττεσθαι τὰ ἔθνη καὶ μήτε προσψαύειν τινῶν. vides προσψαύειν τινῶν in Arabiſmo مساس ȣ Bene ergo Epiphanius hæc interpretatur. Alibi ὕδατι σὺν ἱματίοις βαπτιζόμενοι ἐπὰν ἅψωνται ἑτέρου τῶν ἀλλοεθνῶν. Μιασμὸν γὰρ τό τινος ἅπτεσθαι ἤτοι θίγειν ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἀπ' ἄλλου δόγματος. Quod autem idem Epiphanius ait Samaritas Pentecoſten & Paſcha in autumno celebrare, falſiſſimum. Iſti igitur Ægyptienſes Samaritæ iam a temporibus Ptolemæi Lagi eo traducti quotannis a Synagoga & ſynedrio Garizim accipiunt typum anni, quem ſequi debeant, qualis eſt iſte typus, quem tibi damus, benigne lector, conueniens anno Chriſti 1584, inde Cairo ad nos in Galliam miſſus. Duo autem eiuſdem anni exempla ſimul accepimus. Alterum habebat annum dumtaxat ipſum cum ſuis menſibus Solaribus, & Lunaribus: conceptum literis pene inexplicabilibus. Itaque (dicam ſerio) Herculeum facinus fuit legere, & lecta explicare. Nam diuinandum plane fuit. & vereor, ne in quibuſdam hariolati ſimus. Etenim rationem & epilogiſmum neomeniarum non capimus, quod ingenue fatendum eſt. In altero exemplo præter annum, inerat computus temporum ineptiſſimus quidem ipſe, ſed tamen quem ſcire præſtet, quam ignorare. In fine erant & menſes Solares ſeorſim concepti. A B

IN NOMINE IAH) Eſt προγραφὴ, qua ſemper vtitur magna Synagoga Garizim, cum ad alias Samaritanorum Synagogas typum anni ſequentis dirigit. At veteres Epiſcopi in formatis, aut in literis ad ſynodos non προγραφὴν, ſed ὑπογραφὴν huic προγραφῇ ſimilem adiiciebant: Ο ΘΕΟC ΚΑΙ Ο ΚΥΡΙΟC ΗΜωΝ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ CΥΝΟΔΟΝ ΦΥΛΑΞΑΙ ΟΠΕΡ ΕΥΧΟΜΕΘΑ ΤΙΜΙωΤΑΤΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ. Porro in hac prographe ſunt quædam truncata, quæ integra in Iudaicis literis poſuimus: ne quis in Samaritano exemplo erratum putet. C

COMPVTVS ANNI CCX) computus עִבּוּר. Id eſt, ἐμβολισμός. Ita & Iudæi & Samaritani rationem anni vocant, a parte totum, vt in Iudaico Computo demonſtratum eſt. Apparet igitur hanc doctrinam vetuſtiſſimam eſſe, cum idem verbum commune ſit Iudæis & Samaritis, inter quos iam a bis mille quadringentis annis & amplius nullum commercium intercedit. D

ANNI CCX) Appellationes menſium Lunarium ſunt plane Hagarenæ, vt vides. Itaque periodo vetere Hagarenorum 228 annorum aut vtuntur hactenus, aut ſane vſi ſunt aliquando, idque vt vna opera ſoluto anno ſimul & enneadecaeteride vtantur. Et quidem pro ſoluto anno neceſſario vti debent periodo minore Arabica 30 annorum, quæ nihil reliquatur de ratione Lunæ. deinde maiorem

A rem periodum annorum 210 ad methodum Lunæ adhibere necesſe eſt. Quod ſi verum eſt, ordiuntur Computum ſuum ab anno confuſionis, a Niſan, cuius neomenia incidit in XIII Martij, die Veneris, quæ erat Hagarenorum Dea, vt alibi diligenter docuimus. Itaque hic Niſan fuerit vltimus periodi annorum 210. Nam ab anno confuſionis, ad hunc annum, qui erat Chriſti 1584, ſunt anni abſoluti Iuliani 1629. qui ſunt anni Arabici 1679 ſolidi cum XI diebus ſuperfluis: & hic annus Samaritarum erat annus 1680 Arabicus iniens. Diuiſus per 210, relinquit ſeptem periodos abſolutas annorum 210, & vltimum annum octauæ periodi. Et quia hæc periodus cæpit a die Veneris, in feriis neomeniarum nihil omnino differt a periodo Hegiræ, in qua annus vltimus, nempe 210 debet incipere a feria prima.

B CONIVNCTIO Elhagiathi) Hæc coniunctio hic notatur feria ſecunda, ſequente tertia, quia facta eſt poſt decimam horam diei. Itaque pertinet ad noctem ſequentem, vnde incipit dies ciuilis Samaritanus. Sed in periodo annorum 210, vltima neomenia debebat incipere feria prima, Kalendis Martij. Quare rationem meliorem ſequuntur. ſed numeros ipſos nulla coniectura aſſequi potuimus. Dicitur autem incipere a VI Adar Solaris ſcilicet, cuius neomenia XXVI Februarij, feria V. Ideo a nocte cæpit, quæ ſecuta eſt diem V ipſius Adar, poſt ſecundam Martij Iuliani, cyclo

C Solis XXV.

V. XXXI) Hoc eſt, prima Adar Lunaris incipit feria V in XXVI Februarij. Menſis habet XXXI dies. Sic in ſequentibus feria neomeniæ menſis Lunaris appoſita eſt, cui ſubiungitur numerus dierum menſis Solaris.

In Phaſe quarta Niſan.) Menſem Solarem Niſan vocat Phaſe, vt menſem Solarem Tiſri Scenopegiam, vel חג. Porro vbi ſuccurrit חלתין, ego verti triceſimas. Si quis melius diuinauerit, manus dabo. Nam diffido coniecturæ meæ. Et totam horum momentorum, vt alibi dixi, & ſyzygiarum rationem ignoro, quæ nullo modo congruit cum medio motu Lunæ.

D ANNI VII IN SEMITAH) שמטה, vt vel mediocriter Hebraice docti ſciunt, quam Solon ad verbum σεισάχθειαν vocat, proprie eſt ſeptimus annus Hebdomadis. Sed quemadmodum Sabbatum non ſolum pro ſeptimo die ſumitur, ſed etiam pro tota hebdomade: ſic etiam Semitah non ſolum pro ſeptimo anno, ſed etiam pro tota annali hebdomade tam Iudæis, quam Samaritis vſurpatur. Igitur iſte annus, qui erat Chriſti 1584, fuit ſeptimus Hebdomadis Samaritanæ ab Ilul eiuſdem anni 1584, quando incipiebat annus

Iudaicus 5345, qui diuisus per 7 reliquatur 4, non 7. Itaque annus primus Hebdomadis Samaritanæ incipit ab anno quinto Hebdomadis veræ & legitimæ Iudæorum. Quam rationem sequantur, haud facile dixerim. Fortasse, id quod alibi dicimus, vtuntur annis Nabonassari, a quo ille annus erat 2331 Iulianus. qui est numerus septenarius. Sed hoc est hariolari. Franciscus Iunius, vir summa eruditione præditus, putauit posse fieri, vt a templi conditu, quod Sanbelletes in monte Garizim construxit, annos suos deducant. Sane in Chronico Eusebiano, anno secundo Olympiadis CXI, Manasses construit templum in monte Garizim. Erat annus periodi Iulianæ 4379, in cuius diebus æstiuis cæpit annus secundus illius Olympiadis.& sequenti anno 4380 cæptum fuerit condi templum Samaritanum. Annus vero 1584 erat 6297. Differentia, anni completi 1917. B
Quare annus Christi 1584, sine dubio erat 1918 a conditu templi Sanaballatici, qui est vltimus annus 274 septimanæ. Ita vera fuerit coniectura viri longe doctissimi. Sed quia semel diuinare cepimus, longe melius est dicere illos 210 annos, de quibus supra monuimus, non solum esse Iulianos, sed etiam de periodo Dionysiana iam inchoata. Nam & ipsi sunt septenarij. Et sane ita hæc coniectura arridet, vt non possim facere, quin veram credam. Sed quot periodos absolutas ante illos 210 annos numerent, haud temere dixerim. Sane duæ periodi cum illis 210 annis compositæ, & retro ab anno 1584 retextæ desinunt in 311 annum Christi. quæ æra fuerit antiquior vno C
tantum anno prima Indictione Constantiniana. Hæc quidem sunt hariolationes, sed tamen non contemnendæ. Quid aliter facias in tanta rerum obscuritate? Hinc videmus eos, quemadmodum non fuerunt vera Ecclesia Dei, ita argumentis veris Ecclesiæ caruisse. Nam Iudæi recte Hebdomadem annalem obseruant. Imperiti autem & κακοήθεις sunt, qui hoc negant. Porro ipsi Samaritani annum primum primæ Semitah, atque adeo primi Iubilei ineunt ab anno 41 Exodi. Verba eorum sunt ex illorum Chronico: *Nubes vero recessit initio mensis primi* SEMITAH *primi* IVBILEI, *ab initio ingressus filiorum Israel in fines diuisionum (Terræ.) Fuerit autem hoc a diebus Mundi stabilitis in lege, ad præsens tempus, bismille septingenti* D
nonaginta quatuor anni. Et quidem hæc Æra sana est, quam docti putant ab Æra diluuij. Hæc illi in Chronico ex Hebræo prisco in Arabicum conuerso. In quo faciunt Æram mundi 301 annis absolutis maiorem iusta, contra epilogismos legis, quos tamen ipsi testes producunt. Tam autem 2794 anni, quos ipsi profitentur a conditu mundi, ad transitum Iordanis, quam 2493, qui sunt veri anni ab Adam, ad transitum Iordanis, per septem diuisi relinquunt primum annum

A annum Semitah. Sed ipsi Samaritani non recte ad suum tempus hæc referunt. Inde fit, vt alieno tempore Semitah obseruetur. Quæ res ostendit, populum hunc esse colluuiem multarum ac diuersarum gentium. Nam si fuisset semper vna gens, verum vsum Semitah retinuissent, vt Iudæi: qui vbicunque terrarum sint, verum annum hebdomadicum obseruant.

Svccoth) Quem locum habeat hic hæc vox, fugit me ratio.

In solenni) Ita vocat Tisri Solarem, quemadmodum Phase vocat Nisan Solarem. Et nisi fallor, vno mense serius, quam Iudæi, tam Pascha, quam σκηνοπηγίαν eo anno celebrarunt. Videtur enim
B Tisri חג dictus, quod in eo semper Scenopegia celebretur: item Nisan Solaris vocatus Phase, quod semper Pascha in illum incidat. Sed de his consulendi essent amplius Samaritani ipsi. Nam hoc, quod facimus, plane est micare in tenebris. Hoc vero exploratum est, menses eorum totidem diebus, quot Iulianos, constare, sed alio capite neomeniarum, vt libro secundo & quarto demonstratum est.

In nomine dei) Græce id melius, ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἐνεργήσωμεν καὶ κατευοδώμεθα.

Ab *Adam ad mortem eius*) Quare minus putent, quam præscribit Mosis epilogismus, non magis mihi constat, quam quare Septua-
C ginta plus putent. Totus vero hic Epilogismus annorum plane iocularis, &, vt nihil aliud dicam, Samaritanus est.

Anni bismille ducenti sexaginta septem) Sane epilogismus reddit centum annis amplius 2365. Error est in annis Noe 700, pro 600 שְׁשׁ. pro שֵׁשׁ.

Ad succinctionem Ephod) Non dubitamus, quin inter scribendum vnum Aleph calamum effugerit, & pro הפר, legendum esse הָאֵפֹד. Cingulum aut succinctum Ephod vocat creationem sacerdotum. Sed quid velit, plane ignoro. Nam quid est illud? a Mose, ad tempus, quo sacerdotes, qui ministrabant in Tabernaculo, succincti sunt Ephod. Hic est supinitas plusquam Samaritana. A Mose igitur, ad il-
D lud tempus, computant annos 2215, qui cum annis 2267 ab Adam, ad Abraham, item 565 ab Abraham, ad Mosem, fierent vna, anni 5047. Igitur annos 5047 putant ab Adam, ad חנכיח מְשֻׁגָּע ad *enthousiasten abreptitium*, siue fanaticum, qui sine dubio est Muhammedes Pseudopropheta. Itaque computus Samaritarum ab Adam, ad primum annum Christi Dionysianum, ponit annos 4425. Sed hæc ineptissima sunt. Maior est iste Computus Iudaico cyclis 35, hoc est, annis 665, vero autem epilogismo Mundi annis 476, minor periodo Iuliana annis 287. Itaque & cyclo Lunæ conuenit cum Iudaico, &

per 7 diuisus relinquit verum annum Hebdomadis Sabbaticæ. Nam A differentia eius & Iudaici, vt diximus, sunt cycli 35, qui est numerus septenarius. Itaque si ab hoc computo instituendus esset cyclus Lunaris, primum nouilunium Tisri Samaritani esset in IX Octobris, feria v, cyclo Lunæ 3, Solis 8, anno periodi Iulianæ 288. Character Tisri, 5.1.979. Sed, quantum videmus, neque sunt tam acuti; & nouus est iste computus Samaritanus. Nam in libro Iosue (illud est Chronicon ab excessu Mosis, ad tempora Antoninorum) putant ab Adam, ad Alexandrum, annos 3930. At secundum hodiernam æram, annus primus Seleucidarum esset 4114 ab Adam, & 4090 ab initio Alexandri. Rursus idem liber Iosue ab Adam, ad excessum Adriani, putat annos 4513. Secundum computum B hodiernum essent anni 4562. Nam computus hodiernus ab Adam, ad primum annum Christi Dionysianum, putaret annos 4425. A primo autem anno Dionysiano, ad excessum Adriani sunt anni 137. Ita nullam veram rationem annorum mundi inire potuerunt.

Adar alter) Si menses isti sunt Solares, vt patet ex typo anni, quomodo illis apponitur Adar alter? Nam is est embolimus mensis. Menses Lunares appellationibus Agarenis designantur. Quare solus mensis embolimus appellatione Chaldaica? Et hic quoque hæreo. Comparauimus autem menses Samaritanos cum Hagarenis anni Hegiræ 992, qui annus erat Indorum 1679 iniens, & con- C ueniebat in illum Christi 1584 ineuntem. A primis enim Kalendis Ianuarij Iuliani, ad annum Christi 1584 ineuntem, qui sunt anni Iuliani 1628, præterierunt Indis anni Arabici absoluti 1678. Itaque is annus Hegiræ 992 cæpit a 4 Ianuarij, feria septima, vt habes in subiecta Tabella. In omnibus neomeniæ Samaritanæ cum Hagarenis conueniunt, præterquam in tribus vltimis mensibus. Nam Ramazun Samaritanus erat in XXVI Marschehban. At Dulhagiathi Hagarenus ei respondens in XXVII. Schevval Samaritanus in XXVI Caslim, Muharram 993 Hagarenus ei conueniens in XXVII. Denique Elkadathi Samaritanus XXIIII Tibeth. Contra Tzephar 993 Hagarenus in XXVI. Ex his vides eos men- D ses cognominibus Chaldaicis esse Solares, non Lunares: & tamen mensis Embolimus vocatur Adar posterior: qui cum hoc anno non habeatur, fortasse falsum fuerit, eos Pascha in Aprili celebrasse: de quo amplius deliberandum. Nam hæc plane mihi Cimmeriis tenebris sunt obscuriora. Candidi lectores boni consulant, & voluntatis, non ingenioli mei rationem habento. Habemus eorum magnum Chronicon ex Hebraica lingua in Arabicam conuersum, sed chara-

A charactere Samaritano descriptum. In eo sunt multa cognitu digna, quanuis aliquando commentis Samaritanis incrustata. Is liber, vt

	Menses Hegiræ.	Feria neomeniæ.	Menses Iuliani.	Menses Samarit. Lunares.	Menses Samarit. Solares.
Anno 1584.	*Muharram* 992	7	4 *Ian.*	o o	o o
	Tzephar	2	3 *Febr.*	o o	o o
	Rabie prior	3	3 *Mart.*	*Elhagiathi*	6 *Adar*
	Rabie posterior	5	2 *April.*	*Muharram*	5 *Nisan*
	Giumadi prior	6	1 *Mai.*	*Tzephar*	4 *Ijar*
	Giumadi poster.	1	31 *Mai.*	*Rabie* I	3 *Sebin*
B	*Regeb*	2	29 *Iunij*	*Rabie* II	2 *Tamuz*
	Sahaben	4	29 *Iulij*	*Giumadi* I	1 *Ab*
	Ramadhan	5	28 *Aug.*	*Giumadi* II	30 *Ab*
	Sevval	7	26 *Sept.*	*Regeb*	29 *Ilul*
	Dulkadathi	1	25 *Oct.*	*Sahaben*	28 *Tisri*
	Dulhagiathi	3	24 *Nou.*	*Ramazun*	27 *Marseban*
	Muharram 993	5	24 *Dec.*	*Schevval*	27 *Caslim*
Anno 1585	*Tzephar* 993	7	23 *Ian.*	*Elkadathi*	26 *Tibeth.*

diximus, incipit ab excessu Mosis, desinit infra tempora Imperato-
C ris Hadriani. Propterea vocatur Liber Iosue, quia nimirum ab excessu Mosis & ducatu Iosue incipit. Qui in Palæstina peregrinantur, possent & alia & Pentateuchum ab illis adipisci. Nam sane Christianæ pietatis homines paulo hac in re negligentiores hactenus fuerunt: ex cuius rei cognitione vberrimi fructus in sacram historiam redundarent. Spero non defuturos, qui voto nostro satisfaciant, aut exemplo nostro hæc illustraturi sint. Nam huic conatui nostro multa deesse ad perfectionem vt non dubitamus, ita palam profitemur.

COM-

COMPVTVS ECCLESIAE AETHIOPICAE.

A	בסם אב וולד ומנפס קדוס אחדו אמלך	በስመ:አብ:ወወልድ:ወመንፈስ:ቅዱስ:፩:አምላክ:
	נחן נגגרכמו אבוין ואחוין בו יתגבר	ንነግረክሙ:አበዊነ:ወአኃዊነ:ዘበ:ይትገበር:
	עמתת ועלתרת וסנבתרת זכרסתוס	ዓመታት:ወዕለታት:ወሰንበታት:ዘክርስቶስ::
	חסב רתוע אנת חב יקרב בזתאמר	ሐሰብ:ርቱዕ:እንተ:ኀበ:ይቀርብ:በዘ:ትአመር፣
	אם אדם אסך תפצם עלם	እመ:አዳም:እስከ:ይትፌጸም:ዓለም:
	עמת מחרת תאחז בזהלוך חב ד׳	ዓመተ:መሕረት:ትእኅዝ:በዘ:ሀሎከ:ኀበ:፱
	תערי בב יוט תגדף ותתרפך אמנהו	ትዌሬ:በበ:፲ወ፱:ትገድፍ:ወዘተረፈከ:እመንሁ
	ואתו עמת ואמנהו א׳ תאתרת	ወእቱ:ዓመት:ወእመንሁ:፩:ታአትት:
	בא׳ עמרת יוא׳ אבקתי אם יט׳	በ፩:ዓመት:፲ወ፩:አበቅቴ:አመ:፲፱
	למסכרם מטקע	ለመስከረም:መጥቅዕ::
	בב׳ עמרת כב׳ אבקתי אם ח׳	በ፪:ዓመት:፳፪:አበቅቴ:አመ:፰
B	לטקמרת מטקע	ለጥቅምት:መጥቅዕ::
	בג׳ עמרת ג׳ אבקתי אם כז׳	በ፫:ዓመት:፫:አበቅቴ:አመ:፳፯:
	למסכרם מטקע	ለመስከረም:መጥቅዕ::
	בד׳ עמת יד׳ אבקתי אם יו׳	በ፬:ዓመት:፲፬ አበቅቴ:አመ:፲፮
	למסכרם מטקע	ለመስከረም:መጥቅዕ::
	בה׳ עמת כה׳ אבקתי אם ה׳	በ፭:ዓመት:፳፭:አበቅቴ:አመ:፭
	לטקמת מטקע	ለጥቅምት:መጥቅዕ::
	בו׳ עמת ו׳ אבקתי אם כד׳	በ፮:ዓመት:፮ አበቅቴ:አመ:፳፬
	למסכרם מטקע	ለመስከረም:መጥቅዕ::
	בז׳ עמת יז׳ אבקתי אם יג׳	በ፯:ዓመት:፲፯:አበቅቴ:አመ:፲፫
	לטקמת מטקע	ለጥቅምት:መጥቅዕ::
	בח׳ עמת כח׳ אבקתי אם ב׳	በ፰:ዓመት:፳፰ አበቅቴ:አመ:፪
C	לטקמת מטקע	ለጥቅምት:መጥቅዕ::
	בט׳ עמת ט׳ אבקתי אם כא׳	በ፱:ዓመት:፱ አበቅቴ:አመ:፳፩:
	למסכרם מטקע	ለመስከረም:መጥቅዕ:

IN NONINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI VNIVS DEI. Narrabimus vobis, Patres noſtri, & fratres noſtri, quantum fieri poteſt, annos, & dies, & Sabbata Chriſti.

COMPVTVS RECTVS PER QVEM PROXIME ACCEDET, VT SCIAS AB ADAM, VSQVE QVO CONSVMETVR SÆCVLVM.

Annum gratiæ ſume, in quo es (*quatuor aquabis*) Nouenadena abiice. Quod de eo reliquaberis, ipſe eſt annus: & ab eo vnitatem
D abiice. IN I anno XI Epacta. Tunc XIX Maſcaram Matque. In II anno XXII Epacta. Tunc VIII Tikmith Matque. In III anno III Epacta. Tunc XXV Maſcaram Matque. IN IV anno XIV Epacta. Tunc XVI Maſcaram Matque. In V anno XXV Epacta. Tunc V Tikmith Matque. IN VI anno VI Epacta. Tunc XXIV Maſcaram Matque. IN VII anno XVII Epacta. Tunc XIII Tikmith Matque. IN VIII anno XXVIII Epacta. Tunc II Tikmith Matque. IN IX anno IX Epacta. Tunc XXI Maſcaram Matque.

በ፲፡ ዓመት፡ ፳፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፲
በጥቅምት፡ መጥቅዕ።
በ፲፩፡ ዓመት፡ ፩፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፳፱፡
በመስከረም፡ መጥቅዕ።
በ፲፪፡ ዓመት፡ ፲፪ አበቅቴ፡ አመ፡ ፲፰
በመስከረም፡ መጥቅዕ።
በ፲፫፡ ዓመት፡ ፳፫፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፯
በጥቅምት፡ መጥቅዕ።
በ፲፬፡ ዓመት፡ ፬ አበቅቴ፡ አመ፡ ፳፮
በመስከረም፡ መጥቅዕ።
በ፲፭፡ ዓመት፡ ፲፭፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፲፭
በመስከረም፡ መጥቅዕ።
በ፲፮፡ ዓመት፡ ፳፮ አበቅቴ፡ አመ፡ ፬
በጥቅምት፡ መጥቅዕ።
በ፲፯፡ ዓመት፡ ፯ አበቅቴ፡ አመ፡ ፳፫፡
በመስከረም፡ መጥቅዕ፡
በ፲፰፡ ዓመት፡ ፲፰፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፲፪
በጥቅምት፡ መጥቅዕ።
በ፲፱፡ ዓመት፡ አልቦ፡ አበቅቴ፡ አመ፡ ፴
በመስከረም፡ መጥቅዕ።
ወዝንቱ፡ ዕቀብ፡ አእምር፡ ወጠይቅ፡ እመ፡ ኢይከውን፡
መጥቅዕ፡ አመ ፩ ለጥቅምት፡ ወበዝ፡ ለቡ፡ ከመ
ኢትደመር፡ ምስለ፡ ክሕድያን፡

ב י׳ עמרת כ׳ אבקתי אם י׳ A
לטקמרת מטקע
ב יא עמרת א׳ אבקתי אם כט
למסכרם מטקע
ב יב עמת יב אבקתי אם יח
למסכרם מטקע
ב יג עמת כג אבקתי אם ז׳
לטקמת מטקע
ב יד עמת ד׳ אבקתי אם כו
למסכרם מטקע
ב יה עמת יה אבקתי אם יה
למסכרם מטקע B
ב יו עמת כו אבקתי אם ד׳
לטקמת מטקע
ב יז עמת ז׳ אבקתי אם כג
למסכרם מטקע
בית עמרת יח אבקתי אם יב
לטקמרת מטקע
ב יט עמרת אלבו אפקתי אם ל׳
למסכרם מטקע
וזנת עקב אאמר וטיק אמם איכון
מטקע אם א׳ לטקמת ובז לבו כם
איתדמר מסל כחדין
C

IN x anno xx Epacta. Tunc x Tikmith Matque. IN xI anno I Epacta. Tunc xxIx Mascaram Matque. IN xII anno xII Epacta. Tunc xvIII Mascaram Matque. IN xIII anno xxIII Epacta. Tunc vII Tikmith Matque. In xIv anno Iv Epacta. Tunc xxvI Mascaram Epacta. IN xv anno xv Epacta. Tunc xv Mascaram Matque. IN xvI anno xxvI Epacta. Tunc in Iv Tikmith Matque. IN xvII anno vII Epacta. Tunc in xxIII Mascaram Matque. IN xvIII anno xvIII Epacta. Tunc xII Tikmith Matque. IN xIx anno non est Epacta. Tunc xxx Mascaram Matque. D

ATQVE hoc obserua, scito, considera, quod non est Matque ex prima Tikmith. Et hac in re circumspectus esto, ne commiscearis cum refractariis.

VT SCIAS

A כן תאמר א▭ חב יוצא אבקתי	በዘ፡ታአምር፡አመንበ፡ይወጽአ፡አበቅቴ፡፡
עמת מחרת כב יט תגדף וא תאתת	ዓመተ፡ምሕረት፡በበ፡፲፱፡ትገድፍ፡ወ፩፡ታአትት፡
וזתרפך תעשר ותמעדי וכב ל	ወዘተረፈከ፡ትዌሥር፡ወታመሪር፡ወበበ፴
תגדף וזתרפך א▭ ל ואתוכי אבקתי	ትገድፍ፡ወዘተረፈከ፡አመ፡፴፡ወአትኩ፡አበቅቴ፡
כן תאמר כעב א▭ חב יוצא מטקע	በዘ፡ታአምር፡ከዋበ፡አመንበ፡ይወፅአ፡መጥቅዕ፡፡
עמת מחרת כב יט תגדף	ዓመተ፡ምሕረት፡በበ፡፲፱፡ትገድፍ፡
וא תאתת כב יח תפרי וכב ל תגדף	ወ፩፡ታአትት፡በበ፲፰፡ታፌሪ፡ወበበ፴፡ትገድፍ፡
וזתרפך א▭ ל ואתוכי מטקע	ወዘተረፈከ፡እመ፡፴፡ወአትኩ፡መጥቅዕ፡፡
אאמר וטיק אבקתי ומטקע	አአምር፡ወጠይቅ፡አበቅቴ፡ወመጥቅዕ፡
כלאיהומו א▭ ל אי בנחו ואיוחדו	ክለሊሆሙ፡አመ፡፴፡አበዝኑ፡ወኢውሕዱ፡፡
אבקתי לאם רכבך כם תרכב	አበቅቴ፡ለእመ፡ረከብከ፡ከመ፡ትረክብ፡
B מטקע	መጥቅዕ፡፡
לעל אבקתי א▭ חב אלבו	ላዕለ፡አበቅቴ፡አመንበ፡አልቦ፡
וסך אסך יכון ל ואתו אבקתיהו	ወስክ፡እስከ፡ይኩን፡፴፡ወአቱ፡አበቅቴሁ፡
תגדף ווסך לעל אבקתי תאחז	ትገድፍ፡ዘወሰከ፡ላዕለ፡አበቅቴ፡ትእኅዝ፡
ואתוכי מטקע ואתוכי	ወአትኩ፡መጥቅዕ፡ወአቱ፡፡
ועדי כן תאמר פנתיון	ወዒዲ፡በዘ፡ታአምር፡ፕንትዮን፡፡
עמת מחרת לד אר תכפל מסן	ዓመተ፡ምሕረት፡ለ፬፡ለድ፡ተከፈል፡መጠነ
רבעתו תוסך דיביחו א▭ כלאת	ረብዓቱ፡ትዌስክ፡ዲቤሁ፡አመ፡ክለአት፡፡
ותדמר בולו אחתני : ועדי תוסך	ወትደመር፡ኩሉ፡እኅተ፡ወዒዲ፡ትዌስክ፡
דיביחו ב ותדגף כב ז ואתוכי פנתיון	ዲቤሁ፡፪፡ወትገድፍ፡በበ፯፡ወአትኩ፡ፕንትዮን፡፡

VT SCIAS VNDE PRODIT EPACTA. ANNVM gratiæ II.
C nouemdecies diuide. Vnum abiice. Residuum decies & semel * duc. Tricena aufer. Quod reliquatus fueris de xxx, ipsa est Epacta. *Decies & semel, id est, vndecies. AEthiopismus.*

VT SCIAS RVRSVS VNDE PRODIT MATQVE. ANNVM gratiæ nouemdecies diuide. Vnum abiice. Octodecies multiplica. Tricena abiice. Quod reliquatus fueris de xxx, ipsum est Matque. III.
ATTENDE & considera: Epacta & Matque ambo plusquam xxx non sunt maiora, neque minora.

EPACTAM SI NACTVS ES, VT INVENIAS MATQVE. IIII.
SVPRA Epactam, vnde ei deest, supple, donec fiant xxx. Ipsam Epactam abiice. Quod adiecisti supra Epactam, accipe. Ipsum
D Matque est.

RVRSVS VT SCIAS PLINTHION. Annum gratiæ in * IV. partes diuide. Modum quadrantis vtrinque adiice supra illum. Commisce omne simul. Insuper adiice supra illum II. Sena abiicito. ipsum est Plinthion. V. *hoc est per quatuor, AEthiopismus.*

ወካዕበ፡ በዘ፡ ታአምር፡ ዕለተ፡ ዮሐንስ።
ዓመተ፡ ምሕረት፡ ትእኅዝ፡ ወትከፍሎ፡ ለ፬፡ እድ፡
ወመጠነ፡ ረብዕቱ፡ ትዌስክ፡ ዲቤሁ፡ እምክልኤ፡
ወትደመር፡ ኩሉ፡ እሕተኔ፡ ወታሐትት፡ እምኔሁ፡
፯፡ ወትገድፍ፡ በበ፯፡ ወዘተረፈከ፡ እም፯፡ ወአቱኬ፡
ዕለተ፡ ዮሐንስ።
በዘ፡ ታአምር፡ ኢንዲቅትዮን።
ዓመተ፡ ምሕረት፡ በበ፲፭፡ ትገድፍ፡ ወ፪፡ ትዌስክ፡
ላዕሌሁ፡ ወዘተረፈከ፡ ትእኅዝ፡ እም፲፭፡ ወአቱኬ፡
ኢንዲቅትዮን።
በዘ፡ ታአምር፡ ጳጕሜን፡ ዘሀሎከ።
ዓመተ፡ ምሕረት፡ ትከፍል፡ ለ፬፡ እድ፡ ወለእመ፡
መጠቀ፡ ክፍል፡ እሚሁ፡ ፮ጳጕሜን። ወለእመሰ፡
ቦቱ፡ ዘተረፈከ፡ እሚሁኬ፡ ፭ጳጕሜን።
በዘ፡ ታአምር፡ ዓመተ፡ ወንጌላውያን።
ዓመተ፡ ምሕረት፡ ለ፬፡ እድ፡ ትከፍል፡ ወለእመ፡ ተረፈከ
፩፡ መዋዕለ፡ ማቴዎስ። ፪፡ መዋዕለ፡ ማርቆስ።
ወ፫፡ መዋዕለ፡ ሉቃስ፡ ወለእመ፡ ዐረየ፡ ኮነ፡ ክፍል፡
ለ፬፡ እድ፡ እሚሁ፡ መዋዕለ፡ ዮሐንስ።
በዘ፡ ታአምር፡ መጥቅዕ፡
ኀበ፡ ዘሀሎከ፡ ፲፱፡ ወስክ፡ ዘይመጽእ፡ ትረክብ።
፰ ወስክ፡ ዘ፪፡ ዓመት፡ ትረክብ።
በዘ፡ ታአምር፡ አበቅቴ።
ኀበ ዘሀሎከ፡ ፲፩፡ ወስክ፡ ዘይመጽእ፡ አበቅቴ፡
ትረክብ።
መጥቅዕ፡ ዘቀዳሚት፡ ሰንበት፡ ለእመ፡ ኮነ፡ ፳፪፡
ወስክ፡ በእተ፡ ጾመ፡ ትረክብ፡ በእሑድ፡ ፳፩፡ በሰኑይ፡
፳፡ በሠሉስ፡ ፲፱፡ በረቡዕ፡ ፲፰፡ በኀሙስ፡ ፲፯፡ በዓርብ፡
፲፯፡ ወስክ፡ በእተ፡ ጾመ፡ ትረክብ፡

A וכעב בז תאמר עלת יוחנס
עמת מחרת תאחז ותכפלו לד' אר
ומטן רבעתו תוסך דיביהו אמ כלאן
ותדמר כולו אחתן ותאתת אמניהו
ז' ותגרף כב ז' ותרפך אמ ז' ואתובי
עלת יוחנס
כז תאמר אגרקתיון
עמת מחרת בב טו תגרף וב' תוסף
לעליהו ותרפך תאחז אמ טו ואתובי
אגרקתיון:
כז תאמר פגומן זחלוך
B עמת מחרת תכפל לד' אר ולאם
מנקק כפל אמיה ו' פגומן ולאמס
כותו ותרפך אמיחבי ה' פגומן
כז תאמר עמת ונגליין
עמת מחרת לד' אר תכפל ולאם תרפך
ד' מועל מתיוס ב' מועל מרקוס
וג' מועל לוקס ולאם ערוי כון כפל
לד' אר אמיה מועל יוחנס
כז תאמר מטקע
חבוחלוך יט וסך וימצא תרכב:
ח' וסך וב' עמרת תרכב
כז תאמר אבקתי
C חב וחלוך יא וסך זימצא אבקתי
תרכב:
מטקע וקדמית סנבת לאם כון כב'
וסך באת צום תרכב באחור כא בסנוי
כ' בסלוס יט ברבוע יח בחמוס יז בארב
יו וסך באת צום תרכב:

VI. RVRSVS VT SCIAS DIEM IOHANNIS. ANNVM gratiæ accipito. Diuidito * per quatuor partes. Mensuram quadrantis apponito supra illum vtrinque. Commisceto omne simul. Abiice ab eo II. Diuide septies. Quod reliquatus eris de VII, ipsa est dies Iohannis.

* Æthiopismus pro, per quatuor partire.

VII. VT SCIAS INDICTIONEM. ANNVM gratiæ quindecies diuidito. II adiice supra illum. Quod reliquum feceris, accipe de XV. Ipsa est Indictio.

VIII. VT SCIAS PAGOMEN, IN QVO ES, ANNVM gratiæ partire per quatuor partes. Quod si æquata fuerit diuisio, tunc VI Pagomen. Sin autem aliquid reliquatus es, tunc V Pagomen. D

IX. VT SCIAS ANNVM EVANGELISTARVM. ANNVM gratiæ per quatuor partes diuidito. Quod si reliquatus es I, dies Matthæi. Si II, dies Marci. Si III, dies Lucæ. Sin autem æquata fuerit diuisio per IIII, tunc dies Iohannis.

X. VT SCIAS MATQVE, IN QVO ES, adde XIX. Futurum (Matque) inuenies. VIII adde. Secundi anni (Matque) inuenies.

XI. VT SCIAS EPACTAM. IN QVA ES, XI adiice. Futuram Epactam inuenies.

XII. MATQVE si prioris Sabbati contigerit, XXII adiice. Introitum ieiunij inuenies. In prima feria XXI. In secunda XX. In tertia XIX. In quarta XVIII. In tertia XVII. In Parasceua, XVI adiice. Introitum ieiunij inuenies.

MATQVE

A	מטקע בקדם לאם כון יז וסך פסיך	መጥቅዕ:በቀዳሚ:ለአመ:ኮነ:፲፯:ወስክ:ፋሲክ:
	תרכב כאחור יו כסנוי טו כסלום יד	ትርከብ:በእሑድ:፲፮:በሰኑይ:፲፭:በሠሉስ:፲፬:
	כרבוע יג וחמום יב וערב יא וסך	በረቡዕ:፲፫:ዘኃሙስ:፲፪:ዘዐርብ:፲፩:ወስክ:
	פסיך תרכב :	ፋሲካ:ትርከብ::
	מטקע לאם רכבך יט וסך צום	መጥቅዕ:ለአመ:ረከብከ:፲፱:ወስክ:ጾመ:
	איחור תרכב ח וסך לעל בדר כעל	ኢየሁድ:ትርከብ:፰.ወስክ:ለዐሉ:በድር:በዐለ:
	מצלת תרכב :	መጸለት:ትርከብ::
	לאם רכבך מטקע י וסך פשח	ለአመ:ረከብከ:መጥቅዕ:፲:ወስክ:ፋሥሐ:
	תרכב :	ትርከብ::
	לעל פשח יא וסך צום רחנת תרכב	ለዐሉ:ፋሥሐ:፲፩:ወስክ:ጾመ:ድኅነት:ትርከብ::
	לעל צום רחנת וסך ז יוריד תרכב	ለዐሉ:ጾመ:ድኅነት:ወስክ:፯:ዮዲድ:ትርከብ::
B	מטקע לאם רכבך ט וסך יורית תרכב	መጥቅዕ:ለአመ:ረከብከ:፱:ወስክ:ዮዲት:ትረክብ:
	יד וסך לעל מטקע מצלרת תרכב •	፲፬:ወስክ:ለዐሉ:መጥቅዕ:መጸለት:ትረክብ::
	מצלת בקדמירת לאם כון ח וסך כארת	መፀለት:በቀዳሚት:ለአመ:ኮነ:፰.ወስክ:በአት:
	צום תרכב באחור ז בסנוי ו בסלום ח	ጾመ:ትረክብ:: በእሁድ:፯:በሰኑይ:፮:በሠሉስ:፭:
	כרבוע ד כחמום ג בערב ב וסך כארת	በረቡዕ:፬:በኃሙስ:፫:በዐርብ:፪:ወስክ:በአት:
	צום תרכב	ጾመ:ትረክብ::
	כאת צום לאם רכבך כז וסך רבר	በአት:ጾመ:ለአመ:ረከብከ:፳፯:ወስክ:ደብረ
	זית תרכב כח וסך פסיך תרכב	ዘይት:ትረክብ:፳፰:ወስክ:ፋሲክ:ትረክብ::
	יט וסך רכב תרכב ר וסך כאל ם	፲፱:ወስክ:ረክብ:ትረክብ::፬:ወስክ:ለዐሉ:፵:
	תרכב יר וסך כא ז תרכב	ትረክብ::፲፬:ወስክ:በአ:፯:ትረክብ::
	לעל כאת צום :	ለዐሉ:በአት:ጾመ::
C	כאת צום לאם רכבך כו וסך	በአት:ጾመ:ለአመ.ረከብከ:፳፯:ወስክ:
	רבר זית תרכב רבר זית לאם רכבך	ደብረ:ዘይት:ትረክብ::ደብረ:ዘይት:ለአመ:ረከብከ:
	כא וסך חוסאן תרכב ז וסך פסיך תרכב פסיך	፳፩:ወስክ:ሆሣዕና:ትረክብ:፯ ወስክ:ፋሲካ:ትርከብ:
	לאם רכבך כא ו רכב תרכב	ፋሲካ:ለአመ:ረከብከ:፳፩.ወ:ርክብ:ትረክብ::
	רכב לאם רכבך מטקע אסך צום	ርክብ:ለአመ:ረከብከ:መጥቅዕ:እስከ:ጾመ:
	קמג קמו צום יה ו כעל ם תרכב	፻፵፫:፻፵፮:ጾመ:፲፭:ወ:በዐሉ:፶:ትርከብ::

MATQVE in priore (Sabbato) si fuerit, XVII adiiee. Pascha inuenies. In prima feria XVI. In secunda XV. In tertia XIV. In quarta XIII. Quintæ XII. Parasceuæ XI. adiice. Pascha inuenies. MATQVE si reperisti, IX adiiee. Ieiunium Iudæorum inuenies. V adiice supra Badri. Solenne Azymorum inuenies. SI inuenisti Matque, X (XIII) adiice. Phase inuenies. Supra Phase XI adiiee. Ieiunium salutis inuenies. SVPRA ieiunium salutis adiice VII. Iodid inuenies. MATQVE si inuenisti, IX adiiee, Iudith inuenies. XIV adiice supra Matque. Azyma inuenies. AZYMA in priore (Sabbato) si fuerint, VIII adiice. Introitum ieiunij inuenies. IN prima feria VII. IN secunda VI. IN tertia V. IN quarta IV. IN quinta III. IN Parasceua II adiice. Introitum ieiunij inuenies. INTROITVM ieiunij si reperisti, XXVII adiice. Montem Olíueti reperies. XXV adiice. Pascha inuenies. XIX adiice. Racba inuenies. IV adiice. Solenne quadragesimæ inuenies. XIV adiice. Solenne Penteeostæ inuenies. Supra introitum ieiunij. INTROITVM ieiunij si nactus es. XXVII adiiee. Montem Olíueti inuenies. MONTEM Olíueti si nactus es, XXI adiiee. Hosana inuenies. VII adiiee. Pascha inuenies. PASCHA si inuenisti, XXI adiiee. Racba inuenies. RACBA si nactus es (*Matque usque ad ieiunium* CXLIII. CXLVI. *ieiunium*) XV adiiee. Solenne Tessaracostæ inuenies.

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX.

בעל ס׳ לאם רבכך יו בעל ן׳	በዓሉ:፲፩ ለአመ:ረከብከ:፲ወ:በዓሉ:፱	A
תרבב בעל ן׳ לאם רבכך ג׳ וסך	ተርሰበ::በዓሉ:፱ ለአመ:ረከብከ:፫ ወስከ:	
ב׳רל בעל ן׳ תרבב	ብሀሉ:በዓሉ:፱:ተርሰበ::	
מסקע בקרמית לאם יבון ח׳ וסך	መጥቅዕ:በቀደሚት:ለአመ:ይከውን:፰ ወስክ::	
נגוי תרבב באחור ז׳ בסנוי ו׳ בשלוס	ነነዌ:ተርሰበ:: በእሑድ:፯: በሰኑይ:፮: በሠሉስ:	
וסך ח׳ ברבוע ו׳ר בחמוס וג׳ בערב ב׳ ו	ወስክ:፰:በረቡዕ:ወ:፭:በኃሙስ:ወ፫:በዐርብ:፪:ወ	
נגוי תרבב	ነነዌ:ተርሰበ::	
לעל נגוי יור ו באת צום תרבב	ለዐሉ:ነነዌ:፲፬:ወ:በአት:ጾም:ተርሰበ::	
יא׳ ו רבר זית תרבב בו׳ הוסען	፲፩:ወ:ደብረ:ዘይት:ተርሰበ::፪ወ:ሆሳዕና:	
תרבב טו׳ פסיך תרבב גו׳ רכב	ተርሰበ::፱ወ:ፋሲካ:ተርሰበ::፫ወ:ረከበ:	
תרבב יח׳ ובעל ס׳ תרבב כח׳ ו	ተርሰበ:፲፰:ወ:በዓሉ:፲፩:ተርሰበ:፳፰ ወ:	
בעל ן׳ תרבב לעל נגוי	በዓሉ:፱:ተርሰበ:: ለዐሉ:ነነዌ::	B
באת צום לאם רבכך ג׳ תאתת רבר	በአት:ጾም: ለአመ:ረከብከ:፫ ታእተት:ደብረ:	
זית תרבב רבר זית לאם רבכך	ዘይት:ተርሰበ:ደብረ:ዘይት:ለአመ:ረከብከ:	
ב׳ תאתת פסיך תרבב	፪ ታእተት:ፋሲካ:ተርሰበ::	
בא׳ קסר ובחולקו איובל ו׳ איובל	በ፩:ቀመር:ወበኍልቈ:ኢዮቤል:፲ ኢዮቤል:	
ותרפו ו׳ סובעי עמתת ובעב בסובאי	ወተረፉ:፯ ሱባዔ:ዓመታት:: ወካዕበ:በሱባዔ:	
עמתתני א׳ קסר עו׳ סובאי יבונך	ዓመታቲ:፩ ቀመር:፸፮ ሱባኤ:ይከውነከ::	
וחולקו כולו אקמאר יג׳ ובאיובלני	ወኍልቈ:ኩሉ:አቅማር:፲፫:ወበኢዮቤልዩ:	
חולקי כולו אקמאר יג׳ קסר קמא	ኍልቈ:ኩሉ:አቅማር:፲፫ ቀመር:፻፵፩:	
איובל ומסל א׳ סובאי ובעב בחולקו	ኢዮቤል:ዘምስለ:፩ ሱባኤ:: ወካዕበ:በኍልቈ:	
סובעי תתקפח ז׳ג אקמאר אמתתיהו ו׳ תתקיו	ሱባዔ:፱፻፹፰:ዘ፲፫ አቅማር:ዓመታቲሁ:፮፻፱፻፲፮	
ובעב תמצא א׳ איובליו וה׳ סובעי	ወካዕበ:ታመጽእ:፩ ኢዮቤልዩ:፭:ሱባዔ:	
ויכונך ז׳ אלף עמת וואתו עמת אבון ארם	ወይከውነከ:፯፻:ዓመት:ዘውእቱ:ዓመት:አቡነ:አዳም	C
וכולו איובליו אם ארם אסף חלקת עלם	ወኩሉ:ኢዮቤልዩ:እም አዳም:እስከ:ኀልቀተ:ዓለም	
קמב ומסל ו׳ סובאי ויבונך ז׳ אלף עמת	፻፵፪:ዘምስለ:፮:ሱባዔ:ወይከውነከ:፯፻:ዓመት::	
וכולו סובעי ז׳ אלף עמת אלף׃	ወኩሉ:ሱባዔ:ዘ፯፻:ዓመት:፲፻::	

Solenne Teſſatacoſtæ ſi inueniſti, x adiice. Solenne Pentecoſtæ inuenies. Solenne Pentecoſtæ ſi inueniſti, iii adde. Ingeniculationem ſolennis Pentecoſtæ inuenies.

XX. Matqve in priore (Sabbato) ſi fuerit, viii appone, Niniue inuenies. In prima feria vii. In ſecunda vi. In tertia adiice v. In quarta adiice iv. In quinta adiice iii. In Paraſceua ii adiice, Niniue inuenies.

XXI. Svpra Niniue xiv adiice. Introitum ieiunii reperies. xi adiice. Montem Oliueti inuenies. ii adiice. Hoſanna reperies. ix adiice. Paſcha inuenies iii adiice. Racba inuenies. iii adiice. Racba inuenies. xviii adiice. Solenne Teſſaracoſtæ inuenies. xxviii adiice. Solenne Pentecoſtæ inuenies. Sopra Niniue. D

XXII. Introitvm ieiunij ſi nactus es, iii reiice. Montem Olineti inuenies. Montem Olineti ſi reperiſti, ii reiice. Paſcha reperies.

XXIII. In Prima cella, & in numero Iobel, x Iubilea. Et ſuperſunt vi Hebdomades annorum. Rurſus in Hebdomadibus annorum, vni cellæ lxxvi Hebdomades erunt tibi. Et ſumma omnium cellarum xiii, Iubilea. Summa omnium cellarum xiii, cellæ cxli Iubilea, cum vna Septimana. Item in numero Septimanarum dcccclxxxviii tredecim cellarum. Anni autem vi m. dcccc. xvi. Item adſciſce i Iubileum, & v Hebdomadas. Et prouenient tibi vii m. anni, qui eſt annus Patris noſtri Adam. Omnia autem Iubilea ab Adam, vſque ad conſummationem ſæculi, cxlii cum vi Septimanis. Et prouenient tibi vii m. anni. Omnes vero Hebdomades ſeptem millium annorum ſunt m.

בז תאמר

A	בזתאמר סנבת חינוך אם חב יוצא	በዘ፡ ታአምር፡ ሰንበተ፡ ሄኖክ፡ አመ ንበ፡ ይወጽእ፡
	אם ואלף עמת ותכפל בב תש עמת ויכונך	አመ፡ ዐዐ፡ ዓመት፡፡ ወተከፊሉ፡ በበ፡ ፯፻ ዓመት፡ ወይከውን
	י סנבת וואתו סנבת חינוך חולקיתו באיובל	፲ ሰንበተ፡ ዘውእቱ፡ ሰንበተ፡ ሄኖክ፡ ንጉሥ፡ በእዮቤል
	יד וכסל * סובעי ובאב בסובעי אמתתני	፲፬፡ ዘመስቡዕ፡* ሱባዔ፡ ወበአብ፡ በሱባዔ፡ አመተቍጸ፡
	י סובעי לא איובל חולקיתו מם עמרת	፲ ሱባኤ፡ ለ፻፡ አያቤል፡ ንጉሡ፡ ሀ ፻፡ ዓመት፡
	ובסובאיני ז	ወበሱባኤ፡ ፯፡፡
	מטקע בסרק לילית אם א יכון	መጥቅዕ፡ በጽርቀ፡ ሌሊት፡ አመ፡ ፩ ይከውን፡፡
	בדר בשרק לילית י יכון	በድር፡ በሠረቀ፡ ሌሊት፡ ፲ ይከውን፡፡
	ותר פשח בסרק לילית אם יא יכון	ወተረ፡ ፋሢሕ፡ በሰረቀ፡ ሌሊት፡ አመ ፲፩፡ ይከውን፡፡
	ותר צום דחנת בשרק לילית בננחסי	ወተረ፡ ጾመ፡ ድኅነት፡ በሠረቀ፡ ሌሊት፡ በነሐሴ፡
	אם כ וז יכון	አመ. ፳ወ፯፡ ይከውን፡፡
B	ותר מטקע אם יה למסכרם אי יוחד	ወተረ፡ መጥቅዕ፡ አመ፡ ፲፭፡ ለመስከረም፡ ኢይወሕድ፡
	ואם יג לטקמת אי יבזח	ወአመ ፲፫ ለጥቅምት፡ ኢይበዝኅ፡፡
	צום איהוד אם כד למסכרם אי יוחד	ጾመ፡ አይሁድ፡ አመ፡ ፳ወ፬፡ ለመስከረም፡ ኢይወሕድ
	אם כב לטקמת אי יבזח	አመ፡ ፳ወ፪፡ ለጥቅምት፡ ኢይበዝኅ፡፡
	באת צום אם א ליכתית אי יוחד	በአተ፡ ጾመ፡ አመ፡ ፩፡ ለየካቲት፡ ኢይወሕድ፡፡
	ואם ה לסגבית אי יבזח	ወአመ፡ ፭፡ ለመጋቢት፡ ኢይበዝኅ፡፡
	פשח אם כ וה לסגבית אי יוחד	ፋሢሕ፡ አመ ፳ወ፭፡ ለመጋቢት፡ ኢይወሕድ፡
	ואם כג למיזי אי יבזח	ወአመ፡ ፳ወ፫ ለሚያዝያ፡ ኢይበዝኅ፡፡
	פסך אם כו לסגבית תחת אי יורד	ፋሲካ፡ አመ፡ ፳ወ፮፡ ለመጋቢት፡ ታሕተ፡ ኢይወርድ
	ואם ל למיזי אי יבזח	ወአመ፡ ፴፡ ለሚያዝያ፡ ኢይበዝኅ፡፡
	וכעב בז תאמר חסב גין	ወከዕበ፡ በዘ፡ ታአምር፡ ሐሳበ፡ ጌና፡፡
	אליס בסלום לאם כון יג גבר	ኤልያስ፡ በሠሉስ፡ ለእመ፡ ኮነ፡ ፲ወ፫፡ ገብር
C	סבבת גין ברבוע יב וחמוס יא	ስብከተ፡ ጌና፡፡ በረቡዕ፡ ፲፪፡ ኀሙስ፡ ፲፩
	בערב י בקדמי ט באחוד ח בסנוי ז	በዓርብ፡ ፲፡ በቀዳሚ፡ ፱፡ በእሁድ፡ ፰፡ በሰኑይ፡ ፯
	גבר סבבת גין	ገብር፡ ስብከተ፡ ጌና፡፡

Vt scias sabbatvm Henoch. Vnde prodit ex vii centenariis xxiiii.
annorvm divide per dcc. annos: Et prouenient tibi x Sabbata. quod est Sabbatum Enoch. Vniuscuiusque Sabbati Enoch summa in Iubileis xiiii cum * Septimanis. Rursus in Septimanis annorum c septimanæ. Vniuscuiusque Iubilei summa, xlix anni. In Septimanis autem vii (anni.)

Matqve in ortu noctis a prima (nocte) erit. Badre in ortu noctis decimæ erit. xxv.1.2.3.

Terminvs Phase in ortu noctis ab vndecima erit. 4

Terminvs ieiunij salutaris ineunte nocte in Nahase a vicesima septima erit. 5

Terminvs Matque quintadecima Mascaram non erit minor; & tertiadecima
Tikmith non erit maior. Ieiunium Ivdæorvm vicesima quarta Mascaram non
D erit minor: vicesima secunda Tikmith non erit maior. Introitvs ieiunij prima Ia- 6. 7
chathith non erit minor: quinta Magabith non erit maior. Phase vicesima quinta 8
Magabith non erit minor: & vicesima tertia Miaziæ non erit maior.

Pascha vicesima sexta Magabith inferius non descendet: & tricesima Miaziæ 9
non erit maior.

Item vt scias compvtvm poenitentiæ. Elias in tertia feria si fuerit, xxvi.
xiii adiice. Prædicationem pœnitentiæ (inuenies.) In quarta feria, xii. Qvintæ, xi. In Parasceua x. In priore (Sabbato) ix. In prima feria, viii. In secunda, vii adiice. Prædicationem Genæ (inuenies.)

מסכרם	መስከረም።	A
טקמת	ጥቅምት።	
חדר	ኅዳር።	
תחשש	ታኅሣሥ።	
טר	ጥር።	
יכתית	የካቲት።	
מגבית	መጋቢት።	
מיזי	ሚያዝያ።	
גנבות	ግንቦት።	
סני	ሰኔ።	
חמלי	ሐምሌ።	
נחסי	ነሐሴ።	
ה׳ פגומן בב ד׳ עשת ו׳ יכון	ጳጕሜን፡ በበ፡ ፬፡ ዓመት፡ ፮ ይከውን።	B
עמתאם תסבאתו למרחנין	ዓመት፡ እም፡ ተሰብአቱ፡ ለመድኃኒነ፡	
בה תקע ו׳ וכולו דמור א	እስ፡ ፲፭፡ ፻፡ ፸ወ፯፡ ወኩሉ፡ ድምር፡ እም፡	
אדם אסך יאזי ו׳ אלף עוו עמת	አዳም፡ እስከ፡ ይእዜ፡ ፸፭፻፡ ፸ወ፯፡ ዓመት።	

MASCARAM.
TIKMITH.
CHADAR.
THACHSCHASCH.
TIR.
IACHATHITH.
MAGABITH.
MIAZIA.
GINBOTH.
SANE.
HAMLE.
NACHASE.

C

V. EPAGOMENÆ. Quarto quoque anno VI erunt ANNVS ab incarnatione Saluatoris nostri ibi (millesimus) quingentesimus septuagesimus septimus. Et omnis commixtio (annorum) ab Adam, vsque nunc, VII M. D. LXXVII. anni. D

FINIS COMPVTI ECCLESIÆ ÆTHIOPICÆ.

IN COM-

A
IN COMPVTVM ÆTHIOPICVM.

CHRISTIANORVM Æthiopum, quos Abaſſinos, vel Abiſſinos vocant, Eccleſiæ quædam in Italia fuerunt memoria noſtra. Sunt & Hieroſolymis, Alexandriæ, & Cairi: vt nobis ignoti eſſe non poſſint. Luſitanorum quoque nauigationibus, & luculento libro itinerario Franciſci Aluarez ſacerdotis Luſitani, qui in intimam Æthiopiam penetrauit, plura de illis, eorumque ritibus cognoſcere licuit. Olim tota Africa ab vltimo Nili oſtio, ad fretum Gaditanum, item a mari Tyrrheno, ad Auſtrum vltra æquinoctialem, Eccleſiis & vrbibus Chriſtianorum conſita fuit: & tantus ter-
B rarum tractus vni Alexandrino Epiſcopo parebat. Si quæ autem ſunt hodie Eccleſiarum in illis partibus reliquiæ, ſolum illum patriarcham agnoſcunt; vt ij, de quibus nunc agitur, Æthiopes: quos a communi vaſtitate Africæ ſola deſerta & difficiles aditus vindicarunt. Nam abſque eo foret, aut nullus nunc in illis regionibus Chriſtianiſmus eſſet, aut rarus, ſub tyrannide Muhammedana. Ante Luſitanorum in Æthiopiam aduentum ſolum nomen Æthiopum Chriſtianorum nobis vix notum erat, eorumque imperator falſo nomine Preſtegiani: cum id nomen eſſet non eius, qui in Æthiopica, ſed qui in Aſia ante annos c c c longe lateque rerum potiebatur. Id autem eſt lingua Perſica ἀποστολικός. Nam in ea lingua فرستكان פְּרֶסְתְּנִאן
C ſunt ἀπόστολοι. فرستجاني פְּרֶסְתְּנִאנִי ἀποστολικός: quod nomen proprie conuenit ſummo ſacerdoti, aut ἀρχιερεῖ potius, quam Regi: item فرستجاني فدشه *Padeſcha Preſtigiani*, Rex Apoſtolicus: quod Æthiopice eſſet ንጉሥ: ሐዋርያዊ:: נְגוּשׁ חַוַרְיָנִי. Arabice autē ملك رسولي Falſo igitur Preſtegiani vocarunt, qui ex itinerario Poli Veneti hariolati ſunt eundem eſſe illum Aſianum cum hoc Æthiope: quod vterque Chriſtianus eſſet. Conſtat quidem ante c c c annos quoſdam Æthiopes Reges in Aſia, præſertim in Drangiana, finibus
D Suſianæ, & in India, late imperaſſe, donec imperatores Tartarorum eos tota Aſia depulerunt, victos prius, vt aiunt, a Cingi Tartarorum Rege, interfecto Vncam eorum imperatore. Deinde adiiciunt a Cincano filio Cingis, & eius filio Bathino Cam, omnes illos Æthiopas penitus ex Moin & Sinarum regno eiectos, & in Africæ extima vſque compulſos. Nobis vero permirum videtur, gentem hodie nauticæ rei penitus ignaram adeo terra marique potentem fuiſſe, vt ab Æthiopia, ad Sinas vſque imperij fines propagarit. Nun-

quam hoc credet, qui Abissinorum mores, & vitam penitus cognita habuerit. Sed vrgent nos argumentis. Aiunt enim Æthiopum imperij testes adhuc superesse cruces Æthiopicas in Giapan, Sinis, & alibi. Præterea templum Thomæ Apostoli in Regione Malabar situm, structura, crucibus & aliis monimentis mere Æthiopicum esse. Addunt nomen, quod nec Persicum est, neque Indicum, HAVARIIA. Hoc plane Æthiopice Apostolum significat ሐዋር: חורי. quæ vox etiam illis cum Arabibus communis est. Nam & in Arabismo حوارية sunt Apostoli. Polus Venetus perperam interpretatur VIRVM SANCTVM. Scribit etiam Andreas Corsalis, in regione Indiæ, cui nomen Colan, duo sepulcra esse: alterum Thomæ Apostoli, alterum Æthiopis cuiusdam ex regione Prestegiani, qui ipsum Apostolum comitatus sit. Isti igitur Æthiopes, de quibus sermo est, Arabice dicuntur الحبش Elhabaschi. Vnde vulgo Abassi, & Abasseni vocantur. Quod est argumentum, eos non esse Αἰθίοπας αὐτόχθονας, sed ex Arabia illuc traductos. Nam Ἀβασηνοὶ collocantur in Arabia turifera a vetere scriptore Vranio apud Stephanum. In Seueri autem Imperatoris numismate sculptum est ΑΒΑΣΗΝΩΝ. Atqui Seuerus Imp. dictus est Arabicus, non autem Æthiopicus. Quare sine dubio ex Arabia oriundi sunt, & prius Ομηρῖται dicebantur, quandiu in Arabia fuerunt. postea Axumitæ, à regia, siue metropoli vrbe. Non igitur mirum, si qui apud Plinium & Ptolemæum vocantur ὁμηρῖται in Arabia felici, ij Procopio Axumitæ cognominantur. Axuma enim sunt in Æthiopia, non in Arabia felici. Huc accedit lingua, qua sacros libros scriptos habent, quæ a vera Æthiopica tantum discrepat, quantum Italica, & Illyrica: Germanica & Hungarica. Hæc autem Lingua, qua in sacris vtuntur, elegantissima est, si modo cultura adhibeatur. Vocatur autem ግዕዝ: געז, id est, libertas. quod nimirum ea sola vterentur Arabes illi victores, qui Æthiopiam insederunt. Hoc scio, non concedent Æthiopes ipsi, qui Regum suorum seriem hactenus a diluuio vsque in Chronicis suis ordine descriptam habent. Sed quia illa Chronologia nobis tenebrarum plena visa est, non sine delectu illi fidem adhibendam censemus. Nobis constat hanc linguam aduentitiam esse. Testes enim ipsos Æthiopas aduoco, qui eam Chaldaicam vocant. Tametsi enim propius abest ab Hebræa, quam a Chaldaica: tamen hoc argumento ipsimet fidem faciunt non esse ibi natam, vbi nunc colitur, & ex solis libris a solis sacerdotibus discitur. Ipsi sane non alio nomine sese vocant, quam quo nobis noti sunt ኢትዮጵያውያን: איתיופיון Ithiopiavvian. Nam כושין CHVSCHIN, quod quidam scripsit, etiam ab ipsis

A ab ipsis vocari, non credo: neque tam peritos puto. Æthiopes quidem idem dicuntur, qui & כּוּשִׁיִּין Hebræis. In Lexico Syroarabico ad vocem ܟܘܫܝ̈ܐ زنوج الحبش ܕܐܝܠܝܢ ܐܝܟ ܗܢܕܘܝ̈ܐ. ܐܝܠܝܢ: sed sunt meri ἄῤῥαβες σκηνῖται. De quibus Sidonius in Panegyrico ad Anthemium:

----ubi Tauri claustra coercens

Æthiopasque vagos belli terrore relegans

Gurgite pacato famulum spectaret Orontem.

Procopius Gazensis in 1 Regum de Sabæis. ἔθνος ἐςὶν Αἰθιοπικόν. ἐνθένδε δὲ κεῖσθαι φασὶν αὐτοὺς τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς, ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ομηρίτας. Κατ' ἀντικρὺ δέ εἰσι τῶν Αὐξωμιτῶν. μέση δὲ τούτων κἀκείνων ἡ θάλασσα. B Nondum igitur Abyssini in Æthiopiam traiecerant tempore Procopij: Vide etiam Arabicum sinum Ἰνδικὴν θάλασσαν vocari, Idem Procop. in 1. Reg. ἐν Γασιὼν γάβερ. τῷ Ἰνδικῷ, inquit, πελάγει παράκειται) Βερνίκη καλουμένη. Qui autem Indos vocant, minus imperite faciunt, præsertim cum quidam scripserint etiam ab ipsis hoc nomen agnosci: Virgilius enim Nilum ab Indis fluere scribit:

Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis.

Procop. VI περὶ κτισμ. Νεῖλος μὲν ὁ ποταμὸς ἐξ Ἰνδῶν ἐπ' Αἴγυπτον φερόμενος. Idem intellige de Elephanto & Camelo pardalibus Anastasio principi ex India missis, hoc est, Æthiopia, Marcellinus Comes Indict. IIII Paulo solo COS. Et Iulianus ὁ παραβάτης in quadam epistola ad Basilium Σαρακηνοὺς καὶ Ἰνδοὺς coniungit. ἐν ταυτῷ δὲ τὴν Ἰνδῶν ἅμα καὶ C Σαρακηνῶν ἐκπορθῆσαι ἠξιοικίδα. Procopius μεθ' οὓς (Σαρακηνοὺς) τὰ ἤθη τῶν Ἰνδῶν ἐςίν. Et antea de sinu Arabico, siue rubro: αὕτη δὲ ἡ θάλασσα ἐξ Ἰνδῶν ἀρχομένη ἐνταῦθα τελευτᾷ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Sed hic plane Indos vocat non hos nostros Christianos, sed τοὺς σκηνίτας. At clarius Panegyristes: *Dent veniam trophæa Niliaca, sub quibus Æthiops, & Indus intremuit.* Ælianus quoque lib. XVII de historia animalium Æthiopas videtur Indos vocare. Non mirum igitur, si tum Chaldæam eam linguam vocant, hoc est, Arabicam, a Scenitis Arabibus, Chaldææ finitimis, tum Indicam, quod Indiæ nomine & Æthiopia intelligitur. Ea lingua sola, quam liberam vocant ipsi, do-D cti vtuntur, historiæ scribuntur, sacra celebrantur. Sed pessima fide eorum libri traducti sunt, & mendosissime. Malam fidem interpretum agnoscas in Epistolis Pauli, in quibus vix tria commata continua reperias, in quibus aut verba aut mens Apostoli reddita sint. Menda autem tota lingua præfert commutatione gutturalium inter se. quod arguit, nulla Grammaticæ præcepta inter illos extare: & quidem nos scimus nulla esse apud illos, posse autem institui, vt a nobis factum est. Iactant vetustatem Christianismi a Candace regina &

na & Philippo Apoſtolo. Sed id manifeſto falſum conuincit Eccleſiaſtica hiſtoria. Anno enim XV Iuſtiniani Adad Rex Axumitarum vouit, ſi vinceret Omeritarum vicinorum Regem, ſe Chriſtianum factum iri. Victo Rege Omeritarum, miſſis ad Iuſtinianum legatis, impetrauit ab eo Epiſcopos, qui primi omnium tunc Chriſtianiſmum in Æthiopia publicarunt. Et ſane Euángeliorum, & Pſalmorum tralationes habent omnes varias lectiones, quæ vltimis temporibus in textum ſacræ Scripturæ irrepſerunt. Quod quidem patefacit nuperam eorum tam tranſlationem ſacrorum librorum, quam profeſſionem Chriſtianiſmi. Acta ſane Apoſtolorum, quæ Romæ edita ſunt, ex vulgari Italico in linguam ግዕዝ: conuerſam eſſe, tametſi is, qui edidit, non teſtatus eſſet, tamen ex innumeris locis id & puero colligere haud difficile fuerit. Adad igitur Axumorum Rex primus in Æthiopia Chriſtianiſmum prædicari curauit. Axuma autem erat tunc Regia eorum principum. Nunc quamuis deſerta ac vaſtata, tamen ex reliquiis ſuis veterem Regum illorum opulentiam & gloriam teſtatur. In quibus etiam tituli extant ignorabilibus literis conſcripti, cum crucibus tamen Æthiopicis. Ex quo licet colligere, hanc linguam, quam vocant ግዕዝ:: eſſe longe poſteriorem illis veteribus Regibus Chriſtianis: & vere nos Abaſenos poſteriores Axumitis pronunciaſſe. Ἀξουμειτῶν meminit Stephanus, & Ἀξούμων ipſius Regiæ Ptolemæus. In numiſmate etiam Alagabali Imp. legimus: ΑΞΟΥΜΕΙΤΩΝ. In vita Aureliani Imperatoris Exomite perperam legitur, pro, Axumitæ. Quanquam non vitium librarij puto, ſed conſuetudinis. Epiphanius ἐν συντόμῳ λόγῳ. 493. τὴν μικρὰν Αἰθιοπίαν Ἀνξουμιτῶν τε καὶ Βλεμμύων, καὶ Ἐξωμιτῶν. Procopius meminit Regis Æthiopum nomine Elleſtiæi, qui temporibus Iuſtiniani Chriſtianus fuerit. An idem cum Adad, an filius eius fuerit, cum alterutrum fuerit neceſſe ſit, equidem neſcio. Hodie vero τὰ Ἄξουμα vocantur ab ipſis Æthiopibus ጳውማ: חַשׁוּבָּ, cum dura aſpiratione, quod Arabice eſſet خشوما. Etiam hiſtoria Eccleſiaſtica Æthiopes Chriſtianos Ἀξουμείτας vocat. Cum autem ex veteri conſuetudine circumciderentur Æthiopes, teſte Herodoto, & aliis veteribus ſcriptoribus, tamen accepto Chriſtianiſmo præputia ex illa conſuetudine, ad hanc vſque diem, ponunt. Neque tamen ad id congruuntur vlla lege aut religione. Quare falſo in hoc eos ἰουδαΐζειν quidam hodierni ſcriptores tradiderunt. Sed cum omnes Æthiopes tam Chriſtiani, quam Muhammedani, & Idololatræ quoque, pueris omnibus a partu ſtatim venas κροταφίδας cauterio inurere ſoleant, quod eo facto a cerebri diſtillationibus ſeſe tueantur, quidam inter illos ſuperſtitioſi hoc

A hoc in religionem verterunt, &, cum puer baptizatur, simul illi venæ temporales inuruntur, & acceptius Deo illud tempus ei rei faciendæ diligere sese credunt. Sed nulla necessitate coacti hoc faciunt. Imo ne omnes quidem in baptismo hoc faciunt. Quod venæ temporum ab illis gentibus, etiam Idololatris, inurantur, scripserunt auctores itinerariorum. Quod autem Sabbatum æque ac Dominicam ab opere immune habent, id non est argumentum Iudaismi, sed veteris Christianismi. Quot enim Canones sunt, qui vetant Sabbato opus facere? Canon XXXIII apud illum Clementem, quisquis fuit ille, libro VIII ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας. σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας. Et il-
B lud quoque præfert vetustissimum ritum, Eucharistiam in vino intinctam porrigere. Quod postea Canones prohibuerunt, vt extat De Consecrat. Distinct. II. C. *Cum omne crimen*: Vbi exprobratur sacerdotibus Ægyptiis, quod intinctam Eucharistiam offerrent, vt simul bibatur & edatur. item exprimi vinum de vuis. quæ omnia etiam hodie Græce concepta extant. Sed de expressione vuarum Odoardus Barbosa ita scribit: *Indi Christiani, qui ad fanum S. Thomæ sunt, antequam liturgiam cantent, exprimunt vuas passas aqua maceratas, & inde conficiunt vinum, idque penuria vini. Nam vuæ illæ passæ deferuntur ex Mecha, & Ormuz.* Hæc Odoardus. Ea vero plane ita fiunt ab Æthiopibus, qui per omnia ritus veteris Ecclesiæ Alexan-
C drinæ sequi se profitentur. Sed nunquam Sabbato ieiunant, quia id semper festum habent, præter Sabbatum ante Pascha. In quo sequuntur veterem Canonem, εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, νηστεύων, καθαιρείσθω. Marcionistæ vero Sabbato ieiunabant: cuius rei caussam pete ex Epiphanio. Nullæ Ecclesiæ, præter Romanam, Sabbato ieiunant, aut carnibus abstinent. Sed feria quarta, & sexta. ὁ αὐτὸς ἐν Τερτύλλῳ. Τῶν Ρωμαίων τὰ τῆς τεσσαρακοστῆς νηστευόντων σάββατα, ὁ τῶν Ἀποστόλων περὶ τῶν σαββάτων κρατείτω κανών. Sed Sabbato ieiunare omnium instituit Innocentius primus. Vide Canonem III eius epistolæ Regularis. Rursus neque sanguinem comedunt, neque θνησιμαῖον, aut morticinum. In quo falso etiam ἰουδαΐζοντες
D insimulantur, cum hoc sit ex vetustissimo ritu. vt in Canone LV eorum, qui dicuntur Apostolici, εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω, &c. Denique quotannis, die Epiphaniorum, omnes in piscinas sese immergunt, memoriam baptismi Christi eo facto instaurare se dicentes. Habent autem priscum morem; quo eam superstitionem tueantur: cuius moris meminit Gregorius Turonensis Miracul. lib. primo, cap. LXXXXVIII. *Cum dies*

dies sanctus Epiphaniorum aduenisset, & omnes in Iordanem descenderent, abluere tam vulnera corporis, quam animæ cicatrices, hac cum reliquo populo ad litus accessit. A Hinc est, quod Leo Papa, epistola quarta, Episcopos Siciliæ reprehendit, quod Epiphaniorum die baptismum numerosiorem celebrarent, quam in Pascha. Itaque vetat omnino ea die baptizare. Epiphan. Sed Zozomenus ait hoc proprium Ægyptiorum. Quod maiore parte anni Liturgiam Sole occaso celebrant, hoc etiam ex vetere instituto. Quod cymbalis, citharis,& symphoniis liturgiam celebrent, id quoque ex vltima antiquitate petitum. In libro Quæstionum falso Iustino attributo caussa redditur quare ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ τῶν ἀψύχων ὀργάνων, καὶ μετὰ ὀρχήσεως καὶ κροτάλων ᾄδειν). Fortunatus in Elegia ad Clerum Parisiensem: B

Hinc puer exiguis attemperat organa cannis:
Inde senis largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis:
Disparibusque tropis fistula dulce sonat.

Sed & reliquos eorum ritus tangere, nimis longum esset. Omnino imperitia eorum fecit, vt & nihil in ritibus innouarent, & vt multa perperam interpretentur. Innumeros Episcopos, sacerdotes, diaconos, & monachos habent. Episcopos Græco nomine Episcopasath vocant, sacerdotes Papasath, vt etiam Græci hodie. Patriarcham Alexandrinum, quem vt summum Pontificem suspiciunt, Lika Papasath. Metropoliten, qui habet imperium in omnes Episcopos Æthiopiæ, quique ab ipso Patriarcha Alexandrino illis dirigitur, vocant ርእስ፡አህጉር። caput vrbium. C Archimandriten autem, aut, vt hic dicitur, Priorem vel Guardianum, Dauid vocant. Et cum aliquem cum systaticis siue formatis mittunt, ipse præfectus monasterij subscribit nomen, Ille Dauid illius loci. Huius prisci moris vestigia habes in Decreto Gratiani de formatis; in quarum fine Dauid ponitur. Longe plura scitu digna & vulgo ignota poteramus depromere tam de illorum ritibus, quam de lingua ግዕዝ። cuius institutiones olim scripsimus. Inciderunt verò in manus nostras ἐκλογαὶ istæ quædam magni Computi Æthiopici, quas tibi damus nunc, benigne Lector, non solum publicatione, sed & illustratione dignas. Vtinam integrum Computum & emendatissimum haberemus. D Nam Æthiops, qui hæc excerpta descripsit, imperitissimus homo fuit. In numeris enim sæpe aliud agit: &, vt apparet, τὰ κανόνια omisit, quæ multum nos iuuarent, si fidelius relata fuissent. Nemo est vetustatis amans, qui non plurimi faciat hæc scire, & in tantis rerum & linguæ peregrinæ tenebris hæc a nobis potuisse deprehendi non miretur. Sed ad paucos (vt sunt hodierna hominum ingenia) & huius cognitionis amor,

A amor, & tanti laboris sensus peruenient. Antequam vero ad alia pergamus, Kalendarium anni Æthiopici, & alia, quæ facem his tenebris allucent, præmittemus.

KALENDARIVM ECCLESIÆ ÆTHIOPICÆ.

	MASCARAM THOTH.				TIKMITH PAOPHI.				CHADAR ATHVR.				THACHSCHASCH CHOXAC.			
	I	3		29	I	5		28	I	7	VIII	28	I	2	VIII	27
	II	4	VII	30	II	6	VIII	29	II	1		29	II	3		28
B	III	5		31	III	7		30	III	2	XVI	30	III	4	XVI	29
	IV	6	XVI	1 Sept.	IV	1	XVI	1 Oct.	IV	3	V	31	IV	5	V	30
	V	7	V	2	V	2	V	2	V	4		1 Nou.	V	6		1 Dec.
	VI	1		3	VI	3		3	VI	5	XIII	2	VI	7	XIII	2
	VII	2	XIII	4	VII	4	XIII	4	VII	6	II	3	VII	1	II	3
	VIII	3	II	5	VIII	5	II	5	VIII	7		4	VIII	2		4
	IX	4		6	IX	6		6	IX	1	X	5	IX	3	X	5
	X	5	X	7	X	7	X	7	X	2		6	X	4		6
	XI	6		8	XI	1		8	XI	3	XVIII	7	XI	5	XVIII	7
	XII	7	XVIII	9	XII	2	XVIII	9	XII	4	VII	8	XII	6	VII	8
	XIII	1	VII	10	XIII	3	VII	10	XIII	5		9	XIII	7		9
	XIV	2		11	XIV	4		11	XIV	6	XV	10	XIV	1	XV	10
	XV	3	XV	12	XV	5	XV	12	XV	7	IV	11	XV	2	IV	11
	XVI	4	IV	13	XVI	6	IV	13	XVI	1		12	XVI	3		12
	XVII	5		14	XVII	7		14	XVII	2	XII	13	XVII	4	XII	13
	XVIII	6	XII	15	XVIII	1	XII	15	XVIII	3	I	14	XVIII	5	I	14
	XXX	7	I	16	XIX	2	I	16	XIX	4		15	XIX	6		15
C	XX	1		17	XX	3		17	XX	5	IX	16	XX	7	IX	16
	XXI	2	IX	18	XXI	4	IX	18	XXI	6		17	XXI	1		17
	XXII	3		19	XXII	5		19	XXII	7	XVII	18	XXII	2	XVII	18
	XXIII	4	XVII	20	XXIII	6	XVII	20	XXIII	1	VI	19	XXIII	3	VI	19
	XXIV	5	VI	21	XXIV	7	VI	21	XXIV	2		20	XXIV	4		20
	XXV	6		22	XXV	1		22	XXV	3	XIV	21	XXV	5	XIV	21
	XXVI	7	XIV	23	XXVI	2	XIV	23	XXVI	4	III	22	XXVI	6	III	22
	XXVII	1	III	24	XXVII	3	III	14	XXVII	5		23	XXVII	7		23
	XXVIII	2		25	XXVIII	4		25	XXVIII	6	XI	24	XXVIII	1	XI	24
	XXIX	3	XI	26	XXIX	5	XI	26	XXIX	7	XIX	25	XXIX	2	XIX	25
	XXX	4	XIX	27	XXX	6	XIX	27	XXX	1		26	XXX	3		26

A

TIR
TVBI.

I	4		27
II	5	XVI	28
III	6	V	29
IV	7		30
V	1	XIII	31
VI	2	II	1 Ian.
VII	3		2
VIII	4	X	3
IX	5		4
X	6	XVIII	5
XI	7	VII	6
XII	1		7
XIII	2	XV	8
XIV	3	IV	9
XV	4		10
XVI	5	XII	11
XVII	6	I	12
XVIII	7		13
XIX	1	IX	14
XX	2		15
XXI	3	XVII	16
XXII	4	VI	17
XXIII	5		18
XXIV	6	XIV	19
XXV	7	III	20
XXVI	1		21
XXVII	2	XI	22
XXVIII	3	XIX	23
XIX	4	VIII	24
XX	5		25

IACHATHITH
MECHIR.

I	6		26
II	7	XVI	27
III	1	V	28
IV	2		29
V	3	XIII	30
VI	4	II	31
VII	5		1 Feb.
VIII	6	X	2
IX	7		3
X	1	XVIII	4
XI	2	VII	5
XII	3		6
XIII	4	XV	7
XIV	5	IV	8
XV	6		9
XVI	7	XII	10
XVII	1	I	11
XVIII	2		12
XIX	3	IX	13
XX	4		14
XXI	5	XVII	15
XXII	6	VI	16
XXIII	7		17
XXIV	1	XIV	18
XXV	2	III	19
XXVI	3		20
XXVII	4	XI	21
XXVIII	5	XIX	22
XXIX	6	VIII	23
XXX	7		24

MAGABITH
PHAMENOTH.

I	1	XVI	25
II	2	V	26
III	3		27
IV	4	XIII	28
V	5	II	1 Mar.
VI	6		2
VII	7	X	3
VIII	1		4
IX	2	XVIII	5
X	3	VII	6
XI	4		7
XII	5	XV	8
XIII	6	IV	9
XIV	7		10
XV	1	XII	11
XVI	2	I	12
XVII	3		13
XVIII	4	IX	14
XIX	5		15
XX	6	XVII	16
XXI	7	VI	17
XXII	1		18
XXIII	2	XIV	19
XXIV	3	III	20
XXV	4		21
XXVI	5	XI	22
XXVII	6	XIX	23
XXVIII	7	VIII	24
XXIX	1		25
XXX	2		26

MIAZIA.
PHARMVTHI.

I	3	XVI	27
II	4	V	28
III	5		29
IV	6	XIII	30
V	7	II	31
VI	1		1 Apr.
VII	2	X	2
VIII	3		3
IX	4	XVIII	4
X	5	VII	5
XI	6		6
XII	7	XV	7
XIII	1	IV	8
XIV	2		9
XV	3	XII	10
XVI	4	I	11
XVII	5		12
XVIII	6	IX	13
XIX	7		14
XX	1	XVII	15
XXI	2	VI	16
XXII	3		17
XXIII	4	XIV	18
XXIV	5	III	19
XXV	6		20
XXVI	7	XI	21
XXVII	1	XIX	22
XXVIII	2	VII	23
XXIX	3		24
XXX	4		25

B

C

GINBOTH
PACHON.

I	5	V	26
II	6		27
III	7	XII	28
IV	1		29
V	2	II	30
VI	3	X	1 Mai.
VII	4		2
VIII	5	XVIII	3
IX	6	VII	4
X	7		5
XI	1	XV	6
XII	2	IV	7
XIII	3		8
XIV	4	XII	9
XV	5	I	10
XVI	6		11
XVII	7	IX	12
XVIII	1		13
XIX	2	XVII	14
XX	3	VI	15
XXI	4		16
XXII	5	XIV	17
XXIII	6	III	18
XXIV	7		19
XXV	1	XI	20
XXVI	2	XIX	21
XXVII	3		22
XXVIII	4	X	23
XXIX	5		24
XXX	6	XVI	25

SANE
PAVNI.

I	7	V	26
II	1		27
III	2	XIII	28
IV	3	II	29
V	4		30
VI	5	X	31
VII	6		1 Iuni.
VIII	7	XVIII	2
IX	1	VII	3
X	2		4
XI	3	XV	5
XII	4	IV	6
XIII	5		7
XIV	6	XII	8
XV	7	I	9
XVI	1		10
XVII	2	IX	11
XVIII	3		12
XIX	4	XVII	13
XX	5	VI	14
XXI	6		15
XXII	7	XIV	16
XXIII	1	III	17
XXIV	2		18
XXV	3	XI	19
XXVI	4	XIX	20
XXVII	5		21
XXVIII	6	X	22
XXIX	7		23
XXX	1	XVI	24

HAMLE
EPIPHI.

I	2		25
II	3	XIII	26
III	4	II	27
IV	5		28
V	6	X	29
VI	7		30
VII	1	XVIII	1 Iuli
VIII	2	VII	2
IX	3		3
X	4	XV	4
XI	5	IV	5
XII	6		6
XIII	7	XII	7
XIV	1	I	8
XV	2		9
XVI	3	IX	10
XVII	4		11
XVIII	5	XVII	12
XIX	6	VI	13
XX	7		14
XXI	1	XIV	15
XXII	2	III	16
XXIII	3		17
XXIV	4	XI	18
XXV	5	XIX	19
XXVI	6		20
XXVII	7	X	21
XXVIII	1		22
XXIX	2	XVI	23
XXX	3		24

NACHASE
MESORI.

I	4		25
II	5	XIII	26
III	6	II	27
IV	7		28
V	1	X	29
VI	2		30
VII	3	XVIII	31
VIII	4	VII	1 Aug.
IX	5		2
X	6	XV	3
XI	7	IV	4
XII	1		5
XIII	2	XII	6
XIV	3	I	7
XV	4		8
XVI	5	IX	9
XVII	6		10
XVIII	7	XVII	11
XIX	1	VI	12
XX	2		13
XXI	3	XIV	14
XXII	4	III	15
XXIII	5		16
XXIV	6	XI	17
XXV	7	XIX	18
XXVI	1		19
XXVII	2	X	20
XXVIII	3		21
XXIX	4	XVI	22
XXX	5		23

D

A

PLINTHION.			
I	Matthæus	3	F E
II	Marcus	4	D
III	Lucas	5	C
IIII	Iohannes	7	B
V	Matthæus	1	A G
VI	Marcus	2	F
VII	Lucas	3	E
VIII	Iohannes	5	D
IX	Matthæus	6	C B
X	Marcus	7	A
XI	Lucas	1	G
XII	Iohannes	3	F
XIII	Matthæus	4	E D
XIV	Marcus	5	C
XV	Lucas	6	B
XVI	Iohannes	1	A
XVII	Matthæus	2	G F
XVIII	Marcus	3	E
XIX	Lucas	4	D
XX	Iohannes	6	C
XXI	Matthæus	7	B A
XXII	Marcus	1	G
XXIII	Lucas	2	F
XXIV	Iohannes	4	E
XXV	Matthæus	5	D C
XXVI	Marcus	6	B
XXVII	Lucas	7	A
XXVIII	Iohannes	2	G

B

Numerus aureus.	EPACTA.	MATQVE.
1	XI	XIX
2	XXII	VIII
3	III	XXVII
4	XIV	XVI
5	XXV	V
6	VI	XXIV
7	XVII	XIII
8	XXVIII	II
9	IX	XXI
10	XX	X
11	I	XXIX
12	XII	XVIII
13	XXIII	VII
14	IV	XXVI
15	XV	XV
16	XXVI	IV
17	VII	XXIII
18	XVIII	XII
19	*	XXX

PAGOMEN EPAGOMENÆ.			
I	6	XIII	24 Aug.
II	7	II	25
III	1		26
IIII	2	X	27
V	3		28

Kalendarium Æthiopicæ Ecclesiæ descriptũ est in menses duodecim τριακονθημέρους, & quinque Pagomen, cum appellationibus Æthiopicis & Ægyptiacis. Mensibus quaternæ columnæ datæ sunt. Prima continet dies mensis, secunda Regularem feriæ, qui cum Plinthio compositus dat feriam diei. Tertia columna comprehendit Matque, hoc est, residuum de XXX, abiecta epacta. In quarta columna sunt dies Iuliani. Sine hoc Kalendario impeditissima est omnis methodus Computi. Adiectus est cyclus Plinthij cum quatuor Euangelistarum nominibus, & litera cycli Romani. Postremo sequitur cyclus aureus cum epactis & Matque.

C CANONES ISAGOGICI.

I. ANNVM *gratiæ inuenire.* Ab annis Christi abiice 283. Reliquum est annus gratiæ. Iste annus est 1596 Dionysianus. Abiectis 283, relinquitur annus gratiæ, siue Martyrum, 1313, initurus a XXIX Augusti ipsius anni 1596.

II. *Dies Euangelistarum reperire.* Annum gratiæ diuide per XXVIII. Reliquum est annus cycli præferens a latere nomen Euangelistæ. Si nihil relinquitur de diuisione XXVIII, is est annus Euangelistarum. Hoc anno 1596 inibit 1313 annus gratiæ, per Canonem antecedentem. Abiectis omnibus 28, remanet annus XXV cy-
D cli, cuius Euangelista est Matthæus. Itaque totus hic annus gratiæ 1313 incipiens a 29 Augusti anni Dionysiani 1569, vocabitur ἡμέραι Ματθαίου, dies Matthæi. Tres quidem Euangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, sistunt neomeniam Thoth siue Mascharam, in XXIX Augusti. Iohannes autem promouet neomeniam Mascaram, in XXX eiusdem Augusti, propter bisextum Æthiopicum, id est, sextam Pagomen, quod quidem bisextum antecedit Iulianum diebus solidis 180.

III. *Plinthion inuenire.* Per antecedentem habeas annum Euangelistæ, aut cycli Solaris. Itaque annus 1313, qui est XXV cycli Solaris, habet e regione Matthæi, qui est Euangelista eius anni, pro Plinthio 5, & literam duplicem Romanam DC. Ergo 5 est Plinthion anni 1313 propositi. Paulus Alexandrinus in Isagoge astronomica docet, quomodo inueniendum sit Plinthion. Annis a Diocletiano quadrantem iubet adiicere cum Catholicis 2. summam per 7 diuidere. quæ est methodus Computi Æthiopici. Et vocat ἡμέρας Θεῶν. Scribebat anno Diocletiani 94. Mechir 20. Hæc est vetustissima mentio Computi annalis. A

IV. *Diem Iohannis inuenire.* Caue confundas diem Iohannis cum diebus Iohannis, ἡμέραι Ἰωάννου & ἡμέρας Ἰωάννου. Nam dies Iohannis in numero plurali dicitur annus proximus post bisextum, habens Euangelistam Iohannem, cuiusmodi est annus nunc currens 1312, qui post paucos dies desinet. At ἡμέρα Ἰωάννου est feria neomeniæ Toth siue Mascaram. Per antecedentem igitur Plinthion inuentum cum regulari Mascaram dabit feriam neomeniæ ipsius Mascaram, siue Toth. Itaque 5 cum 3, abiectis 7, dant primam feriam neomeniæ Toth aut Mascaram. Quod verum est. Litera enim Dominicalis Romana est C, quæ est character XXIX Augusti, vnde incipit Mascaram. Neomenia igitur Mascaram anni gratiæ 1313 erit feria prima. Sic per totum annum Plinthion cum regulari cuiuslibet diei dat feriam diei propositæ. Idem dic de Plinthio anni præteriti. Scribebamus hæc anno Dionysiano 1596, XIII Augusti, feria sexta. E regione XIII Augusti in Kalendario habes XX Nachase siue Mesori, & currit adhuc annus Iohannis: cuius Plinthion 4. Igitur 4 cum regulari 2 compositum dat feriam propositam VI in XIII Augusti, id est, XX Nachase. B C

V. *Epactam, & Matque inuenire.*) De annis gratiæ abiice XIX. Reliquum, abiecta vnitate, est annus cycli aurei, præferens a latere Epactam & Matque. Si nihil relinquitur de diuisione; annus quæsitus est XIX vltimus cycli. Ab annis gratiæ 1313 abiice omnia XIX. Remanent 2. Abiice vnitatem. Ergo anno gratiæ 1313 incipit annus primus cycli: e regione cuius habes XI Epactas, XIX Matque. Itaque anno 1313 gratiæ Epacta erit XI, Matque XIX. D

VI. *Annum periodi gratiæ inuenire.*) Ab annis gratiæ abiice omnia 532. Reliquum est annus periodi. Ab annis igitur gratiæ 1313, abiectis omnibus 532, remanet annus 249 periodi gratiæ iniens ab anno 1313, Christi autem Dionysiano 1596.

Hæc in antecessum dedimus rei illustrandæ, & viæ ad reliqua muniendæ.

NOTÆ

A

NOTÆ IN COMPVTVM ÆTHIOPICVM.

SABBATA *Christi.*) πρὸς διαστολὴν dictum. Nam Æthiopes diem Dominicam vocant SANBATH ZACHRISTOS, Sabbatum Christi. Feriam vero septimam vocant SANBATH IVDI, Sabbatum Iudaicum.

Computus rectus.) Computum rectum vocat, quo omnes Christiani vtuntur, vt ipsimet Æthiopes interpretantur in editione noui Testamenti. በሐሳብ·ርቱዕ: ዘከመ: ዘሐሰቡ: ኵሎሙ: ክርስቲያን: እምፍጥረት: ዓለም:
B እስከ: ክርስቶስ: ፶: ወ፭፻: ዓመት:: *Bahasib rethu zachama zahasbu cullomu Christian: im pithratha alam ischa Christos hamsa vvahamstu meth amath.* In recto Computo quemadmodum computant omnes Christiani: A creatione mundi, vsque ad Christum, quinquagintaquinque centenarij annorum. Æthiopes maiores summas per centenarios potius, quam per millenarios concipiunt: vt hic pro quinquies mille quingentis dicunt quinquagintaquinque centenarios, vt etiam vulgus Batauorum solet putare. A principio igitur rerum, ad Christum putant annos 5500. Sed Ecclesia Antiochena vno plus 5501. Eamque æram vocant ἀπὸ κτίσεως Ἀδάμ: a casu Adam. Mira autem hallucinatio inde eos incessit. Nam cum Græcorum Compu-
C tus Paschalis ab initio rerum, ad Christum, putet annos 5508, isti vero 5501, hinc factum, vt de summa annorum Christi Dionysianorum detrahant annos VII. Hoc faciunt Æthiopes ipsi, & Græci quidam, Maximus Monachus, & historia Constantinopolitana, ex qua libros suos consarcinauit Landulfus Sagax. In annis enim Christi semper absunt a Computo Dionysiano annis VII. Itaque Æthiopes Ægyptienses annum Christi 1585 putabant 1577, a die XXIX mensis Augusti anni 1584: qui erat annus Gratiæ, siue Martyrum Diocletianeus 1301, mundi autem, vt ipsi putabant, 7077. Differentia annorum mundi & annorum gratiæ, secundum computum Æthiopicum, anni 5776. Hic est computus,
D qui ab ipsis ርቱዕ: rectus, siue ὀρθόδοξος dicitur. Nam ርቱዕ: est proprie, quod Syriace ܬܪܝܨ תְּרִיץ dicitur.

Annum gratiæ) Prima pars Computi pertinens ad Lunam. Est autem Canon ἀνεπίγραφος culpa librarij. Annum gratiæ vocant Æthiopes Æram Martyrum Diocletianeam, cum potius annus gratiæ intelligatur periodus Dionysiana a natali Christi putata. Notum est enim Dionysium periodos suas ab anno gratiæ putare. Æthiopes vero periodos annorum 532 deducunt ab æra Martyrum Diocletianea, & nihilominus vocant annum gratiæ. Æthiopes Ro-

manenſes anno Domini Dionyſiano 1548 putabant annum gratiæ 200. Erat annus Diocletianeus 1264: a quibus abiectis duabus periodis Dionyſianis 1064, remanet annus ducenteſimus gratiæ, vt erat propoſitum. Rurſus cognito anno gratiæ, deprehenditur annus Diocletiani. In fine Pſalterij, quod penes me eſt, manu propria Æthiops ſcribebat: በዘመነ፡ዮሐንስ፡ወንጌላዊ፡፻፺ወ፪፡ዓመተ፡ምሕረት። *Bazamna Iohanis Wangelawi metha watasaa waclethu amatha mihrath.* In tempore Iohannis Euangeliſtæ, centeſimo nonageſimo ſecundo anno. Compone annos 1064 cum 192. Fiunt anni a Diocletiano 1256. Adde differentiam Chriſti & Diocletiani 283. Fiunt omnes anni 1539 a Chriſto, qui erat annus, quo hæc ſcribebat Æthiops. Diuide 1256 per 28. Relinquitur annus cycli Solis 24: qui erant dies B Iohannis; vt eſt in tabella cycli Solis & Plinthij. A

Quatuor æquabis) Hæc irrepſerunt ex IX Canone. Itaque abundant. Nam in nono Canone concipitur, ſi quatuor æquantur, eſſe dies Ioannis Euangeliſtæ. In his eclogis vbique videas veſtigia oſcitantiæ eclogarij.

Matque) መጥቅዕ: מקטע eſt Tuba Æthiopice. Ita etiam vocant numerum aureum e regione diei menſis notatum, imo diem ipſum menſis, vt habes in vniuerſo contextu Kalendarij. Numerus vero aureus notat nouilunium, quod priſci Hebræi tuba indicere ſolebant: vt habes Pſalmo LXXXI. Fortaſſe hinc petenda eſt huius nominis origo. Ego vero exiſtimo መጥቅዕ: perperam pro መቅጥዕ: dictum inuerſis literis. Nam Arabice مقطع מקטע eſt reſiduum. Quod autem C Matque nihil aliud ſit, quam reſiduum, quod epacta abſcindit de XXX, non eſt pluribus demonſtrandum. Itaque hanc veram putamus huius vocis cauſſam.

Ex prima Tikmith non eſt Matque) Hoc patet ex Kalendario. Neomenia Tikmith non habet Matque: ſed illud eſt in XXX Maſcaram.

Ne commiſcearis cum refractariis) Nam ſi neomenia Tikmith haberet Matque, illud eſſet cyclus aureus XIX, quod eſt in XXX Maſcaram. Et proinde cum cyclus XIX ſit in XXVII Magabith, omnino XXVII Magabith eſt nouilunium Paſchale, anno decimonono D cycli: & conſequenter XIV Luna eſt in decima Miazia. Quod ſi in Neomenia Tikmith eſſet notatus XIX numerus aureus, idem in XXVIII Magabith notatus quoque eſſet: & quartadecima Luna eſſet in XI Miazia, quæ tamen re vera eſſet quintadecima Luna. Tunc inter Chriſtianos oriretur turbatio ſolennis Paſchalis, ſi XI Miazia eſſet Dominica. Orthodoxi enim celebrarent in XI Miazia, at refractarij in XVIII. ከሐድያን; vocat quos Arabes الكفر Elcaphar.

Vnum

A *Vnum abiice*) Ad methodum cycli Paſchalis iubet poſt diuiſionem annorum gratiæ, vnitatem abiici. Cauſſa patet. Nam tunc primus eſt cyclus, quando epacta eſt xi. At anno Diocletiani ſecundo ineunte, Chriſti vero 285, epacta eſt xi. Ergo anno ſecundo Diocletiani erat cyclus primus. Et proinde vnitas de annis Diocletiani abiicienda.

Octodecies multiplica) Imperitiam ſuam vbique aperit, qui has eclogas deſcripſit. Legendum enim ΙΘ non autem ΙΞ, hoc eſt, xix, non xviii. Differentia duarum proximarum epactarum xi: duorum autem continuorum Matque differentia xix. Aufer epactam xi de xxx. habes Matque xix. Aufer Matque xix de xxx. habes epa-
B ctam xi. Reciproca eſt ratio.

Rurſus vt ſcias Plinthion) Secunda pars Computi pertinens ad methodum cycli Solaris. In Æthiopica membrana ſcriptum eſt PINTHION, ſiue id ſolenne eſt erratum Librarij, aut Eclogarij, ſiue ita ſcribunt Æthiopes ipſi. Cedrenus: ἡ παρ' Ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος ΛΑΤΕΡΚΟΥΛΟΜ παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται· ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' ἧς τά τε τῶν βασιλευτῶν καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγράφετο ἐπὶ τείχοις εἰς τετράγωνον σχῆμα τύπος τις καὶ γραμμὴ πλίνθινος. ΤΙΤΛΟΥΣ δὲ αὐτὴν τινες ὀνομάζουσιν, οὐκ εἰδότες, ὡς Τίτλος κυρίως ἡ προγραφὴ τῶν ἀξιωμάτων λέγεται, οὐ μὴν ἡ τετράγωνος γραμμή. Hinc in Gloſſario *Laterculum*, στρατεία. Habet enim nomina militum, qui in numeris Romanis
C ſtipendia faciebant. Igitur præſcriptus ac conceptus certæ rei numerus LATERCVLVM vocatur. Iſidorus: *Cyclus vocatur, eo quod in orbe digeſtus ſit, vt quaſi in circulo diſpoſitum ordinem complectatur annorum ſine varietate. Hinc & LATERCVLVM dictum, quod ordinem ſtatum habeat annorum.* Ergo ſecundum hæc ſtatus ordo, & numerus certus vocatur LATERCVLVM. Eiuſmodi erat Catalogus numerorum & legionum Romanarum. Ita etiam dicta ratio hebdomadis. Recurrunt enim in orbem feriæ. Itaque & Computatores Latini veteres cyclum hebdomadicum LATERCVLVM vocant. Æthiopicus vero Computus non longe ab hoc ſenſu, imo ex eadem cauſſa PLINTHION vocat epactas Solares, quæ regula-
D ribus dierum appoſitæ, dant characterem ſiue feriam diei, vt habes in iſagogicis Canonibus, iii & iv. In quibus demonſtratum eſt, annum gratiæ 1313, proxime initurum feria prima. Periclitemur ex hac methodo. Diuiſis 1313 in 4, & ſumma ex diuiſione cum 1313 compoſita, fiunt omnia 1641. adiectis duobus, & ſumma per 7 diuiſa, relinquitur quinarius pro Plinthio. Hic quinarius cum 3, qui eſt character Maſcaram, compoſitus, abiectis 7, dat feriam primam, vt erat propoſitum.

Sena abiicito) Emenda SEPTENA. Nam in membrana Æthiopica perſcripta erat nota ſenarij, quæ a ſeptenario magnitudine, non forma differt. A

Inſuper, adiice ſupra illum II) Regularis Maſcaram cum Plinthio compoſitus dat feriam neomeniæ Maſcaram. Quia vero regularis neomeniæ Maſcaram eſt ternarius: & primus annus Diocletiani incipit feria VI, ideo Plinthion primi anni fuit 3. Itaque in primo anno dùo cum vnitate compoſita dant Plinthion. Quod ſi regularis neomeniæ Maſcaram eſſet vnitas, tunc Plinthion primi anni fuiſſet quinarius. Ideo non duo, vt nunc, ſed quatuor adiicienda fuiſſent poſt ſummam quadrantum cum ſumma annorum compoſitam. In tua enim poteſtate ſitum eſt, quem regularem volueris conſtituere. B Sed ex eo pendet Plinthion. Et rurſus potes Plinthion ex arbitrio conſtituere: ſed eius legem ſequetur regularis. Si regularis primi anni Martyrum eſt vnitas, Plinthion debet eſſe quinarius. & contra.

Diem Iohannis) Diximus in Canonibus Iſagogicis, Canone IIII. Initium anni Actiaci & Martyrum XXIX Auguſti, quæ dies dicata eſt paſſioni Iohannis Baptiſtæ, quod & ſequitur Romana Eccleſia. In Syrorum quoque Kalendario Antiocheno e regione XXIX AB, qui eſt Sextilis Iulianus, ita legimus: ܦܣܩ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܫܘܠܡܗ ܕܐܒܘܢ ܐܕܡ ܘܪܝܫ ܫܢܬܐ ܕܐܓܘܦܛܝܐ ἀποπελεκισμὸς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, καὶ τελευτὴ τοῦ προγόνου ἡμῶν Ἀδάμ, καὶ ἀρχὴ τοῦ Αἰγυπτίων ἐνιαυτοῦ. Tamen idem Kalendarium Antiochenum e regione VII Conum poſterioris, id eſt, VII Ianuarij, annotat: ܦܣܩ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ἀποκεφαλισμὸς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. An ibi ἀποκεφαλισμὸν ponant, hic traductiones τῶν λειψάνων, neſcio. In Horologio Conſtantinopolitano, ad XXIV Februarij, ἡ πρώτη καὶ δευτέρα εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ προδρόμου. Ibidem ad XXV Mai: ἡ τρίτη εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ προδρόμου. C At in Kalendario Eccleſiæ Elkupti, ad ſecundam Thoth: استشهاد القديس يوحنا المعمدان وشهادة داسية الجندي Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, καὶ μαρτύριον τοῦ Δασία τοῦ στρατιώτου. Ita vno die ſerius ponunt, quam reliquæ Eccleſiæ.

Abiice ab eo II) Neomenia primi anni Martyrum feria VI, vt non D ſemel diximus. Ergo in primo anno vel ad VIII quinque addenda, vel duo de VIII auferenda. Quia enim nihil poteſt detrahi de vnitate, addenda integra hebdomas. Ita fiunt VIII. Atque vt habeas feriam ſextam, detrahenda igitur duo. Siue igitur duo de ſumma detrahas, ſiue quinque ſummæ adiicias, eodem recidit methodus.

Pagomen) Ἐπαγόμεναι ἡμέραι corrupte PAGOMEN ab illis vocantur. Id

A tur. Id etiam testatur Franciscus Aluarez Sacerdos inclyti Regis Emmanuelis in suo itinerario Æthiopico. *Eorum*, inquit, *anni initium ex* XXIX *Augusti, die decollationis S. Iohannis. Annus est duodenum mensium: mensis tricenum dierum. Anno exacto superant dies* V, *quos vocant* PAGOMEN; *qui anno intercalari fiunt sex reliqui de ratione anni.* Hæc ille. Quidam Italus negotiator Ægyptiensis; qui quædam ex illis regionibus transmittenda mihi curabat, scribebat ad me, anno 1585; Æthiopas quinque dies excurrentes supra rationem anni vocare ABAETE, aut PAGOMEN. ABAETE autem est ad verbum ἐπαγόμεναι. ጳጕሜ፡ Hebraice מוּבָאוֹת Sed hoc verbum ego in eorum scriptis hactenus non legi. In fine igitur anni Lucæ, tertio anno lustri Iu-
B liani, intercalant diem vnum, & fiunt VI Pagomen. Vt anno præterito 1595, quo cæpit annus gratiæ 1312, fuerunt sex Pagomen, eorumque annus cæpit XXX die Augusti, feria VII. Itaque intercalant 180 diebus ante bisextum Iulianum. Intra illos dies non conuenit eis de celebritate solennium cum illis, qui mero anno Iuliano vtuntur, Latinis, Græcis, & Antiochenis. Verbi gratia. Anno præterito Iuliano, qui erat Christi 1595, XXV Decembris erat feria quinta, in qua celebratus natalis Dominicus. At Æthiopibus XXIX Tahaschasch; in qua idem natalis celebratur, erat feria VI. Hoc est, quod notabat Beda, cum de anno Ægyptiaco loqueretur, mutationem feriarum fieri in Kalendario Ægyptiaco propter intercalationem diuersis tem-
C poribus celebratam.

Vt scias indictionem annvm gratiæ) Annum gratiæ, id est, annum Martyrum Diocletianeum aliquando integrum; aliquando per periodos Dionysianas ab illis accipi, supra demonstrauimus. Hic vero in methodo indictionis caue annos gratiæ aliter accipias, quam integros. Anno Diocletiani primo, id est, Christi 284, indictio tertia incipiebat a Septembri & a Mascaram. Ideo duo adiicienda annis Diocletiani ad methodum Indictionis. Hoc anno Christi 1596, Diocletiani 1313, a XXIX Augusti, inibit Indictio decima. Annis igitur 1313 adiice duo. Abiice omnia XV. Superest indictio decima.

D Annvm evangelistarvm) De hoc satis in Canonibus Isagogicis, & in filo Plinthij, siue cycli Solaris. Canon nihil obscuritatis habet. Romanenses igitur Æthiopes annum Christi 1548, Diocletiani 1264, vocant dies Iohannis Euangelistæ. Annus enim 1264 per 4 diuisus nihil relinquit. Ideo cæpit ille annus post sextam Pagomen, & totus annus vocatus est ἡμέραι Ἰωάννου Εὐαγγελιστοῦ. Prima autem Mascaram vocatur ἡμέρα Ἰωάννου Βαπτιστοῦ

Introitum ieiunij) Tertia pars Computi de Festis mobilibus. Introitum ieiunij etiam Græci vocant τὴν προεισόδιον τῶν νηστειῶν.

Syri

Syri ܡܥܠܢ ܨܘܡܐ מְעַלֵי צוֹמָא & ܥܠܠ ܨܘܡܐ עַלֵי צוֹמָא. Armenij A
ARTZIBVTZIA, hoc eſt, τὰ προδρόμια: quia hoc ieiunium præit illi auſteriſſimo Quadrageſimæ. Sed Græcis, Latinis, Armeniis, Syris vnus, idemque ieiunij introitus eſt, nempe Quinquageſima, quam Græci τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας vocant, item τὴν ἑβδομάδα τυροφάγον: qua ſcilicet ieiunia ſua auſpicantur, καὶ τὰς ἡμέρας ἀποκρεωσίμους, ita tamen vt interea ouis, caſeo, & butyro abſtineant. vnde Ruteni, Moſcouitæ, atque aliæ nationes, quæ ſacra Græco ritu, ſed ſermone Slauo obeunt, eadem vi verbi MASLNA, hoc eſt, βουτυροφάγον ἑβδομάδα vocant. Æthiopica vero Eccleſia, quia neque Dominica, neque Sabbato ieiunare ſolet, a Sexageſima init ieiunia ſua, diebus decem ante Carniſpriuium Romanum, vt Dominicas, & Sabbata B
compenſet. Franciſcus Aluarez: *Ieiunium religioſiſſime obſeruant, auſpicantes illud feria ſecunda proxima poſt Sexageſimam, hoc eſt, diebus* x *ante Carniſpriuium noſtrum.*) Vide reliqua. Nam vetus inſtitutum eſt, τὰς κυριακὰς ἀνηστεύτους τελεῖν. Epiphanius: τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ συνάξεις ἀφ' ἕωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει. Item: τὰς δὲ κυριακὰς οὐδ' ὅλως οὐδ' ἐν αὐτῇ τεσσαρακοστῇ (νηστεύουσιν.) Hoc apprime obſeruant Æthiopes. Nam Synaxes celebrant matutinis horis, omnibus Dominicis. Sed tempore ieiuniorum, per totum diem inedia confecti, Sole occaſo, ad Synaxes ſe conferunt, quibus operati deinde cibum ſumunt. Has συνάξεις ἀπὸ ἐνάτης ὥρας celebrari, teſtis idem Epiphanius, imitatione ſcilicet τῆς ἐνάτης Iudaicæ, a qua προσευχὴ, & ſacrificium veſpertinum incipiebat. INTROITVS ergo IEIVNI Æthiopibus eſt Sexageſima. C

In priore (Sabbato)] Prius Sabbatum eſt ſeptima feria, quam etiam Sabbatum Iudæorum vocant. Alterum Sabbatum eſt feria prima, quæ Sabbatum Chriſti ipſis dicitur, vel, vt eſt in eorum idiomate, Sanbathe Chriſtos, vel Sanbath Zachriſtos.

XXII *auiicito*) Hoc anno currit annus gratiæ 1312. Cyclus Paſchalis XIX, per Canonem primum. Vbicunque igitur in Kalendario occurrit XIX, ibi eſt Matque, per eundem Canonem. Et Plinthion eſt V. Ad XXVIII Iachathith habes XIX. Ergo XXVIII Iachathith D
eſt Matque Introitus ieiunij. Regularis ipſius 5: qui cum Plinthio, abiectis 7, dat feriam tertiam in ipſa XXVIII Iachathith. Ait Canon: Si Matque fuerit in tertia feria, vt hoc anno 1312, tunc addenda eſſe XIX. Ergo XXVIII Iachathith cum XIX compoſita dat XVII Magabith. Proinde XVII Magabith eſt introitus ieiunij, vt loquitur Eccleſia Æthiopica, vt autem Romana, Sexageſima. Quod ſi Plinthion fuiſſet duo, tunc Matque eſſet in Sabbato: & proinde XXII addenda eſſent. Sic de reliquis.

Paraſceua.)

A *Parasceua*) Parasceuen dicunt ܥܪܘܒܬܐ quod est Hebraicum עֶרֶב. Arabice عروبة.

MATQVE *in priore (Sabbato) si fuerit*, XVII *adiice*) Et puero constare possit de vitio lectionis. Nam XVII, abiectis omnibus VII, relinquunt feriam III. Itaque si ad Matque Paschale, quod ponitur in Sabbato, adiiciatur feria III, ergo Pascha continget feria III. quod est absurdum. Pro XVII ergo legendum XVI. Et cætera corrupta ita corrigenda, vt in laterculo infra subiecimus. Si igitur Matque fuerit ♄, adde XV. Si ☉, XIV. Et cætera, vt sunt concepta in Laterculo. Fac periculum. Hoc anno Plinthion est 5. Matque Paschale
B XXVII Magabith, cuius regularis 6 compositus cum Plinthio dat feriam quartam. In laterculo feria quarta, hoc est, ☿ iubet apponi XVIII dies. XVIII igitur dies cum XXVII compositi dant XV Miazia. Ergo XV Miazia fuit Pascha. Quod verum est. Pascha enim hoc anno fuit X Aprilis Iuliani, cui respondet XV Miazia. Distinguunt autem Pascha a Phase. פֶּסַח Græci enunciant φασὴ, Æthiopes ፋሥሕ: פֶּסַח. Estque quartadecima Nisan; Pascha Iudaicum, siue Terminus Paschalis. Quod autem Hebræis est פֶּסַח id Hierosolymitane est פִּסְחָא Πάσχα. Sed tamen Græci distinguunt, vt diximus, φασὴ a Πάσχα. Nam φασὴ est terminus Paschalis, Πάσχα Dominica resurrectionis: & φασὴ vocant Πάσχα νομικὸν, alterum autem Πάσχα
C σωτήριον: Æthiopes vero ፋሲክ: פַּסִיךְ. Et raro hæc confundunt Æthiopes: quamuis in aliis non admodum sunt accurati. Semel memini me legere ፋሲክ: pro ፋሥሕ: Iohannis XIII. Potest fieri, vt alibi idem abusus extet. Sed rarissimus est.

♄	XV
☉	XIV
☽	XX
♂	XIX
☿	XVIII
♃	XVII
♀	XVI

Ieiunium Iudæorum) Ieiunium Iudæorum est decima Tisri, vt infra videbimus. Hoc habens in animo eclogarius etiam decimam Nisan vocat ieiunium Iudæorum: cum tamen ea dies Badri dicatur, non autem ieiunium Iudæorum.

V. *adiice supra Badri*) Ergo Badri, non autem ieiunium Iudæorum vocatur. Quare hinc constat errorem illum calami, aut μνημονικὸν ἁμάρτημα fuisse. Badri est X Nisan. Nouem igitur ad Matque, id est,
D primam Nisan, appositis, habes decimam Nisan, quæ vocatur BADRI: id est, ἐκλογὴ, ἀφορισμός: quod eo die seligeretur agnus Paschalis mactandus quartadecima eiusdem mensis. Exodi XII. 3. *Badar* tam Arabice, quam Æthiopice significat eligere. Sed & *Badr* Arabice significat tempus, quo Luna incipit esse ἀμφίκυρτος, inter decimum diem & plenilunium. An igitur *Badr* hoc loco dictum sit ἀπὸ τῆς ἀμφικύρτου σελήνης, an ab agni delectu, vt supra tetigimus, quia vtrumque valde probabile est, vtrum Lectori placuerit, per me liberum esto.

Solenne

Solenne Azymorum) πρώτη τῶν ἀζύμων est quartadecima Nisan. ἑορτὴ A
τῶν ἀζύμων est quintadecima. Leuitici XXIII, 6.

X. *adiice. Phase inuenies)* Error manifestus x, pro XIII. Itaque pro I legendum ῐῐ in Æthiopismo.

Ieiunium salutis) Ieiunium salutis est XXVII mensis Ab Niceni, aut Dionysiani, id est, XXVII a Matque mensis Nahase: quare ita dictum, quando & a quo institutum, comminisci non potui. Hoc anno Phase, siue Terminus Paschalis, fuit decima Miazia. Adde XI, vt præcipit Canon. Habebis XXI Miazia. Itaque XXI Nahase erit Ieiunium salutis: quæ est vicesima septima Matque, quod hoc anno fuit in XXVI mensis Sane. Ieiunium ergo salutis siue saluationis, est vicesima septima Ab Niceni.

Iudid inuenies) Iudid, aut Iudith haud dubie dictum a lectione B
libri Iudith ea die, quæ est quarta Elul Niceni, siue Dionysiaci. Nam septem composita cum vicesima septima Ab, desinunt in quarta Elul.

IX. *adiice, Iudith inuenies)* Manifesta oscitantia. Nam ex sequentibus patet legendum, Badri inuenies. Sed quid oportebat hæc repetere? Nam supra iam admonuit.

XI. *adiice supra Matque. Azyma inuenies)* Imo XIV, non XI, vt supra admonuit. Quare perperam hic repetitur.

AZYMA *in priore (Sabbato) si fuerint*, VIII) Adeo solens peccat, vt consulto facere videatur. Si igitur Azyma in Sabbato fuerint, ad- C
ditis quinque, habebis introitum ieiunij. Hoc anno 1596, qui est 1312 gratiæ; terminus Paschalis, siue Phase, decima Miazia, Azyma vndecima Miazia. Adiectis V, habes XVI Miazia. Ergo XVI Iachathith erit introitus ieiunij. quod verum est. Subiecimus laterculum huius Canonis, quomodo concipi debet, non quomodo ab Eclogario conceptus. Ex eo vides supinitatem hominis in re seria semper prope aliud agentis. Fac periculum.

♄	V
☉	IIII
☾	XI
♂	X
☿	IX
♃	VIII
♀	VII

INTROITVM *ieiunij si reperisti)* Hic Canon XVIII, vt & cæco apparet, & superfluus, & vitiosus est. Superfluus, quia mox repetitur. Vitiosus, quia aliis numeris in sequentibus concipitur. D

XXVII. *adiice. Montem Olíueti reperies)* Hic XIX Canon sanus est, & aperte νοθεύσεως superiorem damnat. Pro XXVII autem legendum XXVIII. Est enim mons Olíueti dimidium ieiunij. Sed quia introitum ieiunij nunc ipsam Dominicam Sexagesimæ, nunc postridie Septuagesimæ vocat, potest fieri, vt hic legendum sit XXVII, & nihil mutandum, modo intelligamus feriam secundam proxime post Septuagesimam. Igitur ደብረ፡ዘይት፡ Dabra Zaith Mons Oliueti

a lectione

A a lectione petita ex eo argumento in Euangelio. Medium tempus quadragesimæ Syris etiam notatur, quod ipsis dicitur ܦܠܓܗ ܕܨܘܡܐ Phalghe dzaumo, μεσονηστεία. A Sexágesima, ad montem Olìueti, dies XXVIII. A monte Olìueti, ad Hosanna, XXI. Ab Hosanna, ad Pascha, VII.

Racba inuenies) Racba est ἀπάντησις, occursus. Ita vocatur vicesima secunda dies Paschatis: hoc est, quarta Dominica a Pascha. An a lectione aliqua, vt solet, ita dicta sit, an ab alia causa, equidem nescio. Suspicor esse synodum diœceseos, quæ ex Canonibus iubetur celebrari quotannis tertia septimana post Pascha: vt illa altera, quæ celebratur itidem in Octobri.

B *Matque vsque ieiunium.* CXLIII. CXLVI.) Hæc omnia vt superflua esse nobis constat, ita vnde huc irrepserint, nescimus.

Solenne *Teßaracosta)* Tessaracoste, interuallum a Pascha, ad Ascensionem. Solenne autem Tessaracostæ est ipsa Ascensio. An ጰራቅ፡ sit eadem cum Ascensione, adhuc delibero. Id autem est ἀνάληψις: & ita vocatur Ascensio dominica. Ex hoc suspicamur potius, quam sciscimus ጰራቅ፡ כְּפַּת esse Ascensionem. vel potius Dominicam septimanæ litaniarum. Nam solenne Ascensionis ipsis dicitur ኃሙስ፡ አምጽኦ፡ ጰራቅ፡ quinta feria Cephath, ἡ πέμπτη τῆς ἀναλήψεως. & Syris ad verbum ܣܘܠܩܐ סוּלָקָא, id est ἀνάληψις.

Ingeniculationem) Interuallum a Dominica Resurrectionis, ad

C Pentecosten, omnes veteres Græci & Latini Pentecosten vocant. Creberrima occurrunt testimonia. Hieronymus: *Non quo & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat.* Æthiopicus igitur clerus per totum fere annum ieiunare solet, excepto interuallo a Narali, ad Sexagesimam, item excepta Pentecostes hebdomade: qua hebdomade exacta, secunda feria, quæ excipit Dominicam Trinitatis, instaurant ieiunia sua tanta obseruantia, vt per totum diem nihil sumant. Sub initium noctis collectam celebrant, ritu veterrimo Ecclesiarum orientalium, vt est apud Epiphanium. A collecta profecti corpori procurando operam dant. Sic epulis functi somnum ineunt.

D Hoc neque tacuit Aluarez, quem consulas licet. Græci & Moschouitæ, & pleraque omnis Ecclesia Patriarchæ Constantinopolitano subiecta, quatuor solennia ieiunia obire solet. Primum est, a quinquagesima, ad Dominicam Resurrectionis; quæ sunt hebdomades septem. Hoc ipsis dicitur IEIVNIVM MAGNVM. Secundum ieiunium, ab octaua Pentecostes, ad Petrum & Paulum. Propterea vocatur ieiunium Petri, aut νηστεία τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Hieronym. ad Eustoch. de custodia virginitatis: A Pentecoste cœnæ mutantur in prandia. quo

& traditioni Ecclesiasticæ satisfiat, & ventrem cibo non onerent du- A
plicato. Omnino legendum, cæna mutantur prandia. Hoc ieiunium in Paschate remotissimo, quando cyclus Paschalis est VIII, litera Dominicalis C, est tantum dierum VIII. In Paschate autem citimo, quando cyclus Paschalis est XVI, litera Dominicalis D, est dierum XLII. Tertium ieiunium a Kal. Augusti, ad assumptionem Mariæ. Quartum ieiunium septem septimanis ante Natalem Dominicum: quod & omnes reliquæ Ecclesiæ admittunt, quanquam Ecclesia Romana raro vltra tres septimanas. Vocatur IEIVNIVM PHILIPPI Moscouitis, Russiis, Iberis, & Georgianis, quia incipit post festum illius Apostoli, quod secundum Orientales celebratur mense Nouembri. Porro Trinitatis solenne non in octaua Pentecostes a Græcis sta- B
tuitur, vt fit a Latinis, sed in secunda Pentecostes. Octauam vero Pentecostes vocant τῶν πάντων ἁγίων. In illo autem interuallo, quod Pentecoste dicitur, stantes liturgiæ intersunt: qui est vetustissimus mos Ecclesiæ: post illud tempus de geniculis adorant. Æthiopibus dicitur ሰጊድ: hoc est, γονυκλισία. Nam ሰገደ: γονυπετεῖν significat. Id Anthiochenæ Ecclesiæ est ܣܘܡܐ ܕܒܘܪܟܐ, γονυθεσία. Arabibus سجد προσκυνήσις, vt est in meis Euangeliis Arabicis. Huius consuetudinis vetustissimæ pleni sunt veterum libri, de geniculis adorare, præterquam die Dominica, & tota quinquagesima. In libro Quæstionum & Responsionum ad orthodoxos falso Iustino adscripto, quum sit posterior annis C
200, vt apparet, ita legimus: διὰ τί ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις, καὶ ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἕως τῆς Πεντηκοστῆς, γόνυ οὐ κλίνουσιν οἱ εὐχόμενοι; In responsione post caussam redditam, adiicitur: ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς Πεντηκοστῆς ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν. Tertullianus: *Die Dominico nefas ducimus vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschæ, ad Pentecosten vsque gaudemus.* Hieronymus: *Die Dominico, & per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare & ieiunium soluere, multaque, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit.* Ambrosius sermone LXI: D
Scire debet sanctitas vestra, Fratres, hanc sanctam Pentecostes diem qua ratione curemus, vel cur istorum quinquaginta dierum numero sit nobis iugis & continuata festiuitas, ita vt omni hoc tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succidamus: sed sicut Dominica solemus facere, erecti & feriati resurrectionem Domini feriamus. Concilium Aurelianense: *Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecostes, vt*

omnia

A *omnia in diuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto Concilio a Pascha vsque in octauas Pentecostes, stantes Domino vota persoluere.* Epiphanius Sermone Catholico: καὶ δι' ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, ἕως ὥρας ἐννάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται. Germanus Episcopus Constantinopolitanus: τὸ μὴ κλίνειν γόνυ τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς, σημαίνει τὴν τῆς καταπτώσεως ἡμῶν ἀνόρθωσιν γενομένην διὰ τῆς τριημέρου τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. τὸ δὲ μέχρι τῆς πεντηκοστῆς μὴ κλίνειν γόνυ ἐστὶ, τὰς ἑπτὰ ἡμέρας μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ἑπταπλασιάς κρατεῖν τῇ ἀναστασίμῳ. Ex his apparet, olim post solenne Pentecostes, feria
B quarta, statim ἀναστάσιμον adorationem desini, γονυκλισίαν autem in reliquum anni tempus repeti solitam. Hodie Æthiopes semper stantes non de geniculis collectæ intersunt. Prolixum vero est eorum Qdase, hoc est, λειτουργία. Ideo patibula, siue adminicula lignea quamplurima in vestibulo ædium sacrarum destitui solita, quibus innitantur, dum σύναξις celebratur, scribit Franciscus Aluarez.

MATQVE *in priore (Sabbato) si fuerit,* VIII *appone. Niniue inuenies)* Pascha est Canon omnium mobilium solennium: quorum primum in Æthiopico Computo est Dominica proxima ante Septuagesimam Romanæ Ecclesiæ: quam Græca vocat τριῴδιον; a tribus cantibus. Eam Dominicam Æthiopes Syri & Elkupti, id est, Ægy-
C ptij NINIVE vocant. Nam Syris dicitur ܨܘܡܐ ܢܝܢܘܝܐ Tzaumo niniuoio, νηστεία Νινευιτική, vel ܒܥܘܬܐ Bovvotho, λιτανεία. Id exemplo Niniuitici iustitij introductum. Veteres enim triduum solebant excipere angariis, quas Niniuiticas vocabant. Prudentius:

Referre prisci stemma nunc ieiunij
Libet fideli proditum volumine.

Vide reliqua. Aperte ibi deriuatur id ex eo fonte, nempe ex Niniuitis. Erat igitur, vt ex eodem loco Prudentij colligimus, indictiuum, siue imperatiuum Ieiunium, vide x Sermonem Ambrosij. Aluarez: *Sed vt plurimum Laici vtriusque sexus a Trinitate, ad Aduentum, ieiunant quarta feria, & Sabbato omnium hebdomadum. A Natali Domi-*
D *nico, ad Purificationem, quod solenne* SIMEON *vocant, nullum ieiunium obseruant. Triduo post, nisi Sabbatum, aut Dominica interuenerit, Monachi, & Sacerdotes incredibiles inedias sibi indicunt. Nam affirmarunt nobis, integro triduo semel tantum cibum sumere. quod tempus ipsi Pœnitentiam Niniue vocant.* Hæc ille. Atqui Niniue nostrum aliud est. Est enim dominica ante Septuagesimam, siue introitus ieiunij Æthiopicus. Canon igitur totus probus est, neque eum, vt solet, aliud agendo deprauauit Eclogarius. Pascha ἀναστάσι-

σιμον hoc anno fuit duodecima Miazia. Introitus ieiunij ſextadecima Iachathih. Matque XXVIII Tir, feria quarta. Hic præcipitur addere IV, ſi Matque fuerit feria quarta. Ergo Niniue fuit ſecunda Iachathith: quæ proculdubio erat Dominica ante Septuageſimam. In reliquis periculum fac. A

XI *adiice. Montem Oliueti reperies*) Mons Oliueti eſt XXVIII, vel XXIX Sexageſimæ. Nam vtramque video vſurpari. Hoc anno Mons Oliueti fuit XIII Magabith. Niniue ſecunda Iachathith. XI ergo cum ſecunda Iachathith compoſita dant XIII Iachathith. Ergo XIII Magabith Mons Oliueti, vt iam diximus. Hic ineundum eſt Niniue a III Iachathith. Tunc enim init ieiunium Niniues. B

II *adiice. Hoſanna reperies*) Totus hic Canon eſt Canoniſmus feſtorum mobilium per Niniue. Niniue eſt III Iachathith, nimirum a die Lunæ, vt iam proxime diximus. Adde II. Habes quinque. Ergo quinta menſis Hoſanna erit. Id eſt, quinta menſis, in quo Hoſanna celebratur, erit ipſum Hoſanna. Quod verum eſt. Quinta enim Miazia hoc anno Hoſanna fuit.

IX *adiice. Paſcha inuenies*) Eadem doctrina cum ſuperiore. Nam duo ad Niniue dant Hoſanna. & ſeptem ad Hoſanna, dant Paſcha. Duo autem cum ſeptem compoſita fiunt IX: quæ ad Niniue adiecta dant Paſcha.

III *adiice. Racbe inuenies*) Tria cum tribus compoſita dant VI Iachathith. Ergo VI menſis, cui competit Racbe: eſt ipſum Racbe. Proinde hoc anno VI Ginboth fuit Racbe: quæ eſt XXV a Paſcha. Sed ſupra erat XXII. Vtrunque verum. Nam cum additur XXI ad Paſcha, conſequimur Dominicam, cuius Hebdomadi competit Racbe. At per hunc Canonem conſequimur ipſum Racbe, ſynodum diœceſeos, feria IV. C

XVIII *adiice. Solenne Teſſaracoſtæ inuenies*) Vere dicit. Sed negligentiæ culpam a ſe non amolitur. In proximo Canone Racbe erat non dominica ipſa, ſed dies, in qua cogitur ſynodus. Hic eſt dominica ipſa, nempe tertia Ginboth. Adde XVIII ex Canone. Habes XXI Ginboth, ſolenne Aſcenſionis. quod ſine dubio hoc anno in eamdiem conuenit. D

XXVIII *adiice*) Eſt eadem doctrina cum ſuperiore. Nam X ſupra Teſſaracoſten addita dant Pentecoſten. Itaque XVIII cum X faciunt XXVIII. &c.

INTROITVM *ieiunij ſi inueniſti, III reiice*) Canon XIX agebat per adiectiones. Hic contra per detractionem dierum. Introitus ieiunij in dominica eſt XVI Iachathith, in feria ſecunda, XVII. De-

tractis

A tractis III, remanet XIV mensis. Ergo XIV mensis, cui competit mons Oliueti, erit ipse Mons Oliueti: nempe XIV Magabith.

MONTEM *Oliueti si reperisti, II reiice*) Mons Olíueti XIV Magabith ex proxima doctrina. Duobus detractis, remanet XII mensis. Ergo XII mensis, cui hoc anno Pascha competit, fuit Pascha: nempe XII Miazia. Quod verum est.

IN *prima pagina*) Quarta pars Computi ἡ ὁμὰς τῶν χρόνων. Æthiopum vetus Ecclesia tempus a creatione & primo Homine, ad συντέλειαν κόσμου, determinat annorum 7000. Hæc septem millia annorum per septem centurias diuidunt: quas vocant Sabbata, siue Hebdomadas Enoch. Rursus Hebdomadas Enoch in Iubilea diui-
B dunt, quæ sunt Hebdomades hebdomadum annalium. Itaque Hebdomas annalis est minima diuisio. Totum Canonem explicat Tabella, quam subiecimus: in cuius prima columna est filum periodorum Dionysianarum. secunda habet annos periodorum collectos. tertia numerum Septimanarum. quarta Iubilea cum Hebdomadibus appendicibus. Huic Canoni alio interprete opus non est. Tredecim periodi Dionysianæ fiunt anni 6916. quo interuallo, neomeniæ Iudaicæ, cycli Solis & Lunæ in orbem re-
C deunt. Nam in 247 annis, qui sunt cycli XIII, feriæ neomeniarum redeunt quidem in orbem, vt libro secundo demonstratum est, sed cyclus Solis nondum restituitur. Itaque quot anni sunt in cyclo Solis (sunt autem 28) toties 247 continet hæc magna periodus annorum 6916. Quare anno periodi Iulianæ 7869, completo, periodus Iudaica redit in orbem, CXI annis ante restitutionem ipsius periodi Iulianæ, quæ est annorum 7980. Ab annis enim periodi Iulianæ 7869 abiice differentiam ipsius periodi & Computi Iudaici, nempe annos 953. Remanent anni 6916, periodus nempe Iudaica absoluta. Sed ei periodo Iudaicæ desunt an-
D ni 84 ad septem millia annorum Solarium, vt continetur in hoc Canone. Itaque negari non potest, Æthiopibus hanc periodum Iudaicam notam fuisse, quæ Iudæis hodie penitus ignoratur. obscurissimus erat hic locus, & nulla spes interpretandi, nisi prius de hac periodo Iudaica nobis compertum fuisset.

Periodi	Anni Collecti	Septimanæ annorum	Iubilea	Septimanæ
1	532	76	10	6
2	1064	152	21	5
3	1596	228	32	4
4	2128	304	43	3
5	2660	380	54	2
6	3192	456	61	1
7	3724	532	76	0
8	4256	608	86	6
9	4788	684	97	5
10	5320	760	108	4
11	5852	836	119	3
12	6384	912	130	2
13	6916	988	141	1

Vniuscuiusque Sabbati summa) Superior diuisio pertinebat ad summam periodum Computi Iudaici 6916. Hæc vero ad perfectam annorum Solarium, quæ constat septem millibus annorum: &

cuius septima pars dicitur SABBATVM ENOCH : quia Enoch natus anno mundi 700, iuxta Æthiopas : cum potius a conditu rerum, ad Enoch natum anni tantum putentur 622. Differentia 78. Fortasse Sabbatum Enoch dictum ab eo, quod Enoch septimus ab Adam, qui viuus in cælum sublatus est. Itaque vetus Schola Iudæorum Enoch dicunt esse symbolum Sabbati cælestis, hoc est, quietis æternæ. Nam Adam, Seth, Enos, Kainan, Malalleel, Iared mortui sunt. Septimus Enoch mortem non sensit. A

*cum * Septimanis*) Deest numerus 11. Sed Tabella omnia loquitur.

MATQVE) Sequuntur Aphorismi Computi Æthiopici. Dies Æthiopicus, vt & Iudaicus, incipit ineunte nocte: quæ in illis tractibus ingruit statim occaso Sole, propter Tropici longissimam ab orizonte distantiam. Hoc tempus ipsi vocant ሠርቀ: ሌሊት:: שֶׁרֶק לֵילִית Hebraice עֶרֶב. Syriace ܪܡܫܐ. Matutinum tempus vocant ሠርቀ:ጸብሐት:: שֶׁרֶק עֶלֶת vel ጸብሕ: צבח. quod mere Arabicum est صبح & proprie est Hebræorum בֹּקֶר. Hæc duo tempora constituunt τὸ νυχθήμερον, quod Danieli dicitur עֶרֶב־בֹּקֶר. Meridiem vocant ጎዜ:ቀትር ፤ גִּזֵי קְטַר. Neque aliam partitionem diei ciuilis norunt. Nullus enim in illis partibus horologiorum vsus. Ait igitur Canon Matque incipere a nocte antecedenti. vt in primo anno cycli Matque est XIX Mascaram. Incipit igitur a prima nocte ipsius Matque. Id est, a nocte, quæ proxima antecedit diem XIX Mascaram. quod etiam Iudæi obseruant. Matque igitur est dies nouilunij notatus cyclo, qui anno proposito currit. vt in hoc anno gratiæ 1312, nonadecima Mascaram est Matque, idque a nocte antecedente. Matque igitur nihil aliud est, quam neomenia Dionysiana in omni mense Solari. B C

Badri in ortu) Badri est mera obseruatio Iudaica. Ab ortu noctis decimæ igitur incipit. Hoc est, ab ortu noctis decimæ Nisan Dionysiani.

Terminus Phase) ወትር: & Arabice وتر significat παράτασιν, terminum, porrectionem. Sed & in vtroque idiomate Wathri significat Vigiliam, siue παραμονὴν, diem nempe, quæ solenne aliquod antecedit vel potius noctem, quæ venienti festo imminet, ἢ, vt loquitur Euangelium, τῇ ἑορτῇ ἐπιφωσκ. In hunc sensum accipitur a Muhammede in Surath *Weelphagri*. Ibi enim sumitur, αὐτὶ τοῦ προεορτίου τοῦ Πάσχα Ἀγαρηνῶν : pro vigilia Paschatis Agarenorum, siue Muhammedanorum. Igitur προεόρτιον τοῦ φασὴ est nox, quæ sequitur XIII diem Nisan Dionysiani. Sic ieiunium Salutis init a vicesima septima noctе Lunæ Dionysianæ, quæ Luna competit mensi Nahase. Hic est D

priscus

A priscus mos Ecclesiæ, vt peruigilia anteirent solennibus, & festis Martyrum.

Terminus Matque) Hæc ex Kalendario patent. Matque non ascendit supra xv Mascaram, non descendit infra xiii Tikmith.

Ieivnivm *Iudæorum*) Ieiunium Iudæorum est decima Tisri, austerissimo ieiunio non solum a Iudæis, sed & ab Æthiopibus dicata. Iudæis ex lege: Æthiopibus, vel quod in multis ἰουδαΐζουσι, vel propter εὐαγγελισμὸν Ζαχαρίου. Iudæorum hoc ieiunium Hispani vocant *lo çinkipul de los Iudios*. Nam Cinkipul, corruptum ex צוֹם כִּפּוּר, Tzom Kippur. Pendet autem hic Canon ab antecedente. Nam si citimus Matque est xv Mascaram: ergo citimum ieiunium Iudai-

B cum erit xxiiii Mascaram. Rursus si remotissimum Matque xiii Tikmith: ergo remotissimum ieiunium Iudæorum erit xxii Tikmith.

Introitvs *ieiunij*) Neque hæc interprete egent. Citimum Phase est xxv Magabith: citimum Pascha xxvi eiusdem. Numera retro lv dies, quot nempe constat ieiunium Æthiopicum. Peruenies ad neomeniam Iachathith. Ergo citimus introitus ieiunij neomenia Iachathith. Remotissimum Pascha xxx Miazia. Retro lv, dies retexti desinunt in v Magabith. Reliqua omnia pendent ex hac demonstratione.

Compvtvm *Pœnitentiæ*) Pœnitentia in Æthiopismo dicitur

C Gena. ፲፭: item ስብከት: ፲፭:: סִבְרָתָן κήρυξις μετανοίας: quo tempore Lectiones ex Euangelio depromuntur, in quibus agitur de prædicatione Iohannis Baptistæ. Igitur prædicatio pœnitentiæ est introitus ieiunij Aduentus: quod ieiunium non minore abstinentia, ac Quadragesimam ipsam obseruant. Nam & ξηροφαγοῦσι, vt & in illa.

Elias) De Elia & ieiunio monobiblon reliquit Ambrosius. Eius ieiunij memoriam celebrant Æthiopes xxvi die mensis Chadar. Si igitur xxvi Chadar, in quo celebratur Elias, fuerit feria iii, siue ♂, adde xiii: peruenies in nonam Thachschasch, quæ erit prima dies Gena, siue Aduentus Dominici. Ita de reliquis. Non indiget monitore.

D *Mascaram*) Mensium nomenclatura, quæ in priore editione deerat, nunc in ista lucidam facem tenebris huius computi alluxit. Nam profecto diuinandum erat antea, & Mascaram ac Tikmith pro Paschalibus mensibus assumendi. Quid enim aliter facere poterat homo errabundus in Compito, vbi nemo digitum intendebat? Quod si alicui Marrucino, qualium multos & hoc sæculum tulit, & ego experior quotidie, menses illos ante nos nancisci contigisset, satis habuisset argumenti ad nouum librum edendum, & nobis

 insultan-

insultandum, quod Oedipi non essemus. Quomodo enim aliter agunt Asini isti? Sed ne illos quidem menses adepti ea diuinassent, quæ nobis multis coniecturis eruenda fuerunt. Ea nunc plana quidem sunt, quia deprehensa. Antea vero vix posse ad illa penetrari videbatur. Scito autem, candide Lector, mensem tertium a sacerdote Æthiope, qui mihi illos misit, ita scriptum fuisse, vt secunda litera plane sit Ain quartæ classis ኅዓር: Sed ኅዳር: legendum esse animaduerti tandem ex epistolio Itali negotiatoris, qui mihi illos menses ex vrbe Cairo Massiliam misit. Itaque in quarto libro pro ኅዓር: legendum ኅዳር: Hadar, vt plane habet epistola hominis Itali. Hoc quoque peperisset nouum librum in nos, si alicui Midæ oboluisset. A

Annus ab incarnatione) Æthiopes vtuntur Computo annorum, qui familiaris est Christianis Orientalibus, quem vocant Computum a casu Adam. Is ab initio rerum ad natalem Christi, determinat annos 5501, vel 5500, vt ipsi Æthiopes notabant in fine Noui Testamenti. Hoc etiam Computo quidam Græci vtuntur, in quibus Landulphus Sagax, qui annales suos ad verbum ex Græcis expressit. Sed & ipse Landulphus, & Græci, & Æthiopes in eo mire hallucinantur. Nam quia is Computus minor est Computo Paschali Constantinopolitano annis VII, propterea annos a Christo Dionysianos septem annis minus putant. Nam anno Christi DCIX, Paschali Græcorum 6117, Heraclius iniuit imperium. Landulfus dicit anno DCII, septem nimirum minus, quam verus Computus Dionysianus. Ita hic anni putantur a Christo 1577, anno Dionysiano 1584: hoc est, a neomenia Thoth siue Mascaram, qui cæpit anno Christi 1584 Dionysiano, diebus Matthæi. Longe vero plura in hunc libellum dici poterant. Sed tu candide Lector, non solum quæ omisi, sed & quæ ignoraui, ignosce. Cogita tecum, quid sit ignotos ritus, inexplicabiles numeros, incognitam linguam publicasse. Si vnquam similem prouinciam susceperis, non erit, quod meos errores damnes. Et tibi ipse veniam dabis. Erat autem hic libellus in fine Euchologij Æthiopici manu scripti. Nemo negauerit præstantiorem thesaurum antiquitatis Christianæ hodie non extare: & multa hinc nos doceri, quæ alto obliuionis silentio obruta erant. B C D

Nunc similis argumenti breuem Copti siue Ægyptiorum Computum subiiciam: cuius partem ex Arabico hausi, partem ego ipse castigaui. Nam negligenter quædam ibi tractantur, quanquam a sacerdote Æthiope descripta.

Confer ergo te ad Tabulam infra subiectam.

COM-

A

COMPVTVS CHRISTIANORVM ELKOPTI.

Cyclus Solis	Plinthion	Cyclus Pasch.	Terminus Paschalis
1	3	1	29 *Parmahath*
2	4	2	18 *Parmuda*
3	5	3	7 *Parmuda*
4	7	4	26 *Parmuda*
5	1	5	15 *Parmahath*
6	2	6	4 *Parmuda*
7	3	7	23 *Parmuda*
8	5	8	12 *Parmuda*
9	6	9	1 *Parmuda*
10	7	10	20 *Parmuda*
11	1	11	9 *Parmuda*
12	3	12	28 *Parmahath*
13	4	13	17 *Parmuda*
14	5	14	6 *Parmuda*
15	6	15	25 *Parmahath*
16	1	16	14 *Parmuda*
17	2	17	3 *Parmuda*
18	3	18	22 *Parmuda*
19	4	19	10 *Parmuda*
20	6		
21	7		
22	1		
23	2		
24	4		
25	5		
26	6		
27	7		
28	2		

	MENSES Elkopti.
1	THOTH
2	PAPA
3	HATHVR
4	CHIACH
5	TVBA
6	AMSCHIR
7	PARMAHATH
8	PARMVDA
9	PASCHVNES
10	PEVNI
11	EPIP
12	MVSRI
13	NISI

SOLENNIA.		
البشارة	*Annunciatio*	VI
المولد	*Natalis*	VII
الحميم	*Baptismus* i. *Epiphania*	V
دخول الرب	*Introitus Domini*	IIII
بطرس وبولص	*Petrus*, & *Paulus*	IIII
التجلي	*Reuelatio* i. *Transfiguratio*	VII
الانتقال	*Tranlatio* i. *Assump. B. Mariæ*	II
الصليب	*Crux* XIV. *Sept.*	IIII

Abiice omnia 28 ex æra Martyrum. Reliquum est Cyclus Solis Ægyptiacus.

Accipe characterem, siue Plinthion e regione cycli Solis. Adde characteri mensis. Prodit feria mensis.

Abiice vnitatem ex annis Martyrum. Abiice rursus omnia 19. Reliquum est cyclus Paschalis.

الحميم Est balneatio. Ita vocant diem Epiphaniæ: quod Ecclesia vetus Ægyptiaca baptismum eo die iteraret, vt supra in Computo Æthiopico notauimus. Hodie is mos obsoleuit in Ecclesia Ægyptiaca, resedit in Æthiopica.

De Ægyptiis Christianis, qui hodie KVPTI dicuntur, alibi satis a nobis dictum. Putauimus aliquando nomen KVPTI aut KOPTI ab vrbe Copto deductum: sed perperam. Nam decurtatum est ex vltima parte vocis ΑΙΓΥΠΤΟΣ. GVPTI igitur pro Ægyptiis dicti. Æthiopes vero eos vocant GIPTV, aut GIBBETV. Muhammedani Ægyptij vocant Christianos ipsos populares suos Elchibth: quod nihil aliud est, quam ELCVPTI. القبط. Nam alioquin etiam hodie tota Ægyptus vocatur ab ipsis Arabibus مصر Metzer, vt olim. Verba Ioannis Leonis ex eius eximio opere de Africa

Africa: *Ita etiam Arabes vocant totam regionem* MESRE, *habitatores autem ipsos* ELCHIBTH. *Aiunt Chibth primum fuiße, qui ibi primus & imperauit, & ædificia construxit: quod etiam ipsi indigenæ non alio se nomine appellant. Nulli vero Ægyptij supersunt ibi, præter illos Christianos, qui nunc ibi sunt. Reliqui omnes ad Muhamedismum desciuerunt.* A

Hæc ille. Sed de CHIBTI iam dictum. Vtuntur autem illi Christiani vetustissima Ægyptiaca lingua in sacris, qua tres liturgias conscriptas penes nos habemus, Gregorij, Cyrilli, & Ignatij, cum interpretatione Arabica. Nihil habet commune cum reliquis Orientalibus ille sermo, præter characteres, quorum maxima pars Græci sunt.

COM-

COMPVTVS ARABICVS ECCLESIAE ANTIOCHENAE.

SCITO hanc lineam. Ea autem est ad cognoscendum characterem anni, qui est infra Titulum, cuius numerus viginti & octo. qui incipit ab anno incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Fac ingressum in eam. Accipe literam, quam sub ea inuenies. Ipse est character illius anni. Aggregabis eam cum charactere mensis aut Solennitatis, quam quæris: & scies ingressum illius mensis, & Solennitatis in diebus Septimanarum, siquidem fuerit minor eis (septimanis) Sin autem maior eis, abiice eas ab eo; & residuo attende. Quod si litera, quam inuenisti sub numero, fuerit gemina, prior competit vsque ad XXVI Asbat: posterior competit a XXVI vsque Asbat, ad finem anni. Secunda linea est ad cognoscendum Pascha Iudaicum. Summa autem eius XIX. Initium vero eius est supra titulum ab anno incarnationis 1578. Ingressus in eam accipe quod inuenies sub ea. Numerus ruber est quota (feria) Pascha in mense Romano. Literam autem nigram, quæ est infra eam, adiicies supra characterem anni. Aggregatum erit dies eius de diebus Septimanæ. Numera dies ab eo, ad Dominicam, quæ post eam est. Congrega eas ad numerum. Pascha (Iudaici) prodibit numerus Resurrectionis in mense. Quotiescunque autem alterutra ex istis lineis absoluta erit, redibit in orbem operatio, & incipit denuo. Exemplum huius. Volumus scire characterem anni 1581 incarnationis. Consideramus lineam, quæ est subter Titulum, cuius Tituli numerus est viginti octo, iniens ab anno 1566, incipientes ab eo (anno) & progredientes in numero lineæ viginti & octo: & incidit numerus noster in XVI, id est, sexdecim. Infra eum est litera WAV. Cognoscimus VI eum esse characterem. Adiicimus eum supra characterem Kanun posterioris, id est, II. Aggregatum est octo. Abiicimus septem ab eo. & nobis residuum fit vnitas. Et cognoscimus ingressum Kanun huius anni esse Dominicam. Eodem modo adiicimus supra characterem Solennitatis Epiphaniæ, hoc est, VII. Aggregatum fit XIII. Abiicimus ex eo septem. Residuum fit nobis quinque. Cognoscimus, quod Festum Epiphaniæ huius anni erit feria quinta. Rursus volumus scire diem Pascha Iudaici in hoc anno, & diem Resurrectionis Domini nostri. Ingressi in lineam numeri aurei incipientis ab anno incarnationis 1578 pergimus in ea (linea) vsque ad finem anni 1581. Character est VII. Sub eo XXII: hoc est, vigesima secunda Adar. Et cognoscimus Pascha (Iudaicum) huius anni esse vicesimam secundam Adar. Sub ea (die) est litera V. Adiicimus eam supra characterem anni, hoc est, VI. Fiunt XI. Abiicimus septem. Residua fiunt quatuor. Cognoscimus, quod est feria quarta, nempe XXII Adar. Feria quinta XXIII. Feria sexta XXIV. Feria septima XXV. Dominica XXVI. Ergo cognoscimus Dominicam Resurrectionis illius anni esse vicesimam sextam Adar.

اعلم هذا الجدول وهو لمعرفة علامة السنة الذي اسفل الصفحه وعدده ثمانيه وعشرين وهو مبدي من سنة الف وخمس مياه وسته وستين تجسديه تدخل به وتاخذ ما تجد تحته من الاحرف وذلك هو علامة تلك السنه تجمعها مع علامة الشهر او العيد الذي تطلبه فتعلم يوم دخول ذلك الشهر او العيد في ايام الاسابيع اذا كان اقل منها وان ازيد منها فاسقطها منه واعتبر الباقي واما الحرف الذي وجدته تحت العدد ان كان احرفين واول بحكم الي كومن اسباط والاخر بحكم من كو اسباط الي اخر السنة والجدول الثاني لمعرفه فصح اليهود وجملته بط وهو في اعلى الصفحة مبدا من سنه ١٠٧٨ التجسديه فتدخل به وتاخذ ما تجد تحته فالعدد الاحمر هو كمية الفصح في الشهر الرومي والحرف الاسود الذي تحته تزيد على علامة السنه ويكون الحاصل يومه من ايام السبوع تعد الايام منه الى الاحد الذي بعده وتجمعها على عدد الفصح ويكون عدد القيامة في الشهر وكلما انتم واحد من اولا ء الجدولين يرجع العمل فيبدي من اوله مثال ذلك اذا اردنا ان نعرف علامة سنه ١٠٧١ تجسديه ونظرنا الي الجدول الذي اسفل الصفحه وهو عدده ثمانيه وعشرين وهو مبدي من سنه ١٠٦٦ وبدينا منها ومشينا بالعدد في جدول الثمانيه وعشرين وحصل عددنا في البو وهو السته عشر وتحته حرف واو وعلمنا ان علامة تلك هي فزدناها على علامه كانون الثاني وهي ب وكان الحاصل ثمانيه اسقطنا منها السبعه وبقي معنا واحد وعلمنا ان دخول كانون تلك السنه هو يوم الاحد وكذلك زدناها على علامة عيد الدنح وهي ز وكان الحاصل ثلثه عشر وسقطنا منها السبعه وبقي معنا خمسه فعرفنا ان عيد دنح تلك السنه يكون يوم الخميس وايضا اردنا ان نعلم يوم فصح اليهود في تلك السنه وعيد قيامة ربنا فدخلنا في جدول عدد الذهبي وهو مبدو من ١٠٧٨ سنه تجسديه فمشينا فيه الي تمام ١٠٧١ وكانت العلامه د وتحتها كب وهو اثنين وعشرين من اذار فعلمنا ان فصح تلك السنه في اثنين وعشرين من اذار وكان تحته حرف ه زدناه على علامة السنه وهي و فكان ١١ فطرحنا السبعه وبقي اربعه فعلمنا هو يكون الاربعا وهو ٢٢ من اذار والخميس ٢٣ والجمعه ٢٤ والسبت ٢٥ والاحد ٢٦ فيكون قد علمنا ان قيامة تلك السنه هي في ستة وعشرين اذار

ooo

FILVM FESTORVM ET IEIVNIORVM, VT INVENIATVR RESVRRECTIO IVGITER. A

Festum Resurrectionis, & mensis eius.	Ieiunium Magnum & mensis eius.	Ascensio & mensis eius.	Pentecoste & mensis eius.	Ieiunium Niniue & mensis eius.
22 *Adhar*	2 *Asbat*	30 *Nisan*	10 *Iiar*	12 *Canun posterioris*
23 *Adhar*	3 *Asbat*	1 *Iiar*	11 *Iiar*	13 *Canun posterioris*
24 *Adhar*	4 *Asbat*	2 *Iiar*	12 *Iiar*	14 *Canun poster.*
25 *Adhar*	5 *Asbat*	3 *Iiar*	13 *Iiar*	15 *Canun poster.*
26 *Adhar*	6 *Asbat*	4 *Iiar*	14 *Iiar*	16 *Canun posterioris*
27 *Adhar*	7 *Asbat*	5 *Iiar*	15 *Iiar*	17 *Canun poster.*
28 *Adhar*	8 *Asbat*	6 *Iiar*	16 *Iiar*	18 *Canun posterioris*
29 *Adhar*	9 *Asbat*	7 *Iiar*	17 *Iiar*	19 *Canun poster.*
30 *Adhar*	10 *Asbat*	8 *Iiar*	18 *Iiar*	20 *Canun posterioris*
31 *Adhar*	11 *Asbat*	9 *Iiar*	19 *Iiar*	21 *Canun posterioris*
1 *Nisan*	12 *Asbat*	10 *Iiar*	20 *Iiar*	22 *Canun poster.*
2 *Nisan*	13 *Asbat*	11 *Iiar*	21 *Iiar*	23 *Canun poster.*
3 *Nisan*	14 *Asbat*	12 *Iiar*	22 *Iiar*	24 *Canun poster.*
4 *Nisan*	15 *Asbat*	13 *Iiar*	23 *Iiar*	25 *Canun poster.*
5 *Nisan*	16 *Asbat*	14 *Iiar*	24 *Iiar*	26 *Canun poster.*
6 *Nisan*	17 *Asbat*	15 *Iiar*	25 *Iiar*	27 *Canun poster.*
7 *Nisan*	18 *Asbat*	16 *Iiar*	26 *Iiar*	28 *Canun poster.*
8 *Nisan*	19 *Asbat*	17 *Iiar*	27 *Iiar*	29 *Canun posterioris*
9 *Nisan*	20 *Asbat*	18 *Iiar*	28 *Iiar*	30 *Canun poster.*

A

جدول الاعياد والاصوام بوجه القيامة دايمًا				
صوم ننوه وشهره	البنطيقوسطى وشهره	الصعود وشهره	صوم الكبير وشهره	عيد القيامه وشهرها
١٢ كانون ثاني	١٠ ايار	٣ نيسان	٢ اسباط	٢٢ اذار
١٣ كانون ثاني	١١ ايار	١ ايار	٣ اسباط	٢٣ اذار
١٤ كانون ثاني	١٢ ايار	٢ ايار	٤ اسباط	٢٤ اذار
١٥ كانون ثاني	١٣ ايار	٣ ايار	٥ اسباط	٢٥ اذار
١٦ كانون ثاني	١٤ ايار	٤ ايار	٦ اسباط	٢٦ اذار
١٧ كانون ثاني	١٥ ايار	٥ ايار	٧ اسباط	٢٧ اذار
١٨ كانون ثاني	١٦ ايار	٦ ايار	٨ اسباط	٢٨ اذار
١٩ كانون ثاني	١٧ ايار	٧ ايار	٩ اسباط	٢٩ اذار
٢٠ كانون ثاني	١٨ ايار	٨ ايار	١٠ اسباط	٣٠ اذار
٢١ كانون ثاني	١٩ ايار	٩ ايار	١١ اسباط	٣١ اذار
٢٢ كانون ثاني	٢٠ ايار	١٠ ايار	١٢ اسباط	١ نيسان
٢٣ كانون ثاني	٢١ ايار	١١ ايار	١٣ اسباط	٢ نيسان
٢٤ كانون ثاني	٢٢ ايار	١٢ ايار	١٤ اسباط	٣ نيسان
٢٥ كانون ثاني	٢٣ ايار	١٣ ايار	١٥ اسباط	٤ نيسان
٢٦ كانون ثاني	٢٤ ايار	١٤ ايار	١٩ اسباط	٥ نيسان
٢٧ كانون ثاني	٢٥ ايار	١٥ ايار	١٧ اسباط	٦ نيسان
٢٨ كانون ثاني	٢٦ ايار	١٦ ايار	١٨ اسباط	٧ نيسان
٢٩ كانون ثاني	٢٧ ايار	١٧ ايار	١٩ اسباط	٨ نيسان
٣٠ كانون ثاني	٢٨ ايار	١٨ ايار	٢٠ اسباط	٩ نيسان

B

C

D

RESIDVVM TABVLÆ. A

10 Nisan	21 Asbat	19 Iiar	29 Iiar	31 Canun posterioris
11 Nisan	22 Asbat	20 Iiar	30 Iiar	1 Asbat
12 Nisan	23 Asbat	21 Iiar	31 Iiar	2 Asbat
13 Nisan	24 Asbat	22 Iiar	1 Haziran	3 Asbat
14 Nisan	25 Asbat	23 Iiar	2 Haziran	4 Asbat
15 Nisan	26 Asbat	24 Iiar	3 Haziran	5 Asbat
16 Nisan	27 Asbat	25 Iiar	4 Haziran	6 Asbat
17 Nisan	28 Asbat	26 Iiar	5 Haziran	7 Asbat
18 Nisan	1 Adhar	27 Iiar	6 Haziran	8 Asbat
19 Nisan	2 Adhar	28 Iiar	7 Haziran	9 Asbat
20 Nisan	3 Adhar	29 Iiar	8 Haziran	10 Asbat
21 Nisan	4 Adhar	30 Iiar	9 Haziran	11 Asbat
22 Nisan	5 Adhar	31 Iiar	10 Haziran	12 Asbat
23 Nisan	6 Adhar	1 Haziran	11 Haziran	13 Asbat
24 Nisan	7 Adhar	2 Haziran	12 Haziran	14 Asbat
25 Nisan	8 Adhar	3 Haziran	13 Haziran	15 Asbat

B

C

ا نيسان

A	اسر كانون ثاني	ور ايار	وا ايار	اسر اسباط	ا نيسان
	ا اسباط	.سر ايار	.بر اياز	سرنر اسباط	اا نيسان
	بر اسباط	اسر اياز	ا بر ايار	سرير اسباط	برا نيسان
	سر اسباط	ا حزيران	مرير ايار	عرير اسباط	سرا نيسان
	عر اسباط	بر حزيران	سرير ايار	٥بر اسباط	عرا نيسان
	٥ اسباط	سر حزيران	عرير ايار	٤بر اسباط	ا٥ نيسان
B	٤ اسباط	عر حزيران	٥بر ايار	٧بر اسباط	ا٤ نيسان
	٧ اسباط	٥ حزيران	٤بر ابار	٨بر اسباط	ا٧ نيسان
	٨ اسباط	٤ حزيران	٧بر ايار	ا اذار	ا٨ نيسان
	و اسباط	٧ حزيران	٨بر ايار	بر اذار	وا نيسان
	.ا اسباط	٨ حزيران	ور ايار	سر اذار	.بر نيسان
	اا اسباط	و حزيران	.سر ايار	عر اذار	ابر نيسان
C	برا اسباط	.ا حزيران	اسر ايار	٥ اذار	سرير نيسان
	سرا اسباط	اا حزيران	ا حزران	٤ اذار	سرمر نيسان
	عرا اسباط	ابر حزيران	بر حزيران	٧ اذار	عرير نيسان
	ا٥ اسباط	سرا حزيران	سر حزيران	٨ اذار	٥بر نيسان

Ista linea, quæ minimo auxilio indiget, est ad cognoscendum initum diei Solennitatis Resurrectionis Domini nostri. Methodus ingrediendi ad eam est, primum, vt scias quotus est numerus anni, quem quæris, de cyclo aureo incipiente ab (anno) 1578 incarnationis. Cognoscas etiam characterem anni. Quod si is annus fuerit bisextilis, accipe characterem, qui est post Asbat. Percurre numeros, donec occurrant in quandam cellam. Et quidem is erit character illius anni, & mensis notatus e regione eius. Exemplum huius rei in anno 1582. Numerauimus in aureo (cyclo) ab anno 1578. Et incidit in v. Character autem vii, & occurrimus xv Nisan. Ea est Resurrectio eius.

Character annorum.	Numerus viginti octo ab anno 1566
I	I
II	II
III	III.IIII
IIII	V
V	VI
VI	VII
VII	I.II
VIII	III
IX	IIII
X	V
XI	VI. VII,
XII	I
XIII	II
XIIII	III
XV	IIII. V
XVI	VI
XVII	VII
XVIII	I
XIX	II.III
XX	IIII
XXI	V
XXII	VI
XXIII	VII. I
XXIIII	II
XXV	III
XXVI	IIII
XXVII	V. VI
XXVIII	VII

Filum Diagrammatis characterum mensium, & Festorum ex opinione Surianorum.

TISRI PRIOR I	TISRI POSTERIOR IIII.	CANVN PRIOR VI	CANVN POSTERIOR II
ASBAT V	ADHAR V	NISAN I	IIAR III
HAZIRAN VI	TAMVZ I	AAB IIII	ILVL VII
FESTVM ANNVNTIATIONIS I	FESTVM NATALIS II	FESTVM EPIPHANIÆ VII	INGRESSVS DOMINI IN TEMPLVM VI
PETRVS ET PAVLVS VI	TRANSFIGVRATIO II	ASSVMPTIO DOMINÆ IIII	FESTVM CRVCIS VI

Numerus cycli aurei.	Pascha Iudaicum in mense Romano.	Dies Paschæ ex septimana.
I	XXV	I
II	XIII	VI
III	II	II
IIII	XXII	V
V	X	III
VI	XXX	VI
VII	XVIII	IIII
VIII	VII	VII
IX	XXVII	III
X	XV	I
XI	IIII	IIII
XII	XXIV	VII
XIII	XII	V
XIIII	I	I
XV	XXI	IIII
XVI	IX	II
XVII	XXIX	V
XVIII	XXVII	III
IX	VI	VI

1578

هذا الجدول الذي عن يسار الناصر هو لمعرفة وقوع يوم عيد قيامة ربنا ومعرفة الدخول اليه هي ان تعرف اولا كم هو عدد السنه التي تطلبه من الدولاب الذهبي المبدو من ١٥٧٨ تجسديه وتعرف ايضا علامة السنه وان كانت تلك السنه كبيسه فتاخذ لها العلامه التي هي من بعد اسباط وتمشي العددين الي ان يتلاقون في فرد بيت فذلك يكون قيامة تلك السنه وشهر معين عندها ومثال ذلك لسنه عر٨ ١٥ وعددنا في الذهبي من سنه ١٥٧٨ افكان في ه وعلامة السنه ز فالقينا في ١٠ نيسان وهو قيامتها

العدد الثمانية وعشرين من سنة ١٥٧٨	علامات السنين
ا	ا
ب	ب
ج	ج د
د	ه
ه	و
و	ز
ز	ا ب
ح	ج
ط	د
ي	ه
يا	و ز
يب	ا
يج	ب
يد	ج
يه	د ه
يو	و
يز	ز
يح	ا
يط	ب ج
ك	د
كا	ه
كب	و
كج	ا ز
كد	ب
كه	ج
كو	د
كز	ه و
كح	ز

جدول ضورة علامات الشهور والاعياد براي الشريان

تشرين الاول ا	تشرين الثاني د	كانون الاول و	كانون الثاني ب
اسباط ه	اذار ه	نيسان ا	أيار ج
حزيران و	تموز ا	الاب د	ايلول ز
عيد البشارة ا	عيد المولد ب	عيد الدنح ز	دخول الرب الهيكل و
بطروس وبولص و	التجلي ب	انتقال السيدة د	عيد الصليب و

عدد دولاب الذهبي ١٥٧٨	فصح اليهود في شهر الرومي	يوم الفصح من السبوع
ا	كه	ا
ب	يح	و
ج	ب	ب
د	كب	ه
ه	ي	ج
و	ل	و
ز	يح	د
ح	ز	ز
ط	كز	ج
ي	به	ا
يا	د	د
يب	كد	ز
يج	يب	ه
يد	ا	ا
يه	كا	د
يو	ط	ب
يز	كط	ه
يح	كز	ج
يط	و	و

LINEA COGNOSCENDI QVOTA FERIA PASCHA LEGALE IN MENSE ROMANO, & diem Resurrectionis, & mensem eius Romanum, ab anno Incarnationis MDLXXVIII.

Cyclus aureus incipit ab anno 1888 *Alexandreo: & quotiescunque desinit & compleuit circuitum, redit ad principium suum.*

Solenne Paschatis Character I.	Solenne Paschatis Character II.	Solenne Paschatis Character III.	Solenne Paschatis Character IIII.	Solenne Paschatis Character V.	Solenne Paschatis Character VI.	Solenne Paschatis Character VII.	Pascha Iudaicum.	Aureus numerus.
31 *Adhar*	30 *Adhar*	29 *Adhar*	28 *Adhar*	27 *Adhar*	26 *Adhar*	1 *Nisan*	XXV	I
14 *Nisan*	20 *Nisan*	19 *Nisan*	18 *Nisan*	17 *Nisan*	16 *Nisan*	15 *Nisan*	XIII	II
7 *Nisan*	6 *Nisan*	5 *Nisan*	4 *Nisan*	3 *Nisan*	9 *Nisan*	8 *Nisan*	II	III
24 *Adhar*	23 *Adhar*	29 *Adhar*	28 *Adhar*	27 *Adhar*	26 *Adhar*	29 *Adhar*	XXII	IIII
14 *Nisan*	13 *Nisan*	12 *Nisan*	11 *Nisan*	17 *Nisan*	16 *Nisan*	15 *Nisan*	X	V
31 *Adhar*	6 *Nisan*	5 *Nisan*	4 *Nisan*	3 *Nisan*	2 *Nisan*	1 *Nisan*	XXX	VI
21 *Nisan*	20 *Nisan*	19 *Nisan*	25 *Nisan*	24 *Nisan*	23 *Nisan*	22 *Nisan*	XVIII	VII
14 *Nisan*	13 *Nisan*	12 *Nisan*	11 *Nisan*	10 *Nisan*	19 *Nisan*	8 *Nisan*	VII	VIII
31 *Adhar*	30 *Adhar*	29 *Adhar*	28 *Adhar*	3 *Nisan*	2 *Nisan*	1 *Nisan*	XXVII	IX
21 *Nisan*	20 *Nisan*	19 *Nisan*	18 *Nisan*	17 *Nisan*	16 *Nisan*	22 *Nisan*	XV	X
7 *Nisan*	6 *Nisan*	5 *Nisan*	11 *Nisan*	10 *Nisan*	9 *Nisan*	8 *Nisan*	IIII	XI
31 *Adhar*	30 *Adhar*	29 *Adhar*	28 *Adhar*	27 *Adhar*	26 *Adhar*	25 *Adhar*	XXII	XII
14 *Nisan*	13 *Nisan*	19 *Nisan*	18 *Nisan*	17 *Nisan*	16 *Nisan*	15 *Nisan*	XII	XIII
7 *Nisan*	6 *Nisan*	5 *Nisan*	4 *Nisan*	3 *Nisan*	2 *Nisan*	8 *Nisan*	I	XIIII
24 *Adhar*	23 *Adhar*	22 *Adhar*	28 *Nisan*	27 *Adhar*	26 *Adhar*	25 *Adhar*	XXI	XV
14 *Nisan*	13 *Nisan*	12 *Nisan*	11 *Nisan*	10 *Nisan*	16 *Nisan*	15 *Nisan*	IX	XVI
31 *Adhar*	30 *Adhar*	5 *Nisan*	4 *Nisan*	3 *Nisan*	2 *Nisan*	1 *Nisan*	XXIX	XVII
21 *Nisan*	20 *Nisan*	29 *Nisan*	18 *Nisan*	24 *Nisan*	23 *Nisan*	22 *Nisan*	XVII	XVIII
7 *Nisan*	13 *Nisan*	12 *Nisan*	11 *Nisan*	10 *Nisan*	9 *Nisan*	8 *Nisan*	VI	XIX

جدول معرفة كمية فصح الناموس في الشهر الرومي ويوم القيامة
وشهره الرومي سنه ١٥٧٨ مسيحيه
دولاب الذهبي يبد من سنه ١٥٨٨ اسكندريه وكلماتم
وكمل الدور يرجع الى اوله

الذهبي	فصح اليهود	عيد القيامة العلامة ا	عيد القيامة العلامة ب	عيد القيامة العلامة ج	عيد القيامة العلامة د	عيد القيامة العلامة ه	عيد القيامة العلامة و	عيد القيامة العلامة ز
ا	كد	اسر اذار	سر اذار	وسر اذار	٨سر اذار	٧سز اذاو	٦سر اذار	ا نيسان
ب	يج	عرا نيسان	.سر نيسان	١٩ نيسان	١٨ نيسان	١٧ نيسان	١٦ نيسان	١٥ نيسان
ج	ب	٧ نيسان	٦ نيسان	٥ نيسان	عر نيسان	سر نيسان	و نيسان	٨ نيسان
د	كب	عرسر اذار	سرسر اذار	وسر اذار	٨سر اذار	٧سر اذار	٦سر اذار	٥سر اذار
ه	ى	عرا نيسان	سرا نيسان	سرا نيسان	١١ نيسان	١٧ نيسان	١٦ نيسان	١٥ نيسان
و	ل	اسر اذار	٦ نيسان	٥ نيسان	عر نيسان	سر نيسان	سر نيسان	ا نيسان
ز	يح	اسر نيسان	.سر نيسان	١٩ نيسان	٥سر نيسان	عرسر نيسان	سرسر نيسان	سرسر نيسان
ح	ز	عرا نيسان	سرا نيسان	سرا نيسان	١١ نيسان	ا نيسان	ا نيسان	٨ نيسان
ط	كز	اسر اذار	سر اذار	وسر اذار	٨سر اذار	سر نيسان	سر نيسان	ا نيسان
ى	يه	اسر نيسان	سر نيسان	وا نيسان	١٨ نيسان	١٧ نيسان	١٦ نيسان	سرسر نيسان
يا	د	٧ نيسان	٦ نيسان	١٥ نيسان	١١ نيسان	١٠ نيسان	و نيسان	٨ نيسان
يب	كد	اسر اذار	سر نيسان	وسر اذار	٨سر اذار	٧سر اذار	٦سر اذار	٥سر اذار
يج	يب	عرا نيسان	سرا نيسان	وا نيسان	١٨ نيسان	١٧ نيسان	سرا نيسان	١٥ نيسان
يد	ا	٧ نيسان	٦ اذار	٥ نيسان	عر نيسان	سر نيسان	سر نيسان	٨ نيسان
يه	كا	عرسر اذار	سرسر نيسان	سرسر اذار	٨سر اذار	٧سر اذار	٦سر اذار	٥سر اذار
يو	ط	عرا نيسان	سرا اذار	سرا نيسان	١١ نيسان	١٠ نيسان	١٦ نيسان	١٥ نيسان
يز	كط	اسر اذار	.سر اذار	٥ نيسان	عر نيسان	سر نيسان	سر نيسان	ا نيسان
يح	كز	اسر نيسان	.سر نيسان	وسر نيسان	١٨ نيسان	عرسر نيسان	سرسر نيسان	سرسر نيسان
يط	ه	٧ نيسان	سرا نيسان	سرا نيسان	١١ نيسان	١٠ نيسان	و نيسان	٨ نيسان

دولاب الذهبي يبدو من ١٨٨٨ سنه اسكندرية وكلماتم وكمل
الدور يرجع الي الاوله

NOTÆ IN COMPVTVM SVRIANORVM.

A

SYRORVM quidem hic Computus, ſed Arabice ſcriptus. Hodie enim Arabiſmus in toto Oriente regnum obtinet. Vnde Syri & Ægyptij non ſolum ſua veteri, ſed & Arabica lingua, quam vulgarem vocant, ſacra celebrant. Maluiſſem Syriace conceptum edere. Sed fruſtra hoc tentaui. Sacerdos, qui hæc Arabice deſcripſit, homo Æthiops in multis errauit. Errores ſuſtulimus, & emendatiorem, quam ille nobis tranſmiſit, edi curauimus. Ideo autem Arabica quoque appoſuimus, vt & diligentiæ noſtræ, & ſtudioſorum deſiderio ſatisfieret, qui non inuiti diſcent, quomodo hæc Arabice enuncientur. Quod enim in reliquis Computis præſtitimus, cur idem huic inuideremus? Ingenioſi autem ſunt earum nationum Computi, & fere omnes, quia carent litera Dominicali, per characterem anni rem tranſigunt, vt vidiſti in Computo Æthiopico. Tres autem partes ſunt huius. Prima pertinet ad characterem anni: ſecunda ad Paſcha Iudaicum, ſiue Terminum Paſchalem. Tertia ad reliqua ſolennia. Quatuor paginis conſtat. In prima vſus eſt & praxis totius methodi. in ſecunda Solennia: in tertia Tabula vtriuſque cycli cum menſibus. in quarta character Dominicæ Reſurrectionis. Methodus etiam puero obuia. Nam qui cauſſa noſtra curauit ad nos mittendum, accommodauit methodum ritui Latino. quod quidem fit, ſi ab annis Alexandreis abiicias 311. Tunc habebis annos Chriſti Alexandreos incipientes a Kalendis Octobribus Iulianis. Hoc anno 1596 inibit annus Surianorum Alexandreus 1908. Abiice 311. Remanet annus Chriſti 1597 iniens a Kal. Octobris, quando nos adhuc 1596 putabamus vſque ad Natalem, aut Kalendas Ianuarias. Hic habes in tertia pagina cyclum Solis ab anno Chriſti 1566, Lunarem ab anno 1578 ineuntem. Vtrobique intellige anno vno minus, quam nos putamus, vſque ad Kal. Ianuarias. Proinde cyclus Solis incipit ab anno Alexandreo 1877: Lunaris autem ab anno 1889. Nam omnino annus Alexandreus per 28 diuiſus dat verum annum cycli Solaris Antiocheni. Sed ad methodum cycli Paſchalis Niceni addenda 12. Itaque annus 1889 auctus 12 vnitatibus, & per 19 diuiſus dat primum cyclum Nicenum. Sic annus 1877 per 28 diuiſus dat primum annum cycli Solaris Seleucidarum, aut Antiochenum. Eſto nobis in exemplum annus Antiochenus 1908 proxime initurus. Volo ſcire characterem illius anni. Diuiſis 1908 per 28, habes annum quartum cycli Solaris Antiocheni. In tertia pagina, in linea cycli Solaris, quæ ipſis vocatur Linea numeri viginti octo, habes

e regione

A e regione quarti anni numerum v. Hic character v cum omnibus regularibus mensium & dierum compositus, dabit feriam neomeniarum, & dierum. In laterculo mensium in eadem pagina tertia, habes vnitatem pro Regulari Tisrin prioris. quæ cum vi dabit feriam sextam characterem Tisrin prioris anni 1908 ineuntis. Sic v cum iv charactere Tisrin posterioris composita, abiectis septem, dat feriam secundam Tisrin posterioris, siue Kalendas Nouembris. Rursus volo scire Terminum Paschalem eiusdem anni 1908 congruentem anno Christi 1597. Adiectis 12 ex perpetua regula ad 1908, & toto per 19 diuiso, habeo primum annum cycli. Confero me ad lineam aurei numeri decemnouenalem, quæ in primo anno dat

B xxv mensis Romani, hoc est, Adar, quem Arabes Adhar pronunciant. In tertia linea e regione xxv, occurrit vnitas character vicesimæquintæ Adar, quæ cum charactere anni, nempe v composita dat feriam vi. Aio igitur hoc anno proposito 1908 Terminum Paschalem fore feriam sextam. Ergo biduo post erit Dominica Resurrectionis, nempe xxvii Adar. Aliter. Terminus est xxv Adar. Character anni v. Confero me ad Tabulam iiii. E regione primi anni cycli, siue xxv Adar sub charactere v, in quarto versu occurrit xxvii Adar. Ergo xxvii Adar erit Dominica Resurrectionis. Volo nunc scire reliqua solennia Ecclesiæ Antiochenæ. Huic rei dicata est Tabula ii. Pascha est Κανονισμὸς omnium Festorum mobi-

C lium. Erit autem Pascha ἀναστάσιμον 27 Adar, vt iam demonstratum est. In primo versu paginæ ii habes 27 Adar, sub Titulo Resurrectionis. In secundo versu 7 Asbat sub Titulo ieiunij maioris. Itaque dices introitum ieiunij magni fore vii Asbat, siue Februarij. Sic v Ijar erit Ascensio. xv eiusdem Pentecoste. xvii Canun posterioris Niniue. Adeo plana methodus omnium etiam in Arabico, vt pluribus explicanda non sit.

Quod si litera, quam inuenisti sub numero, fuerit gemina) Omiserat Æthiops Sacerdos has literas geminas, quas nos reposuimus. Exemplum est in anno superiore, qui erat annus 1907, & tertius cycli. Geminus numerus iii, iiii. Prior numerus iii obtinet a

D neomenia Tisrin prioris, siue Kalendis Octobris, ad xxvi Asbat, siue Februarij, exclusiue. Hinc ad finem anni vtendum fuit charactere iv. Res patet.

Niniue) Niniue Syriacum idem prorsus cum Niniue Æthiopico, xxi diebus ante Quinquagesimam.

Ingressus Domini in Templum) Ea est ὑπαπαντὴ Græcorum, Purificatio Romanæ Ecclesiæ, secunda Februarij, qui est Asbat Syrorum.

Transfi-

Transfiguratio.) In Arabiſmo eſt Reuelatio التجلي quia in ea A maieſtate oſtenderit ſe diſcipulis tribus, Petro, Iohanni, Iacobo. celebratur autem VI Auguſti, vel Aab.

Aſſumptio) In Arabiſmo eſt Tranſlatio. XV Auguſti.

Feſtum crucis.) In Kalendario Elkupti dicitur وجود الصليب Inuentio crucis, XIV Septemb. Aut me fugit memoria, aut ea eſt Exaltatio aliis Eccleſiis. At in Kalendario horum noſtrorum Surianorum ita legitur ad XIIII Illul ܕܡܫܒܚܬܗ ܕܨܠܝܒܐ ܥܐܕܐ ὕψωσις τοῦ ἁγίου σταυροῦ: quemadmodum in Koptitarum etiam Kalendario.

LINEA COGNOSCENDI QVOTA FERIA) ܟܘܢܫܐ proprie Græce ποσταία: non vtique ποσταία τοῦ μηνὸς, ſed τῆς ἑβδομάδος. Id B enim eſt feria. Lineam vocant τὸν πίνακα, Tabulam, Indicem.

Boni conſule, optime Lector, ſi plus præſtare non potuimus. quod certe facies, ſi candidum animum non opellam noſtram ad examen reuocabis.

HIPPO-

HIPPOLYTI
EPISCOPI
CANON PASCHALIS

ΙΟΥC
ΝΙΑC
ΑΛΜΟΥC
ΙΤΑCΤΡΙΜΤΘΟΝ
Α ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩ
ΑΝΗΝ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ
ΚΑΛΥΨΕΩC
ΠΕΡΙ ΧΑΡΙCΜΑΤΩΝ
ΑΠΟCΤΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΔΟ
CΙC
ΧΡΟΝΙΚΩΝ
ΠΡΟC ΕΛΛΗΝΑC
ΚΑΙ ΠΡΟC ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟC
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟC ΠΡΟC CΕ
ΒΗΡΕΙΝΑΝ
ΑΠΟΔΕΙΞΙC ΧΡΟΝΩΝ
ΤΟΥ ΠΑCΧΑ
ΚΑΤΑ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ
ΩΔΑΙ ΕΙC ΠΑCΑC ΤΑC ΓΡΑ
ΦΑC
ΠΕΡΙ Θ̄Ῡ ΚΑΙ CΑΡΚΟC
ΑΝΑCΤΑCΕΩC
ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ
ΠΟΘΕΝ ΤΟ ΚΑΚΟΝ

ΕΤΟΥC. Ā. ΒΑCΙΛΕΙΑC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC ΕΓΕΝΕΤΟ. Η. ΔῙ. ΤΟΥ ΠΑCΧΑ ΕΙΔΟΙC ΑΠΡΕΙΛΙΑΙC CΑΒΒΑΤΩ ΕΜΒΟΛΙΜΟΥ ΜΗΝΟC ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΕCΤΑΙ ΤΟΙC ΕΞΗC ΕΤΕCΙΝ ΚΑΘΩC ΥΠΟΤΕΤΑΚΤΑΙ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ ΕΓΕΝΕΤΟ ΔΕ ΕΝ ΤΟΙC ΠΑΡΩΧΗΚΟCΙΝ ΚΑΘΩC CΕCΗΜΕΙΩΤΑΙ ΑΠΟΝΗCΤΙΖΕCΘΑΙ ΔΕ ΔΕΙ ΟΥ ΑΝ ΕΜΠΕCΗ ΚΥΡΙΑΚΗ

ΕΙΔΟΙC ΕΜ. ΑΠΡΕΙ Ζ		S	ο ΕCΔΡΑΚΑ ΤΑ ΔΑΝΙ ΗΛ ΚΑΙ Ε	Ɛ	Δ	ΓΒΑ
ΠΡ Δ̄. ΝΩ ΑΠΡΕΙ Δ	ΓΕΝΕCΙC XI	Γ	ΡΗΜΩ	Β	Α	ΖSƐ
ΠΡ ΙΒ ΠΡ ΙΑ. ΚΑ SS ΑΠΡΕΙ Α	ΕΖΕΧΙΑC	Ζ		S	ΙΗΩ ΧC Ɛ	ΔΓΒ
ΕΜ. ΠΡ Ε̄. ΕΙ ΑΠΡΕΙ Ζ	ΙΩCΕΙΑC	S		Ɛ	Δ	ΓΒΑ
ΠΡ Δ̄. ΚΑ ΑΠΡΕΙ Δ		Γ		Β	Α	ΖSƐ
ΠΡ ΙƐ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ Α		Ζ	ΕΖΕΚΙΑC ΚΑΤΑ ΔΑ	S	Ɛ	ΔΓΒ
SS ΝΩΝΑΙC ΕΜ ΑΠΡΕΙ Ζ		S	ΚΑΙ ΙΩCΕΙΑC	Ɛ	Δ ΙΗCΟΥC ΚΑ. ΔΑ	ΓΒΑ
ΠΡ Η. ΚΑ ΑΠΡΕΙ Δ		Γ		Β	Α	ΖSε
ΕΜ. ΕΙΔΟΙC ΑΠΡΕΙ Γ		Β		Α	Ζ	SεΔ
ΠΡ Δ. ΝΩ ΑΠΡΕΙ Ζ		S		Ɛ	Δ	ΓΒΑ ΕΖΟΔΟC
ΠΡ ΙΒ ΠΡ ΙΑ. ΚΑ SS ΑΠΡΕΙ Δ		Γ		Β	Α	ΖSε
ΕΜ. ΠΡ. Ε̄ ΕΙ ΑΠΡΕΙ Γ		Β		Α	Ζ	SεΔ ΕΝ ΕΡΗΜΩ
ΠΡ. Δ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ Ζ		S		Ɛ	Δ	ΓΒΑ
ΠΡ. ΙƐ. ΚΑ ΑΠΡΕΙ Δ		Γ		Β	Α	ΖSε
SS. ΝΩΝΑΙC ΕΜ. ΑΠΡΕΙ Γ	ΕΖΟΔΟC ΚΑΤΑ ΔΑ ΝΙΗΛ	Β		Α	Ζ	SεΔ ΕCΔΡΑ
ΠΡ Η. ΚΑ. ΑΠΡΕΙ Ζ		S	ΠΑΘΟC XI	Δ	Ɛ	ΓΒΑ

ЄΤЄΙ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙCΑΡΟC A

ΤΩ Ā ΑΡΧΗ

ΑΙ ΚΥΡΙΑΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑCΧΑ ΚΑΤΑ ЄΤΟC
ΑΙ ΔЄ ΠΑΡΑΚЄΝΤΗCЄΙC ΔΗΛΟΥCΙ ΤΗΝ ΔΙC ΠΡΟ ЄΞ

Α	Γ	Є	Ζ	
ΠΡ ΙΑ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙS. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙΔ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙΒ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	
ΠΡ Η ЄΙ. ΑΠΡ ΚΥ	ΠΡ S ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Є ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ S. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	B
ΠΡ ΙЄ ΚΑ ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ Α ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΗ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙS. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	
ΠΡ Δ Ν. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Η ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΓ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Θ. ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ	
ЄΙ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ S ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α. ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ΝΩ. ΑΠΡ ΚΥ	ΠΡ Є. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ ΙΔ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙΒ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ ΚΥ	ΠΡ ΙЄ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	
ΠΡ Δ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ζ ЄΙ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Є. ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ S ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Θ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ ΙΗ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙS ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ Γ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ЄΙ ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Η ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Γ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΒ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Δ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ζ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Є. ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Δ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ	

Β	Δ	S	
			C
ΠΡ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙЄ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙΓ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	
ΠΡ Ζ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Є ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Γ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ЄΙ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	
ΠΡ Γ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΒ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Ζ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Є ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Γ ЄΙ. ΑΠΡ ΚΥ	
ΠΡ Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ S ЄΙ. ΑΠΡ ΚΥ	
ΠΡ Γ ΚΑ. ΜΑΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΑ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙS ΚΑ. ΜΑΡ ΚΥ	
ΠΡ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Η ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ S ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Є ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ ΙЄ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡ Α ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	D
ΠΡ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ ΙΓ ΚΑ. ΑΠΡ ΚΥ	
ΠΡ Γ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ЄΙ ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Γ ЄΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	
ΠΡ S ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	

A IN CANONEM PASCHALEM HIPPOLYTI EPISCOPI.



NNO *Dominico* ∞ DLI *in æde Laurentianâ
ad Vrbem effossa est statua marmorea sedens in Ca-
thedra vtrinque literis Græcis inscripta. Summa
scriptionis, Canon Paschalis, cuius latercula duo:
Termini Paschalis dextra, Dominicæ Resurrectio-
nis sinistra. Nomen auctoris tacitum prodidit tùm*
B *methodus* ἑκκαιδεκαετηρίδος, *tum lemmata libro-
rum dextro laterculo apposita. Quorum omnium auctorem Eusebius, &
post eum Hieronymus Hippolytum Episcopum faciunt. Nobis autem
ille Canon dignus visus est, qui non solum Romæ, vbi hodie extat, a stu-
diosis legeretur, sed etiam propter reuerentiam priscæ Ecclesiæ a nobis il-
lustraretur, & hoc nostrum antiquitatis studium cum vtilitate publica
coniungeretur. Scripsit autem Canonem Hippolytus, quo tempore Asianæ
& Europeæ Ecclesiæ de celebratione Paschatis inter se velitabantur. Illæ
plenilunij verni, hæ Dominicæ secundum plenilunium proxime succeden-
tis rationem habebant. Neutræ tamen effugere poterant, quin Lunam
ducem sequerentur, & cyclum quendam necessario instituerent, vnde il-*
C *lis plenilunium, his vero Dominica a pleniluuio proxima deprehendere-
tur. Primus & antiquissimus cyclus Paschalis in Europa fuit Octaeteris,
quæ diu in vsu fuit tam Græcis, quam Latinis Ecclesiis, ad tempora fi-
liorum Constantini. Cuius Cycli etiam meminit Africanus apud Hie-
ronymum Commentario in Danielem. Octo anni Iuliani sunt dies
bis mille nongenti viginti duo. In his traducuntur neomeniæ nonaginta
nouem, hoc est, anni octo Lunares: quorum quinque sunt communes,
tres embolimæi: ea quidem lege, vt annus quidem communis sit dierum*
CCCLIIII *præcise, embolimæus autem totidem, & vno mense tricena-
rio insuper. Hac fini orbem Lunæ in epocham anni Solaris redire existi-
mabant, non vtique in eandem feriam: cum hoc non fiat nisi explicitis*
D *septem octaeteridibus, qui fiunt anni quinquaginta sex. Itaque hac Heb-
domade Octaeteridum contenti hactenus esse poterant, donec Hippo-
lytus Episcopus argutiorem, quam expeditiorem periodum commentus
est. Vidit ille post duas Octaeteridas, quamuis non eandem feriam, ta-
men proxime antecedentem succedere. Itaque, exempli gratia, si neome-
nia, aut cyclus incipiat feria septima, decimus septimus annus incipiet
feria antecedenti, hoc est, sexta: tricesimus tertius feria quinta, & sic
deinceps; donec septies sexdecim anni explicentur. Præterea a qua feria*

incipit cyclus, ab eadem etiam incipit vltimus annus. Si primus annus, exempli gratia, habeat septimam feriam, sextus decimus eandem obtinebit. Hoc modo & capite, & calce sibi tota similis est periodus ἑκκαιδεκαετηρική. *Nam series feriarum capitis* Z, ϛ, E, Δ, Γ, B, A, *eadem occurrit in limbo vltimo. Hæc ratio fuit, quare* ἑκκαιδεκαετηρίδα *potius, quam* ὀκταετηρίδα *institueret. quæ omnino puerilis est, vt & mediocriter docto paret.* A

Ἔτους Α βασιλείας Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΔΙ τοῦ Πάσχα Εἰδοῖς Ἀπριλίαις, σαββάτῳ, ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου. Ἔσται τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν καθὼς ὑποτέτακται ἐν τῷ πίνακι. Ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς παρῳχηκόσιν, καθὼς σεσημείωται. Ἀποινίζεσθαι δὲ δεῖ ὅταν ἐμπέσῃ Κυριακή. B

Ἔτους α̅ βασιλείας Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος.) Is est annus Dominicus vulgaris CCXXII, Cyclo Solis VII, Lunæ XIIII. Quædam Chronica, & Fasti Consulares initium Imper. Alexandri in annum CCXIIII perperam coniiciunt, quos hæc epoche arguerit. Nam plane Alexander rerum potiri cæpit anno Christi 222, VI Iduum Martij, XXXIIII diebus ante epocham huius Heccædecaeteridos.

Ἐγένετο ἡ Δ̅Ι̅ τοῦ Πάσχα. Dicimus τεσσαρεσκαιδεκάτη, non autem δεκατετάρτη. Quia ergo quaternarius præit, ideo Δ nota quaternarij prior est, quam nota denarij. Sic etiam in schedio Samaritano vt plurimum minoris numeri nota præposita est notæ maioris numeri, hoc est, Digiti nota Articuli notæ anteponitur. Minores vero numeros in Græca lingua maioribus præponi ab vndenario, ad vicenarium, nemo dubitat: Latinis autem ab vndenario, ad sedenarium, & hinc ad vicenarium, maiores numeros præire: quod in idiomate Italico, Hispanico, & Gallico retinetur. Raro enim aliter vsurpant auctores Latinitatis: quod libentius decem & septem, decem & octo, decem & nouem, quam Septemdecim, Octodecim, Nouemdecim dicant: quanquam non nego vtrunque vsurpari. Ergo ΔΙ est τεσσαρεσκαίδεκα, quasi ΙΔ foret δεκατέτταρα. C D

ΔΙ Quartadecima Luna proprie ea est, quæ proxime antecedit plenilunium, hoc est, parasceue Azymorum. Quartadecima Dominus passus, quæ tunc inciderat in feriam sextam. Sequenti die plenilunium & solenne Azymorum fuit. Atquin auctores Canonum Paschalium per quartamdecimam ipsum plenilunium intelligunt, quæ tamen potius quintadecima dicenda erat. De hoc non semel diximus.

Εἰδοῖς

A Εἰδοῖς Ἀπριλίαις.) Plenilunium Paſchale medium fuit die XIII Aprilis, horis 5. 45'. 28" poſt meridiem Romæ, feria ſeptima, anno Chriſti vulgari CCXXII. Quæ per omnia Canoni congruunt.

Ἐγγύεται δ' ἐν τοῖς παρῳχηκόσιν) Promittit non ſolum in futurum, ſed in præteritum Canonis conſtantiam. Sed quam auium eum a regione veri egerit Canon ſuus, poſtea dicetur.

Ἀπονηστίζεσθαι δὲ δεῖ.) Ἀπονηστίζεσθαι eſt ſoluere ieiunium. Clemens lib. v, Canone XIX. ἀπὸ δὲ ἑσπέρας πέμπτης, μέχρις ἀλεκτρυοφωνίας ἀπονηστιζόμενοι ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων. Er de eadem re in eodem libro, Canone XII. ἀπονηστεύσαι δὲ προστάττει τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἀλέκτορος φωνήσαντος. Canones Arabici ad verbum hæc verrentes τὸ ἀπονηστίζεσθαι
B dicunt افطر Heſychius: ΑΠΟΝΗCΤΙCΑCΘΑΙ, τὸ ἀπονηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν. Hoc eſt, ſoluto ieiunio Paſchali ad Dominicam reſurrectionis peruenire. Hic autem ἀπονηστίζεσθαι noua locutione eſt transferre ieiunium in ſabbatum ſequens. Nam quoties terminus incidit in Dominicam, ſi in illa Dominica celebraretur Paſcha, antecedente Sabbato ieiunandum fuiſſet ex Canone: qui vetat vllo ſabbato ieiunare, præter vnum, id eſt, Sabbatum Paſchatis. Sed quia in termino Paſchali non licet celebrare Paſcha cum Teſſareſcædecatitis, ideo ab illo Sabbato, ad ſequens traducendum ieiunium, & ab ea Dominica in proximam. Vnde vocatur hoc ἀπονηστισμὸς, hoc eſt,
C tralatio ieiunij. Hic eſt verus huius loci ſenſus. Nam hic ἀπονηστίσασθαι aliter, ac apud Clementem, accipiendum.

Εἰδοῖς Ἀπριλίαις σαββάτῳ.) Epocha Canonis incidit in Sabbatum, vt iam diximus. Sequens annus communis dierum CCCLIIII per ſeptenarium diuiſus relinquit feriam IV. Ideo ſecundo anno Laterculi Terminalis Δ nota feriæ quartæ appoſita. Tertius annus habet feriam primam, quia duo anni communes, videlicet dies DCCVIII per ſeptem diuiſi relinquunt vnitatem. Quarto anno poſt emboliſmum dies ∞ XCVI relinquunt feriam ſeptimam. & ſic deinceps.

Περὶ ιβ. Περὶ ια.Κα. Hic annus eſt biſextilis. Sed quare duæ dies
D continuæ appoſitæ ſint, A.D.XII, & A.D.XI Kal. Apr. cum in reliquis annis biſextilibus hoc non fiat, cauſſam comminiſci non poſſum. quod mihi mirum videtur, præſertim cum ſemper litera C aſſumatur, & ideo XXI Martij, ſiue XII Kal. Apr. Nam eo anno Terminus notatur feria prima: & eſt litera Dominicalis C, cyclo Solis IX. Ergo XXI Martij aſſumitur, non autem XXII. Ita in anno XI inuenies. Ita etiam ſemper in reliquis Heccædecaeteridibus: vbi ſemper XXI, non XX Martij aſſumitur.

SS.) Hoc eſt, Biſextum. Nam S, ſiue ϛ, nota ſenarij quæ vete- A ribus Græcis obtinebat ſextum locum in ordine literarum, & Æolibus nota W Teutonici erat, ac Δίγαμμα vocabatur, quod ipſis Æolibus F, non ϛ formaretur. Cadmus enim litteras gentiles, hoc eſt, meras Samaritanas, Græcis publicauit. ϛ autem Samaritanum eſt inuerſum digamma. Porro has notulas duplices SS, infra πεϱιττώσεις vocat in Laterculo Dominicali.

ΓΕΝΕϹΙϹ XI.) Siue error is fuit fabri ſculptoris, ſiue obſoleuerunt ductus & apices literarum, I perperam pro Y poſitum. XY igitur, hoc eſt, Χριστοῦ. Hæc autem omnia, quæ incluſa ſunt in cellulis areæ Laterculi, ſunt lectiones ex vtroque Teſtamento, quarum vſus erat eo tempore in Eccleſia. Sed quædam earum ſtatæ ſunt B ex orbe hebdomadum, & eidem diei hebdomadis hærent, aliquando fortaſſe eidem diei menſis: quædam vagæ pro ratione Termini. Vt ecce Γένεσις Χριστοῦ quotannis ex primo Matthæi ἐν προσδιωνυκτερεύσει, ſiue πεϱιμοναῖς Natalis Chriſti legebatur menſe Pharmuthi, quo tempore quidam natum Dominum putabant, vt ſcribit Clemens Alexandrinus, qui & alias non paucas veterum opiniones variaſque diſceptationes de die natalis Dominici recenſet.

ΕΖΕΧΙΑϹ.) Non eſt ſtata lectio, ſed ad hebdomada Termini Paſchalis pertinet, ex ſecundo Paralipomenon petita, cap. XXX, de C celebratione τοῦ Πάσχα.

ΙωϹΕΙΑϹ.) Pro Ἰωσίας. Et hæc quoque lectio eiuſdem argumenti de eadem celebritate, ex eodem libro, cap. XXXV. Eadem extat ſecundo Regum, cap. XXII, 21.

ΕΖΟΔΟϹ.) Pro Ἔξοδος. Eiuſdem argumenti, cauſæ celebrationis Paſcha. Exodi XII.

ΚΑΤΑ ΔΑΝΙΗΛ.) Lectio ex Danielis IX, aptiſſima Termino Paſchali. Nam & ibi de ieiunio, & de cæde Meſſiæ.

ΕϹΔΡΑ.) Nempe Ἔσδρα. Puto Eſdræ VI, 19, de celebrando Paſcha. niſi mauis Nehemiæ IX, propter orationem Nehemiæ conuenientem tempori ieiunij, vt illam ſuperiorem Danielis. Quod facile conceſſerim, præſertim cum Eccleſia ſecundum Eſdræ vocet, D quem Iudæi Nehemiæ.

ΚΑΙ Ε.·. ΕΡΗΜω.) Lege Καὶ ἐν ἐρήμῳ, Numerorum IX ſine vllo dubio, de celebratione ſolennis Paſchalis in deſerto Sinai.

ΠΑΘΟϹ XI. Et hic quoque I perperam pro Y notatum. Legendum enim Πάθος XY. id eſt, Χριστοῦ. Eſt autem ſtata lectio. Nam XXV Martij quidam veterum Chriſtum paſſum putabant, inter quos Auguſtinus.

Ιηω

A Ihω X̄C̄. Non dubito, quin autor ſcripſerit IH̄C. X̄C. Ἰησοῦς Χριστός. Sed difficile eſt diuinare, quæ ſit illa lectio. Nam non paucæ in Euangelio illo nomine inſignitæ ſunt. Neque illud liquet, quare tres Lectiones, aut duæ in eadem cellula: niſi id factum ideo, quod Paſchales Lectiones cum ſtatis concurrerent. quod non dubito. Quid enim aliud dicere poſſumus? Sed neque illud ſcio, quare in anno ſeptimo quartæ ἑκκαιδεκαετηρίδος Lectio κατὰ Δανιὴλ feria quarta, quæ anno primo ſecundæ inciderat in ſextam: quare item eodem anno ſeptimo Lectio Ἰησοῦς in IIII, quæ in tertio tertiæ in feria VI. Nam hic neque ἐποχῆς temporis, neque Termini ratio locum habet. Item quare Ἐν ἐρήμῳ in primo ſecundæ, feria VI, cum eadem B Lectio ſit in IIII, anno XII ſeptimi cycli. Quare denique Ἔξοδος anno penultimo primi cycli, feria tertia, & eadem feria prima, anno X vltimi. Hæc omnia mihi ignota, niſi dicamus tempus vtrunque concurrere, ſtatæ lectionis, & Paſchalis; & ſtatas Lectiones mobiliter vſurpari, & mobiles ſtare.

Ihcotc.) Iohannis XIII, ſine dubio. Nam ſi Chriſtus paſſus XXV Martij, XXII fuit ἡ πέμπτη, qua Agape celebrabatur, hoc eſt, τὸ κυριακὸν δεῖπνον, vt vocatur Canone XXIX Patrum in Trullo, & Canone XLI Patrum Carthaginienſium. Hæc autem lectio vocatur Ἰησοῦς a præcipuo verbo initij capitis, vt ſolet. Περὶ δὲ ἑορτῆς τοῦ Πάσχα ὁ Ἰησοῦς, Lectio ſtata eſt κατ' ἐποχα. Eadem repetitur aliena die anno C ſeptimo quartæ ἑκκαιδεκαετηρίδος propter cauſſam penitus ignotam mihi, cuiuſmodi quædam alia in his cellulis.

∴∴ιοτc } Puto, ειc τοτc μετανοιαc ψαλμοτc.
∴∴νιαc } vt μετανιαc ſit error fabri, pro μετανοιας.
∴∴αλμοτc } cuiuſmodi alia errata hic ſunt. appellationes autem Pſalmorum ex argumento impoſitas eſſe, nouum non eſt, ſed vetus. In Pſalmos Hippolytum ſcripſiſſe, Hieronymus & Theodoretus teſtantur: ſed vtrum aliquot ſelectos, quales ſunt οἱ τῆς μετανοίας, an totum Pſalterium explicauerit, non meminere. Cum autem ſermones ſcripſerit in Pſalmos, vt ex Theodoreto colligimus, equidem non dubito, quin in ſelectos aliquot ſcripſerit, quales ſunt οἱ μετα- D νοίας & alij. Porro Hippolytum hunc Epiſcopum quidem nominat Euſebius libro VI, cap. XXII Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſed cuius vrbis Epiſcopus eſſet, non addidit. Hieronymus ſeſe quæſiſſe quidem, ſed non inueniſſe. Theodoretus in Polymorpho, cum ex eius libris ſæpius multa teſtimonia producat, atque Epiſcopum nominet, vrbem τῆς ἐπισκοπῆς reticuit. Gelaſius Metropoleos Arabum Epiſcopum vocat, Nicephorus Portuenſem. Mirum Hieronymo priſco ſcriptori atque accurato ignotum fuiſſe, quod Nicephorum recentiſſimum

ſcriptorem non fugerit. Multa igitur huius Hippolyti ſcripta ab A
Euſebio, Hieronymo, Theodoreto, Gelaſio recenſentur. ex quibus quædam hic habes.

ΙΤΑΣΤΡΙΜΥΘΟΝ.) Omnino ſcripſerat auctor, ΕΙΣ ΕΝΓΑΣΤΡΙΜΥΘΟΝ, aut, ſi mauis, ΕΓΓΑΣΤΡΙΜΥΘΟΝ. Iſte Hippolytus raro ſuſcepit integrum librum Scripturæ interpretandum, ſed ſelectum argumentum. Sic ſupra diximus peculiare opus εἰς ψαλμοὺς μετανοίας ſcripſiſſe. Sic ſcripſit de Anna & Helcana ex primo Samuelis, non in primum Samuelis. Sic de Pythoniſſa ex eodem libro. Ita etiam proculdubio ſcripſerat εἰς ἐγγαστρίμυθον illam παιδίσκην ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος, Actorum XVI. niſi mauis, quæ auctores Eccleſiaſtici narrant ab eo ſcripta de Pythoniſſa, ad hanc potius, quam ad illam B
Samuelis referenda eſſe. quod non inuitus conceſſerim, & quidem puto verius eſſe.

Ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου καὶ ἀποκαλύψεως.) Apologiam ergo ſcripſit pro Euangelio ſecundum Ioannem contra Alogianos, qui Euangelium illud reiiciebant: vnde nomen illis, propter illud, ἐν ἀρχῇ ἦν λόγος. Item ſcripſit Apologiam pro Apocalypſi, in quam qui olim, & quid dixerint, & ſcripſerint, vide Euſebium. quæ quia nota ſunt, & vulgatiſſima, producere intempeſtiuum putauimus. Sane de Apocalypſi eum ſcripſiſſe teſtatur & Hieronymus. quod nihil aliud fuiſſe ſuſpicio eſt, quam hunc apologeticum libellum. C

Περὶ χαρισμάτων.) Et hoc quoque fuit ſelectum argumentum ex cap. XII. prioris ad Corinthios. vt verum ſit, quod diximus, raro integros illum Scripturæ libros, ſed eximia quædam ex illis tractaſſe.

Αποστολικὴ παράδοσις.) Περὶ ἀποστολικῆς παραδόσεως vide Irenæum libro III. cap. II, & III. Nam id ipſum argumentum eſt, quod in ſuo opere tractabat Hippolytus. Habes & apud Euſebium, Auguſtinum & alios.

ΧΡΟΝΙΚΩΝ.) Erratum ſculptoris. Nam eſt Χρονικὸν, per ο μικρόν.

Πρὸς Ἕλληνας.) Ad Gentes, aut in Gentes, vt Clemens, Athenagoras, Iuſtinus, Minutius Felix, Arnobius, Firmicus, Lactantius, D
Cyrillus, & nouiſſimus omnium iam adulto Chriſtianiſmo Auguſtinus.

ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ.) πρὸς Πλάτωνα ſcripſerat Hippolytus. Nam τὸ περὶ τοῦ παντὸς, quid tractarit, indicat: & notius, quam vt explicetur. πρὸς Πλάτωνα ſic accipiendum, vt πρὸς Ἕλληνας, cum contra eorum ritus, & religionem ſcripſerit. ſic ſcripſit contra τὸ παῖ τοῦ Πλάτωνος, καὶ τοῦ Παρμενίδου.

Προτρε-

A *Προτρεπτικὸς πρὸς Σεβηρεῖναν.*) Scripſerat Epiſtolam ad quandam Reginam, vt refert Theodoretus. Ego non aſſero hanc eſſe Seuerinam, quæ illi regina dicitur, ſed neque pertendam, ſi quis ita exiſtimet.

Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα, καὶ τὰ ἐν τῷ πίνακι.) Ἀπόδειξις quidem illa periit. Πίναξ autem ſupereſt is, quem in manibus nunc habemus, quem etiam *κανόνα* vocat Euſebius, qui & *ἀποδείξεως*, & *κανόνος* ita meminit: *Καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα. ἐν ᾧ καὶ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος τοὺς χρόνους περιγράφει.*

B ΚΑΤΑ ΕΝ ΤΩ ΠΙΝΑΚΙ.) Maluimus legere *καὶ τὰ* vt iam indicauimus, cum aliud ſit *ἀπόδειξις*, aliud *πίναξ*. Alioqui ſuſpicari poſſes auctorem ſcripſiſſe, *καθὰ ἐν τῷ πίνακι*. Sed, vt dixi, *ἀπόδειξις*, & *πίναξ* longe diuerſa: & *ἀποδείξεως* maniſeſte meminit Euſebius, vt iam monuimus.

ΩΔΑΙΙC ΠΑCΑC ΤΑC) ΩΔΑΙ ЄΙC ΠΑCΑC ΤΑC ΓΡΑΦΑC. Sic Gregorius Nazianzenus quædam Epigrammatia in omnes libros ſacros, quæ ſunt quaſi *περιοχαὶ*, &, vt vulgo loquuntur, argumenta librorum. Eiuſmodi videntur fuiſſe hæ *ᾠδαί*.

Περὶ θεοῦ καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως.) Non dubito, quin Titulus ab ipſo auctore ita conceptus fuerit, *Περὶ θεοῦ Χριστοῦ, καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως.* Intelligendum enim de libro de duabus naturis Chriſti, quem ab
C Hippolyto conſcriptum fuiſſe, auctor Theodoretus. Præterea ſeparata ſunt argumenta, *περὶ Θεοῦ Χριστοῦ*, item *περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως*. Ideo & duo diuerſa opera. Vide Tertullianum de carne Chriſti, & de Reſurrectione.

Περὶ τἀγαθοῦ, καὶ πόθεν τὸ κακόν.) In Florinum presbyterum æqualem illorum temporum, qui Deum mali auctorem faciebat. Ideo excommunicatus a Victore Romano. Auctor Euſeb. lib. v. cap. xv. Hiſtor. Eccleſ. Origenes II libro in Iob, Deum mali auctorem negat, tangens, vt puto, hanc huius Florini hæreſin, & cum Hippolyto noſtro ſentiens:

D *Ἔτει Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τῷ ᾱ ἀρχῇ.*
Αἱ κυριακαὶ τοῦ Πάσχα κατ' ἔτος.
Αἱ δὲ παρασκευὴ ὅσαι διδοῦσι τὴν δὶς πρὸ ἐξ.

Ἔτει Ἀλεξάνδρου Καίσαρος τῷ ᾱ ἀρχῇ.) Euſebius: *καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος τοὺς χρόνους περιγράφει.* Mira locutio. *ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος*, pro, *ἐπὶ τοῦ πρώτου ἔτους*. Ita etiam loquitur lib. IIII eiuſdem operis, cap. XII. *ἐπὶ τούτου τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ὁ παρὰ πολλοῖς*

εἰσέτι

εἰσέτι νῦν βεβοημένος ἐγνωρίζετο Νάρκισσος. Hic ἐπὶ τοῦτον dixit pro ἐπὶ A τούτου, nisi mendosus est Codex. Quare ignoscendum doctissimo scriptori Hieronymo, qui ex Eusebio ad verbum vertens ita scribit: *Rationem Pascha, & temporum, Canonemque scripsit, vsque ad primum annum Alexandri Imper.* XVI *annorum circulum, quam* ἑκκαιδεκαετηρίδα *vocant.* Canon enim non in primum annum Imp. Alexandri desinit, sed ab eodem incipit. Nam ridiculum est, Canones astronomicos ad epocham vsque temporum scribi, potius quam ab epocha. Sed tam falsus est in ea re Hieronymus, quam in iis, quæ in Eusebio sequuntur, vertendis. Scribit Eusebius Hippolytum quædam commentatum εἰς ἑξαήμερον, καὶ εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον. Hieronymus autem nomine τοῦ ἑξαημέρου totum librum Pentateuchi, quem B Genesin vocamus, intelligit. Consequenter nomine τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον librum secundum Mosis, hoc est, Exodum. Atqui ἑξαήμερον sctiptores Ecclesiastici id vocant, quod Iudæi מעשה בראשית hoc est, Acta creationis, quæ primo capite Geneseos traduntur: cuius argumenti extant VI libri Ambrosij titulo Hexaemeri. idque opus magna ex parte ex Græcis verbatim transtulit. Quare τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον intelliguntur de Paradiso, de arbore scientiæ, de lapsu hominis, Capite secundo.

Αἱ κυριακαὶ τοῦ Πάσχα κατ' ἔτος) Quemadmodum in altero Laterculo ratio ἑκκαιδεκαετηρίδος postulat, vt feriarum successio in Termino Paschali a septima feria ad primam progrediatur, sic eadem ratio C exigit, vt in hoc laterculo literæ Dominicales secundum ordinem Alphabeti sese consequantur. Si primus annus primi cycli est F, secundi erit G, tertij A, quarti B: & sic deinceps. Itaque propter hanc argutiam consequentiæ feriarum, ἑκκαιδεκαετηρίδα potius, quam ὀκταετηρίδα elegit Hippolytus.

Αἱ δὲ παρακεντήσεις.) Verbum Criticorum παρακεντεῖν, ὑποκεντεῖν, παραστίζειν, ὑποστίζειν. Intelligit autem notulas ϛϛ̄, quas miror hic omissas, cum admoneamur etiam huic laterculo appositas fuisse. Nam vtique apponendæ erant.

Τὴν δὶς πρὸ ἕξ.) Hoc est, δίσεκτον, Bisextum. ϛ̄ enim, aut ϛ sunt sex, & ϛϛ̄ sunt δὶς ἕξ. D

Πρὸ ια Κα. Μαΐ. κυ.) Res vetustissima, obseruanda in primis. Quoties terminus Paschalis incidit in Sabbatum, fiebat translatio ab eo Sabbato, in proximum; quod esset proprie ὑπερθεσμός: id est, translatio ieiunij a Sabbato ad Sabbatum. Quare vt hoc casu proprie vsurpatur ὑπερθεσμός, ita improprie, quando terminus incidit in Dominicam: de quo supra. Quoties igitur in hoc Canone Terminus incurrit in Sabbatum, semper octo diebus differtur Pascha: cuius antiqui-

A antiquitatis vt exempla rara ſunt, ita rationem eius rei ex Victorino petere poſſumus: qui in Prologo ſuæ magnæ periodi ita ſcribit: *Sin autem die Sabbati plenilunium eſſe contigerit, & conſequenti Dominico Luna decimaquinta reperiri, eadem Hebdomade traſmiſſa, in alterum diem Dominicum, id eſt, Lunam viceſimam ſecundam, transferri debere Paſcha dixerunt, ne minus eiuſdem Dominici peragendo myſterio deſtinarent, quam ſextamdecimam, nec amplius, quam viceſimam ſecundam Lunam aliquando reciperent, eligentes potius in Lunam viceſimam ſecundam diem feſti Paſchalis extendi, quam Dominicam Paſſionem ante Lunam quintamdecimam vllatenus inchoari.* Tam notabile monumentum vetuſtatis non poterat magis idoneum interpretem B nanciſci. Ergo in illa priſca Eccleſia mos erat, nunquam Paſcha in xv Niſan celebrare. At poſterior Eccleſia poſt xiv, ad xxi incluſiue rite celebrari poſſe ſciuit. vt apud illum Clementem lib. v. ιζ. ἐπιτηροῦντες ἕως εἰκάδος πρώτης σελήνης, ὅπως μὴ ἐν ἑτέρᾳ ἑβδομάδι ἐκπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. & reliqua. Hoc igitur proprie eſſet ἀπονηστισμὸς, vt diximus, cum Terminus incidit in Sabbatum, & illo Sabbato non ieiunatur, ſed ſequenti. Nullo enim Sabbato ieiunabatur, præterquam illo, quod Reſurrectionis Dominicam antecedit. Clemens lib. vi. κβ. ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσήκει, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν. & Canon nomine Apoſtolorum: εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ νηστεύων, ἢ τῷ σαββάτῳ, C πλὴν τοῦ ἑνὸς, ἢ μόνου, καθαιρείσθω. Ergo cognitionem huius vetuſtæ rei Hippolyto noſtro vni acceptam referimus. Quod autem Paſcha nunquam xv Luna celebraretur, habemus illuſtre exemplum in x libro Gregorij Turonenſis, anno Chriſti 588, cyclo Solis ix, Lunæ xix, in quo Terminus fuit xvii Aprilis, Sabbato. Paſcha non eſt celebratum xviii, in xv Luna, ſed xxiiii in xxii Luna. Profecto ille locus Gregorij vel doctiſſimis faceſſere negotium poſſit abſque huius antiquitatis cognitione, de qua nulli recentiorum ne ſuboluiſſe quidem puto. Hoc fiebat, ne ſolennitas Chriſtiana cum Iudaica concurreret.

LATERCVLVS TERMINALIS.

		A		B		C		D		E		F		G	
1	13 A	14	13 A	11	16 A	8	9 A	5	23 M	2	26 M	18	30 M	25	2 A
2	2 A	15	2 A	12	5 A	9	8 A	6	11 A	3	14 A	19	18 A	16	22 M
3	21 M	16	22 M	13	25 M	10	28 M	7	31 M	4	3 A	1	6 A	17	10 A
4	9 A	17	10 A	14	13 A	11	16 A	8	19 A	5	23 M	2	26 M	18	30 M
5	29 M	18	30 M	15	2 A	12	5 A	9	8 A	6	11 A	3	14 A	19	18 A
6	18 M	19	18 A	16	22 M	13	25 M	10	28 M	7	31 M	4	3 A	1	6 A
7	5 A	1	6 A	17	10 A	14	13 A	11	16 A	8	19 A	5	23 M	2	26 M
8	25 M	2	26 M	18	30 M	15	2 A	12	5 A	9	8 A	6	11 A	3	14 A
9	13 A	3	14 A	19	18 A	16	22 M	13	25 M	10	28 M	7	31 M	4	3 A
10	2 A	4	3 A	1	6 A	17	10 A	14	13 A	11	16 A	8	19 A	5	23 M
11	21 M	5	23 M	2	26 M	18	30 M	15	2 A	12	5 A	9	8 A	6	11 A
12	9 A	6	11 A	3	14 A	19	18 A	16	22 M	13	25 M	10	28 M	7	31 M
13	29 M	7	31 M	4	3 A	1	6 A	17	10 A	14	13 A	11	16 A	8	19 A
14	18 M	8	19 A	5	23 M	2	26 M	18	30 M	15	2 A	12	5 A	9	8 A
15	5 A	9	8 A	6	11 A	3	14 A	19	18 A	16	22 M	13	25 M	10	28 M
16	25 M	10	28 M	7	31 M	4	3 A	1	6 A	17	10 A	14	13 A	12	16 A

LATERCVLVS DOMINICALIS.

	I.	H	R	II.	H	R	III.	H	R	IIII.	H	R	V.	H	R	VI.	H	R	VII.	H	R
1	F	21 A	21 A	G	15 A	22 A	A	16 A	23 A	B	17 A	27 M	C	18 A	28 M	D	19 A	5 A	E	20 A	6 A
2	E	6 A	6 A	F	7 A	7 A	G	8 A	15 A	A	9 A	16 A	B	10 A	17 A	C	4 A	25 A	D	5 A	29 M
3	DC	28 M	28 M	ED	29 M	29 M	FE	23 M	31 M	GF	24 M	7 A	AG	25 M	8 A	BA	26 M	9 A	CB	27 M	17 A
4	B	17 A	17 A	C	11 A	8 A	D	12 A	23 A	E	13 A	20 A	F	14 A	24 M	G	15 A	1 A	A	16 A	2 A
5	A	2 A	2 A	B	3 A	3 A	C	4 A	11 A	D	5 A	12 A	E	6 A	13 A	F	31 M	21 A	G	1 A	22 A
6	G	25 M	22 A	A	26 M	26 M	B	20 M	27 M	C	21 M	4 A	D	22 M	5 A	E	23 M	6 A	F	24 M	7 A
7	FE	13 A	13 A	GF	7 A	14 A	AG	8 A	15 A	BA	9 A	23 A	CB	10 A	24 A	DC	11 A	28 M	ED	12 A	29 M
8	D	29 M	29 M	E	30 M	6 A	F	31 M	7 A	G	1 A	3 A	A	2 A	9 A	B	27 M	17 A	C	28 M	18 A
9	C	18 A	18 A	D	19 A	19 A	E	20 A	23 M	F	21 A	31 M	G	15 A	1 A	A	16 A	2 A	B	17 A	10 A
10	B	10 A	10 A	C	4 A	11 A	D	5 A	12 A	E	6 A	20 A	F	7 A	21 A	G	8 A	22 A	A	9 A	26 M
11	AG	25 M	25 M	BA	26 M	2 A	CB	27 M	3 A	DC	28 M	4 A	ED	29 M	12 A	FE	23 M	13 A	GF	24 M	14 A
12	F	14 A	14 A	G	15 A	15 A	A	15 A	23 A	B	17 A	27 M	C	11 A	28 M	D	12 A	5 A	E	13 A	6 A
13		6 A	6 A	F	31 M	7 A	G	1 A	8 A	A	2 A	16 A	B	3 A	17 A	C	4 A	18 A	D	5 A	26 A
14	D	22 M	26 A	E	23 M	30 M	F	24 M	31 M	G	25 M	1 A	A	26 M	9 A	B	20 M	10 A	C	21 M	11 A
15	CB	10 A	10 A	DC	11 A	8 A	ED	12 A	19 A	FE	13 A	20 A	GF	7 A	24 M	AG	8 A	2 A	BA	9 A	2 A
16	A	2 A	2 A	B	27 M	3 A	C	28 M	4 A	D	29 M	12 A	E	30 M	13 A	F	31 M	14 A	G	1 A	22 A

Pulcherrimum igitur eſt hoc ſanctæ vetuſtatis pignus, in quo operam non luſimus, cum ex illo didicerimus, quæ aliunde non poteramus. Quam vitioſa autem ſit ratio octaeteridis, ex iis, quæ ſubiecimus, cognoſcere potes. Primum enim poſuimus Laterculum Terminalem, cuius octo columnæ: prima continet terminum Paſchalem totius Heccædecaeteridos Hippolyteæ, quomodo Græce in lapide concepta eſt. Reliquæ ſeptem columnæ conſtant binis verſibus. Prior verſus continet numerum aureum, alter verum terminum Paſchalem illius ſæculi vno die feriorem, quam Dionyſianum. Nam Terminus primi anni ponitur ab ipſo Hippolyto XIII Aprilis, recte, qui a Dionyſio XII eiuſdem. In hoc Laterculo Terminali vides vitium Heccædecaeteridos, ex collatione enneadecaeteridos. Mira enim eſt diſcrepantia: quod & puero patet, & Laterculum ipſum loquitur.

A loquitur. Præterea in sexto anno Terminus ponitur in 18 Martij, quatuor diebus ante æquinoctium illius sæculi, quod erat in XXII Martij, neque tacuit ille, qui nomine Clementis Canones scripsit libro V. ιζ. ὑμεῖς δὲ φυλάσσετε ἀκριβῶς τὴν ἰσημερίαν τροπὴν τῆς ἐαρινῆς ὥρας, ἥτις γίνεται δεκάτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ δωδεκάτου μηνὸς, ὅς ἐστι Δύστρος. At sæculo Apostolorum erat τρίτῃ καὶ εἰκάδι. Sequitur Laterculus Dominicalis septem Columnarum singulæ trinum versuum. In primo versu litera Dominicalis. In secundo Dominica Paschalis Hippolyti, quod in fronte litera H notat. In tertio Dominica Paschalis recta, quod litera frontalis R indicat. Discrepantia vtriusque vt summa, ita manifesta. neque opus est indice. Sed quæ de vitio Octaeteridos dici potue-

B runt, plene satisfecimus libro secundo. Nam ibi de Octaeteride Christiana agitur ex Epiphanio: quam duplicatam Hippolytus putauit conuenire rectæ rationi. In Laterculo Dominicali Græco fraus est a sculptore, siue quadratario. In secunda Heccædecaeteride anno nono vitiose sculptum ἀπὸ Γ. ΚΑ. ΜΑΡ. Legendum ἀπὸ ΙΓ. ΚΑ. ΜΑΙ. In vltimo anno tertiæ pro ἀπὸ Θ. ΚΑ. Lege: ἀπὸ Ε. ΚΑ. Et fortasse ita sculptum est, sed male a legentibus exceptum. Nam Θ cum Ε magnam affinitatem habet. Anno VIII sextæ vitium ab auctore, non a quadratario. ἀπὸ S. ΕΙ. ΑΠΡ. Est hallucinatio. Terminus Paschalis positus est in XXV Martij, vt est in laterculo Terminali. Litera Dominicalis erat B. Ergo XXVII Martij Pascha statuendum. Pro S. ΕΙ. Legendum

C S. ΚΑ. In sequenti anno vitium a quadratario ἀπὸ Ιϛ. ΚΑΛ. ΜΑΡ. Legendum enim ΜΑΙ. In penultimo anno eiusdem ἀπὸ Γ. ΕΙ. ΑΠΡ. Lege ἀπὸ S. ΕΙ. ΑΠΡ. In hac autem octaeteride non raro Pascha contingit ante æquinoctium: quod vitium postea correctum a Dionysio Episcopo. cuius Epistolæ meminit Eusebius: ἐν ᾗ καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκει τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος, nimirum secundum Canonem: εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω. Sed cum octaeteridum, & cyclorum & periodorum Paschalium modus non esset, decretũ Concilio Carthaginiensi, vt Pascha indiceretur a metropolitano. Canon XXXIV, LXXIV.

D idque μὴ ἐν στενῷ χρόνου διαστήματι, sed longe ante. Quare & idem sancitur Concilio Braccariensi secundo: *vt superuenturi ipsius anni Pascha quo Kalendarum die, vel quota Luna debeat suscipi, a Metropolitano Episcopo intimetur: quod cæteri Episcopi, vel reliquus Clerus breuiculo subnotantes vnusquisque in sua Ecclesia, adueniente natalis Domini die, post Euangelicam lectionem populo annuncient.* In Concilio Autissiodorensi, Canone II: *Vt omnes presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuncient, & in ipsa*

Epiphania ad populum indicent. Idem Canone IIII Concilij IIII Toletani. A Sed cum etiam in prouinciis & Metropolibus oriretur dubitatio de Pascha, vltimum perfugium erat Ecclesia Alexandrina. Leo Papa LXXII Epistola ad Martianum Aug. *Studuereque sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes: quoniam apud Ægyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam qui annis singulis dies prædicta solennitatis eueniret, sedi Apostolica indicaretur: vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias indicium generaliter percurreret.* Inde Cyrillus Alexandrinæ vrbis Episcopus ad Africanam synodum ita scribit: Περὶ δὲ τοῦ Πάσχα, ὡς ἐγράψατε, ἀγγέλλομεν ὑμῖν τῇ πρὸ δέκα ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων ἡμᾶς ἐπιτελέσαντας τῇ ὑπεισερχομένῃ Ἰνδικτιῶνι. B

Η ΥΠΟΓΡΑΦΗ. Ο. ΘΕΟΣ. ΚΑΙ Ο. ΚΥΡΙΟΣ. ΗΜΩΝ. ΤΗΝ. ΑΓΙΑΝ. ΣΥΝΟΔΟΝ. ΦΥΛΑΞΑΙ. ΟΠΕΡ. ΕΥΧΟΜΕΘΑ. ΤΙΜΙΩΤΑΤΟΙ. ΑΔΕΛΦΟΙ. Annus ille, quo scribebat, erat CCCCXXII Christi, vt hodie putamus. Sequenti anno CCCCXXIII Pascha *διασάσιμον* celebratum XV Aprilis, cyclo Solis XII, Lunæ VI. Sed ad Gallos nescio an hæ Octaeterides, & ἑκκαιδεκαετηρίδες peruenerint. Certe eos cyclo magno Victoris etiam infra tempora Caroli Magni vsos constat. In Concilio IIII Aurelianensi, Canone primo ita decretum fuit: *Placuit itaque, Deo propitio, vt sanctum Pascha secundum Laterculum Victoris (Victorij) ab omnibus Sacerdotibus vno tempore celebretur. quæ festiuitas singulis Epiphaniorum diebus in Ecclesia populis* C *denuncietur.* Atque vt vno verbo dicam, vereor, vt illa Heccædecaeteris Hippolytea vnquam recepta fuerit, cum tot absurda in illa relicta sint. Nam alioquin octaeterides Paschales fuisse nouimus ex Epistola Dionysij Episcopi, de qua supra, & ex Epiphanio, eiusque rationes libro secundo discussimus. Quare vero periodus Dionysiana Victorianam in Gallia excludere non potuerit, nescio. vt neque caussas scimus periodi cuiusdam Paschalis, quam in Petrocoriis vidimus vna cum C.V.P. Pithœo nostro, anno 1583. Augustæ Vesunnæ Petrocoriorum vetustissimum splendorem testantur adhuc eximiæ priscorum monimentorum reliquiæ, Inscriptiones, Amphitheatrum, Turris admirandi operis, quæ sola retinet nomen D Vesunnæ. Tam claræ vrbi multum quidem nocuit tempus, sed longe magis superiorum bellorum ciuilium licentia deformata fuit. Nam & Episcopium, quod amplissimum erat, & Basilica Stephani euersa sunt. In ea Basilica, in dextro latere Altaris maioris insculptæ erant Dominicæ Paschales litera meliore, quam vt longe infra tempora Iustiniani descriptæ videantur. Titulus ita conceptus est: HOC EST PASCHA SINE TERMINO ET NVMERO CVM

FINIE-

A finierit a capite reincipe marcivs xxiiii ap: xii| ap̄: iiii| ap̄: xxiiii| ∴∵ iiii| m̄p̄ xxxi| ap. xx| & ita deinceps. In fine autem, m̄r̄. xxvii. ap. xvi| mp. xxxi| ap. xx. Et mediocriter docto paret initium esse a cyclo Paschali Dionysiano xvi, Solari xxiiii. Quare incipit aut ab anno Christi xv, aut 547. Desinit autem in anno cv, vel 637. cyclo Paschali xi, Solari secundo. Interuallum, anni xc. Sed videntur deesse aliquot Dominicæ, non tamen, vt multo longior concepta periodus fuerit. Quare suspicor fuisse tantum periodum Cyrilli, aut Theophili annorum xcv. Quod autem dicit, *Hoc est, Pascha sine Termino & numero*, intellige, in eo Laterculo Dominicas tantum Paschales com-
B prehendi, nulla mentione Termini Paschalis, & numeri aurei: quod quidem verum est, & res ipsa indicat.

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΕΛΗΝΗΣ ΕΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ. A

Ο Ἀριθμὸς ἐτῶν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ τῆς ἐνεστώσης ΙΔ ἰνδικτιῶνος ἔτους λα τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως, κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν τε καὶ ψῆφον ,ϛσλγ΄. τοῦτο γὰρ ταῦτα εἰς κή μερίζειν γινώσκεται τὸ τοῦ ἡλίου ἔτος, καὶ πάλιν εἰς ιθ΄, τὸ τῆς σελήνης.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ ΕΠΑΚΤΩΝ.

Ἐπακταὶ ἡλίου εἰσὶν ἡ παρὰ μίαν ἑβδομαδικὴ ἡμέρα τῆς πρώτης τοῦ Ἀπριλλίου B
μηνός. ὡς, φέρε εἰπεῖν, ἐν τῷ παρόντι ἔτει, ἡ παρὰ μίαν ἑβδομαδικὴ ἡμέρα, ἀφ᾽ ἧς ἤρξατο ἡ πρώτη τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, ἐστὶν ἡ ϛ΄ τῆς ἑβδομάδος, ἤγουν ἡ παρασκευή. Ἄλλως. Ἐπακταὶ ἡλίου, ἐστὶν ἡ ποσταία ἑβδομαδικὴ τῆς τελευταίας Μαρτίου.

ΠΟΙΑ ΤΩΝ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ ΕΤΩΝ ΑΝΕΠΑΚΤΑ ΤΥΓΧΑΝΕΙ.

Ἀνέπακτα ἡλίου ἔτη τὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἀπὸ κυριακῆς ἀρχομένην ἔχοντα.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΘΕΤΩΝ ΗΜΕΡΩΝ.

Προσθεταὶ ἡμέραι, αἱ λοιπαὶ τῶν ἀπὸ μὲν πρώτης τοῦ Ἀπριλλίου μέχρι πρώτης Δεκεμβρίου, τῶν ξυμπασῶν Ϲμδ΄ τὸν ἀριθμὸν οὐσῶν, καὶ εἰς ζ μερισθεισῶν. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης τοῦ Δεκεμβρίου τῶν ἁπασῶν ὁμοῦ υκδ΄ οὐσῶν. C

ΤΙΣ Η ΕΝΝΕΑΔΕΚΑΕΤΗΡΙΣ ΤΗΣ ΣΕΛΗΝΗΣ.

Ἐννεαδεκαετηρὶς, ἐστὶ κύκλος ἐννεακαίδεκα ἐτῶν σεληνιακῶν, κατὰ μὲν τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοῦ λαμβάνων ἀεὶ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ τοῦ Μαρτίου μηνὸς εἰκάδι τρίτῃ. κατὰ δὲ τὸ τελευταῖον, ἤγουν τὸ ἐννεακαιδέκατον, τέλος δεχόμενος κατὰ τὴν τοῦ αὐτοῦ μηνὸς εἰκάδα δευτέραν.

ΠΕΡΙ ΥΠΟΤΟΜΗΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙΤΤΕΥΟΥΣΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ἐν ἔτεσι τῆς σελήνης.

Ὑποτομὴ τῆς ἡμέρας, ἐστὶ τῆς μιᾶς ἡμέρας περιττευούσης ἐν τελευταίῳ ἔτει τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος ἐξαίρεσις. καὶ τοῦτο τὸ τελευταῖον ἔτος γίνεται ,ϛσλγ΄ ἡμερῶν μόνον. D

ΠΕΡΙ ΕΜΒΟΛΙΣΜΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΜΒΟΛΙΜΩΝ ΜΗΝΩΝ.

Ἐμβολισμὸς, ἐστὶν ἀναπλήρωσις τῆς τοῦ σεληναϊκοῦ ἔτους ὑστερήσεως τῆς κατὰ τὴν ἕνδεκα ἡμερῶν ἡλιακὴν ὑπεροχὴν συμβαινούσης, διὰ ἑπτὰ τριακονθημέρων ἐμβολίμων μηνῶν γινομένη, ὥστε τὰ τῆς σελήνης ἔτη πρὸς τὰ τοῦ ἡλίου ἀνελλιπῶς ἔχειν, καὶ ἰσαρίθμους αὐτῶν ταῖς ἡλιακαῖς εἶναι τὰς ἡμέρας, καὶ εἶναι ταύτας μὴ μόνον ,ϛψκϛ΄, ἀλλὰ καὶ ,ϛθλέ.

ΠΕΡΙ

A ## ΠΕΡΙ ΠΑΣΚΑΛΙΟΥ ΜΗΝΟΣ.

Πασχάλιος μὴν, ἐστὶν ὁ εἴσω ἑαυτοῦ τὰς τῶν ὅλων τῆς σελήνης ἐτῶν νεομηνίας κεκτημένος, τὴν ἀρχὴν μὲν ἔχων κατὰ τὴν τοῦ Μαρτίου μηνὸς ὀγδοάδα, τὸ δὲ τέλος κατὰ τὴν Ἀπριλλίου ε΄. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ὁ τῶν τεσσαρεσκαιδεκαταίων μὴν κατὰ τὴν εἰκάδα πρώτην τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἀρχὴν λαμβάνων, τὸ τέλος ἔχει κατὰ τὴν τοῦ Ἀπριλλίου ιη΄. Πέρας καὶ τῆς κατωτέρω νεομηνίας τὸ ἑκκαιδέκατον ἔτος τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος, τῆς δὲ ἀνωτέρω νεομηνίας καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίας τὸ ὄγδοον.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΒΑΣΕΩΣ ΤΟΥ ΝΟΜΙΚΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Ὑπέρβασις τοῦ νομικοῦ πάσχα, ἐστὶν ὑπέρθεσις ἑπτὰ ἡμερῶν διὰ τὴν τῆς κυριακῆς
B καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας ὁμοῦ συνάντησιν. οὐ θέμις δὲ οὔτε τὴν εἰκάδα πρώτην ὑπερβαθῆναι, οὔτε τὴν κε΄ ὑποκαταβῆναι.

ΠΕΡΙ ΚΑΝΟΝΙΣΜΟΥ ΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΜΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Κανονισμὸς τῆς τελετῆς τοῦ ἀναστασίμου καὶ σωτηρίου πάσχα, ἐστὶν ὁρισμὸς ἡμερῶν λε΄ ἀπὸ εἰκάδος δευτέρας Μαρτίου, μέχρι εἰκάδος πέμπτης Ἀπριλλίου. ἡ δὲ συνέμπτωσις τοῦ κατὰ Χριστὸν πρὸς τὸ Ἑβραϊκὸν διαβάλλεται πάσχα, ὁμοίως καὶ ἡ προέμπτωσις.



A

A	B	Γ	Δ	E	ς	Z	ς	E	Δ	Γ	B	A
Ἡμέραι ἐμβολ.	Σελήνης ἔτη.	Ἐπακταί.	Μῆνες ῥωμαϊκοί.	Πασχ. αἰῶν.	Προσθεταί	Προσθεταί	Πασχ. αἰῶν.	Μῆνες ῥωμαϊκοί.	Προσθεταί	Πασχ. αἰῶν.	Μῆνες ῥωμαϊκοί.	Σελήνης ἔτη.
Ἐμβολ.	Ι Θ	Κ Ζ	ΦΕΒΡ	Η	Δ		Ε	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Ε	ΣΕΠΤ	Α
	Α	Θ	ΙΑΝΟΥ	Κ Η	Α	Δ	Κ Ε	ΜΑΡΤ	ς	Ι Δ	ΣΕΠΤ	Β
	Β	Κ	ΦΕΒΡ	Ι ς	Δ		Ι Γ	ΑΠΡΙΛ	Α	Γ	ΟΚΤΩ	Γ
Ἐμβολ.	Γ	Α	ΦΕΒΡ	Ε	Δ		Β	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Β	ΣΕΠΤ	Δ
	Δ	Ι Β	ΙΑΝΟΥ	Κ Ε	Α	Δ	Κ Β	ΜΑΡΤ	ς	Ι Α	ΣΕΠΤ	Ε
	Ε	Κ Γ	ΦΕΒΡ	Ι Γ	Δ		Ι	ΑΠΡΙΛ	ς	Α	ΣΕΠΤ	ς
Ἐμβολ.	ς	Δ	ΦΕΒΡ	Β	Δ	Δ	Α	ΜΑΡΤ	ς	Ι Θ	ΣΕΠΤ	Ζ
	Ζ	Ι Ε	ΦΕΒΡ	Κ Α	Δ		Ι Η	ΑΠΡΙΛ	Α	Η	ΟΚΤΩ	Η
Ἐμβολ.	Η	Κ ς	ΦΕΒΡ	Ι	Δ		Ζ	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Ζ	ΣΕΠΤ	Θ
	Θ	Ζ	ΙΑΝΟΥ	Α	Α	Δ	Κ Ζ	ΜΑΡΤ	ς	Ι ς	ΣΕΠΤ	Ι
	Ι	Ι Η	ΦΕΒΡ	Ι Η	Δ		Ι Ε	ΑΠΡΙΛ	Α	Ε	ΟΚΤΩ	Ι Α
Ἐμβολ.	Ι Α	Κ Θ	ΦΕΒΡ	Ζ	Δ		Δ	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Δ	ΣΕΠΤ	Ι Β
	Ι Β	Ι	ΙΑΝΟΥ	Κ Ζ	Α	Δ	Κ Δ	ΜΑΡΤ	ς	Ι Γ	ΣΕΠΤ	Ι Γ
	Ι Γ	Κ Α	ΦΕΒΡ	Ι Ε	Δ		Ι Β	ΑΠΡΙΛ	Α	Β	ΟΚΤΩ	Ι Δ
Ἐμβολ.	Ι Δ	Β	ΦΕΒΡ	Δ	Δ		Α	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Α	ΣΕΠΤ	Ι Ε
	Ι Ε	Ι Γ	ΙΑΝΟΥ	Κ Δ	Α	Δ	Κ Α	ΜΑΡΤ	ς	Ι	ΣΕΠΤ	Ι ς
	Ι ς	Κ Δ	ΦΕΒΡ	Ι Β	Δ		Θ	ΑΠΡΙΛ	ς	Κ Θ	ΣΕΠΤ	Ι Ζ
Ἐμβολ.	Ι Ζ	Ε	ΦΕΒΡ	Α	Δ	Δ	Κ Θ	ΜΑΡΤ	ς	Ι Η	ΣΕΠΤ	Ι Η
	Ι Η	Ι ς	ΦΕΒΡ	Κ	Δ		Ι Ζ	ΑΠΡΙΛ	Α	Ι Θ	ΟΚΤΩ	Ι Θ

B

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΜΟΥ ΕΟΡΤΗΣ. C

Κρατεῖ τὸ ἔτος τῆς σελήνης, καὶ τὸ τοῦ ἡλίου ἐν ἔτει ζητουμένῳ, φέρε εἰπεῖν, ἐν τῷ παρόντι ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτει ͵ϛϡλέ τὸ ἔτος τῆς σελήνης πεντεκαιδέκατον, τὸ δὲ τοῦ ἡλίου πρῶτον. Καὶ ἐν δεξιοῦ κανονίου τῷ πρώτῳ σελιδίῳ κατ' αὐτὸ τοῦ ιέ ἔτους τῆς σελήνης θεώρει τὸν Ῥωμαϊκὸν μῆνα, ὃς ἐν τῷ ἐνεστῶτι ἔτει ἐστὶν ἡ ΙΔ τοῦ πρώτου Ἑβραϊκοῦ μηνὸς, λέγω δὴ τοῦ Νισάν. Ἔμβαλλε ταύτῃ τῇ ποσαίᾳ τὰς ἐπακτὰς τοῦ ἡλιακοῦ ἔτους ἐνεστῶτος, ἤγουν τοῦ πρώτου ἑπτὰ ἀριθμὸν οὔσας, καὶ κάτω τοῦ πρώτου ἡλιακοῦ ἔτους ἐν πρώτῃ ζώνῃ τοῦ τροχοῦ καταγεγραμμένας. συνάγονται ἡμέραι Η̄. Ἐμβάλλε τὰς ζ. Ἡ λοιπὴ γοῦν ἐστὶν ἡ κυριακὴ καὶ πρώτη ἑβδομαδική. καὶ διὰ τὴν συναίτησιν τοῦ ΙΔ φέγγους, καὶ τῆς κυριακῆς, ἡμεῖς οὖν κατὰ χαίρειν ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας τὸ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν ἠξιωμένοι Πάσχα τελεῖν, εἰς τὴν ἁγίαν ἀποτεθειμένην κυριακὴν τὴν ἑορτάσιμον τῆς ἀναστάσεως τελετήν. D

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΗΣ ΔΕΚΑΤΗΣ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ ΜΗΝΟΣ.

Ἐν δευτέρῳ τοῦ κανονίου δεξιοῦ σελιδίῳ σκόπει πρῶτον κατ' αὐτὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μηνὸς, τοῦ Σεπτεμβρίου, τὴν ποσαίαν αὐτῷ παρακειμένην τοῦ μηνὸς ἐν ἔτει σελήνης ιέ εἰκοσιν πρώτην ὑποδέχουσαν. ἴσθι ὅτι ἥδε ἐστὶν ἀεὶ ἡ δεκάτη τοῦ ἑβδόμου παρ' Ἑβραίοις

A Ἑβραίοις μηνὸς ἐν τῷ λεγομένῳ ἔτει σελήνης ιε. Ἔμβαλλε δὴ καὶ τὰς παρακειμένας αὐτῇ ἐκ στοιχείου τὰς προσθέτας ς' τὸν ἀριθμὸν οὔσας, καὶ τὰς τοῦ ἡλιακοῦ ἔτους ἐπακτὰς ζ, καὶ ἀπὸ συναγομένων πασῶν λα' ἔκβαλλε ζ. Λοιπὴ ἐστὶν ἡ ς' τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα. Φαμὲν οὖν τὴν δεκάτην τοῦ ἑβδόμου μηνὸς παρασκευὴν εἶναι ἐν τῷ παρόντι ἔτει.

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ ΠΑΡΕΙΣΒΑΣΕΩΣ.

Κατ' αὐτὸ τοῦ ἐν δεξιῷ κανονίῳ παρακειμένου ιε' ἔτους τῆς σελήνης σκόπει τὸ παρακείμενον ιδ' ἔτος ἐν τῷ συνωνύμῳ ὅτι ἐν τέλει τοῦ προηγουμένου ἔτους ἀεὶ ἡ παρείσβασις τῶν ἱερῶν νηστειῶν τελεῖται. καὶ τῇ τοῦ παρακειμένου Φεβρουαρίου μηνὸς ποστιαίᾳ,
B λέγω δὴ τῇ ιδ', ἔμβαλλε τὰς πλησίον αὐτῆς ἐκ στοιχείου τεταγμένας ιδ' προσθέτας ἡμέρας, καὶ τὰς ἡλιακὰς ἐπακτὰς ζ ὁμοῦ. Ἀναλύσας τὰ ἅπαντα δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντα εἰς ζ, ἐκ τῆς ἀπομενούσης μιᾶς ἡμέρας, γινώσκεις, ὅτι ἡ κυριακὴ ἡμέρα ὁμοῦ τῇ παρεισβάσει συναντᾷ. καὶ ὑπέρθεσις γίνεται εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἁγίαν κυριακήν, τὴν τοῦ Φεβρουαρίου ἑνδεκάτην, ἐν ᾗ ἐν παρόντι ἔτει ἡ ἀποκρεώσιμος ἑορτὴ τελεῖται.

ΜΕΘΟΔΟΣ ΤΩΝ ΤΗΣ ΣΕΛΗΝΗΣ ΕΠΑΚΤΩΝ.

Δεῖ τὸ ἐνιστάμενον ἔτος τῆς ἐννεαδεκαετηρίδος ἑνδεκαπλασιάσαι, καὶ τὰς ἀπὸ πολλαπλασιασμοῦ συναγομένας ἡμέρας ποιῆσαι παρὰ δύο. ὅτι τὸ πρῶτον τῆς σελήνης ἔτος θ' μόνας ἔχει τὰς ἐπακτάς. καὶ τὰς λοιπὰς εἰς λ' μερίσαι. αἱ δὲ ἀπὸ
C τοῦ μερισμοῦ ἀπομένουσαι κρατοῦνται εἰς ἐπακτὰς τοῦ ἐνισταμένου τῆς σελήνης ἔτους.

ΠΕΡΙ ΠΟΣΤΙΑΙΑΣ ΤΗΣ ΣΕΛΗΝΗΣ.

Ταῖς ὅλαις ἡμέραις ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Ἀπριλλίου μέχρι τῆς ποστιαίας τοῦ ζητουμένου μηνὸς συναθροιζομέναις ἔμβαλλε τὰς τῆς σελήνης ἐπακτάς. καὶ τὰς ὅλας εἰς κθ ἥμισυ μέριζε. Τὸ ἀπομένον ἐστὶν ἡ ποστιαία τῆς σελήνης.

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ καὶ τῆς σελήνης ἐπάκτων.

Ἡ ποστιαία τῆς σελήνης ἐν τῇ τριακάδι τοῦ Μαρτίου μηνὸς τὰς διὰ τοῦ ὅλου ἐκεί-
D νου ἔτους κρατούσας τῆς σελήνης ἐπακτὰς ἀποδείκνυσιν. ἡ δὲ ποστιαία τῆς ἑβδομάδος κατὰ τὴν τριακάδα πρώτην τοῦ αὐτοῦ μηνός, τὰς τοῦ ἡλίου.

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΩΝ ΑΠΟ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ ΕΤΩΝ.

Τὰ ἀπὸ Διοκλητιανοῦ ἔτη μέχρι τῆς παρούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἔτους λα' Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως εἰσὶ τνζ. Ψηφίζονται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. εἰς κβ τὰ ιε' τῆς ἰνδικτιῶνος πολλαπλασιάζομεν ἔτη. καὶ τούτοις ἐμβάλλομεν καθολικὰ ιγ' καὶ τὰ ἔτη τῆς ἐνισταμένης ἰνδικτιῶνος. εἰ δὲ ἡ ἐνεστῶσα πληρωθῇ πεντεκαιδεκαετηρίς, ἐν εἴκοσι καὶ τρισὶ τὸν πολλαπλασιασμὸν δέον ποιεῖν.

οὕτω δὲ ἐν εἴκοσι καὶ τέσσαρσι τοῦ μετ' ἐκείνην συντελεσθείσης. καὶ ἁπλῶς καθ' ἑκάστην A πεντεκαιδεκαετηρίδος περαιτέρω τὸ περὶ αὐτῆς ὡς τελεσθείσης ἤδη συμπεριβάλλοντας ἕως χρὴ ποιεῖσθαι τὸν πολλαπλασιασμὸν, ἐν τέλει δηλαδὴ τιθέντας καὶ τὰ ιγ' καθολικά. δι' ὧν ἡ μέχρι καὶ νῦν ἀπὸ Διοκλητιανοῦ τῶν ἐτῶν ἐξαρίθμησις εὐδιάγνωστος ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσιν. αὐτὰ γοῦν τὰ τνζ' ἔτη μερίζοντες εἰς τὸν ιθ' τὸν ἐνιστάμενον τῆς σελήνης ἐκ τῶν ὑπολιμπανομένων γινώσκομεν.

ΨΗΦΙΣΜΟΣ ΤΗΣ ΠΟΣΤΙΑΙΑΣ ΤΗΣ ΣΕΛΗΝΗΣ
ἐν μησὶν Αἰγυπτίοις.

Κρατοῦμεν τὰς ἐπακτὰς τῆς σελήνης, καὶ τὴν τοῦ ἐνεστῶτος Αἰγυπτιακοῦ μηνὸς ποσταίαν, καὶ τὸ ἥμισυ τῶν μηνῶν τῶν ἀπὸ Θὼθ, καὶ μίαν καθολικήν. καὶ εἰ μὲν λ' ταύτας εὑρίσκομεν, ἢ παρὰ τὰς λ', τοσαύτας ἔχουσαν τὴν σελήνην ἡμέρας γινώσκομεν. εἰ δὲ ὑπὲρ τὰς λ', ἐκείνας πάλιν τὰς μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν αὐτῶν τῶν B λ' ἀπομενούσας.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΣΑΡΚΑ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ ΤΟΥ
Κυρίου, ἔτι καὶ περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ.

Ἐν ἔτει τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ϵΦΑ' κατὰ τὴν ἐν δέλτοις ἱερῶν ἀναγραφὴν ὅ, τε εὐαγγελισμὸς γέγονε τῆς παρθένου, καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς ἄφθορος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παναγάθου γέννησις. Ἔτος δὲ ἦν ἡλίου μὲν τὸ ΓΙ', σελήνης δὲ τὸ Ι, ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος τοῦ μὲν εὐαγγελισμοῦ Β, τῆς δὲ γεννήσεως Δ. οὕτω δὲ καὶ τὸ πάμφωτον αὐτοῦ καὶ ὑπέρφωτον βάπτισμα τῷ ϵΦΛ' γέγονεν. Ἔτος δὲ ἦν ἡλίου μὲν τὸ ΔΙ, σελήνης δὲ τὸ Α. ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος Γ. Πάλιν δὲ τὸ σωτήριον αὐτοῦ πάθος, ἤγουν ἡ σταύρωσις, τῷ ϵΦΛΔ'. Ἔτος δὲ ἦν ἡλίου C μὲν τὸ Η καὶ Ι, σελήνης δὲ τὸ ϵ', ἡμέρα δὲ προδήλως παρασκευὴ, ὡς εἶναι τὰ ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς νῦν ἐνισταμένης Δ καὶ Ι ἰνδικτιῶνος, ἔτους ΛΑ', τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως, ἔτη ΧΛΓ'. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος, καὶ τοῦ πάθους δῆλα πάλιν ἐκ τούτων καθέστηκεν, ὡς τὰ μὲν εἰσὶν ͵ΧΔ', τὰ δὲ ͵ΧΑ.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΟΥ ΤΩΝ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΩΝ ΨΗΦΙΣΜΟΥ.

Ἐφ' ἑκάστου δὲ τούτων τὴν ἐπινέμησιν, ἣν ἰνδικτιῶνα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, διάφορον οὖσαν εὑρίσκομεν, ὡς διαφόρως ταύτης ψηφιζομένης ἔκ τε τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐτῶν, καὶ τῶν ἀφ' οὗ γέγονεν αὕτη. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς ἱστοριογραφοῦντας, D ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. τὸ δὲ ἦν τῆς κοσμογενείας τὸ ͵ευξ', ἅπερ εἰς τὰ ιε' λυόμενα τὸ τέλος τῆς ἰνδικτιῶνος παρίστησιν, ἤγουν αὐτὸ τὸ ιε' ἔτος, ἐν ᾧ ταύτης ἐκεῖνος κατὰ τὴν δόξαν θέμενος τὴν ἀρχὴν πρῶτον τὸ τελευταῖον πεποίηκεν, ὡς ἐντεῦθεν ἓν ἔτος προτερεῖν λοιπὸν, τὴν ἀπὸ δωδεκάτου ἔτους τῆς βασιλείας Αὐγούστου ψηφιζομένην ἰνδικτιῶνα τῆς ἀπὸ κτίσεως κόσμου ψηφιζομένης κατὰ τὴν τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐτῶν εἰς τὸν ιε' γινομένην ἀνάλυσιν. ὅθεν κατὰ ταύτην μὲν τὴν ψῆφον ἔτος ἰνδικτιῶνος ἑνδέκατον ἦν, ἐν ᾧ γέγονεν

A ἡ κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος γέννησις. κατ' ἐκείνην δὲ δυοκαιδέκατον, διὰ τὸ ἓν προλαμβάνειν ἔτος. οὕτω δὲ καὶ τὸ πανίερον βάπτισμα, δέκατον καὶ ἑνδέκατον. καὶ τὸ σωτήριον πάθος τεσσαρεσκαιδέκατον καὶ πεντεκαιδέκατον. τῷ γὰρ μγ' τῆς βασιλείας Αὐγούστου τὴν καθ' ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος πεποίηται γέννησιν ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς ὡς Θεός. Τὰ οὖν μβ μεριζόμενα παρὰ τὸν ιε', δωδεκάτῳ τῆς ἰνδικτιῶνος ἔτει γεγενῆσθαι, καθὼς ἔφην, παριστᾷ τοῦ Κυρίου τὴν γέννησιν. ὥσπερ οὖν ἐν ἑνδεκάτῳ πάλιν τὰ ,εφα, μεριζόμενα εἰς τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν, ἔτι δὲ δι' ἀμφοτέρων τῶν ψήφων καὶ τὸ νῦν ἐνιστάμενον τῆς ἰνδικτιῶνος ἔτος κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον εὑρεῖν, οἷον τοῖς μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτεσιν, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν κατὰ πρόθεσιν ἑνὸς ἔτους τῆς βασιλείας Αὐγούστου μόνοις οὖσι τὸν ἀριθμὸν χοδ', καὶ εἰς τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν μεριζομένοις. Ἐξ ἑκατέρων γὰρ τεσσαρεσκαιδέκατον γι-
B νώσκεται τὸ νῦν ἐνιστάμενον. τοῦτο δὲ καὶ ἐπ' ἄλλους πάντας ποιεῖν προσήκει τοὺς τὸν ἑκάστου τῆς ἰνδικτιῶνος ἔτους διασκοπεῖν ἐθέλοντας ἀριθμόν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΖΑΧΑΡΙΑΝ ΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟΥ.

Προσήκει δὲ καὶ τὸν περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ γενόμενον χρηματισμὸν τῷ Ζαχαρίᾳ, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ἐν τάξει δι' ἀκριβείας ὑπομνηματίσαι, κατὰ ποῖον ἐστὶν ἡλίου καὶ σελήνης γέγονεν ἔτος. καὶ τοῖς μὲν ἐπισταμένοις δῆλον τοῦτο καθέστηκεν, ὥστε ἑκάτερον τὸ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει γεννήσεως. οἷον ἡλίου μὲν τὸ ιϛ', σελήνης δὲ τὸ θ'. μὴν δὲ κατὰ Ῥωμαίους Σεπτέμβριος ἦν εἰκάδα ἑβδόμην ἔχων. ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος πέμπτη. τὸ γὰρ τῆς αὐτῆς τοῦ Ἰωάννου γεννήσεως
C τὸ αὐτὸ ἦν ἡλίου τε καὶ σελήνης ἔτος, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ τοῦ Σωτῆρος γέννησις, εἰ καὶ ὁ μὴν προδήλως ἕτερος Ἰούνιος ὢν καὶ εἰκάδα τετάρτην ἔχων. ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος δευτέρα. πάλιν δὲ τὸ τῆς αὐτῆς τελειώσεως, ἤγουν ἀποτομῆς, ἡλίου μὲν τὸ ιζ', σελήνης δὲ τὸ δ', μὴν δὲ Αὔγουστος, εἰκάδα ἐνάτην ἔχων. ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος γ'. ὡς εἶναι τὰ μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἔτη λγ'. ἡμέραι, πθ'. τὰ δὲ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἔτη λγ'. ἡμέραι δὲ ξζ' ἐλάττους κβ' τυγχάνουσαι πρὸς τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμέρας.

ΧΡΟ-

ΧΡΟΝΩΝ ΑΡΙΘΜΗΣΙΣ ΚΑΙ ΟΜΑΣ.

A

Αδάμ ἔτη	Σλ'		Ωσὴφ καὶ Ζήφ	ζ	,δριδ	
Σήθ	σέ	υλε	Γεδεών	μ'	,δρυδ	
Ενως	ρϟ'	χκε	Αβιμέλεχ	γ'	,δρνζ	
Καϊνάν	ρό	ψϟε	Θόλα	κβ'	,δρεθ	
Μελελεήλ	ρξέ	ϡξ	Ιαήρ	κβ'	,δσα	
Ιαρέδ	ρξβ'	,αρκβ	Αμμανῖται	ιη'	,δσθ	
Ενώχ	ρξέ	,ασπζ	Ιεφθαέ	ϛ'	,δσκε	
Μαθουσάλα	ρξζ'	,αυνδ	Εσεβών	ζ'	,δσλβ	
Λάμεχ	ρπή	,αχμϛ	Αἰλών	ί	,δσμϛ	B
Νώε	φ'	βρμβ	Αβδών	ή	,δσν	
∴∴ ∴∴			Φυλιστιείμ	μ'	,δσϟ	
Σήμ	ρ'		Σαμψών	κ'	,δτι	
Αρφαξάδ	ρλέ		Αναρχίας καὶ εἰρήνης	μ'	,δτν	
Καϊνάν	ρλ'		Ηλὶ ἱερεὺς	κ'	,δτο	
Σάλα	ρλ'		Σαμουὴλ ἱερεὺς	κ'	,δτϟ	
Εβερ	ρλδ'		Σαοὺλ	μ'	,δυλ	
Φάλεγ	ρλ'		Δαυίδ	μ'	,δυο	
Ραγαῦ	ρλϛ'		Σολομών	μ'	,μφι	
Σερούχ	ρλ'		Ροβοάμ	ιζ'	,δφκζ	
Ναχώρ	σό		Αβιά	γ'	,δφλ	C
Θάρρα	ό		Ασά	μά	,δφοα	
Αβραάμ	ρ'		Ιωσαφάτ	λθ'	,δχι	
Ισαάκ	ξ'		Ιωράμ	ή	,δχιη	
Ιακώβ	πέ		Οχοζίας	ά	,δχιθ	
Λευΐ	μζ'		Γοθολία	ζ	χκδϛ	
Καάθ	ξβ'		Ιωάς	μ'	,δχξϛ	
Αμράμ	οέ		Αμασίας	κθ'	,δχϟε	
Μωσῆς	ϡ'		Οζίας	νϛ'	,δψμζ	
Εν τῇ ἐρήμῳ	μ'		Ιωαθάμ	ιϛ'	,δχξγ	
Ιησοῦς	λβ'		Αχάζ	ιϛ'	,δψοθ	
Οἱ πρεσβύτεροι	ή		Εζεκίας	κθ'	,δωη	D
Χουσαρσαθέμ	ή	,γϡθ	Μανασσῆς	νέ	,δωξγ	
Γοθονιήλ	ν'	,γϡνθ	Αμώς	ϛ'	,δωξε	
Αἰγλώμ	ιη'	,γϡοζ	Ιωσίας	λα'	,δωϟϛ	
Αώθ	ν'	,δκζ	Ιωαχάς	ά	,δωϟϛ	
Σεμεγάρ	κ'	,δμζ	Ιωακείμ	ιά	,δϡη	
Ιεβουσαῖοι	κ'	,δξζ	Ιεχονίας	ά	,δϡθ	
Δεββώρα	μ'	,δϟζ	Σεδεκίας	ιά	,δϡκ	

Ναβου-

A	Ναβουχοδονοσόρ	κδʹ	,δϡμδ	Μάρκος Ἀντωνῖνος	ιϛʹ	,εχογ
	Οὐαλαμαδουράχ	εʹ	,δϡμθ	Κόμοδος	ιβʹ	,εχπε
	Βαλτάσαρ	γʹ	,δϡνβ	Σευῆρος	ιηʹ	,εψγ
	Δαρεῖος καὶ Ἀσυάγης	ιζʹ	,δϡξθ	Ἀντώνιος Καρακάλλου	ζʹ	,εψι
	Κῦρος ὁ Πέρσης	λβʹ	,ελζ	Ἀντώνιος ἄλλος	δʹ	,εψιδ
	Καμβύσης	ηʹ	,εθ	Ἀλέξανδρος Μαμέας	ιδʹ	,εψκζ
	Δαρεῖος ὁ Μῆδος	κηʹ	κα	Μαξιμῖνος	γʹ	,εψλ
	Ξέρξης	καʹ	,ενη	Γορδιανός	ϛʹ	,εψλϛ
	Ἀρταξέρξης	λγʹ	,εϟα	Φίλιππος	ϛʹ	,εψμβ
	Δαρεῖος	ιθʹ	,ερι	Δέκιος	αʹ	,εψμγ
	Ἀρταξέρξης	λδʹ	,ερμδ	Γάλλος καὶ Βολουσιανός	βʹ	,εψμε
B	Ὦχος	καʹ	,ερξε	Οὐαλεριανός καὶ Γαλλιῆνος	ιε	,εψξ
	Ἀρσῆς ὤχου	βʹ	,ερξζ	Κλαύδιος	αʹ	,εψξα
	Δαρεῖος	ϛʹ	,ερογ	Αὐρήλιος	ϛʹ	,εψξζ
	Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών	ιβʹ	,ερπε	Πρόβος	ζʹ	,εψοδ
	Πτολεμαῖος ὁ Αἰγύπτου	κδʹ	,εσθ	Κᾶρος καὶ Καρῖνος	βʹ	,εψοϛ
	Πτολεμαῖος φιλάδελφος	λʹ	,εσλθ	Διοκλητιανός	κʹ	,εψϟϛ
	Πτολεμαῖος εὐεργέτης	κεʹ	,εσξδ	Κωνσταντῖνος	λβʹ	,εωκη
	Πτολεμαῖος φιλοπάτωρ	ιζʹ	,εσπα	Κωνστάντιος	κδʹ	,εωνβ
	Πτολεμαῖος ἐπιφανής	κγʹ	,ετδ	Ἰουλιανός	γʹ	,εωνε
	Πτολεμαῖος φιλομήτωρ	λεʹ	,ετλθ	Ἰοβιανός	αʹ	,εωνϛ
	Πτολεμαῖος εὐεργέτης	κθʹ	,ετξη	Οὐαλεντινιανός	ιʹ	,εωξϛ
C	Πτολεμαῖος φύσκων	ιϛʹ	,ετπδ	Οὐάλης	δʹ	,εωο
	Πτολεμαῖος σιδηρίτης	θʹ	,ετϟγ	Θεοδόσιος	ιϛʹ	,εωπϛ
	Πτολεμαῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος	γʹ	,ετϟϛ	Ἀρκάδιος	ιδʹ	,εϡ
	Πτολεμαῖος ὁ σωτήρ	ηʹ	,ευδ	Θεοδόσιος ὁ νέος	μβʹ	,εϡμβ
	Διόνυσος ὁ νέος	κηʹ	,ευλβ	Μαρκιανός	ϛʹ	,εϡμη
	Κλεοπάτρα	κβʹ	,ευνδ	Λέων	ιηʹ	,εϡξϛ
	Γάιος Ἰούλιος Ῥωμαίων	δʹ	,ευνη	Ζήνων	ιζʹ	,εϡπγ
	Καῖσαρ Αὔγουστος	νζʹ	,εφιε	Ἀναστάσιος	κζʹ	,ϛι
	Τιβέριος	κβʹ	,εφλζ	Ἰουστῖνος	θʹ	,ϛιθ
	Γάιος	δʹ	,εφμα	Ἰουστινιανός	ληʹ	,ϛνζ
	Κλαύδιος	ιδʹ	,εφνε	Ἰουστῖνος νέος	ιγʹ	,ϛο
D	Νέρων	ιδʹ	,εφξθ	Τιβέριος	δʹ	,ϛοδ
	Οὐεσπασιανός	ιʹ	,εφοθ	Μαυρίκιος	κʹ	,ϛϟδ
	Τίτος	γʹ	,εφπβ	Φωκᾶς	ηʹ	,ϛρβ
	Δομετιανός	ιεʹ	,εφϟζ	Ἡράκλειος	λαʹ	,ϛρλγ
	Νέρουας	αʹ	,εφϟη	Κωνσταντῖνος	αʹ	,ϛρλδ
	Τραιανός	ιηʹ	,εχιϛ	Κωνσταντῖνος	κζʹ	,ϛρξα
	Ἀδριανός	καʹ	,εχλζ	Κωνσταντῖνος	ιζʹ	,ϛροη
	Αἴλιος Ἀντωνῖνος	κʹ	,εχνζ	Ἰουστινιανός	ιʹ	,ϛρπη

Λέων

Λέων	γ'	,ϛρϟα
Τιβέριος ὁ καὶ Ἀψίμαρος	ζ'	,ϛρϟη
Ἰουστινιανὸς πάλιν	ϛ'	,ϛσδ
Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης	β'	,ϛσϛ
Ἀρτεμίσιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος	γ'	,ϛσθ
Θεοδόσιος ὁ Ἀτραμυτηνός	α'	,ϛσι
Λέων ὁ καὶ Κόνων	κε'	,ϛσλε
Ἀρταύασδος	γ'	,ϛσλη
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος	λα'	,ϛσξθ
Λέων υἱὸς Κωνσταντίνου	ε'	,ϛσοδ
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος σὺν τῇ		
μητρὶ Εἰρήνῃ	ι' μ'' β'	,ϛσπδ
Κωνσταντῖνος μόνος	ϛ' μ'' θ	,ϛσϟ
Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ πάλιν	β' μ'' ϛ	,ϛσϟβ
Νικηφόρος	η' μ'' θ'	,ϛτα
Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ	β'	,ϛτγ
Μιχαὴλ καὶ Θεοφύλακτος	β'	,ϛτε
Λέων ὁ Ἀρμένης	ζ'	,ϛτιβ
Μιχαὴλ	θ'	,ϛτκα
Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ	ιβ'	,ϛτλγ
Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ σὺν τῇ μητρὶ		
Θεοδώρᾳ	ιδ'	
Μιχαὴλ μόνος	ια'	
Μιχαὴλ καὶ Βασίλειος	α'	
Βασίλειος ὁ Θρᾷξ	ιθ'	
Λέων καὶ Ἀλέξανδρος υἱοὶ αὐτοῦ	κϛ'	
Ἀλέξανδρος καὶ Κωνσταντῖνος	α'	
Κωνσταντῖνος μόνος	ζ'	
Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανός		

A

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΞ ΧΙΛΙΕΤΗΡΙΔΩΝ

ΠΟΤΕ ΤΟΥΤΩΝ ΕΚΑΣΤΗ ΚΑΙ ἐπὶ τινὸς πεπλήρωται.

Ἡ α' ἐν τῷ τοῦ Ἰαρέδ ἔτει	μ'	
Ἡ β' ἐν τῷ τοῦ Νῶε ἔτει	π'	
Ἡ γ' ἐν τῷ τοῦ Παγαῦ ἔτει	ϟθ'	
Ἡ δ' ἐν τῷ τοῦ Ἀωθ ἔτει	κγ'	
Ἡ ε' ἐν τῷ τοῦ Κύρου τοῦ		
Πέρσου ἔτει	λα'	
Ἡ ϛ' ἐν τῷ τῆς βασιλείας τοῦ		
Ἀναστασίου ἔτει	ιζ'	

B

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΑ' ΠΕΡΙΟΔΩΝ ΤΩΝ

ΑΠΟ ΦΛΒ' ΕΤΩΝ. ΠΟΤΕ ΚΑΙ ΕΠΙ τινὸς ἑκάστη τούτων πεπλήρωται.

Ἡ α' ἐν τῷ τοῦ Ἐνὼς ἔτει	ϟζ'	,φλβ
Ἡ β' ἐν τῷ τοῦ Ἰαρέδ ἔτει	ρλ'	,αξδ
Ἡ γ' ἐν τῷ τοῦ Λαμέχ ἔτει	ρμβ'	,αφϟϛ
Ἡ δ' ἐν τῷ τοῦ Νῶε ἔτει	υπϛ'	,βρχη
Ἡ ε' ἐν τῷ τοῦ Ἐβερ ἔτει	κγ'	,βχξ
Ἡ ϛ' ἐν τῷ τοῦ Ναχὼρ ἔτει	κθ'	,γρϟβ
Ἡ ζ' ἐν τῷ τοῦ Ἀρὰμ ἔτει	νη'	,γϡκδ
Ἡ η' ἐν τῷ τῶν Φιλισταίων ἔτει	ϛ'	,δσιϛ
Ἡ θ' ἐν τῷ τοῦ Ἐζεκία ἔτει	ο'	,δϡπη
Ἡ ι' ἐν τῷ τοῦ Φιλομήτορος ἔτει	ιϛ'	,ετκ
Ἡ ια' ἐν τῷ τῆς βασιλείας		
Κωνσταντίνου ἔτει	κδ'	,εωϟβ

C

ΔΗΛΩ-

A ΔΗΛΩΣΙΣ ΤΩΝ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ, ΠΟΤΕ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΙΝΟΣ αὐτῶν ἕκαστον ἐπληρώθη.

Ἐν ἔτει πα΄ Μωσέως ἡ τ' ἀπὸ Αἰγύπτου γέγονεν ἔξοδος ἐν τῷ πρώτῳ πάσχα τῶν υἱῶν Ισραὴλ κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς πρῶτον μῆνα, λέγω δὴ τὸν Νίσαν, ἔτει δὲ τῷ ἀπὸ Ἀδὰμ τῷ ,γωκζ.

Ἐν ἔτει ιϐ΄ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ εἰσῆλθεν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὁ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν ί τοῦ ζ μηνός, ἤγουν τοῦ Θερσί. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τῷ ,γωξγ΄.

Ἐν ἔτει κα΄ τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ ὁ Ἰωβηλαῖος ἤρξατο καθ' Ἑβραίους ψηφίζεσθαι, τοῦτ' ἔστιν ἡ πεντηκονταετηρίς. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,γωπς΄.

Ἐν ἔτει δ΄ τῆς βασιλείας Σολομῶντος ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι ναός. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,δυοδ΄.

B Ἐν ἔτει γ΄ τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ τὸ πρῶτον ἔτος ψηφίζεται τῆς εἰς Βαβυλῶνα τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἀποικίας. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τῷ ,δρθ΄.

Ἐν ἔτει ια΄ Κύρου τοῦ Πέρσου τὸ τῆς αἰχμαλωσίας τελευταῖον ἔτος συνεπληρώθη, ἤγουν τὸ ο΄. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τῷ ,δρθο΄.

Ἐν ἔτει γ΄ τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Μήδου ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσίδεκ καὶ Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις αὖθις ᾠκοδομήθη ναός. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εια΄.

Ἐν ἔτει β΄ τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος ἰνδικτοι ἤρξαντο ψηφίζεσθαι, καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων μῆνες οὐ πρότερον ἢ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρὸς αὐτῶν ἐπινοηθέντες. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,ευξ΄.

Ἐν ἔτει μγ΄ αὐτοῦ γεννᾶται καθ' ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς μονογενὴς τοῦ πατρὸς υἱὸς Ἰησοῦς Χριστός, καὶ φύσει γίνεται δι' ἡμᾶς τέλειος ἄνθρωπος, φύσει τέλειος δι' ἑαυτὸν ὑπάρχων Θεός. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εφα΄.

C Ἐν ἔτει ιε΄ τῆς βασιλείας Τιβερίου ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίζεται, καὶ τὴν ἐν πνεύματι ἁγίῳ τοῖς πιστεύουσιν υἱοθεσίαν χαρίζεται. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εφλ΄.

Ἐν ἔτει ιθ΄ τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ σωτήριον ἔρχεται πάθος, ἀπαθῆ ἐντεῦθεν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει δωρούμενος. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εφλδ΄.

Ἐν ἔτει κ΄ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἡ ἐν Νικαίᾳ γέγονε σύνοδος. ἔτει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,ωις΄. τῶν ἀπὸ Χριστοῦ δὲ τὸ ,τις΄.

Ἐν ἔτει β΄ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει γέγονε σύνοδος. ἔτει δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εωοϐ΄. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ τὸ τοϐ΄.

Ἐν ἔτει κγ΄ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον γέγονε σύνοδος. ἔτει δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εθμγ΄. τῶν δὲ ἀπὸ Χριστοῦ τὸ υμγ΄.

Ἐν ἔτει α΄ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ ἡ ἐν Καρχηδόνι γέγονε σύνοδος. ἔτει δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,εθμγ΄. τοῦ δὲ ἀπὸ Χριστοῦ υμγ΄.

D Ἐν ἔτει κς΄ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἡ ε΄ γέγονε σύνοδος. ἔτει δὲ τοῦ μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ τὸ ,ςμε΄. τοῦ δὲ ἀπὸ Χριστοῦ φμε΄.

ΤΕΛΟΣ.

NOTÆ IN ECLOGAS MAGNI COMPVTI EX MAXIMO MONACHO. A

DONATVS ſum vetuſtiſſimo Computo Græco Maximi Monachi a quodam viro ſpectatiſſimæ pietatis & eruditionis. Liber eſt optimæ notæ ſcriptus ante DCXXXVI annos. Ex eo ea excepimus, quæ ad rem noſtram facere viſa. Scribebat librum ſuum LXXXIIII annis antequam Bedas Angloſaxo Computos ſuos & libros de Temporibus ederet. iſte quidem noſter anno Chriſti Dionyſiano 641, ille 725, ambo monachi, & ſupra captum ſuorum temporum eruditi. Integrum volumen poterit edi non ſine fructu: ſed B non eſt huius loci, neque temporis.

Ὁ ἀριθμὸς ἐτῶν) Tres Æræ ſiue Computi temporum ſunt, quibus vtuntur Scriptores Conſtantinopolitani: duæ quidem propriæ illorum, tertia illis cum reliquis Orientalibus Chriſtianis communis, quam ideo Orientalem vocare placuit, quæ a capite, ad Chriſtum, annos abſolutos putat 5500. Eam Antiocheni, & Arabes Chriſtiani, vt alibi docuimus, vocant تاريخ من هبوط ادم ἐποχὴν ἀπὸ τῆς καταβάσεως, ἤγουν τῆς πτώσεως Ἀδάμ. Reliquarum duarum priorem vocauimus Paſchalem, quod Computum Cycli Paſchalis doceat vna cum Indictione: alteram autem Lunarem, quod per XIX diuiſa, det cyclum Lunarem ſæculi Iuſtinianei, & infra illud ſæculum. Ha- C rum trium vetuſtiſſima, & tritiſſima eſt Paſchalis annos determinans a capite, ad annum primum Chriſti Dionyſianum, 5508. Omnes enim Eccleſiæ ſub Patriarcha Conſtantinopolitano hodie ea tantum actus ſuos Legitimos, Faſtos, & tempora ſua ſignant, Moſchovitæ, Bulgari, Georgiani, Iberi, Circaſſi, Illyrij, Albani, Græci omnes, Chriſtiani Arabes, vt eſt in meis peruetuſtis Euangeliis Arabicis. In literis, quas ad Maximilianum II Imperatorem Germanorum miſit CZAR Iuban Baſiliovvitz magnus Moſchouitarum Imperator, ita ſcriptum fuiſſe memini: *Scriptum in aula noſtra Dominij vrbis Moſchovv, anno creationis Mundi 7084, menſe Ianuario, Indictione* III, *Regni noſtri* XLIII, *Imperij Ruſſiæ* XXX, *Caſtaliæ* XXIII, *Oſtrocouiæ* XXI, &c. Aufer annos Chriſti 1576 ab an- D nis 7084. Remanet differentia annorum Computi Græcorum Paſchalis, & annorum Chriſti Dionyſianorum. Differentia Computi Lunaris & annorum Dionyſianorum 5494. Differentia Computi Orientalis & eorundem annorum Chriſti, 5500. Tot Computorum temporalium vſus magnam perturbationem & hiſtoriæ, & animis lectorum adferunt. Remedium huic malo ſubiecimus Tabulam

A **TABVLA TRIVM ÆRARVM.**

Linea annalis vtriusque cycli in Cōputo Lunari.	Linea annalis vtriusque cycli in Cōputo Paschali.	Linea annalis vtriusque cycli in Cōputo Orientali.	Epactæ Solis.	Litera Romana Dominicalis.	XIV Nisan.	Concurrentes XIV Nisan	X Tisri.	Concurrentes X Tisri.
I	XVII 17	IX 9	7	B A	V Apr.	6	XXV Sep.	3
II	XVIII 18	X 10	1	G	XXV Mar.	1	XIV Sep.	6
III	XIX 19	XI 11	2	F	XIII Apr.	6	III Oct.	2
IIII	XX 1	XII 12	4	E	II Apr.	2	XXII Sep.	7
V	XXI 2	XIII 13	5	D C	XXII Mar.	5	XI Sep.	3
VI	XXII 3	XIIII 14	6	B	X Apr.	1	XXX Sep.	1
VII	XXIII 4	XV 15	7	A	XXX Mar.	6	XIX Sep.	4
VIII	XXIIII 5	XVI 16	2	G	XVIII Apr.	1	VIII Oct.	7
IX	XXV 6	XVII 17	3	F E	VII Apr.	7	XXVII Sep.	5
X	XXVI 7	XVIII 18	4	D	XXVII Mar.	3	XVI Sep.	1
XI	XXVII 8	XIX 19	5	C	XV Apr.	1	V Oct.	4
XII	XXVIII 9	XX 1	7	B	IIII Apr.	4	XXIV Sep.	2
XIII	I 10	XXI 2	1	A G	XXIV Mar.	7	XIII Sep.	5
XIIII	II 11	XXII 3	2	F	XII Apr.	5	II Oct.	1
XV	III 12	XXIII 4	3	E	I Apr.	1	XXI Sep.	6
XVI	IIII 13	XXIIII 5	5	D	XXI Mar.	4	X Sep.	2
XVII	V 14	XXV 6	6	C B	IX Apr.	2	XXIX Sep.	7
XVIII	VI 15	XXVI 7	7	A	XXIX Mar.	5	XVIII Sep.	3
XIX	VII 16	XXVII 8	1	G	XVII Apr.	3	VII Oct.	6
XX	VIII	XXVIII	3	F				
XXI	IX	I	4	E D				
XXII	X	II	5	C				
XXIII	XI	III	6	B				
XXIIII	XII	IIII	1	A				
XXV	XIII	V	2	G F				
XXVI	XIIII	VI	3	E				
XXVII	XV	VII	4	D				
XXVIII	XVI	VIII	6	C				
	5494	5508	5500					

AD CHRISTVM.

bulam trium horum Computorum triplicem. Prima pars continet doctrinam vtriusq; cycli, Lunaris, & Solaris. Secunda, epochas Terminorum Paschalium. Tertia, Epochas decimæ Tisri, cuius in primis rationem habet: non vtique quod eam diem obseruarent, sed propter ἀγγελισμὸν Ζαχαρίου. Rursus prima pars quinque versibus constat. Tres primi versus pertinent ad vtrunque cyclum earum ærarum, ad quas pertinent, vt docet titulus frontalis. Nam prior numerus, maiuscula litera, est cyclus Solis. posterior, numerali charactere est cyclus Lunæ. In calce vniuscuiusque versus additæ sunt differentiæ annorum Christi & ærarum. Quarto versu locata est litera Dominicalis Romana: quinto, epactæ Solis. Reliqua patent. Methodus hæc est. Primum, scias annos æræ propositæ. Hoc consequeris, si differentiam annis Christi addas. Sed memineris putare a

Kalend. Septembris. Ideo anni Christi vnitate augendi. quia in Kalendis Septembris ipsi vno anno amplius annos Christi incipiunt putare, quam Romana Ecclesia. Ideo hoc anno 1596, incipiet annus Christi 1597 a Kalend. Septembris. Adde igitur 1597 annis 5494, 5508, 5500. Habebis annum 7091 æræ Lunaris, 7105 æræ Paschalis, 7097 æræ Orientalis. Pro perpetua regula minue duo de æra Lunari. Habebis 7089. quibus & cæteris duobus æris 7105, 7097 per 28, & 19 diuisis, habebis v cyclum Solis pro æra Lunari, XXI pro æra Paschali, XIII pro æra Orientali. Item 2 cyclum Lunarem pro æra Lunari, 18 pro Paschali æra, 10 pro æra Orientali. A

Τῆς ἐνεστώσης ἰνδικτιῶνος) Scribebat hæc, vt initio diximus, anno Christi 641, indictione XIIII, quę indictio cæpit a Septembri anni 640, cum iniret annus 6135 æræ Lunaris, de qua æra ipse ex perpetua regula minuit duos annos, ad methodum vtriusque cycli. Sed ad methodum Indictionis minuenda erat vnitas tantum, vt patet. Quis tam solido animo, quem non moueant de statu tot ærarum licentię, deinde minutiones annorum, aut additiones, præsertim vbi eius rei nulla fit mentio? Nam culpa auctorem nostrum liberare non possum, quod non monuerit eum esse annum 6135, sed truncatum duabus vnitatibus, propter vsum cyclorum. B

Περὶ τῶν τοῦ ἡλίου ἐπακτῶν) Epactas Solis Latinus Computus concurrentes, Æthiopicus Græco & vetusto nomine πλινθίον vocat. Eæ nascuntur ex cycli Solis progressu, & eadem est doctrina. Eæ epactæ cum regularibus compositæ dant feriam diei, ad quem pertinent regulares propositi. Arbitrariæ autem sunt Epactæ, vt & regulares. Sed hoc differunt, quod regulares semper iidem sunt: epactæ siue concurrentes mutantur cum processu cycli Solaris. Quod igitur vtraque arbitraria sint, ita intellige. Sunto Kalendæ Martij initium anni tui. (Nam & hoc quoque arbitrarium) Si eius Regulares sunt vnitas, vt debet esse, quia hinc principium anni, secundæ Martij Regulares erunt duo, tertiæ tria. & sic deinceps vsque ad septem. Vide vnde instituis initium cycli Solaris tui, id est, cycli Epactarum. Incipiat primus annus cycli Epactarum hoc anno Christi 1596 a Kal. Martij. Vide quota sit feria Kalendæ Martiæ hoc eodem anno. Est autem secunda feria. Itaque epacta Solaris erit vnitas anno primo, secundo binarius, tertio ternarius, quinto propter bisextum senarius. Et sic deinceps. Hoc & puero planum est. Noster autem Maximus incipit annum Computi a Kalendis Aprilis, more prisco Ecclesiæ. Ideo regularis Kalendarum est vnitas. Ergo si in primo anno cycli epactarum, feria Kalendarum Aprilis est Dominica, patet epactas Solis esse septem: & quidem tunc inutiles esse, ac totum annum fore C D

αἰέπακτον,

A ἀνέπακτον, vt ipse loquitur, hoc est, sine Epactis: quia septem Epactæ cum vno regulari compositæ, abiectis septenariis, dant feriam diei propositæ. Ergo Epactæ septenariæ non sunt in vsu: sed tunc Regulares ipsi sunt characteres feriarum sine ope Epactarum Solarium.

Ἐπακταὶ ἡλίου εἰσὶν αἱ παρὰ μίαν.) Recte. Epactæ Solis cum vno regulari Kalendarum Aprilium conflant feriam ipsarum Kalendarum. Ergo Epactæ Solis sunt feria ipsarum Kalendarum dempta vnitate. hoc est, quod vocat παρὰ μίαν. Necessario igitur Epacta anni est eadem cum feria vltimæ Martij. quod & ipse Maximus non omisit.

B Ἀνέπακτοι) Iam ostendimus ἔτος ἀνέπακτον esse, quando Epacta est septenarius numerus. Tunc enim Regularis Kalendarum, & consequenter omnes Regulares totius anni sunt ipsæ feriæ anni.

Ἀφ' ἧς ἤρξατο ἡ πρώτη τοῦ Ἀπριλίου μηνός) Anni Ecclesiastici mensis primus Aprilis. Canon XVII libri V sub nomine illius Clementis ἥτις γίνεται) δωδεκάτῃ ἢ εἰκάδι τοῦ δωδεκάτου μηνός, ὅς ἐστι Δύστρος. Si Aprilis est primus, ergo Martius, qui & Dystrus, est duodecimus. Sic Anastasius Antiochenus Aprilem mensem primum vocat, & Gregorius Turonensis Nouembrem octauum, Augustum quintum.

Προσθεταὶ) Quos nostri Computatores Regulares, hos Græci προσθετὰς ἡμέρας vocant. Doctrina est mere Græcorum & Orientalium, C non Romanorum. Romanorum enim cyclus Solaris longe melior, & expeditior per literas dominicales. Itaque tunc superflua est doctrina Epactarum Solarium, & regularium. Non tamen omiserunt conditores Computi Romani, magis ne doctrinæ Computi aliquid deesset, quam vt sine illa doctrina methodus Computi Romani imperfecta videretur. Proprie & naturaliter Regulares dierum sunt tot vnitatum, quota est litera ab A, qua notati sunt dies. Exemplum: Kalendæ Martij notatæ sunt litera D, quæ est quarta ab A. Ergo Regulares Kalendarum Martij sunt quatuor. Sic Regulares Kalendarum Aprilis septem, propter literam G septimam ab A. Quia vero arbitraria res est, possunt quilibet regulares statui, sed ad eorum D regulam Epactæ Solares statuendæ. Si igitur secundum quantitatem literarum Regulares statuantur, & principium anni ordiendum est, vt debet, a Martio, Epactæ Solis in primo anno cycli Solaris erunt duæ. Sed secundum nostrum auctorem, est vnitas, non binarius, quia apud eum Kalendarum Martiarum Regulares sunt quinque, non quatuor. Secundum eum igitur Regulares siue προσθεταὶ ἡμέραι nascuntur ex diuisione τοῦ ὁμάδος τῶν ἡμερῶν, hoc est, ex diebus collectis a prima Aprilis, ad primam Decembris. Regularis

Kalendarum Aprilis, vnde principium anni, est vnicus tantum. Diuide dies Aprilis, hoc est, 30, per 7. relinquuntur 2, qui cum regulari Aprilis faciunt tres regulares Mai. Dies Aprilis, & Mai simul sunt 61. Diuisi per septem relinquunt quinque: qui cum vnitate coniuncti, id est, cum vnico regulari Aprilis dant sex regulares Iunij. Ita de aliis. Breuiter ita. Vide quota est litera vniuscuiusque diei. Is numerus vnitate auctus dat regulares diei. Quinta Iunij est B. quæ litera est secunda ab A. duo igitur significat. & cum vnitate fient regulares quintæ Iunij. A

Ἐννεαδεκαετηρὶς) Secundum membrum Computi pertinens ad Lunam: vt illud prius ad Solem. Enneadecaeteris, inquit, sumit initium a XXIII Martij, desinit in XXII eiusdem. Quod interuallum est dierum 6939. hor. 18.0'. B

Ὑποτομὴ) In superiori Canone Enneadecaeterida dixit incipere a XXIII Martij, desinere in XXII eiusdem. Vltimus annus cycli incipit a IIII Aprilis. Vndecim dies, qui est excessus Solis, deducantur de quarta Aprilis. Relinquitur caput anni primi Enneadecaeteridis in XXIIII Martij. Atqui diximus annum primum incipere a XXIII Martij. Abundat igitur vnus dies in cyclo. Quare annus vltimus mutilandus die vno, vt fiat duntaxat dierum 353. Hanc ὑποτομὴν ἡμέρας Computatores nostri vocant saltum Lunæ. Et in quo mense facienda sit tam illi, quam hic noster in magno Computo docet. Sed omnia hæc ridicula sunt. In vera enim Enneadecaeteride non est necesse vllam ὑποτομὴν facere. neque vllus annus Lunaris mutilus est natura, qualis defectiuus apud Iudæos, quem illi de industria mutilant, non quod longior iusto videatur, sed quia sæpe transferunt neomeniam Tisri: vt necesse sit, aut illum annum, in quo facta est translatio, aut sequentem, claudicare, aut etiam antecedentem, si ita res postulat. C

Μὴ μόνον ͵ϛψκϛ') Nouemdecies 354 dies fiunt 6726. Sed nouemdecies 354.8.876, fiunt 6732.23.444. Differentia, dies 6.23. 444. Tantum dispendium fit temporis ex neglectu appendicum scrupulorum. Sed quid est hoc, Enneadecaeterida sine mensibus embolimis esse dierum 6726, interueniente Embolismo septem mensium, id est, 210 dierum, fieri dierum 6935? immo 6936 dicendum erat. Neque vero hoc satis. Est enim dierum 6939, præter horas 16.595. In Enneadecaeteride sunt menses τριακονθήμεροι 124: caui III duntaxat. Sed in hac re omnes Computatores valde ratio fugit, ignoratione veræ Enneadecaeteridis & totius Computi Iudaici. D

Πασχάλιος μὴν) Paschalis mensis habet initium in octaua Martij, finem in v Aprilis. Nam neque citra octauam Martij, neque vltra quintam

A quintam Aprilis fas fuit fines neomeniarum Paſchalium promouere, quandiu æquinoctium hæſit in XXI Martij, in qua id temporibus Conſtantini ſtatuebatur. Hodie vſque ad 27 Februarij citimum menſem ſtatuere licet, & pro vetere Niſan, Adar ſecundum aſſumere. Inter citimam, & vltimam neomeniam Paſchalem, interiecti ſunt dies XXVII. Aſſumpto vtroque termino fiunt dies XXIX. Hoc interuallum vocat πασχάλιον μῆνα, nimirum quod intra hos fines conſiſtant XIX neomeniæ Enneadecaeteridos Paſchalis.

Ὑπέρβασις) Quemadmodum Hebræi ὑπερβάσεις ſuas ciuiles habent, διὰ τὴν συνέχειαν δυοῖν σαββάτων: ita etiam cyclus Paſchalis habet ὑπέρβασιν διὰ τὴν συνέμπτωσιν τῆς κυριακῆς ἡμέρας καὶ τοῦ νομικοῦ Πάσχα. Nam ſi Dominica in terminum Paſchalem incurrit, tunc diffunditur dies,
B & celebratio reſurrectionis transfertur in Dominicam proxime ſequentem, ita vt ἀναστάσιμον Πάσχα in XXI die menſis Paſchalis celebretur. In XVII Canone libri quinti ſub nomine Clementis: μηκέτι δὲ παρατηρούμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν. οὐδεμία γὰρ κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτούς. πεπλάνηνται γὰρ, καὶ αὐτὴν τὴν ψῆφον, ἣν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν, ὅπως πανταχόθεν ὦσι πεπλανημένοι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀπεσχοινισμένοι. ὑμεῖς δὲ φυλάσσετε ἀκριβῶς τὴν ἰσημέριον τροπὴν τῆς ἐαρινῆς ὥρας, ἥτις γίνεται δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ δωδεκάτου μηνὸς, ὅς ἐστι Δύστρος, ἐπιτηροῦντες ἕως εἰκάδος πρώτης σελήνης: ὅπως μὴ ἐν ἑτέρᾳ ἑβδομάδι ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. καὶ πλάνης γενομένης ἀγνοίᾳ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπιτελέσωμεν τὸ Πάσχα, ἢ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἑορτάσωμεν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἀναστάσιμον ἡμέραν, ἀλλ᾽ ἐν κυριακῇ μόνῃ.
C
Κανονισμὸν) Κανονισμὸς neomeniæ citimæ & remotiſſimæ, ſunt dies XXIX, vt vidimus proximo Canone. Κανονισμὸς autem citimæ & remotiſſimæ Dominicæ reſurrectionis ſunt dies XXXV, a XXII Martij, ad XXV Aprilis, vtroque Termino comprehenſo. Peccari autem in hanc regulam dupliciter poteſt, τῇ προεμπτώσει, καὶ τῇ συνεμπτώσει, & quidem τῇ προεμπτώσει, vt ſæpe olim occurrebat cyclo VIII, & XIX, Dominica Paſchalis celebrabatur XX, & XXI Martij. συνεμπτώσει autem ſiue συναντήσει peccatur, cum Paſcha in termino celebratur: vt contigit in Gallia, anno 577. Nam Gregorius Turonenſis ſcribit a Gallis Paſcha celebratum XIIII Kal. Mai, cum litera Dominicalis eſ-
D ſet C. Atqui eo anno Terminus erat etiam in a. d. XIIII Kal. Mai. Sic anno Chriſti 305 proculdubio Paſcha celebratum fuit in termino ipſo, anno primo perſecutionis Diocletianeæ: & ſæpe alibi notauimus. Etiam μετεμπτώσει peccari poteſt: vt olim cum obtineret mos transferendi Paſcha poſt octo dies, non poſt ſeptem, quoties terminus incideret in Sabbatum. Habes non rara exempla in Canone Paſchali Hippolyti, & apud Victorinum. Vide, quæ ad ipſum

Canonem Hippolyti notamus, quæ non ſunt negligenda. A

Κεφάλ. τὸ ἔτος τῆς σελήνης.) Poſt Canones ſequitur πρᾶξις & μέθοδος ipſa inueſtigandi Paſcha, ἱλασμὸν, παρέισβασιν τῆς νηστείας. Duos Canones ei rei appoſuit: alterum pro Termino Paſchali, & decima Tiſri quem dextrum vocat: alterum pro introitu ieiunij, quem ſiniſtrum ideo dicit, quod a ſiniſtra parte Rotæ poſuit, vt alterum dextrum, quod in dextra parte Rotæ ab eo locatus eſt in manu ſcripto. Sed hic collocari coniunctim neceſſe fuit, propter anguſtiam chartæ. Vocentur vero duo Canones, vt quidem ab eo vocati ſunt, ſiniſter & dexter. Exemplum apponit XV anni cycli Lunaris. Annus enim, quo ſcribebat, 6133 Computi Lunaris, diuiſus per 28, & 19 relinquit annum primum Cycli Solis, quintumdecimum cycli Lunæ. In B Tabella, quam ſupra poſuimus, e regione XV anni æræ Lunaris, occurrit in ſecunda parte I Aprilis Terminus Paſchalis, cui e regione eſt vnitas pro concurrente ipſarum Kalend. April. Erat annus primus Solis, e cuius regione Epactæ Solis 7. ergo annus ille fuit ἀνέπακτον ἔτος. Itaque concurrens pro ipſa feria aſſumendus. Terminus igitur incidit in Dominicam, & proinde ὑπέρβασις facienda in octauum diem. Ideo anno propoſito Paſcha celebratum VIII Aprilis. Hoc eſt, quod vult. neque indiget interpretatione. Eadem enim ſunt in Canonio. Conſidera igitur attente in ſiniſtro Canone in linea annali cyclum incipere ab anno XIX, quia adhuc currebat annus XIX, vſque ad Martium: quo in XIX cæpit annus primus, vt habes in vltimo verſu Canonij dextri. Igitur linea annalis Canonij ſiniſtri pertinet ad methodum introitus ieiunij, linea autem Canonis dextri ad methodum XIIII Niſan, & X Tiſri. Has lineas, ſiue verſus ipſe vocat σελίδια. C

Ψηφισμὸς τῆς δεκάτης) In altera pagella eiuſdem dextri Canonij, e regione anni Lunæ XV, habes menſem Romanum Septembrem, & eius ποσταίαν XXI ſequenti σελιδίῳ. In XXI igitur Septembris eo anno incidit X Tiſri. Si vis ſcire, quota ſeptimanæ illi congruit, coniice in illam ποσταίαν Epactas Solis VII & προσθετὰς VI. Aggregatum 34 diuide per VII. Remanet feria VI congruens illi anno XXI diei Septembris. Sed περίεργος eſt hæc methodus. Nam προσθῆκαι ipſæ eo anno fuerunt pro feria: quia fuit ἀνέπακτον ἔτος. D

Ἀπὸ συναγομένων πασῶν λα.) Lege λδ.

Ἡ δ᾽ ἐστὶν δεὶ ἡ δεκάτη τῆς ἑβδόμης) Hoc Canonion in Eccleſia Chriſtiana locum habere negat Maximus: ſed in ſtudioſorum gratiam ſe illud appoſuiſſe teſtatur his verbis: ἥν τινα δεκάτην τῆς ἑβδόμης μηνὸς ὡς τελείας μᾶλλον εἰς αὐτὴν γινομένης (οὐ γὰρ τελεῖται σύνολον) διεγράψαμεν, ὑπὲρ τοῦ οὐδὲν ἀγνοεῖν ἐθελόντων χάριν φιλομαθείας. Apparet tempore Maximi

A Maximi non magnam rationem habitam huius diei, ſed tamen olim aliqua in obſeruatione fuiſſe, patet ex Menologio Græco. Nam ad XXIII Septembris ponitur ἡ σύλληψις τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. In Kalendario Antiocheno ad eandem diem Ilul, id eſt, Septembris, ita notatum : ܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ ܟܗܢܐ περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ τοῦ Ζαχαρίου ἱερέως. Ad XXVII Thoth Elkupti ita ſcribunt: بشارة زكريا بيوحنا εὐαγγελισμὸς Ζαχαρίου περὶ Ἰωάννου. At XXVI Thoth eſt XXIX Septembris. Hæc manifeſto oſtendunt eam diem apud Orientales obſeruari. Hæc vero decima Tiſri a Iudæis dicitur Kippur, a noſtro Maximo ἱλασμός. Chryſoſtomus in Homilia de natali Iohannis Baptiſtæ, a Iudæis dicit vocari Metellita. Id vero eſt
B מַטְלַלְתָּא, id eſt, σκηνοπηγίαν. quod falſum eſt. Nam σκηνοπηγία eſt quintadecima, non decima Tiſri. Porro hic decima Tiſri ponitur feria VI contra Canonem ADV. Nam ſi Kippurim feria VI, ergo caput anni feria quarta. quod falſum, vt habes in Computo Iudaico.

Ψηφισμὸς τῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν) Doctrina hæc pertinet ad ſiniſtrum Canonem περὶ τῆς τῶν νηστειῶν εἰσβάσεως, de quadrageſima, quæ ſemper ſpectatur in fine anni Terminum Paſchalem antecedentis. Itaque cum Terminus Paſchalis quæſitus ſit in anno Lunæ XV, Terminus Quadrageſimæ quærendus in proxime antecedente, XIIII ſcilicet: e cuius regione Februarium, & IIII diem eius habes. In quem
C coniice προσθήκας quatuor, & epactas ἡλιακὰς ſeptem. Aggregatum XV diuide per 7. Remanet feria prima. quæ propter συνέμπτωσιν referatur in octauam ab ea; hoc eſt, XI Februarij. Sed adeptus Terminum Paſchalem aufer ab eo 63 pro termino Septuageſimæ, aut 56 pro Termino Quadrageſimæ.

Δεῖ τὸ ἐνιστάμενον ἔτος) Methodus epactarum Lunæ inueſtigandarum. Annum cycli Lunæ propoſitum in XI ductum minue binario. Reliquum per triginta diuiſum dat epactam. Eſto propoſitus annus cycli XIIII. Productum in vndecim deminutum duabus vnitatibus, & per XXX diuiſum dat duo pro epactis Lunæ.

Ποιῆσαι παρὰ δύο) Imminuere duabus vnitatibus. Quare? Quia
D ad methodum Lunæ aliis epactis opus eſt, ac ad methodum Termini Paſchalis. quia a temporibus Chriſti, ad Maximum Monachum προέμπτωσις σεληνιακὴ bidui facta erat.

Ἡ ποσταία τῆς σελήνης.) Adeptus epactas Lunæ aggregato dierum a Kalendis Aprilis, ad diem propoſitam incluſiue, adiice epactas. Summam illam diuide per 29½ aut 59. Reliquum eſt ἡ ποσταία τῆς σελήνης, hoc eſt, vt Computatores noſtri loquuntur, Ætas Lunæ. Quia iubet incipere a Kalendis Aprilis, argumentum eſt id fuiſſe

initium

initium anni Ecclesiastici Constantinopolitani : cuius Canonismi A
sunt penultima, & vltima Martij. Nam quota Luna fuerit penultima
Martij, eæ erunt epactæ Lunæ. Quota feria erit vltima, eæ
erunt epactæ Solis illius anni. Non igitur epactæ Solares, aut Lunares,
incipiunt a Septembri antecedente. Hoc satis patet ex Canonio,
in quo cycli incipiunt a Pascha. Termini autem Quadragesimæ
adhuc sunt in anterioris anni cyclo. Anno igitur 640 Christi,
cæpit annus 641 secundum Græcos, a Kalendis Septembris,
item annus æræ Lunaris 6335, qui debet minui duabus vnitatibus,
& fieri 6133. Diuisus per 19 dat cyclum XV Lunæ. Sed adhuc
currit cyclus XIIII. Nam XV incipiet Martio sequente. Volo
scire ætatem Lunæ, vel, vt ipse loquitur, τὴν ποσαιότητα τῆς σελήνης B
in Kalendis Septembribus dicti anni 640, qui erat iniens 641
secundum Græcos. Secundum ea, quæ proxime annotauimus, Epactæ
Lunæ erant duæ. Dies a Kalend. Martij ad Kalendas Septemb.
inclusiue sunt 185. Coniice epactas duas. Aggregatum 187 diuide
per 29 ½. Habes X pro ætate Lunæ. Ergo anno Christi 640, Kalend.
Septemb. ætas Lunæ fuit X. Hoc est, Luna erat decima. Luna
noua, vt vulgus putat, erat in XXIII Augusti. quod verum est.
At quia tunc incipiebat annus 6135 æræ Lunaris, cyclus Lunæ erat
XVII. Epactæ Lunæ VII cum vnitate, & prima mensis dant 9
non 10 pro ætate Lunæ.

Τὰ ἀπὸ Διοκλητιανοῦ) Docet annos Diocletiani per Indictiones pu- C
tare. Multiplicanda sunt 22 per 15 : quibus adiice Catholica 13, &
annum præterea Indictionis currentem. Anni XV bis & vicies ducti,
producunt 330. XIII καθολικά, & XIIII anni Indictionis currentis
fiunt 27. Ea ad priorem summam congesta, fiunt anni Diocletiani
357, a primo eius Imperij anno, ad annum Christi 641, qui erat
31 Imperij Heraclij. Indictione peracta, pro 22 accipe 23, & sic
deinceps. Quæ quidem ratio subinepta est. Nam hodie, si volam hoc
facere, quæ via insistenda est mihi, si quot indictiones a Maximo
Monacho fluxerint, nescio? Quare, non bene Imperatores instituerunt
putare indictiones non apposito, quotus annus quotæ indictionis.
Nos ab annis Christi 311 abiicimus. Reliquum per XV diuisum dat D
nobis indictionem Imperatoriam currentem ex a.d. VIII Kal. Octob.
Ab anno hoc igitur Christi 1596, deductis 311, reliquum per XV diuisum
dat 85 indictiones Imperatorias absolutas, & præterea X annum
indictionis 85 ineuntem a Kal. Septembris eiusdem anni 1596.
Si hic noster scisset, a prima Panegyri Quinquennalium Constantinianorum,
ad annum Heraclij 31, eum esse annum 14 indictionis
22: illi per 21 indictiones præteritas multiplicanda essent XV: quibus

adiiciens

A adiiciens 14 labentis indictionis annos, & præterea καθολικὰ xxviii,
interuallum videlicet ab initio Diocletiani, ad prima Quinquenna-
lia Constantini : eadem via perueniſſet ad annum propoſitum 357
Diocletiani.

Κρατοῦμεν τὰς ἐπακτὰς) Hic Canon pars eſt antecedentis. Nam in
annis Diocletiani menſium Ægyptiacorum tantummodo ratio habe-
tur: quia æra Diocletianea vnius Ægypti & Chriſtianorum Kopti pe-
culiaris eſt. Supra collegimus ex methodo epactarum, anno, quo
hæc ſcribebat Maximus, Kalendis Septembris Lunam fuiſſe deci-
mam. Videamus, an ex hac methodo idem proueniat. Accipien-
dæ ſunt epactæ Diocletianeæ, & vnitas illis adiicienda pto perpe-
B tua regula: accipienda præterea ἡ ποσαία τοῦ μηνός. Denique quot ſunt
menſes Ægyptiaci imparis numeri, tot dies ſumendi. Antecedente
Canone docuit annos Diocletiani per 19 diuiſos dare cyclum Lunæ
Paſchalem. quod verum eſt. Sed ille cyclus, vt vidimus, incipit tan-
tum a menſe Paſchali. Ergo initio annorum Diocletiani adhuc cur-
rit vetus epacta, cum noua incipiat a Paſcha. Diuiſis 357 annis
Diocletiani per 19, remanet annus xv cycli Paſchalis initurus a ve-
re ſequenti. Ergo adhuc currebat xiiii cyclus. Epacta 4. quibus ad-
de vnitatem καθολικὴν ex perpetua regula, item vnitatem pro Thoth,
qui eſt primus imparium menſium. Fiunt ſimul vi. Kalendæ Septem-
bris incidunt in 4 Thoth. Igitur ἡ ποσαία Thoth, id eſt, quarta cum
C ſex compoſita dat Lunam decimam, vt antea.

Καὶ τὸ ἥμισυ τῶν μηνῶν) Hoc tetigimus libro iii, item in Computo
Æthiopico. Cum menſes ſunt τριακονθήμεροι omnes, vt in anno El-
kupti, & Æthiopico, non quot menſes ſunt, tot Regulares aſſumun-
tur, vt in menſibus Romanis a Martio : ſed quot menſes imparis
numeri : hoc eſt, dimidium menſium. Hinc eſt, quod in anno Æthio-
pico, menſis paris numeri habet Matque in eadem die, in qua im-
par antecedens. Et ſequens impar vno die citius habet Matque. Ita-
que bini menſes eundem ſitum cycli aurei habent.

Ἐν ἔτει ἀπὸ Ἀδάμ) Tertia pats Computi pertinens ad Catholica
temporum. Sed mire allucinatur noſter. Nam qui annum Chriſti
D 641 ſtatuerit in 6133 æræ ſuæ (imo debet eſſe in 6135) cum idem
natalem Chriſti in 5501 ponat eiuſdem æræ, manifeſto errore con-
turbat rationes ſuas. Nam hoc modo annus xxxi Heraclij fuerit
6141, quem dicit fuiſſe 6133, aut 6135, ſi ratio habeatur duorum
annorum, propter methodum vtriuſque cycli. Omnia, quæ in tota
hac ὁμάδι explicantur, non ſunt nauci.

Ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος) Ait Chriſtum conceptum & natum anno
5501, diem conceptionis xxv Martij fuiſſe feriam ſecundam, diem
natalis

natalis XXV Decembris feriam quartam. Hoc vt potuerit accidere, A
necessario conferendum ad annum periodi Iulianæ 4711, cyclo Solis VII, anno Actiaco 29, in quem natalem ipsum conferri oporteat. quæ est opinio fere omnium veterum. Sed hic est mera hallucinatio. Nam vtitur nunc æra Orientali: secundum quam cyclo Solis XIII, litera Dominicalis fuit DC: vnde sequitur τὴν ἡμέραν τοῦ διαγγελισμοῦ, nempe XXV Martij, fuisse feriam quintam, diem autem natalis feriam septimam: eumque annum fuisse 4713 periodi Iulianæ, qui est is, in quem natalem Christi confert Dionysius Abbas. Mira est igitur hallucinatio.

Ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος γ') Christi baptismus feria III. vt VI Iannarij sit feria tertia, litera dominicalis fuerit D. Ergo fuit cyclus Solis B
aut III, aut XIIII, anno periodi Iulianæ aut 4735, aut 4746. Sed anno 4735 Christus secundum Dionysij æram, fuisset tantum annorum XXII. quod est absurdum. At annus 4746 est annus Passionis. Ergo Christus fuisset baptizatus & passus eodem anno. quod & ipsum est absurdum. Sed & illud falsum, cyclum Solis XIIII in Computo Orientali habuisse literam Dominicalem D. Habet enim B a Kal. Sept. literam autem A a Kalen. Ian. Et propterea dies baptismi fuerit feria sexta.

Ἔτος δὲ τῶν ἡλίου κύκλων τὸ ΙΗ, σελήνης δὲ τὸ Ε) Inter baptismum & Passionem interuallum interponit annos IIII recte, quamquam imprudens & præter animi sententiam. Cyclus Solis XV æræ Orientalis habuit lite- C
ram D a Septembri, C autem a Ianuario. Cyclus quintus eiusdem æræ in Pascha respondet XVI cyclo Dionysiano, quo anno ipse Dionysius & hic noster volunt Christum passum. Sed neuter sensit quadriennium interesse a baptismo, ad passionem.

Ἔτη χλέ) Ab incarnatione Dominica, ad annum XXXI Heraclij, indictione XIIII, ponit annos 633. At erat annus Dionysianus 640. Septem annis minus dicit. quod & faciunt Æthiopes, qui annum Christi Dionysianum 1584, putabant 1577, vt suo loco ostendimus: idque ea caussa, quia 5501 annos putant ab initio rerum, ad Christum. Deinde volunt accommodare æræ Paschali. Ideo 7 minus dicunt. Hoc studiosis harum rerum inprimis obseruandum, cum le- D
gent annos mundi apud Orientales, vtrum illi anni ab æra Orientali, an ab æra Paschali: & si ab æra Orientali, vtrum integra, an septem annis mutila. Nam cum Æthiopes annum Christi 1584 putarent ab initio rerum 7077, is tamen erat 7084 ab æra Orientali, quam solam agnoscunt Æthiopes, eamque vocant ሐሳብ፡ ርቱዕ፡ ἐπιλογισμὸν ὀρθόν.

Περὶ διαφορᾶς τῶν ἰνδικτιώνων) Omnia, quæ hic de indictionibus dicit, ægro-

A cit, ægrorum ſomnia ſunt. Præterea nouam legem Indictionum ſancit. Ait quo anno Chriſtus natus ſit (natum ait anno 5501, quæ eſt æra Orientalis) fuiſſe Indictionem vndecimam ſecundum epilogiſmum annorum mundi, quod nimirum 5501 per XV diuiſa dant XI, ſecundum inſtitutum Auguſti fuiſſe Indictionem XII. Cui bono hæc indictio, quæ nunquam fuit in rerum natura? Chriſto naſcente, ſecundum Dionyſium, anno periodi Iulianæ 4713, Indictio quarta cæpit a Septembri illius anni, non autem Indictio XI, aut XII. Hæc indigna ſunt quæ confutentur. De inſtitutione vero Indictionum ſub Auguſto non ſolus nugatur. Noſtri quoque Latini hac febricula tentantur, vt licet videre in Computis eorum. Cedrenus vero

B ita ſcribit de temporibus Theodoſij: Ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευε, καὶ ἐφυλάττετο μέχρι τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ΙΝΔΙΚΤΟΙ ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε΄ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Ab Actiaca victoria igitur cæpiſſe innuit. Qua in hæreſi quoque fuit Conſtantinus Porphyrogenetus: Ἀπὸ δὲ ἀκρωτηρίου καλουμένου Ἀκτίου καὶ τὰς καλουμένας Ἰνδικτιῶνας ἐκάλει. οὕτω γὰρ γράφει Ἡσύχιος Ἰλλούστριος. ΙΝΔΙΚΤΙΩΝ, τοῦτ' ἔστιν Ἰακτίων, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη, διὰ τοῦτο ἄρχεται μία Ἰνδικτιὼν ἀπὸ πρώτης, καὶ καταλήγει μέχρι τῆς ΙΕ, καὶ πάλιν ὑποστρέφει, καὶ ἄρχεται ἀπὸ πρώτης διὰ τὸ τὸν Ἀντώνιον συνάρχοντα γενέσθαι Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι μέχρι τῶν ΙΕ χρόνων.

C Hoc plane eſt ſtrenue nugari. Annus Actiacæ victoriæ eſt 4684 in periodo Iuliana. Diuiſus per XV dat quartam Indictionem ineuntem ſimul cum Thoth primo Actiaco, ſiquidem verum erat temporibus Auguſti Indictionem fuiſſe. Cedrenus alibi de Auguſto τούτου τῷ δευτέρῳ ἔτει αἱ Ἰνδικτοι ἐπενοήθησαν, καὶ τὸ Βίσεξτον. contradicit ſibi. Nam ſupra anno primo Actiaco, hic vero ſecundo. Sed de Biſexto tolerabilius, quam quod Chryſoſtomus Homilia de natali Iohannis Baptiſtæ. Primum enim dicit, neminem vnquam auſum fuiſſe terminare curſum horarum, dierum ac noctium, per quæ Solſtitia, & æquinoctia cognoſcere poſſit: quia Iobo dictum ſit: *Et hoc mihi dic, an ſcias curſum Solis*, &c. Deinde ſubiicit hoc myſterium

D Solſtitiorum eiuſque ſcientiam Deum diſtuliſſe in annum Tiberij nonum. *Tunc vero poſt, nono anno Tiberius Cæſar tempus curſumque Lunæ collegit: & inuentum eſt, ipſa die, octauo Kalendarum Octobrium eſſe æquinoctium*, &c. Nam Auguſto tolerabiliter poteſt attribui inuentio Biſexti, quia ipſe Biſextum correxit, duobus Gaiis Marcio, & Cenſorino coss.

Περὶ τοῦ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν χρηματισμοῦ) Iohannem Baptiſtam in æquinoctio autumnali neceſſario concipi debuiſſe dicit Chryſoſto-

mus, quod dies tunc incipiunt cedere noctibus, & minores fieri, A quemadmodum Iohannem necesse erat minui, Christum vero crescere. Verba integra, quæ huc faciunt, quorum partem supra retulimus, hæc sunt: *Gesta autem sunt hæc ante primum annum Tiberij Cæsaris, mense Septembri, octauo Kalendas Octobris, incipiente Luna vndecima, quando oportebat Iudæos ieiunium scenopegiæ celebrare. Tunc vero post, nono anno, Tiberius Cæsar tempus cursumque Lunæ collegit: & inuentum est, ipsa die, octauo Kalendarum Octobrium die esse æquinoctium: in quo est inchoatio noctis maior, quam lucis. Illum enim oportet crescere, inquit, me autem minui.* Sed & Ambrosius in principio sermonis XII non ab alia caussa repetit necessitatem conceptionis Iohannis hoc tempore, quam ab incrementis Christi, & decre- B mentis Iohannis. In illis verbis Chrysostomus vult nono anno post conceptionem Iohannis annum a Tiberio, non a C. Iulio Cæsare ed tum. item octauum annum ætatis Iohannis Baptistæ incidisse in imperium Tiberij. Quod autem in die Kippurim, siue decima Tisri Iohannem conceptum volunt, caussam adferunt, Zachariam patrem Iohannis fuisse summum Pontificem, & ingressum Sancta Sanctorum incensum Deo fecisse: quod non nisi semel in anno fiebat, idque decima Tisri. Hieronymus quoque ad Rusticum Monachum Iohannem Baptistam Pontificis filium fuisse scribit. At is erat de plebe Leuitarum, ἐκ τῆς ἐφημερίας Ἀβιά: & cum implesset suam vicem, rediit ad patriam suam. C

Μὴν δὲ κατὰ Ῥωμαίους Σεπτέμβριος) Si Christus natus est anno 5501, ergo Ioannes conceptus 5500, cyclo Solis 12, Lunæ 9 secundum Orientalis Computi rationem, anno periodi Iulianæ 4712, cyclo Solis VIII, Lunæ XIX: quæ omnia congruunt anno 5500 æræ Orientalis. Proinde XXVII Septembris fuit Sabbatum. at hic dicitur quinta. Deinde falsum est, eo anno 27 Septembris fuisse decimam Tisri, sed anno sequente; qui erat octauus periodi quintæ Alexandreæ, cyclo primo Dionysiano, quo anno vicesimaseptima Septembris fuit feria secunda, non quinta, vt iste vult. At Christus natus est, secundum Dionysium, XXV Decembris, cyclo Lunæ primo. Ergo inter conceptionem Iohannis, & natalem Christi dies intersunt LXXXIX duntaxat. Vides absurditatem. Sed Chrysostomus non XXVII, sed XXIV Septembris decimam Tisri fuisse dicit, imo vndecimam ineuntem, qua incipiunt, inquit, Iudæi ieiunare. Ergo decima fuit XXIII: vbi Kalendarium Antiochenum, & Græcum statuunt conceptionem Iohannis. Atqui idem ait Iohannem natum plenilunio, nimirum Luna decimaquinta. Si XXIV Septembris fuit Luna decima, sane XXIV Iunij fuit Luna decima octaua, non quintadecima. D

Τὸ γὰρ

A Τὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου γεννήσεως) Si XXVII Septembris erat decima Tisri, ergo XXIIII Iunij, in qua statuitur natalis Iohannis, erat XV Luna, vt colligit Chrysostomus: atque inde trahit caussam eius natalis, quod & plena Lunæ lampade natus sit, quia ipse lampas fuit, vt est in Euangelio: & vulgo Solstitium, in quo natus est Iohannes, dicebatur AAMNAC. Tangit morem gentilium, qui & adhuc in multis locis obtinet. Verba eius: *Cum dicat initium messis frumentariæ, tunc ergo repertum est, esse primum Solstitium mundi, quando Iohannes natus est, quem diem* LAMPADEM *appellant.* Quamuis hæc nihil ad natalem Iohannis, tamen habent cognitionem antiquitatis non negligendam. In descriptione Iunij mensis: Lam-
B pas maturas Cereris designat aristas. Ergo mensis Iunius ob eam rem pingebatur cum lampade. Notæ sunt πυρκαϊαὶ, quæ vigilia, & die natalis Iohannis hodie accenduntur, vestigia priscæ gentilitatis. Mei Aquitani Latino verbo nonnihil detorto FAGAS, id est, faces, siue Lampadas vocant, vt etiam vocabantur tempore Chrysostomi. Eæ hodieque in Africa a Muhammedanis eodem anni tempore accenduntur, eumque morem a Christianis relictum, testis Iohan. Leo in sua Africa. Sed eiusmodi Lampadas καὶ πυρκαϊὰς vetat Canon LXV in Trullo. *τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων, ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊὰς, ἃς καὶ ὑπερπηδᾶσθαί τινες κατά τι ἀρχαῖον ἔθος ἐπιληροῦσιν, ἀπὸ τοῦ παρόντος*, &c. Quamuis pius & Christianus scri-
C ptor nimium sibi indulsit in allegoriis, tamen citat ex vetustate quæ non perire debent. vt in illis: *Circumcisus est igitur Iohannes Kalend: Iuliis, id est, octaua die, quando migratio fit: vt ostenderetur, quia is, qui secundum legem, & prophetiam conceptus erat, de quo dictum est,* LEX ET PROPHETÆ, *a Iudæis migrabunt.* Quamuis violenta est allegoria, vt alia omnia in hac Homilia, tamen tangit morem inquilinorum migrantium Kal. Quintilibus, vt habemus in iure, & apud Martialem: *O Iuliarum dedecus Kalendarum.* cui antiquitati germana est illa, vt & allegoria, quam subiicit: *Sed & tempus est autumni, quando Iohannes concipitur: quo tempore ager sulcis iam proscinditur, & semini venturo iam præparatur. In quo mense veteres coloni nouis*
D *cultoribus cedunt, cessantibus scilicet pristinis tabulis conscriptionis (qua veteris legis fracta tabula) noua lex nouis cultoribus traditur.* Similis allegoria est, cum dicit, necessario nasci debuisse Christum ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου, quia Κύριος erat, qui nascebatur, alludens ad Κύριον & Κυρήνιον, qui Quirinius erat Romanis. quam rationem non magis admittimus, quam illam de conceptione Domini in Martio mense, propter Prouerbium, inquit, EXITE PVERI IN CAMPVM MENSE MARTIO. Atque de his censeat quilibet, vt ei videbitur. Al-

legoriæ quidem accommodatiores ſunt ad afficiendos animos vulgi. A Nos vero tantum ad rationem temporum ea quærimus, quæ a temporibus pendent, non ab allegoriis, aut interpretationibus, quæ ad informandam vitam potius pertinent, quam ad opus noſtrum de Emendatione temporum inſtruendum.

Ἡμέρα δὲ τῆς ἑβδομάδος γ̄) Sane XVII cycli Solis æræ Orientalis habuit literam Dominicalem Romanam F E a Kal. Septemb. D vero a Kal. Ian. Itaque verum non eſt, quod dicit, hoc poſito, 29 Auguſti fuiſſe feriam tertiam. Fuit enim feria ſeptima, anno 5533 æræ Orientalis. Itaque ſecundum hanc rationem Chriſtus paſſus anno eiuſdem æræ 5534. quod & ipſe tangit ſupra.

Χρόνων ἀριθμητικῶν καὶ ὁμάς) Trecentis annis & amplius poſterior eſt B Maximo hæc *ὁμὰς χρόνων*, quod quidem conſtat ex vltimis imperatoribus Conſtantinopolitanis, qui hic vltimi ponuntur, Conſtantino, & Romano: quorum tempora ideo non ponuntur, quia ſub illis hæc Chronologia ſcripta eſt, anno Chriſti plus minus 960, aliquot annis 320 poſt annum XXXI Heraclij. De litera nos ſtatim iudicauimus hunc Computum ſcriptum fuiſſe ante annos 600, aut amplius. Nam optimæ notæ eſt character. Poſtquam vero incidimus in hos duos vltimos imperatores, tunc recte de vetuſtate libri nos iudicaſſe ſenſimus. Itaque Computus Maximi, vnde has eclogas excepimus, ſcriptus eſt ante annos plus minus 636. Tota autem hæc Chronologia ne ſemel quidem verum dicit, niſi fortaſſe in C poſterioribus imperatoribus. Similem & geminam edidit Fridericus Sylburgius in fine Zoſimi.

Περὶ τῶν ι̅α̅ περιόδων) Periodus magna, vt nemo neſcit, eſt, quæ ex vtroque cyclo in ſe ducto componitur, vt ſit annorum 532. Sed diuerſa capita diuerſas etiam periodos conſtituunt. Vera periodus eſt, quæ a capite vtriuſque cycli incipit: quales ſunt eæ, quas periodus Iuliana per 532 diuiſa relinquit. Nam tota periodus eſt annorum 7980 conſtans quindecim his minoribus periodis. Annum hunc 6309 diuide per 532. Supereſt annus 457 currens de periodo XII. Periodus Dionyſiana ab iſtis differt, quod non ab vtroque cyclo, ſed a decimo Solari, & ſecundo Lunari incipit. Sic de periodis, quarum hic mentio, ſtatuendum. Aliæ enim ſunt a veris Iulianis. D

TABVLA

A

TABVLA INGREDIENDI AD CHARACTERES ANNORVM ARABVM.

Diagramma periochæ characterum annorum Arabum exactissimorum. Id vero est, vt cognoscas, quotus sit annus Arabum ex Tabula Ærarum Gentium. Præterea abiice summam omnium ducentorum & decem. Cum residuo, quod quidem non sit maius ducentis & decem, aut minus quam illa, ingredere in
B hanc Tabulam. Accipe collectos (annos) a latitudine, expansos autem a longitudine, siquidem residuum fuerit collectorum & expansorum: sin minus, cum expansis. Accipe ea. Quicquid inuentum fuerit in cella, in qua in numeros incidisti, ipse est character illius anni. Aggrega eum cum charactere mensis, quencunque vis. Quod si fuerit amplius, quam septem, abiice ab eo septem. Residuum, siquidem fuerit septem, aut minus, ipsa est feria introitus mensis.

C

TABVLA DIAGRAMMATIS CHARACTERVM MENSIVM ARABVM.

Muharramu	*Tzepharu*	*Rabie prior*
*	II.	III.
Rabie poster.	*Giumadiju pr.*	*Giumadiju poste.*
V.	VI.	I.
Regebu	*Sahabanu*	*Ramadhanu*
II.	IIII.	V.
Schevvalu	*Dhulkaadathi.*	*Dhulhagiathi*
VII.	I.	III.

Numeri.	o	XXX	LX	XC	CXX	CL	CLXXX
I	6	4	2	7	5	3	1
II	3	1	6	4	2	7	5
III	1	6	4	2	7	5	3
IIII	5	3	1	6	4	2	7
V	2	7	5	3	1	6	4
VI	7	5	3	1	6	4	2
VII	4	2	7	5	3	1	6
VIII	1	6	4	2	7	5	3
IX	6	4	2	7	5	3	1
X	3	1	6	4	2	7	5
XI	7	5	3	1	6	4	2
XII	5	3	1	6	4	2	7
XIII	2	7	5	3	1	6	4
XIIII	7	5	3	1	6	4	2
XV	4	2	7	5	3	1	6
XVI	1	6	4	2	7	5	3
XVII	6	4	2	7	5	3	1
XVIII	3	1	6	4	2	7	5
XIX	7	5	4	1	6	4	2
XX	5	3	1	6	4	2	7
XXI	2	7	5	3	1	6	4
XXII	7	5	3	1	6	4	2
XXIII	4	2	7	5	3	1	6
XXIV	1	6	4	2	7	5	3
XXV	6	4	2	7	5	3	1
XXVI	3	1	6	4	2	7	5
XXVII	7	5	3	1	6	4	2
XXVIII	5	3	1	6	4	2	7
XXIX	2	7	5	3	1	6	4
XXX	6	4	2	7	5	3	1

جدول الدخول الي علامات سنين العرب

صورة اتخاد علامات سنين العرب المحققة
دالك هو ان تعرف كمية سنين العرب من
جدول توليخ الطوايف ثم تطرح الجملة
ماتين والعشره ماتين والعشره والذي يبقى
وما هو ازيد من ماتين وعشره او اقل منها
تدخل به في هذا الجدول وتاخذ المجموعات
من عرضه والمفردات من طوله ان كان
الفاصل مجموعات ومفردات والا بالمفردات
وخدها فما وجد في البيت الذي اتفقت
العددين فيه فهو علامة تلك السنة تجمعه
مع علامة اى شهر اردت فان كان اكثر
من سبعه تسقط منه السبعه والباقي ان
كان سبعه او اقل هو هو يوم دخول الشهر

جَدوَلُ صُورَة علامات الاشهار العربيّه

رَبِيعُ ٱلاوّلِ ج	صَفَرُ ب	مُحَرّمُ ه
جُمادِيُّ ٱلأخر ا	جُمادَيّ ٱلأوَّلِ و	رَبِيعُ ٱلأخرُ ه
رَمضَانَ ه	شَعْبَانْ د	رَجَبْ ب
ذوالحَجَةِ	ذوالقعدةِ	شَوّالْ ر

وف	فن	قك	ص	س	ل	ه	الاعداد
ا	ج	ه	ز	ب	د	و	ا
ه	ز	ب	د	و	ا	ج	ب
ج	ه	ز	ب	د	و	ا	ج
ز	ب	د	و	ا	ج	ه	د
د	و	ا	ج	ه	ز	ب	ه
ب	د	و	ا	ج	ه	ز	و
و	ا	ج	ه	ز	ب	د	ز
ج	ه	ز	ب	د	و	ا	ح
ا	ج	ه	ز	ب	د	و	ط
ه	ز	ب	د	و	ا	ج	ي
ب	د	و	ا	ج	ه	ز	يا
ز	ب	د	و	ا	ج	ه	يب
د	و	ا	ج	ه	ز	ب	يج
ب	د	و	ا	ج	ه	ز	يد
و	ا	ج	ه	ز	ب	د	يه
ج	ه	ز	ب	د	و	ا	يو
ا	ج	ه	ز	ب	د	و	يز
ه	ز	ب	د	و	ا	ج	يح
ب	د	و	ا	ج	ه	ز	يط
ز	ب	د	و	ا	ح	ه	ك
د	و	ا	ج	ه	ز	ب	كا
ب	د	و	ا	ح	ه	ز	كب
و	ا	ج	ه	ز	ب	د	كج
ح	ه	ز	ب	د	و	ا	كد
ا	ج	ه	ز	ب	د	و	كه
ه	ز	ب	د	و	ا	ج	كو
ب	د	و	ا	ج	ه	ز	كز
ز	ب	د	و	ا	ج	ه	كح
د	و	ا	ج	ه	ز	ب	كط
ا	ج	ه	ز	ب	د	و	ل

NOTÆ

A

NOTÆ IN COMPVTVM HEGIRÆ MVHAMMEDIS.

Diagramma *periocha*.) Arabiſmum in præſentia aliter reddere non poſſum. Latine eſſet: Diagramma continens characteres annorum Arabum.

Quotus ſit annus) In Arabiſmo, ἵνα γνῷς τὴν ποσταίαν τῆς ἐτῆς τῆς Αράβων. Id eſt: ἵνα γνῷς ποσὸν ἔτος τῆς Αράβων ἐστι.

In qua in numeros incidiſti) Vel, in qua numeris occurriſti.

Expedita eſt methodus, ſine qua nunquam verum diem Muharram deprehendere poſſis. Anni aut ſunt collecti pure, aut expanſi
B pure, aut mixti, collecti & expanſi. Collecti pure, vt CLXXX. Tunc accipe ſemper numerum proxime minorem. Is eſt CL. Reliqua XXX in filo numerorum. A CL deſcendens e regione XXX occurrit angulus communis, & in eo character 3. Expanſi pure, vt XXVIII. In filo e regione XXVIII ſub nota o, in angulo communi habes 5. Mixti, puta CLXVI. Accipe in fronte numerum proxime minorem CL. reliquos XVI in filo. In angulo communi occurrit 5. Vt igitur Canon hic præcipit, vide; quotus annus ſit Hegiræ ex quibuſdam Tabulis, Alfonſinis, puta; aut ex Tabula concordiæ annorum ex libro IIII. Eſto in exemplum annus hic Chriſti 1596. Volo ſcire, quotus Hegiræ anno propoſito Chriſti incipiet,
C & a qua die Iuliana. Abiice ex perpetua regula 622 ex anno Chriſti currente. Habes annos Iulianos 974 abſolutos ante noctem XVI Iulij: qui quidem anni ex Tabula concordiæ fiunt anni Arabici abſoluti 1003. dies 334.6′, deſinentes in occaſu Solis diei XV Iulij.

912	943.	3	20
62	63.	320	46
974	1003.	334	6

Deſunt 30 dies anno Lunari 1004 abſoluendo. Ergo annus Hegiræ 1004 deſinit in Sole occaſo diei XIIII Auguſti, feria ſeptima deſinente: & incipiet annus 1005 Hegiræ nocte XV, feria prima. Periclitemur ex hoc Canone. Abiice omnia 210 ex 1005. Remanent anni 165. Numerus proxime minor in fronte CI, Reſidui XV in filo. In angulo communi occurrit
D vnitas, id eſt, feria prima. Quod erat propoſitum. Fruſtra autem ex Tabulis Alfonſinis indagabitur feria Muharram. Ex illis quotus annus Hegiræ deprehenditur. Ex hoc Canone, quota feria Muharram. Adeptus characterem anni, habebis reliquorum menſium characteres. Adiice vnitatem, quæ eſt character huius anni, ad regularem Ramadhan, nempe V. Habes ſextam feriam, cum qua incipiet neomenia Ramadhan. Idque octaua Aprilis anni 1597. Ita duce hac Tabella, quam nos hebdomaticam vocamus, annorum 210, nunquam

quam errabis. Martinus a Baumgarten in Raitenbach nobilis eques A
Germanus ſcribit in ſuo Itinerario, Muhammedanos anno Dominico 1508 per Lunam Ianuarij ieiunaſſe, tertia autem Februarij fuiſſe eorum Paſcha. Ergo neomenia Schevval fuit in III Februarij, feria quinta, cyclo Solis V, litera duplici B A. Itaque neceſſario Muharram antecedentis concurrebat cum Luna Mai anni 1507. Abiectis 622, remanent anni Iuliani abſoluti 885, quibus congruunt anni Hegiræ abſoluti 912, dies 64, a XVI Iulij. Ergo illi dies 64 retro a XVI Iulij putati deſinunt in XIII Mai dicti anni 1507, feria quinta, cyclo Solis IIII, Lunæ ſeptimo. Et proinde Muharram anni 913 cæpit feria V, Mai XIII. Videamus, an idem promittit Canon. Abiectis omnibus 210 de 913, remanet annus 73 periodi heb- B
domadicæ. Numerus proxime minor in fronte LX: in filo reliqui XIII. In angulo communi 5. Ergo feria quinta fuit initium Muharram anni 913: vt erat propoſitum. Idem Character cum Charactere Schevval compoſitus dat feriam quintam: vt narrabat eques ille Germanus, Februarij tertia. Rurſus in Tractoriis Mirelmaumenin Regis Maroci & Feſſæ anni Chriſti 1594 ita in fine legimus باخولرذي وعدةباثني بارديع *In poſterioribus Dhikadathi* (id eſt, *Dhulkadathi*) *in ſecundo* (*ſupra milleſimum*) *in quarta* (*feria.*) Anno 1594 cæpit annus 1003 Hegiræ, feria quarta, Septembris VI, die ſecunda Tiſri Iudaici 5355. Dhulhagiathi VIII Auguſti, feria V. Ergo vltima Dhilka- C
dathi feria IIII, vt erat propoſitum. Ignoratione igitur characteris anni non leuiter peccatur. In primis autem neceſſaria annorum Arabicorum cognitio illis, qui res Turcicas & Sarracenicas tractant. qua in re conuertendi illis ſunt anni Iuliani in Arabicos, quod iam fecimus in ſuperioribus exemplis: & contra Arabici in Iulianos. vt in hoc exemplo: Selim Sultan Turcarum obiit die ſeptima Schevval anni 926 Hegiræ, vt relatum eſt in Annalibus Turcicis. In Tabula concordiæ annorum in annis collectis, vide an præciſe inuenias annos Arabicos abſolutos 925. Quia non inueniuntur præciſe, accipe proxime minores 861. 239. 4'. qui de 925 detracti relinquunt 63. 114. 561. quos non inuenio præciſe in annis expanſis Tabulæ concordiæ. D
Aſſumo proxime minores 62. 309. 531, qui cum ſuperioribus 861. 239. 4' ſimul compoſiti, conficiunt annos Hegiræ 924. 194. 57'. Deſunt anno 925 abſoluendo dies 159. 3'. Aio igitur, a capite Hegiræ, fluxiſſe annos Arabicos 924. dies 194. 57'. & cum anno 925 complendo deſint dies 159, ij a XVI Iulij putati deſinent in 22 Decembris. Et 23 Decembris iniuit annus 926, qui eſt 86 periodi. Proinde cæpit feria VI, vt habes ſub numero frontali LX, & XXVI laterali,

Arali. Volo ſcire, cui anno Chriſti congruat initium anni Hegiræ 926. Annis Arabicis 861. 239.4'. e Tabula concordiæ congruunt anni Iuliani abſoluti 836. Annis autem 62.309.531, anni Iuliani 61. Summa: anni Iuliani 897. Adiice epocham Iulianam Hegiræ, 621 annos abſolutos. Fiunt anni Chriſti Dionyſiani 1518 abſoluti, & præterea dies, qui ſuperſunt a Kal. Ianuarij, ad XVI Iulij. Aio igitur anno Chriſti currente 1519, a capite Hegiræ, ad XVI Iulij, fluxiſſe annos Arabicos 924. dies 194. 57'. & Luna Decembris cæpiſſe Muharram 926, feria VI. Cæpit igitur 23 Decembris. Nam ea fuit feria VI, cyclo Solis XVI, Lunæ XIX. conuenit igitur calculus Tabulæ concordiæ annorum. Schevval autem decimus a Muharram iniuit Luna Septemb.
B ſequentis anni 1520, feria VI. Neomenia igitur Schevval incidit in XIV Septembris, cyclo Solis XVII. Proinde Selim obiit anno Chriſti 1520, Septembris XX. In Annalibus Turcicis, a Iohanne Levvnclauio editis & illuſtratis, tempora per annos, menſes, & dies Hegiræ notantur; ſed male comparantur a docto viro: qua in re nunquam illi ſemel contingit verum dicere. Neque illud poſſumus concoquere; quod in Pandecte ſuo Turcicæ hiſtoriæ notatum reliquit, in fine diplomatis Sultani Amurathæ de induciis cum Imperatore Rudolfo II faciendis ſcriptum fuiſſe: *Die primo proximi menſis Ianuarij, anno Domini Ieſu, ſupra quem ſit gratia, & auxilium diuinum, 1584, qui erit annus tranſmigrationis magni Prophetæ noſtri, ſupra*
C *quem ſit gratia, ſaluſque diuina*, 991, *die viceſima ſeptima ſacra Lunæ Silchidzæ.* Verum eſt principium anni 1584 incidiſſe in annum Hegiræ 991. Sed Kalendas Ianuarij fuiſſe XXVII Dhilhagiathi, id vero negamus. Fuit enim XXVIII, non XXVII. vltima Dhilhagiathi, quam Turcæ vocant Silchidze, fuit III Ianuarij. Muharram 992 quarta Ianuarij, feria VII, cyclo Solis XXV. Erat annus 152 periodi hebdomadicæ. Sub frontali CL, & laterali II, habes feriam 7. In tabula annorum concordiæ annis Hegiræ collectis proxime minoribus 940'.3. 20', reſpondent anni Iuliani abſoluti 912. item expanſis proxime minoribus 50, 179. 17', anni Iuliani abſoluti 49. Summa: Anni Arabici 990.182.37': anni Iuliani 961, quibus adiecta epo-
D cha 621, facit annos abſolutos Dionyſianos 1582, vſque ad XVI Iulij. Ergo anno Chriſti 1583 currente fluxerant ab Hegira anni 990, dies 182.37'. Deſunt anno 991 Arabico abſoluendo dies 171.23'. qui a XVI Iulij putati deſinunt in die tertia Ianuarij 1584. Et quia annus 992 cæpit feria VII, proculdubio die quarta Ianuarij cæpit neomenia Muharram 992. Alioquin ſi cæpiſſet feria prima, Dhilhagia, vel Silchidze habuiſſet dies 30, & annus fuiſſet embolimæus, qui ipſis dicitur سنة كبيسة Sed & reliqua ſuſpecta ſunt, *Sacra Luna* pro

menſe;

mense. Et anni notati a Christo, & omnia, vt vno verbo dicam, A
ἀπροσδιόνυσα. Neque dubium est, quin impositum sit docto viro ab interprete, quisquis fuit ille. In libro Martini Crusij viri φιλέλληνος, bonæ frugis pleno, ita legebam nuper : *Induciæ noua octo annorum inter Imp. Rudolphum, & Turcorum Regem Amurathen factæ sunt, incipientes secunda die mensis Schevval, anno Turcici Prophetæ* 984. *hoc est, Kal. Ianuarij anni Christi* 1576. Sed qui hoc scriptum Constantinopoli docto viro miserunt, non satis accuratam annorum rationem iniuerunt. In Tabula concordiæ annis collectis proxime minoribus Arabicis 940.3.20', congruunt anni Iuliani absoluti 912. Item annis Arabicis expansis proxime minoribus 43. 103. 6' congruunt anni Iuliani absoluti 42. & fiunt anni Arabici 983. 106. 26': an- B
ni Iuliani absoluti 954. cum epocha Muhammedis Iuliana fiunt anni Iuliani 1575. Ergo anno Christi 1576 currente a XVI Iulij currebant dies 106. 26' de anno 984 Hegiræ. Desunt anno 984 complendo dies 247. 34': qui a XVI Iulij putati desinunt in XIX Martij anni 1577. Quare annus Hegiræ 985 cæpit in Luna Martij anni Christi 1577. In Tabula hebdomadica sub CXX frontali, & XXV laterali in cella areali habes feriam quintam Muharram 985 ineuntis. Cæpit ergo die XXI Martij; cyclo Solis XVIII, Lunæ primo. Quare vltimus mensis desinit in XX Martij, & fuit dierum triginta, anno ὑπερημέρῳ. Quod si e regione XXV lateralis habes feriam quintam pro Muharram 985: ergo e regione XXIV habes septimam feriam Muharram C
984. Ideo & Schevval iniuit feria VII, die XXII Decembris anni 1576, cyclo Solis XVII. Proinde XXIII Decembris fuit secunda Schevval. At Kalendæ Ianuarij anni 1577 inciderunt in diem XII Schevval. Ergo pro II Schevval legendum XII. pro anno 1576, reponendum 1577 Caueant autem studiosi a numeris appositis annis Hegiræ in annalibus Turcicis. Omnes enim mendosi. Neque dubito Levvnclauium, si viueret, amicorum monitu correcturum fuisse. Præterea idem doctus vir scribit anno 1583, quo se ait Constantinopoli fuisse, Pascha Muhammedicum incidisse in V, VI, VII Octobris. Hoc falsum est. Erat annus 991 Hegiræ, 151 periodi. Sub frontali CL, & laterali I, habes feriam tertiam. Proinde & Schevval fuit feria tertia, O- D
ctobris VIII, cyclo Solis XXIV, Lunæ VII: Et tunc Behiram, siue Pascha Muhammedicum cæpit, anno proposito Christi 1583. Rursus in quodam Diplomate Mirelmumenin Regis Maroci ita legi : في يوم الاربعه موفي العشرين من وبيع الثاني سبعة تسعين وسبعمايه. Feria quarta conueniente in vicesimam Rabie posterioris, anno noningentesimo nonagesimo septimo. Ex 997 abiectis omnibus

A bus 210, remanent anni 157. Sub frontali 150, e regione lateralis 7 in angulo communi habes feriam primam, quæ cum charactere neomeniæ Rabie posterioris dat VI feriam neomeniæ ipsius Rabie. Ergo vicesima fuit feria quarta, vt erat propositum. cæpit autem Mucharram illius anni X Nouembris, anno 1588, cyclo Solis primo. Ergo XXVI Februarij anni 1589 conueniebat vicesimæ Rabie posterioris. Quod igitur sine hac Tabula hebdomadica certa ratio annorum Hegiræ iniri non possit, patet ex ipsis exemplis, quæ adduximus. Porro Æra Hegiræ vocatur تاريخ العرب المسلمين الذي الهجرى *Æra Arabum orthodoxorum, qua & Hegira.* Nam se orthodoxos B vocant, Christianos autem & Iudæos الكفر, Refractarios, inficiatores.

Menses Armeniorvm.		Menses Iezdegird.		I	II	III	IV	V	VI	VII
ساهمي	*Sahami*	فروردين ماه	*Phrudin mensis*	3	4	5	6	7	1	2
تري	*Theri*	ادربهشت ماه	*Adarpahascht mensis.*	5	6	7	1	2	3	4
كاغوتس	*Caguts*	خرداد ماه	*Hardad mensis*	7	1	2	3	4	5	6
ارلتس	*Arats*	تير ماه	*Thir mensis*	2	3	4	5	6	7	1
C ماهيك	*Mahich*	مرداد ماه	*Mardad mensis*	4	5	6	7	1	2	3
اريكي	*Arichi*	شهريز ماه	*Schebarizm ẽsis*	6	7	1	2	3	4	5
اهلي	*Aheli*	مهر ماه	*Mehar mensis*	1	2	3	4	5	6	7
ماريري	*Mariri*	ابان ماه	*Aban mensis*	3	4	5	6	7	1	2
ماركاتس	*Marcats*	ادار ماه	*Adar mensis*	5	6	7	1	2	3	4
هرواتسيس	*Haruuatsis*	دى ماه	*Di mensis*	7	1	2	3	4	5	6
ناواساري	*Nauuasari*	بهمن ماه	*Behemen mensis*	2	3	4	5	6	7	1
D هوري	*Huri*	اسفندر ماه	*Asphădar mens.*	4	5	6	7	1	2	3
مسترقه	*Musterika*	الواحق	*Eluuahak.*	6	7	1	2	3	4	5

In hoc laterculo continentur menses Armeniorum & Persarum. Æra Armeniorum vocatur ab Arabibus تاريخ الارمن الذي هو بدو تنصرهم, ἐποχὴ τῆς Ἀρμενίων, ἥτις ἐστιν ἀρχὴ τῆς χειροτονήσεως αὐτῆς.

Æra

Æra autẽ Iezdegird vocatur, تاريخ الفرس المتاخرين الذي يسمي A
اليزدجردي Æra Perſarum recentiorum, quæ vocatur Iezdegir-
dica. Habeas annos Armeniacos, vel Iezdegirdicos. Diuide per
ſeptem. Si remanſerit vnitas, annus ille incipit a feria tertia. Si
remanent duo, incipit a feria quarta. Si tria, incipit a feria quin-
ta. Et ſic deinceps. Hoc enim notant numeri literales in fronte
laterculi I. II. III, &c. Exemplum. Eſto propoſitus annus Arme-
niorum aut Perſarum 845. Abiectis ſeptenariis remanet annus
quintus. In fronte habes V. Et ſubtus 7, e regione Sahami, aut
Phrurdin. E regione autem Theri, aut Adar pahaſcht habes fe-
riam ſecundam eorum menſium. Itaque methodus non indiget B
monitore. Hic eſt annus Chriſti 1596, dies Septembris IIII, fe-
ria ſeptima. Volo ſcire quoto anno Armeniaco, aut Perſico, i-
tem quotæ diei quoti menſis conuenit dies propoſita. Pro annis
Armeniacis abiice ex perpetua regula annos 552, ab anno Chri-
ſti currente, pro æra Perſica abiice item 632. Et remanebunt an-
ni Iuliani completi de Epocha Armeniaca a die nona Iulij, a die
autem 16 Iunij pro annis Iezdegird. Ita 552 de 1596 detractis,
remanent anni Iuliani abſoluti 1044, quibus reſpondent ex Ta-
bula concordiæ totidem anni æquabiles cum diebus 261. Ergo
261 dies de anno Armeniorum 1045 fluxerunt, a IX Iulij. a qua,
ad hanc diem 4 Septembris incluſiue ſunt dies 58. qui cum 261, C
fiunt omnes 319 dies: hoc eſt, hic erat dies 19 menſis vndecimi
Armeniorum NAWASARI. Diuiſis 1045 per ſeptem, remanet
annus ſecundus Hebdomadis Armeniacæ. In fronte laterculi ha-
bes II. ſubter deſcendendo, e regione Navvaſari habes feriam ter-
tiam. Ergo XV fuit feria tertia, & proinde decimanona Sabbatum,
vt erat propoſitum. Rurſus volo conferre diem propoſitam, quar-
tam nempe Septembris, in annos, menſes, & dies Iezdegird. Ab-
iectis annis 632 de anno Chriſti currente 1596, ſuperſunt anni
Iuliani abſoluti 964, a XVI Iunij anni 632, ad eandem XVI Iu-
nij anni præſentis 1596. Iam annis Iulianis 964 congruunt to-
tidem anni æquabiles, cum diebus 241. A die igitur XVI Iunij D
anni 632, ad eandem huius anni 1596, fluxerunt anni æquabiles
964, dieſque inſuper 241. Rurſus a XVI Iunij, ad quartam Se-
ptembris incluſiue, ſunt dies 81. Summa, dies 322: hoc eſt, vi-
ceſima ſecunda menſis vndecimi Perſarum, nempe Behemen an-
ni labentis Iezdegirdici 965. Diuiſis 965 per VII, ſupereſt ſex-
tus annus Hebdomadis. Sub frontali VI, deorſum e regione Be-
hemen, habes feriam VII. Quod ſi neomenia Behemen fuit feria
VII,

VII, ergo & eadem feria XXII eiuſdem. Quare IIII Septembris huius anni 1596 competebat diei XXII Behemen anni Iezdegird, 965. Porro, vt diximus, Armenij putant annos ſuos ab eo tempore, quo Chriſtiani facti ſunt: & diu, vt apparet, anno æquabili vſi ſunt, menſibuſque priſcis. Hodie anno Iuliano vtuntur, ex quo ſe Eccleſiæ Romanæ ſubiecerunt. Nam hodiernum Armeniorum vulgus hos menſes priſcos plane ignorat: quod ego expertus ſum, cum eos de hac re ſciſcitarer Maſſiliæ. Præterea habemus eorum Computum ad menſes Iulianos, non ad illos priſcos, deſcriptum, quorum fortaſſe ne nomina quidem ipſis nota niſi doctioribus, aut Eccleſiaſticis.

TABVLA MAGNÆ PERIODI TROPICÆ.

	0	27	54	81	108	135	162	189	216	243	270	297
1	G 1	BA 6	C 5	D 3	E 2	AG 7	B 6	C 4	D 3	FE 1	A 7	B 5
2	F 2	G 7	BA 6	C 4	D 3	F 1	AG 7	B 6	C 4	D 3	GF 1	A 7
3	E 3	F 2	G 7	BA 6	C 4	E 3	F 1	AG 7	B 5	C 4	E 2	GF 1
4	DC 4	E 3	F 1	G 7	BA 5	D 4	E 2	F 1	AG 7	B 5	D 4	E 2
5	B 5	DC 4	E 3	F 1	G 7	CB 5	D 4	E 2	F 1	AG 6	C 5	D 3
6	A 7	B 5	DC 4	E 2	F 1	A 6	CB 5	D 4	E 2	F 1	BA 6	C 5
7	G 1	A 6	B 5	DC 4	E 2	G 1	A 6	CB 5	D 3	E 2	G 7	BA 6
8	FE 2	G 1	A 6	B 5	DC 3	F 2	G 7	A 6	CB 5	D 3	F 2	G 7
9	D 3	FE 2	G 1	A 6	B 5	ED 3	F 2	G 7	A 6	CB 4	E 3	F 1
10	C 5	D 3	FE 2	G 7	A 6	C 4	ED 3	F 1	G 7	A 6	DC 4	E 3
11	B 6	C 4	D 3	FE 2	G 7	B 6	C 4	ED 3	F 1	G 7	B 5	DC 4
12	AG 7	B 6	C 4	D 3	FE 1	A 7	B 5	C 4	ED 3	F 1	A 7	B 5
13	F 1	AG 7	B 5	C 4	D 3	GF 1	A 7	B 5	C 4	ED 2	G 1	A 6
14	E 3	F 1	AG 7	B 5	C 4	E 2	GF 1	A 6	B 5	C 4	FE 2	G 1
15	D 4	E 2	F 1	AG 7	B 5	D 4	E 2	GF 1	A 6	B 5	D 3	FE 2
16	CB 5	D 4	E 2	F 1	AG 6	C 5	D 3	E 2	GF 7	A 6	C 5	D 3
17	A 6	CB 5	D 3	E 2	F 1	BA 6	C 5	D 3	E 2	GF 7	B 6	C 4
18	G 1	A 6	CB 5	D 3	E 2	G 7	BA 6	C 4	D 3	E 1	AG 7	B 6
19	F 2	G 7	A 6	CB 4	D 3	F 2	G 7	BA 6	C 4	D 3	F 1	AG 7
20	ED 3	F 2	G 7	A 6	CB 4	E 3	F 1	G 7	BA 5	C 4	E 3	F 1
21	C 4	ED 3	F 1	G 7	A 6	DC 4	E 3	F 1	G 7	B 5	D 4	E 2
22	B 6	C 4	ED 3	F 1	G 7	B 5	DC 4	E 2	F 1	A 6	CB 5	D 4
23	A 7	B 5	C 4	ED 2	F 1	A 7	B 5	DC 4	E 2	G 1	A 6	CB 5
24	GF 1	A 7	B 5	C 4	E 2	G 1	A 6	B 5	DC 3	F 2	G 7	A 6
25	E 2	GF 1	A 6	B 5	D 3	FE 2	G 1	A 6	B 5	ED 3	F 2	G 7
26	D 4	E 2	GF 1	A 6	C 4	D 3	FE 2	G 7	A 6	C 4	ED 3	F 2
27	C 5	D 3	E 2	GF 7	B 5	C 5	D 3	FE 2	G 7	B 6	C 4	ED 3

NEVRVZ GELALÆI.

	324	351	378	405	432	459	486	513	540	567	594	621
1	C 4	ED 3	F 1	A 7	B 5	DC 4	E 2	F 1	A 6	CB 5	D 3	E 2
2	B 5	C 4	ED 2	G 1	A 6	B 5	DC 3	E 2	G 1	A 6	CB 5	D 3
3	A 6	B 5	C 4	FE 2	G 1	A 6	B 5	DC 3	F 2	G 7	A 6	CB 4
4	GF 1	A 6	B 5	D 3	FE 2	G 7	A 6	B 5	ED 3	F 2	G 7	A 6
5	E 2	GF 1	A 6	C 5	D 3	FE 2	G 7	A 6	C 4	ED 3	F 1	G 7
6	D 3	E 2	GF 7	B 6	C 4	D 3	FE 1	G 7	B 6	C 4	ED 3	F 1
7	C 4	D 3	E 2	AG 7	B 6	C 4	D 3	FE 1	A 7	B 5	C 4	ED 2
8	BA 6	C 4	D 3	F 1	AG 7	B 5	C 4	D 2	GF 1	A 7	B 5	C 4
9	G 7	BA 9	C 4	E 3	F 1	AG 7	B 5	C 4	E 2	GF 1	A 6	B 5
10	F 1	G 7	BA 5	D 4	E 2	F 1	AG 6	B 5	D 4	E 2	GF 1	A 6
11	E 2	F 1	G 7	CB 5	D 4	E 2	F 1	AG 6	C 5	D 3	E 2	GF 7
12	DC 4	E 2	F 1	A 6	CB 4	D 3	E 2	F 7	BA 6	C 5	D 3	E 2
13	B 5	DC 3	E 2	G 1	A 6	CB 5	D 3	E 2	G 7	BA 6	C 4	D 3
14	A 6	B 5	DC 3	F 2	G 7	A 6	CB 5	D 3	F 1	G 7	BA 6	C 4
15	G 7	A 6	B 4	ED 3	F 2	G 7	A 6	C 4	E 3	F 1	G 7	BA 5
16	FE 2	G 7	A 6	C 4	ED 3	F 1	G 7	B 5	DC 4	E 3	F 1	G 7
17	D 3	FE 1	G 7	B 6	C 4	ED 3	F 1	A 7	B 5	DC 4	E 2	F 1
18	C 4	D 3	F 1	A 7	B 5	C 4	ED 2	G 1	A 6	B 5	DC 4	E 2
19	B 5	C 4	E 2	GF 1	A 7	B 5	C 4	FE 2	G 1	A 6	B 5	DC 3
20	AG 7	B 5	D 4	E 2	GF 1	A 6	B 5	D 3	FE 2	G 7	A 6	B 5
21	F 1	AG 6	C 5	D 3	E 2	GF 1	A 6	C 5	D 3	FE 2	G 7	A 6
22	E 2	F 1	BA 6	C 5	D 3	E 2	GF 7	B 6	C 4	D 3	FE 2	G 7
23	D 3	E 2	G 7	BA 6	C 4	D 3	E 2	AG 7	B 6	C 4	D 3	FE 1
24	B 5	D 3	F 2	G 7	BA 6	C 4	D 3	F 1	AG 7	B 5	C 4	D 3
25	A 6	CB 4	E 3	F 1	G 7	BA 6	C 4	E 3	F 1	AG 7	B 5	C 4
26	G 7	A 6	DC 4	E 3	F 1	G 7	BA 5	D 4	E 2	F 1	AG 6	B 5
27	F 1	G 7	B 5	DC 4	E 2	F 1	G 7	CB 5	D 4	E 2	F 1	A 6

IN TABVLAM
GELALÆAM.

ÆRA Gelalæa hodie ab Arabibus dicitur تاريخ الفلكيين الفارس المتاخرين الذي يسمي ايضا نجوميه الجلاليه سلطانيه Æra Aſtrologorum Perſidis recentiorum, quæ & ipſa nominatur etiam Aſtronomica Auguſta Imperatoria. Non audeo affirmare, an a Perſis periodus vlla ipſius inſtituta ſit. Cauſſa dubitandi duplex:

A duplex: tum quod hodie Perſæ diem primum Phrurdin eiuſque horas & momenta habent مرسومة عندهم بجداولهم *annotatum apud ſe in Tabulis ſuis*: tum etiam quod in ſchedis Arabicis habemus periodum Gelalæam iocularem annorum 259. Quod ſi vlla eſſet periodus inſtituta a conditoribus huius typi, alia ſane eſſet ab hac ridicula annorum 259, quæ nulla poteſt eſſe, quia annorum numerus non eſt quaternarius. Nam annus Tropicus habet horas & momenta appenſa, minora quadrante Iuliano, & ipſa Biſextum Iulianum perimunt poſt aliquot annorum orbem. Itaque periodus Tropica, quæcunque illa fuerit, debet deſinere in anno Iuliano biſextili, vt in
B eo fungatur munus ſuum, hoc biſextum perimat. Neceſſario igitur periodus illa debet eſſe annorum, quorum ſumma ſit numerus quaternarius. Hic autem numerus non eſt quaternarius. Præterea ſi periodus conſtitui poteſt annorum 259, & quadruplum eorum annorum erit periodus, nempe annorum 1036, in quibus octo biſexta pereunt, vt duo in 259. Iam periodi Tropicæ anni cum biſextis debent eſſe ſeptenarij. 1036 eſt quidem numerus ſeptenarius. Sed octo de biſextis Iulianis totidem annorum detractis relinquunt biſexta Tropica 251 intercalanda in annis 1036. Atqui 251 non eſt ſeptenarius numerus: neque cum ſeptenario 1036 compoſitus ſeptenarium reddet. Non poteſt igitur periodus conſtitui annorum 259.
C Nos igitur deprehendimus 27 annos Gelalæos perimere quinque horas abſolutas ſine ſcrupulis appendicibus. Ergo viceſies quater 27 periment quinque dies: qui fiunt anni 648. quæ eſt pulcherrima periodus nihil detrahens de ratione Tropica, vt reſtituatur in orbem: quod faciendum eſt in modo anni Alfonſini. Nam in eo 402 anni tria biſexta expungunt. Quod ſi conſtituenda eſt periodus ex illis, duo anni detrahendi. Ita 400 cum 97 compoſita erunt numerus ſeptenarius. Itaque commoda quidem periodus ex illis conſtitui poteſt; ſed quæ tamen ad annum Nicenum accommodari non poſſit. Nam certum eſt tempore Chriſti æquinoctium fuiſſe in XXIII Martij. Sed duo præterea requirunt conditores anni Niceni, vt æquino-
D ctium ſit in XXI Martij tempore Conſtantini, & noſtro ſæculo in XI Martij Iuliani. Tria hæc ſimul non poteſt præſtare periodus annorum 400. Aut enim a capite annorum Chriſti texenda eſt, & ad nos continuanda: aut a noſtro ſæculo retro retexenda. In priore caſu periodus conſtituit æquinoctium toto hoc ſæculo in XII Martij, vſque ad annum 1601 Chriſti, quo quatuor periodi XII dies de Epocha æquinoctij Chriſti, hoc eſt, de XXIII detrahunt. In altero caſu, periodus retro retexta nunquam æquinoctium ſiſtet in XXI Mar-

tij, sæculo Niceno, sed in XX: quod est contra propositum, aut hypothesim. Fac periculum. Res ipsa loquitur. Nos Tabulam periodi Gelalææ construximus, in qua literam Dominicalem Tropicam apposuimus pro anno Niceno a capite æræ Christi Dionysianæ. A latere notas numerarias adiicimus, quæ cum aliquo regulari quamuis periodum constituere possunt. Verbi gratia: Si annos Gelalæos per 648 diuiseris, quando plures erunt, quam 648, & ingressum in Tabulam a fronte & latere feceris, vbi occurrerit nota ciphræ, vt vulgus loquitur, adiunges semper 4 pro regulari. Habebis feriam Phrurdin Gelali a meridie eius feriæ. Ab annis Christi currentibus pro perpetua regula abiice semper 1078. Cum reliquo ingressum fac in Tabulam. Agitur nunc annus Christi 1596. Detractis 1078, remanet annus Gelalæus 518 iniens a meridie diei æquinoctialis. Accipe numerum proxime minorem in fronte 513. Reliqua quinque a latere. In communi angulo habes notam 6: quæ cum 4 regulari composita, abiectis septem, dat tertiam feriam Phrurdin, a meridie nempe tertiæ feriæ, ad meridiem quartæ; hoc est, a meridie nonæ Martij, ad meridiem decimæ. Et hæc methodus certissima est. Potes & alias Epochas ad hanc periodum accommodare. Hipparchus obseruauit æquinoctium feria quarta, ab ortu Solis, anno periodi Iulianæ 4568: hoc est, 18 hora a meridie tertiæ feriæ. Et hic est annus 1742 ab illa obseruatione. Abiectis omnibus 648, reliqui 446 a fronte 432, & a latere 14, in communi angulo dant 7. quibus adiice 3 pro perpetua regula, abiectis 7, habes feriam tertiam. Hoc est, a meridie feriæ tertiæ, ad meridiem quartæ fuit æquinoctium, vt in typo Gelalæo. Sed & melior & tutior methodus per literam Dominicalem ab annis Christi. Vide quota est C a litera Dominicali huius Tabulæ. ea erit feria æquinoctij. Tabula incipit a G. Litera C est quarta a G. Ergo anno primo Christi Dionysiano æquinoctium contigit feria quarta, Martij XXIII. Anno 325 Patres Niceni statuunt æquinoctium in XXI Martij, die Dominica, cum litera Dominicalis esset C. 324 a fronte & vnitas a latere in communi cella dant literam C. Conuenit ergo Tabulæ cum Decreto Patrum. Ab hoc anno 1596 abiice bis 648. Remanent 300. In fronte Tabulæ 297 cum 3 lateralibus dant in communi cella literam duplicem GF. Ergo C cum sit quinta ab F, constituit æquinoctium Nicenum siue Ecclesiasticum in XI Martij, biduo posterius, aut saltem vno die, quam annus ciuilis Gelali. At contra experiamur in periodo annorum 400. Ab annis Christi 1583 abiiciantur omnia 400. Cum reliquis 383 ingredere in Tabulam. hoc est, cum 378 a fronte, & quinque a latere. Cella communis habet literam Dominica-

A minicalem A. a qua tertia est C. Ergo æquinoctium fuit feria tertia. Litera Dominicalis Iuliana erat F. Ergo A fuit feria tertia in XII Martij. Quare periodus annorum 400 statuens ex hypothesi æquinoctium in 23 Martij tempore Christi, in XXI autem sæculo Niceno, anno Christi 1583 & deinceps, ad annum 1601, statuet æquinoctium in XII Martij. Hæc periodus Gelalæa, vt non semel diximus, est luculentissima: & multi doctissimi viri eundem anni modum determinant: nempe dierum 365. hor. 5. 48'. 53". 20'''. Vt differentia Gelalæa & Iuliana sit hor. 0. 11'. 6". 40'''. qui sane est modus anni Copernici, & aliorum doctorum. Hanc Tabulam nos huc consulto reiecimus, cum tamen ei locus verus esset libro I V, capite de
B anno Gelalæo: idque vt tam anno Niceno, quam Computo Gelalæo accommodaretur. Hodie in Perside omnes Ephemerides & Almenichin, Annales, & reliqua eiusmodi ad hunc annum diriguntur. Propterea dicitur تاريخ الملكي Æra astronomica. Eodem modo possit quis vti anno nostro cælesti ciuili Solari; cum Iudaico Lunari, præsertim conditores Ephemeridum. Neque enim ad Solem vlla ratio melior nostra, neque ad Lunam Iudaica. Quantum autem falsi sint docti illi viri Persidis in deprehendendo æquinoctio, potest ex collatione obseruationum Hipparchi & Neuruz Persici demonstrari. Sed melius demonstrauero ex recenti obseruatione nobilissimi, doctissimique viri Tychonis Brahe Dani, qui anno Christi
C Dionysiano 1584 deprehendit æquinoctium vernum horis 21. 30'. post meridiem nonæ Martij, feria secunda. Id esset Babylone feria 2. 23. 990. At Gelalæus epilogismus promittit tantum 2. 10. 678. vt saltem dimidio diei ratio fugerit illos doctos viros. Sed quid vetat illius summi viri reliquas vtriusque æquinoctij obseruationes apponere, vt illæ cum Hipparcheis, & nostro anno cælesti contendantur? Anno periodi Iulianæ 4568 Hipparch. obseruauit æquinoctium Martij 23. 18. qui erat annus ante bisextum, qualis fuit annus Christi 1587. Differentia vtriusque obseruationis, anni Tropici 1732. dies 14. hor. 1. 29'. qui dies & horæ in 1732. distributa de vno quoque anno detrahunt hor. 0. 11'. 41". 27'''. 24''''. Itaque in 124 annis fiunt ho-
D ræ 23. 22'. 54". 48'''. in 27 annis fit προήγησις. Annus Christi 1586, erat annus 5536 a conditu rerum, octo periodi maiores Gelalææ præterierant a creatione, & præterea anni 351, quæ sunt periodi minores absolutæ XIII. quæ dant feriam 2. 1. quæ aufer ab æquinoctio autumnali Tychonis in anno proposito 1586, nempe ex 3. 5. 13. remanebunt, 1, 4, 13. vere igitur æquinoctium confectum fuit quatuor horis, scrup. 13. post merid. diei Dominicæ 26. Octob. & Luna quoque fere eodem tēpore Hierosolymis 2. 5. 243. æquinoct. 2. 4. 13. Luna 25. 243.

TABELLA ÆQVINOCTII VTRIVSQVE IN DANIA OBSERVATI AB EXIMIO ARTIFICE NOBILISS. TYCHONE BRAHE. A

ÆQVINOCTIVM VERNALE. ÆQVINOCTIVM AVTVMNALE.

	Anni Christi.	In Dania. Dies Martij.	Hor.	Scrup.	Alexandriæ. Feria.	Hor.	Scr.	In Dania. Dies Sept.	Hor.	Scrup.	Alexandriæ. Feria.	Hor	Scr.		
Bissex.	1584	IX	21	30	2	23	5	XII	16	0	7	17	35	E D	F
	1585	X	3	19	4	4	54	XII	21	49	1	23	24	C	E D
	1586	X	9	8	5	10	43	XIII	3	38	3	5	13	B	C
	1587	X	14	56	6	16	31	XIII	9	26	4	11	1	A	B
	1588	IX	20	45	7	22	20	XII	15	15	5	16	50	G F	A

B

Differentia	Hor.	Scrup.	Differentia	Hor.	Scrup.
	5	49		5	49
	5	49		5	49
	5	48		5	48
	5	49		5	49

Ex periodo 400. æquinoct. erat 7. 9. 5. Nam 1585 erat iniens anni mundi 5535. Abiectis periodis, supereſt 334. quibus competit 1. 23. 53. nimirum a meridie ſeptimæ feriæ.

TABELLA ÆQVINOCTIORVM AVTVMNI AB Hipparcho obſeruatorum. Alexandriæ.

Anni periodi Calipp.	Periodus Iuliana.	Litera Dominicalis.		Feria.	Horæ.	Feria.	Horæ.
17	4552	B	16	3	6	3	6
20	4555	E	19	6	18	7	0
21	4556	D	20	1	0	1	6
32	4567	D	3	7	12	7	0
33	4568	C	4	1	18	1	0
36	4571	F	7	5	6	4	12

Subiecimus Tabellam obſeruationum Hipparchearum æquinoctij autumnalis, cum annis tertiæ periodi Calippicæ, periodi Iulianæ, litera Dominicali, &c. Si igitur recta C eſt obſeruatio anni 17, ergo obſeruatio anni 20 debuit eſſe feria 7.0. vt habes in extremo verſu Tabellę. Atqui obſeruatio Hipparchi profitetur tantum 6.18. Anno 21 non recte reſpondetur obſeruationi anni 17. At in anno 32 Hipparchus obſeruauit feria 7.12. Ex obſeruatione anni 17 debebat eſſe 7.18. Atqui eam vocat ἀκριβεστάτην, & ipſemet multis laudibus commendauit, eoque nomine nos eam ſecuti ſumus. Anno 33 obſeruatio cadit in feriam 1.18. Ratio poſtulabat, vt eſſet 2.0. Denique anno D 36 pro 5. 12 ipſe tantum deprehendit 5. 6. In annis aliquando continuis, aliquando minimo interuallo diſiunctis obſeruationes claudicant. Quid cenſemus in aliquot ſæculis, vnde poſtea natæ ſunt illæ trepidationes motuum? Confer nunc continuas quinque obſeruationes vtriuſque æquinoctij in Dania. Quæ conſtantia eſt in illis? Quam hæc admiratus fuiſſet Hipparchus ipſe? Non potui facere, quin

A quin eas huc traducerem, cum circiter id tempus eas acceperim, quando hæc ſcribebam. Ab obſeruatione Hipparchi vernali anni 32, ad obſeruationem anni 1584, interuallum eſt anni 1739. Medium æquinoctium Hipparcheum Alexandriæ eſſet feria 3. 2. 36. At Danicum in eadem vrbe fuiſſet 2. 23. 5. Differentia, Horæ 3. 31'. Ita noſter annus ciuilis non multum diſcrepat a vero in æquinoctio verno. In autumnali maior eſt differentia. Nam obſeruatio Danica magis congruit cum Hipparchea anni 36, quam cum aliis. Ab obſeruatione igitur autumnali Hipparchea anni 36, ad annum 1584, interuallum eſt anni abſoluti 1726. Quibus competit character ex Tabula anni Tropici 2.15.8. Adiectus character obſeruationis Hipparcheæ

B 5.6, componit characterem anni 1584 feriam 7.21.8. At Danicus character Alexandriæ fuiſſet 7.16.50. Differentia, hor. 4.18. Quæ differentia non magni momenti eſt, ad rationes anni ciuilis euertendas. Igitur ex comparatione obſeruationis vernalis Hipparcheæ & Danicæ ſatis conſtat recte anni Tropici modum ab Alfonſinis definitum dierum 365. 5. 49.16, & merito nos eum Gelalæo prætuliſſe.

In Ptolemæo in obſeruatione anni 33, error eſt τῇ γ̄ τῶν ἐπαγομένων: pro τῇ δ̄. Mirum vero tam repugnare inter ſe obſeruationes autumnales Hipparchi, cum vernales tres omnes conſentiant.

IN COMPVTVM ROMANVM ANNI IVLIANI.

C

DE CYCLO SOLIS ET EPACTIS SOLARIBVS SIVE CONCVRRENTIBVS.

QVOT Bibliothecæ veterum cœnobiorum extant, tot auctores Computi Romani, imo & plures inuenias. Omnium antiquiſſimus Beda, a quo omnes poſteriores computi propagati. Quæcunq; vero de eo doceri poterant, ea omnia exhauſta nobis ſunt doctrina Computi Græci Maximi monachi longe vetuſtioris Beda. Paucula, quæ in eo a nobis non dicta ad Computi Romani doctrinam faciunt, huc adferemus, addita noua Computi ratione. Eſto

D igitur prima pars Computi Romani cyclus Solis. Eius methodi duæ ſunt, feriæ, & Epactarum Solis, quos Concurrentes vocant Computi Romani conditores. Feriam vocamus τὴν ποσταίαν τῆς ἑβδομάδος; vt Græci loquuntur, Quotam Septimanæ; primam, ſecundam, tertiam Hebdomadis, diem Solis, diem Lunæ, diem Martis: a quibus horæ planetariæ dictæ ſunt, non autem eæ ab horis. Nam appellatio a planetis longe vetuſtior horarum vſu apud Græcos paulo ante initia belli Peloponneſiaci nato. Feriæ autem quare dictæ ſint, cum

Ttt 4 in om-

in omnibus hebdomadibus feriandi necessitas nulla incumbat, hæc ratio est: quod annus Ecclesiasticus incipiat a Pascha. Septimana autem Paschatis erat immunis ab opere faciendo, & feriata, vnde cum sex illi dies post Pascha feriati essent, & ea esset prima anni hebdomas, inde factum, vt omnes dies Septimanæ vocarentur FERIÆ. Lex enim est Constantini Magni: *τὰς Πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τοῦ Πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτό.* Non solum hebdomadem post Pascha, sed & antecedentem excipit ab opere faciendo. Sed de posteriore hebdomade vsus tantum obtinuit. LXVI Canon Patrum in Trullo: *ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀδιαλείπτως τοὺς πιστοὺς ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.* B
Vtriusq; methodi tam feriæ, quam Epactarum Solis orbis explicatur annis viginti octo, & in se recurrit semper. Vterque constat ex septem literis singulariis A, B, C, D, E, F, G. Differunt, quod methodus diei hebdomadicæ inuerso ordine currit. Cuius signum esto hic *τεχνικὸς* versiculus:

Gaudet Flaccus Equo, Dorus Cane, Bosporus Agno.

Contra methodus Epactarum per consequentiam literarum progreditur hoc technico versiculo:

Astra Beata colam, Deus, Effice Fata Gubernans.

Finis cycli hebdomadici, est, characterem primæ feriæ, siue literam Dominicalem inuenire: cuius methodus hæc est, vt duæ voces versiculi *Gaudet Flaccus* ponantur in imo nodo digiti indicis: tertia vox *Equo* in imo nodo medij digiti: quarta vox *Dorus* in imo nodo digiti medici: quinta *Cane* in imo nodo digiti auricularis. Rursus duæ voces *Bosporus Agno* in medio nodo indicis. Denique vt in tribus nodis indicis semper geminæ literæ collocentur, in reliquorum digitorum nodis singulæ: & ita percurrendo vicesimus octauus annus desinat in imo nodo digiti auricularis. Duplex litera indicat annum bisextilem, in quo prior litera a capite anni, ad XXVI Februarij, posterior a XXVI Februarij, ad finem anni, vsurpanda est. Atque hic est cyclus Solis Romanus, cuius annus primus incipit a duabus literis GF, id est, a duabus vocibus *Gaudet Flaccus*. Annis Christi semper addenda nouem. Totum per 28 diuisum dabit cyclum Solis Romanum. Itaque hoc modo hic annus Christi 1596 est nonus cycli Solis Romani. Litera Dominicalis DC. Epactæ, siue concurrentes CD. id est 3.4. In hunc duplicem laterculum coniecimus literam Dominicalem, & Epactas Solis. Epactæ Solis censentur ex ordine literarum. Nam quota est litera ab A, is erit concurrens, siue Epacta. Vt hoc anno 1596, qui est nonus cycli, concurrentes sunt duplices

CD. id

A C D. id eſt 3. 4. Nam C eſt tertia ab A, D autem quarta. Itaque priores concurrentes 3, vſurpantur a capite anni, ad 26 Februarij. Reliqui 4 a 26 Februarij, ad fi-
B nem anni. vſus eorum infra indicabitur. In vtraque pagina laterculi appoſuimus notas anni Cycli Solaris. Itaque cum hic annus 1596 ſit nonus cycli Solaris, in cella, vbi eſt nota 9 anni, nempe in ſupremo nodo Indicis, habes literam Dominicalem duplicem D C. in altera autem pagella concurrentes C D, ſiue 3.4.

	LITERA DOMINICALIS.				CONCVRRENTES SIVE EPACTÆ SOLIS.			
	Index	Medius	Medicus	Auricularis.	Index	Medius	Medicus	Auricula ris.
Imus nodus.	G F 1	E 2	D 3	C 4	G A 1	B 2	C 3	D 4
Medius nodus.	B A 5	G 6	F 7	E 8	E F 5	G 6	A 7	B 8
Supremus nodus.	D C 9	B 10	A 11	G 12	C D 9	E 10	F 11	G 12
Imus nodus.	F E 13	D 14	C 15	B 16	A B 13	C 14	D 15	E 16
Medius nodus.	A G 17	F 18	E 19	D 20	F G 17	A 18	B 19	C 20
Supremus nodus.	C B 21	A 22	G 23	F 24	D E 21	F 22	G 23	A 24
Imus nodus.	E D 25	C 26	B 27	A 28	B C 25	D 26	E 27	F 28

DE REGVLARIBVS DIERVM.

C INITIALES literæ menſium, id eſt, quantitas earum, ſi per numeros exprimantur, vnitate auctæ dant regulares illarum Kalendarum, quarum initiales ſunt. Verbi gratia: Kalendarum Martiarum initialis litera eſt D, quæ ſi per numeros exprimatur, ſunt quatuor, quia ea eſt quarta ab A. Addita vnitate, quinque erunt regulares Kalendarum Martiarum. G eſt initialis Kalendarum Aprilium. Ea eſt ſeptima ab A, addita vnitate, abiectis ſeptem, vnitas eſt regularis Kalen. Aprilium. Pro methodo initialium literarum menſium tene hos technicos verſiculos:

Acri Danubium Domuit Geta Barbarus Enſe.
Grandæuam Cybelen Fugit Attys Dindyma Frangens.

D

Nam *Acri* eſt Ianuarius incipiens ab A. *Danubium* eſt Februarius incipiens a D. Sic deinceps. Adeptus Regulares Kalendarum, ſcies & reliquorum dierum. Nam ſi Kalendarum Martiarum regulares ſunt quinque, ſecundæ Martij ſunt ſex, tertiæ ſeptem, & ſic deinceps, nunquam excedentes ſeptenarium. Regulares itaque nunquam mutant. Epactæ ſolis, vt litera Dominicalis, quotannis variant. Vſus Regularium hic eſt, vt compoſiti cum concurrentibus, ſiue Epactis abiectis

abiectis septem, si opus est, dent feriam illius diei. Hoc anno concurrentes sunt D, id est, 4, a 26 Februarij. Kalendarum Martiarum Regulares 5 Igitur quatuor cum quinque composita, abiectis septem, dant feriam secundam characterem Kalendarum Martiarum hoc anno 1596. Quia vero antiquitus annus Ecclesiasticus inibat a Kalendis Aprilibus, ideo Regularis Kal. Aprilium fuit vnitas. Diuisis 30 diebus Aprilis per septem, relinquuntur duo. quæ cum vnitate Kalendarum Aprilis componunt tres Regulares Kalen. Mai. Rursus a Kalend. April. ad Kalen. Iunij exclusiue sunt dies 61. Diuisi per septem relinquunt quinque: quæ cum vnitate Kalend. Aprilium componunt sex regulares Kalendarum Iuniarum. Hæc quidem sunt ex methodo Græcorum, qui non assumunt literas singularias pro charactere literæ Dominicalis, vt Ecclesia Romana. Quare consecutus literam Dominicalem & literam initialem mensis, potes carere doctrina concurrentium & regularium. Hoc anno litera posterior Dominicalis est C. Volo scire quota feria est 29 Mai. In priori versiculo technico literarum initialium *Barbarus* est nota Kalendarum Mai. Ergo Maius incipit a litera B: & proinde 29 quoque erit B: quæ cum sit septima a C, quæ hoc anno est litera Dominicalis, aio 29 Mai fuisse sabbatum. Noli curare illos concurrentes: quorum scientiam reserua, vsum respue.

A

B

METHODVS EPACTARVM LVNARIVM.

HÆC pars secunda Computi Romani. ἐπακταὶ ἡμέραι natæ sunt ex Solis supra Lunam excessu: qui excessus est dierum XI. Quia vero ad Lunæ defectum supplendum adiiciuntur, propterea ἐπακταὶ dictæ, hoc est, adscititiæ. Annos cycli enneadecaterici duc vndecies. Abiice 30, vbi numerus exceder 30. Reliquum sunt Epactæ Lunares initium capientes semper a Martio, ne si incipiant a Ianuario, bisexti interuentu earum vsus turbetur. Earum vsus ad noscendam ætatem Lunæ, vt Computatores nostri loquuntur, vt autem Græci, ποσταίαν τῆς σελήνης. Hoc anno 1596 Epactæ sunt XI. Dies, qua hæc scribebamus, sexta Septembris. Volo scire ætatem Lunæ in die proposita. Quot sunt menses a Martio, ad mensem propositum inclusiue, tot regulares adde. Itaque regulares Septembris erunt septem, quia Septembris septimus a Martio. Compone Epactas cum die proposita. aggregato adde regulares septem. Habes 24. Itaque VI dies Seprembris hoc anno 1596 erat vicesima quarta Luna. Et dies VI desiderantur ad proximum nouilunium. Itaque XII Septembris proxime erit nouilunium. Abiicienda vero erunt semper 30, quoties aggregatum maius erit, quam 30. Conuertamus Canonem. Dato die mensis & Lunæ, volo scire Epactas Lunares. Dies proposita esto VI Septembris, Luna

C

D

A Luna XXIV. Aufer maiorem a minori. Relinquuntur 18. Aufer regulares menſis ſeptem. Remanent XI Epactæ Lunares. Vbi maior numerus non poterit detrahi de minore, addendum 30 minori ſemper in hac doctrina. Rurſum datis Epactis, menſe & Luna, volo ſcire diem menſis. Menſis eſt September, Luna 24. Epactæ XI. Aggregatum minorum numerorum, nempe regularium menſis, & Epactarum aufer a maiore. Itaque aggregatum XI cum VII, id eſt, 18 aufer a 24. Relinquitur VI dies Septembris. Hæc tria valde proſunt Chronologo ad indaganda tempora. Et raro contingit, vt aliqua ex tribus his regulis Chronologo neceſſaria non ſit.

B

DE RESIDVO EPACTARVM.

RESIDVVM Epactarum, quod Æthiopibus dicitur MATQVE, non eſt negligendum in doctrina Computi Romani, quamuis Computatoribus noſtris plane res ignota ſit. A reſiduo aufer regulares Kalendarum. Habebis nouilunium in menſe propoſito. Hoc anno 1596 Epacta eſt XI. Reſiduum eſt XIX. Regulares menſis Septembris, nempe ſeptem de 19, detracti dant 12 Septembris pro nouilunio, vt ſupra alia via oſtenſum eſt. Anno proximo Epactæ erunt XXII. Reſiduum VIII. Detractis ſeptem regularibus, Kalen-
C dis Septembribus erit noua Luna. Addenda ſemper 30, vt diximus, quoties maior numerus de minore detrahendus. Ablatis decem de 38, nouilunium erit 28 Decembris anno proximo 1597.

DE METHODO TERMINORVM PASCHALIVM.

AD reſiduum Epactarum adiice 17. Abiice autem 31, quoties numerus excedet 31. Reliquum eſt terminus Paſchalis Nicenus. Hoc anno 1596 Reſiduum eſt XIX. additis XVII, abiectis 31 diebus menſis Martij, relinquitur quinta Aprilis Terminus Paſchalis. Anno proximo Reſiduum erit VIII. Additis 17, viceſima
D quinta Martij erit Terminus Paſchalis. Cur autem 17 regulares adiiciantur pro perpetua methodo, cauſa hæc eſt: quod anno vltimo cycli Epacta nulla eſt: & proinde nullum Reſiduum. Terminus autem illius anni eſt 17 Aprilis, qui ſunt perpetui Regulares addendi omnibus reſiduis Epactarum. Hæc methodus luculentiſſima eſt, quæ manuali computo docet Terminos Paſchales. Anno octauo cycli Epactæ 28, Reſiduum 2. Additis 17, decimanona Martij ex regula erat Terminus Paſchalis. At propter anticipationem viceſimæ ſecundæ Martij, pro XIX Martij aſſumpta eſt XVIII Aprilis. Alioquin ille annus ex

Methodo

Methodo non erat Embolimæus. Nam annus est Embolimæus, quo- A
ties ad antecedentes epactas vndecim adiectis, numerus non peruenit ad triginta. Cum igitur Epactis 17 anni septimi additis Epactis XI, conflatæ sint 28 epactæ anni octaui, neque illæ attingunt 30: ideo ille annus non est Embolimæus φύσει, sed θέσει; ne scilicet quartadecima Luna anteuerteret Epocham æquinoctij in XXI Martij. Quæ vero pertinent ad Termini Paschalis correctionem, pete ex libro quarto. Rursus additis 13 ad Residuum Epactarum, habebis terminum Septuagesimæ. Quod si numerus est maior 31, abiectis 31, reliquum est terminus Septuagesimæ in Februario. Nam numerus infra 14 pertinet ad Februarium, supra 16, ad Ianuarium. Hoc anno residuum Epactæ est 19. Additis 13, abiectis 31, remanet pri- B
ma Februarij Terminus Septuagesimæ. Quando cyclus est nonus, residuum est 2. Additis 13, Terminus esset in Ianuario ex naturali progressu cycli, vt supra diximus. Sed præter naturam factus est Embolimæus ille annus, & pro XV Ianuarij reiectus Terminus in XIIII Februarij. Nam secundum rectam rationem citimus terminus Septuagesimæ debuit esse XV Ianuarij, remotissimus XIII Februarij. Sed a conditoribus cyclorum Paschalium citimus terminus statuitur in XVII Ianuarij, remotissimus in XIIII Februarij. Semper autem eadem est litera Termini Septuagesimæ, quæ Termini Paschalis: & proinde in Syriaco & Æthiopico computo eadem litera Termini Niniue, quæ Termini Septuagesimæ. C

CATHOLICA TEMPORVM.

TERTIA hæc pars Computi περὶ ὁμαλοῦ χρόνων, vt Græci loquuntur, in quam coniiciunt annos ab Adám, Iubilea, Indictiones. Nos veram & indubitatam rationem per articulos & interualla temporum apponemus.

EPOCHÆ A CONDITV MVNDI.

1656 a conditu rerum, ad Diluuium. D
292 a Diluuio, ad natum Abraham.
75 a nato Abraham, ad vocationem eius.
430 a vocatione Abraham, ad migratam Ægyptum.
Colliguntur a conditu rerum, ad migratam Ægyptum anni 2453.

A
479 ab Exodo, ad conditum templi Salomonici.
428 ad casum Sedekiæ, & excidium templi.
Colliguntur anni a migrata Ægypto, ad casum Sedekiæ, 907. a conditu mundi 3360.

59 a casu Sedekiæ, ad reditum & solutionem deportationis.
108 ad Edictum Darij Nothi.
259 ad Encænia Iudæ Macabæi.
162 ad natalem verum Regis MESSIÆ filij Dei.
Colliguntur anni a casu Sedekiæ ad natalem Regis Messiæ 588. a conditu rerum, 3948. ad annum primum Dionysij Exigui 3950.
B

A conditu rerum, ad hunc annum Dionysianum 1596, colliguntur anni 5545, vsque ad XIV Septembris.

Hoc eodem anno 1596 Dionysiano incipiet annus a mundi conditu 5546, feria tertia, neomenia Zygonos: anno a nato Messia 1599 ineunte: cum tamen 1597 incipiet secundum Dionysium, 1598 autem secundum omnes veteres Ecclesiæ antecessores. Nondum autem Chronologi horum temporum veram rationem annorum mundi inire potuerunt, quia nullum characterem in aliquo interuallo notare potuerunt. Nos autem non semel monuimus tria tempora in
C sacris Bibliis suis characteribus notata esse, Exodum, casum Ioiakim, casum Sedekiæ. Nam Exodus incidit in mensem Lunarem, cuius neomenia fuit feria quinta, cum XVI & XXII secundi mensis fuerit Sabbatum. Exodi XVI. & præterea neomenia illius Nisan concurrebat cum æquinoctio. qui est alius luculentus character. Casus Ioiakim est annus XXVI Nabopolassar. Ezekiel primo, 1, 2. Primus annus Sedekiæ est quartus Septimanæ. Ieremias cap. XXVIII initio, qui est locus valde illustris. Et alibi apud eundem Ieremiam vltimus annus Sedekiæ, vndecimus regni eius est idem Sabbaticus. His tam nobilibus characteribus vel mediocriter peritus veram epocham mundi statuere potest, vt nos fecimus; quo minus excusamus, qui 15, aut
D 18 annis maiorem epochā mundi faciunt: cum Lambertus Schaffnaburgensis, a conditu rerum, ad Christum, annos putet 3948, vt nos: quod equidem miror, in sæculo tam barbaro tantam hominis & in loquendo puritatem, & in temporum putatione solertiam fuisse, vt a Chronologis nostri temporis pudorem aliquem exprimere possit, si aliquem sensum harum rerum habent. Neque multum longe hinc discedit Hermannus Contractus Lamberto antiquior, qui a conditu rerum, ad Christum, annos putat 3952, non autem 3966, vt cen-

vt censent qui accuratius de temporibus scripsisse videri volunt. Extat Epigramma Constantinopoli in armamentario, quod vulgo Ἀρσεναλὴν vocant, ita conceptum: A

ΑΠΟ. ΚΤΙΣΕΟΣ. ΚΟΣΜΟΥ
Δ. Ψ. Ϛ. Β. ΑΠΟ. ΔΕ
ΧΡΙΣΤΟΥ. ΕΤΟΥΣ. Ω. Λ. Δ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΘΕΟΦΙΛΟΣ
ΥΙΟΣ. ΜΙΧΑΗΛΟΥ. ΒΗΓΑ
ΑΡΧΩΝ. ΔΙΚΑΙΟΣ. ΚΑΙ
ΕΥΛΑΒΗΣ. ΚΑΙ. ΠΡΟΣ. ΤΟΥΣ
ΑΥΤΟΥ. ΠΑΡΟΙΚΟΥΣ. ΑΝΗΡ
ΑΓΑΘΟΣ. ΕΚΤΙΣΕΝ. ΠΡΟΣ
ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ. ΤΟΥ. ΛΑΟΥ
ΤΟΥΤΟΝ. ΜΕΓΑΛΟΤΑΤΟΝ
ΑΡΣΗΝΑΛΗΝ.

Ait Armamentarium conditum anno Mundi 4792, Christi 834 B
Ergo a conditu mundi, ad Christi epocham Dionysianam putantur anni 3958. Maior hic computus vero est annis tantum 8. Quare ille Græculus & propius abfuit a vero epilogismo annorum mundi, & vulgarem Græcorum computum Paschalem eo damnat, quod eo non vtitur. Omnes autem vno ore putant 430 annos migrationis Hebræorum non a descensu Iacob in Ægyptum, sed a peregrinatione Abraham: vt & tam hodierni Iudæi, quam veteres fecerunt: quod quidem nos docuit Iosephus. Cum igitur consentiant in interuallis omnibus, in eo peccant, quod ad aliquod tempus Græcæ historiæ aut Romanæ illa conferre non potuerunt. Exodi autem tempore deprehenso ad id perueniri poterat. C
Sin autem, ab annis Nabopolassari. Nam debebant cogitare homines captiuos in Chaldæa sine vlla Ecclesia, sine vlla republica non potuisse alia temporum epocha vti, quam ea, qua tunc victores vtebantur. An non iidem in patria sua æra contractuum vsi sunt, non sua? Quanto magis cum sui iuris non essent, sed ἀπόλιδες καὶ ἀνέστιοι. Sane a XXVI anno Nabopolassar retro putata illa interualla, de quibus nulla controuersia est, desinunt in annum periodi Iulianæ 764: quod a nobis accuratissime alibi disputatum est. Iudæorum nugas de æra, qua vtitur Ezekiel, missas facimus. Quot modis enim confutari possunt? Quid est magis ridiculum, quam putare a libro legis inuento? Cur igitur Hieremias in ipsa vrbe ea epocha D
non vtitur? Quæ ratio est, vt apud exteros, quorum ne pili quidem intererat, ea epocha locum habeat, in ipsa patria eius ratio non habeatur? Ecquis tam refractarius, cui hæc tanti videantur?

DE IVBILEIS.

AB annis mundi abiice 2499, vel a periodo Iudaica 2310, vel a periodo Iuliana 3252. Reliquum diuide per 49. Quod de diuisione superest, ij sunt anni Iubilei currentis ἀπὸ τοῦ ἔτους κληρουχίας.

A ρουχίας. Ab anno mundi inituro propediem 5547 abiice 2499. Remaneat 3048, anni abſoluti a primo anno κληρουχίας. Relinquitur decimus annus ſexageſimi tertij Iubilei currentis abſolutus. Ergo hoc autumno incipiet annus quartus ſecundæ hebdomadis ſexageſimi tertij Iubilei. Reliqua Iubilea tam veterum, quam recentiorum omnia commentitia ſunt.

Ab annis periodi Iulianæ abiice 763. Relinquitur annus veriſſimus mundi currens ab autumno.

Ab annis periodi Iulianæ abiice 953. Reliquum eſt annus currens Iudaicus ab autumno.

Annis Iudaicis adiice 189. Summa eſt annus currens mundi ab B autumno.

DE INDICTIONIBVS.

AB annis Chriſti abiice 311. Reliqui ſunt anni a prima Indictione Conſtantiniana, idque a XXIV Septembris. Ab anno Chriſti 1596 currente abiice 311. Superſunt anni 1285 a prima Indictione Conſtantiniana: hoc eſt, annus decimus 86 Indictionis Conſtantinianæ.

Diuide periodum Iulianam per 7. Reliquum eſt annus hebdomadis annalis ab autumno. Itaque hic annus 6309 per VII diuiſus re-C linquit annum ſecundum hebdomadis ab autumno.

Diuide periodum Iulianam per XV. Reliquum eſt Indictio currens a Kal. Ianuarij.

EXAC-

EXACTVM OPVS DEI OPT. MAXIM.
gratia, feria tertia,

ANNO

Cycli Solaris decimo.
Cycli Lunaris ſecundo.
Periodi Iulianæ 6310.
Æræ Conſtantinopolitanæ Paſchalis 7105
Æræ Conſtantinopolitanæ Lunaris 7091.
Æræ Orientalis 7098.
Æræ Cæſaris Hiſpanicæ 1635.
Editionis Iulianæ 1642.
Indictionis Conſtantinianæ LXXXVI decimo } IX KAL. IVNI

Alexandreo Syromacedonum & Antiochenorum } 1908 { IIAR / ARTEMISII } XXIV

Samaritarum ∴∴∴∴∴ IIAR XXVII.

Auguſtorum Actiaco 1626. PACHON
Martyrum Diocletianeo & Elkupti 1313. PASCHNES
Gratiæ Abyſſino 249, in diebus Matthæi. GINBOTH } XXIX

Mundi & conditus rerum 5546 { DIDYMONOS XI. / SIWAN Lunaris XIX

Iudaico 5357 abundante. SIWAN ciuilis XVII.

Hegiræ Muhammedano 1005. SCHEWAL XVII.

Neuruz Gelalæi Perſico 519. CHARDAD XVII.

Iezdegird Perſico 966. ABAN IX.

Armeniorum Chriſtianiſmi 1046. MARIRI VI.

Nabonaſſari Ægyptiaco 2345. EPIPHI IX.

Olympiadis DXCIII quarto. ΛωΟΥ δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα.

Periodi Atticæ quinquageſimo quarto. ΜΟΥΝΥΧΙωΝΟC πέμπτῃ φθίνοντος.

Viceſimæ ſextæ periodi Calippicæ [illegible] viceſimo ſexto
ΘΑΡΓΗΛΙωΝΟC τρίτῃ ἐπὶ δέκα.

Parapegmatis Attici. ΤΑΥΡωΝΟC ΛΑ.

Quartæ periodi magnæ Dionyſianæ ſecundo. Lunationis tertiæ XV.

NOMEN-

NOMENCLATOR AVCTORVM ET SCRIPTORVM, QVORVM AVCTORITAS IN HIS LIBRIS

DE

EMENDATIONE TEMPORVM

vſurpata.

In pr. i. prolegomenis prior numerus paginam, poſterior lineam deſignat.

In Opere de Emendatione numerus paginam deſignat, & literæ a, b, c, d, locum paginæ.

In fr. i. fragmentis ſola pagina notatur.

A.

Clemens

rando

R

S

T

Cor.Ta-

INDEX

INDEX

RERVM ET VERBORVM

MEMORABILIVM IN HOC OPERE

DE

EMENDATIONE

TEMPORVM.

Agrippa

Auſonij

Cyrilli

D

E

F

G

L

M

Eçalcua-

INDEX.

September

N

O

Q

R

 Residuum

T

Tetraete-

V

INDEX
GRÆCARVM VOCVM.

A

B

Γ

Δ

E

ἐξαυγασμός

σάββατον

INDEX
ORIENTALIVM
VOCVM.

בַּלָּת Ballat 577.c
ܟܘܡܪܘܬܐ λειτουργίας 699.c
בַּעַל בַּעַל βάαλ, βῆλος, Beel idolum 39.pr.14.578.c.d fr.20.26
בַּעַל זְבוּב fr.26
בַּעַל עוּטֵר βαλάτορος 39.pr.18
בַּעַל צְוִר 38.pr.8
בַּעַל שָׁמַיִם κύριος οὐρανοῦ, ζεὺς ὀλύμπιος fr.26
בַּעֲלַת שָׁמַיִם βαάλτις, διώνη, οὐρανία fr.26
בִּצָּרָה ὀχύρωμα fr.30
בֵּרוֹתָה Berytus fr.40
בָּתַר ὄπισθε fr.39

ג ܓ ج ገ

גַּאֲוֹנִים Magnifici 655.c
גָּדֵר φραγμὸς sepes fr.30
ܓܘܓܡܠܐ Gaugamela locus vnde dictus 421.a
גּוֹיִם Qui dicti 31.pr.1
ጊዜ፡ ቀትር:: Meridies 702.b
גּטרד Gatrad 132.a
גִּיחוֹן Emissarum 370.a
جيحون Gehon duo flumina eiusdem cognominis 371.a
تجلي Reuelatio, id est Transfiguratio 720.a
جلال Maiestas 304.d
جمعة Feria sexta 138.c
الجماع σύνοδος τῶν φώτων 103.a
ጌጋ:: Pœnitentia 703.b.c
גְּנִזָה ἀποθησαυρισμὸς fr.46
ግዕዝ:: Libertas. Ita vocatur lingua Abißinorum 680.c
גֵּר עַשְׁתֹּרֶת ὁ ξένος τῆς ἀστάρτης, ὁ ξενάσταρτος, γεράσταρτος 39.pr.17.fr.36
גִּשְׁמֵי הַגֶּשֶׁם Apparatus pluuiæ frag. 53.650.b

ד ܕ د ደ

ደብረ፡ ዘይት፡ Mons oliuarum 696.d
דָּגוֹן δαγὼν fr.39
دهر Seculum 298.a
דָּוִד Dauid fr.31
ذوالقرنين δίκερως. Ita vocatur Alexander Magnus 50.a 425.c.d
דְּחִיָּה ὑπέρβασις ἡμέρας 642.c
דַּי Dai 587.b
דִּידָה ὑποχειρστικὸν matricium 40 pr.2.fr.31
דַּךְ Dach 577.d
הַדְלָקַת נֵרוֹת λυχνοκαΐα 435.d
דְּרִיּשׁ دروش ἔρξις, θλίψις Persice 586.d
דְּרִיּוֹשׁ δαρεῖος 586.d
דָּתָא Datha 587.a

ה ܗ ه ሀ

הַגְרִים Hagareni 111.a
ܗܓܪܐ διωγμὸς περὶ θρησκείας 136.a
الهاجرين Hagareni 111 a
הָדָד frag.47
הֲדַסָּה μυρσίνη 588.a
יְהוָה vel יְהוָה ὁ ὢν fr.38
יְהוָה Adonai κύριος fr.37.38
هلال ἐξαυγασμὸς τῆς σελήνης, μηνοειδὴς φεγγάριον, noctiluca, luna cornuculata 102.d.103.a.fr.27
הֵילֵל בֶּן שַׁחַר ἑωσφόρος υἱὸς τῆς νυκτὸς frag.39
הִמְלִיךְ ἀπεδείχθη βασιλεὺς fr. 22

ו ܘ و ወ

ו V. 587.b
وهق Epagomenæ Persicæ 294.c

וַי *Wai* 587.b
וָשְׁתִּי *Wast* 587.c
وتر ወሰ:: *Terminus* 702.c

ז ز ܙ ዘ

מְזוֹן שְׁתֵּי סְעוּדוֹת *Cibaria duarum Cœnarum* 569.b
זַר *Zar* 577.d
זֵרוֹ *Zero* 587.a
זַתָּא *Zata* 587.b

ח ܚ ح ሐ

خبور *Chabor flumen* 399.c.d
الحبش *Abassenі, Abißini* 680.b
חַג πανηγυρία 7.pr.11.&c. 26.pr.35.116.c
חַג & חֹדֶשׁ *Coniunguntur* 223. a. d 224.a
חַגִּים 26.pr.37
חַדּוֹן *Haddon* 577.c
חֹדֶשׁ יָמִים *Mensis dierum quid* 221.c
חַו דוֹנִי *Haudoni* χαῖρε κύριε frag.32
חוּרת *Viue*, χαῖρε, ὑγίαινε frag.32
חוֹל מוֹעֵד μεταξὺ σαββάτων 559.b
חַוִּיל *Heuuil* 577.c
حواريه ሐዋርያ:: ἀπόστολοι 680.a
חַי יְחוֹת vel חַי אֱלָהּ 40.pr.10
חִירָם εὔφημος 39.pr.20
חִירָם בֶּן אֲבִי בַּעַל 38.pr.7
חִירָם בַּעַל ἱερέμβαλος fr.37.40
חֶלֶד *Sæculum* 298.a
חִלּוּק *Diuisio* 15.pr.22
מַחְלוֹקֶת μερισμὸς, ἐφημερία fr.55
חָם *Ham* 587.b
ܚܡܝܡܐ *Balneatio, Epiphania* 705.c

חֲנוּכָּה ἐγκαίνια 435.c
חַנִּי בַּעַל *Hannibaal* 578.d
ܚܣܝܐ ὅσιος 538.c
ἱλαστὴς, ἱκέτης 22.pr.12
ܚܣܝܘܬܐ ὁσιότης 538.c
חֲסִידִי ἅγιοι 538.c
חָצֵר fr.32
חֲצַר־בַּעַל *Hasdrubaal.* 578.d
חֲצֵרִים ἀσέρυμος 38.pr.12
חֲצַר מוֹרֶת fr.31
حضرموت *Hadramuth* fr.31.
ἔπαυλις πλύτωνος ibid.
חָרִיב *Herib* 577.c
حرم *Res illicita, item Mecha* 520.c.d
حرم *Peregrinantes Mecham* 520.c.d
חֲרוֹסֶת *Embamma Paschale* 572.b
חֶשְׁבּוֹן *Computus* 102.c
חַשְׁמוֹנִים חַשְׁמוֹנָאִי *Hasmunæi Macabæi domus & gens* 436.d. 437.a
حشوما ሐሠማ:: *Chaschuma* A''ξυμα: *Regia Aethiopiæ* 680.c. 682.c

ט ܛ ط ጠ

طلوع ἀνατολή 271.c
טַעַם *Decretum, Edictum* 601.b
מַטְקַע ጦቅዕ:: *Residuū Epactæ* 690.b.c

י ܝ ي የ

יַד *Cippus* στήλη 223.b
اليونانيين *Græci* συνέλληνες 240.c
יָהּ *Iah* 132.a
מוֹלַד תֹּהוּ νουμηνία χάους. νουμηνία τῆς σελήνης 631.c
מוֹלַד גּוּיִפָּה νουμηνία ἐπιπλήξεως 631 c

ק ف ق ܩ ቀ

ר ز ر ܪ ረ

ש ܫ س ש ሠ

FINIS INDICVM.

Errata ita corrigito.

Prol. pa. 11	linea 16	leg. attribuit LV &c.
pr.	22	5	ἡμεροβαπτισταὶ
pr.	35	7	Nam potius Chaldęis ademta, Medis adiuncta est &c.
	141	6	Addenda sunt ea quæ habentur pag. 353
	160	18	Ianuarij
	160	20	Cyclo
	270	24	جوزكي
	272	b	Inseratur Parapegma Calicutiēsium quod habetur pag. 353
	353	3	Hic Laterculus est duplex, vt &c.
	376	15	Distinctio typographica deleatur
	416	23	Distinctio typographica deleatur
	421	9	[illegible]
	442	0	pro 432 repone 442
	455	19	Distinctio typographica deleatur
	513	24	Αἰγυπτίους
	540	0	pro 516 repone 540
	551	20	κειμένοις
	557	39	שַׁבָּת
	613	35	summi
	638	35	יָמִים קֹדֶם
	Ibid.		תָּמִיד תְּקוּפַת
	Ibid.		קֶדֶם
	641	30	שְׁמִטָּה
	642	23	וְחִירָה
	646	20	מִמָּחֳרַת
	649	3	מִסְּפֵק הִתְכַּנְּסוּת הַמְּאוֹרִים
	Ibid.	5	Scenopegiam
	Ibid.	27	Iohasin pag. 26
	Ibid.	28	שֶׁאֲבוֹתָיו
	Ibid.	29	ביום ב׳
	Ibid.	29	Patres eius &c.
	Ibid.	30	Lignorum X Ab. Idē pag. 28. ביום י׳ באב בנרבה ומביאין קרבן ער

			וזה ועושין יום טוב sed tam puto falli quam quum scribit stante templo IX. Ab non fuisse תענית, Institutio &c.
	665	34	שְׁמִטָּה
	684	6	Sozomenus
	784	0	pro NOMEN, repone VETER.
Frag.	3	12	βασιλείαν
	4	12	ἀγαθοέργος
	4	20	κατέστρεψε
	7	9	ἐκδεχομένου
	7	16	τύρσιν
	9	36	נְבוּ־פּוֹל־לְצַר
	10	12	Ad locum qui Carchamis, &c.
	12	15	λαφύρων, τό τε &c.
	13	6	ὀργυιέων
	14	16	Filiā Cyaxaris fuisse &c.
	19	12	longæuæ ætatis rationē
	21	13	arcem Borsippenam
	26	21	distinctio typographica deleatur
	Ibid.	33	בַּעַל sed cum attributo
	30	23	בָּצְרָה
	31	34	חֲצַר־מָוֶת
	33	9	Compositos esse 137. &c.
	35	18	ἰνδικαῖς
	47	16	הֵיד
	54	37	וכל שיבא
	Ibid.	38	וחולק
	Ibid.		שיגיע
	55	1	שומנו
	55	11	מַעֲמָדוֹת
	Ibid.	15	חיוצא ו
	56	30	πόλιν * [illegible]
	57	23 & 34	tres distinctiones typographicæ deleantur.

In auctorum Nomenclatore ad literam S. Rabbi Salomo Doctor Hebræus fr. 49. 50.
In Indice Rerum ad literam A.
Annus ordinarius Iudaicus.

OPERIS

DE

EMENDATIONE

TEMPORVM


Finis.

VETERVM
GRÆCORVM
FRAGMENTA
SELECTA:

Quibus loci aliquot obſcuriſſimi Chronologiæ ſacræ & Bibliorum illuſtrantur:

ΒΗΡΩΣΣΟΣ ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ,

ΙΕΡΕΥΣ ΒΗΛΟΥ, ΕΝ ΤΗ ΤΡΙΤΗ ΤΩΝ ΧΑΛΔΑΙΚΩΝ.



ΚΟΥΣΑΣ δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπολλάσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν· οὐ δυνάμενος ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησε. τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπολλασάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον ἔτη βεβασιλευκότι εἰκοσιεννέα. αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. Καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενομένοις, συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι. αὐτὸς δ' ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ * ἀναγκάσας πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας, τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, περιεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς πλίνθου. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς προσκατεσκεύασε τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων ὑπεραίροντα ἀνάστημα, καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. μακρὰ ἴσως ἔσται, ἐάν τις ἐξηγῆται. πλὴν ὄντα γε ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο. καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μηδίαν τόποις, μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαρακοντατρία. τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ

μως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον.

ΑΒΥΔΗΝΟΣ ΕΝ ΤΗ ΑΣΣΥΡΙΩΝ ΓΡΑΦΗ.

Μεγασθένης δέ φησι Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι. ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου κατοικίσαι. μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήια κατασχεθείη θεῷ ὅτεῳ δή. φθεγξάμενος δὲ εἶπεν οὕτως. ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν, τὴν οὔτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι μοίρας πεῖσαι σθένουσι. ἥξει Πέρσης ἡμίονος τοῖσι ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισι, ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. ὡς εἴθε μιν πρόσθεν, ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον, ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον, ἐμέ τε, πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι. ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο. ὁ δέ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε. τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται.

ΕΚΑ-

ΕΚΑΤΑΙΟΣ ΑΒΔΗΡΙΤΗΣ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Ἔστι γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ τὴν χώραν καὶ κῶμαι. μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον, ἣν οἰκοῦσιν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες. καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἱεροσόλυμα. ἐνταῦθα δέ ἐστι κατὰ μέσον μάλιστα τῆς πόλεως περίβολος λίθινος, μῆκος ὡς πεντάπλεθρος, εὖρος πηχῶν ἑκατόν, ἔχον διπλᾶς πύλας. ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος οὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' ἐκ συλλέκτων ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος. πλευρὰ μὲν ἑκάστη εἴκοσι πηχῶν, ὕψος δὲ δεκάπηχυ. καὶ παρ' αὐτὸν οἴκημα μέγα, οὗ βωμός ἐστι, καὶ λυχνίον, ἀμφότερα χρυσᾶ, δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν. ἐπὶ τούτων φῶς ἐστιν ἀναπόσβεστον καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας. ἄγαλμα δ' οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν, οὐδὲ φύτευμα παντελῶς οὐδὲν, οἷον ἀλσῶδες, ἤ τι τοιοῦτον. διατρίβουσι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας ἱερεῖς ἁγνείας τινὰς ἁγνεύοντες καὶ τὸ παράπαν οἶνον οὐ πίνοντες ἐν τῷ ἱερῷ.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων.

Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιβάλου διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα. οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον. τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν. ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας. καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησε. τό, τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρωσε. πρῶτόν τε τὴν ἔγερσιν τοῦ Ἡρακλέους ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τοῦ τῆς Ἀστάρτης, ὁ πότε Τιτυοῖς ἐπεστράτευσε, μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. ἐπὶ τούτου ἦν τις Ἀβδήμουνος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς. τελευτήσαντος Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. μετὰ τοῦτον Ἀβδάστρατος ὁ αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν. ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο. μεθ' οὓς Ἀστάρτος ὁ Δελαιαστάρτου. ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέλητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ. τοῦτον διεδέξατο Βαδέζωρος, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα· πέντε ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. τούτου διάδοχος γέγονε Ματγῆνος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων. βιώσας δ' ἔτη πεντήκοντα ἓξ ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά. ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Διδὼ φυγοῦσα ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.

ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ
ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων.

Ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἔτη τρία καὶ δέκα. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βαὰλ ἔτη δέκα. Μετὰ τοῦτον δικασταὶ καθεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν αὐτοί, Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύττονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλίμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα. Τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου τελευτήσαντος, μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΩΝ.

Οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντηκοντατέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐ-
* τοῖς, ἑβδόμῳ μὲν γὰρ * περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον. τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ᾽ ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΣ ΕΝ ΤΕΤΑΡΤΩ ΚΑΤΑ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΛΟΓΩ.

Ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ὅτι ἀληθέστατα καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν συμφωνότατα Σαγχουνιάθων ὁ Βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ Ἰευώ, ὃς Ἀβιβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς ὑπ᾽ ἐκείνου καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη. οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν πίπτουσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζουσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων μηνύουσι διαδοχαί. Σαγχουνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας, ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος. ἣ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ᾽ αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι διαγέγραπται. τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ Βύβλιος.

ΒΗΡΩΣΣΟΣ ΕΝ ΤΗ ΠΡΩΤΗ ΤΩΝ ΧΑΛΔΑΙΚΩΝ.

Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας· χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ Ο ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΣ
ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ.

Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων

ἐπὶ πολὺ

ἐπὶ πολὺ σταθῆναι. φησὶ δ' ἂν οὗτος, ὅπερ καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης.

ΑΒΥΔΗΝΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΣΣΥΡΙΑΚΟΙΣ.

Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σείσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα. κελεύει δὲ πᾶν, ὅ, τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισι ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλεε, καὶ παραυτίκα μιν κατελάμβανε τὰ ἐκ θεοῦ. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπείτε ὕων ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων, πεῖραν ποιεύμενος, εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν, αἱ δὲ, ἐκδεκομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκῃ κατορμίσονται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπὶ αὐτῇσι ἕτεραι, ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσι εὐτύχεε (ἀπικέατο γὰρ δὴ πηλοῦ καταπλέοι τοὺς ταρσοὺς) θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι. τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσι ἐπιχωρίοισι παρείχετο.

ΑΒΥΔΗΝΟΣ. ἔντι δ' οἱ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, πύργων τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν ἡ Βαβυλών ἐστιν. ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα. τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα· τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολυθρόα φωνὴν ἐνείκασθαι. μετὰ δὲ Κρόνῳ καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον. ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται διὰ τὴν σύγχυσιν. τοῦ περὶ τὴν πρώτην διάλεκτον ἐναργοῦς. Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν ΒΑΒΕΛ καλοῦσι.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΕΝ ΤΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. Μετὰ δὲ τὴν μάχην Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. Μετὰ δὲ ἑκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παιδὶ Ψάμμι παραδοὺς τὴν ἀρχήν.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων.

Καὶ Ἐλουλαῖος ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. οὗτος ἀποστάντων Κιτταίων ἀναπλεύσας προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν. ἐπὶ τούτους πέμψας Σαλμανασὰρ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς ἐπῆλθε Φοινίκην πολεμῶν ἅπασαν. ὅστις σπεισάμενος εἰρήνην μετὰ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω. ἀπέστη τε Τυρίων Σιδὼν καὶ Ἄρκη καὶ ἡ Παλαίτυρος, καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἳ τῷ τῶν Ἀσσυρίων ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδοσαν. διὸ Τυρίων οὐχ ὑποταγέντων, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ὑπέστρεψε, Φοινίκων συμπληρωσάντων αὐτῷ ναῦς ἑξήκοντα καὶ ἐπικώπους ὀκτακοσίους. αἷς ἐπιπλεύσαντες Τύριοι ναυσὶ δεκαδύο, τῶν νεῶν τῶν ἀντιπάλων διασπαρεισῶν, λαμβάνουσιν αἰχμαλώτους ἄνδρας εἰς πεντακοσίους. ἐπετάθη δὴ πάντων ἐν Τύρῳ τιμὴ διὰ ταῦτα. ἀναζεύξας δ' ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς κατέστησε φύλακας

ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῶν ὑδραγωγίων, οἳ διακωλύσωσι Τυρίους ἀρύσασθαι. καὶ τοῦτ' ἔτεσι πέντε γενόμενον, ἐκαρτέρησαν πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ Ο ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΣ.

ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν.

Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις Ἄδαδος ὄνομα, πλεῖον ἰσχύσας Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας, ἔξω Φοινίκης, ἐβασίλευσε. πόλεμον δ' ἐξενέγκας πρὸς Δαβίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας καὶ πολλαῖς μάχαις κριθεὶς, ὑστάτῃ τε παρὰ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾗ ἡττᾶται, ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἕκαστος παρὰ τοῦ πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τοὔνομα τοῦτο ἐκδεχόμενος, ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. Μέγιστον δὲ πάντων δυνηθεὶς ὁ τρίτος ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην.

ΙΟΣΗΠΟΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΤΗ ΕΝΑΤΗ.

Μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ Ἄδερ καὶ Ἀζάηλος ὁ μετ' αὐτὸν ἄρξας ὡς θεοὶ τιμῶνται διὰ τὰς εὐεργεσίας καὶ τῶν ναῶν τὰς οἰκοδομίας, οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν Δαμασκηνῶν πόλιν. πέμπουσι δ' αὐτοὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπί τε τιμῇ τῶν βασιλέων, καὶ σεμνύνονται τὴν τούτων ἀρχαιότητα, οὐκ εἰδότες, ὅτι νεώτεροί εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσιν αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς ἔτη χίλια καὶ ἑκατόν.

Ο ΑΥΤΟΣ ΕΝ ΤΗ ΔΕΚΑΤΗ.

Μνημονεύει τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως Βαλάδα Βηρωσός.

ΕΚ ΤΩΝ ΟΡΦΑΙΚΩΝ ΟΝΟΜΑΚΡΙΤΟΥ.

Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,
Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων. ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης.

ΚΑΙ ΕΤΙ.

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων ἅμα καὶ μέσον, ἠδὲ τελευτὴν,
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξεν
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.

IN FRAGMENTVM

BEROSI BABYLONII SACERDOTIS BELI,

EX LIBRO III RERVM CHALDAICARVM.

HÆ veterum ſcriptorum reliquiæ, tanquam ex naufragio tabellæ in vnum libellum a nobis conjectæ ſunt, ne iterum naufragium facerent: quod quidem hactenus illis contigit, dum apud Ioſephum & Euſebium diſiectæ & neglectæ nemini fidem vtilitatis ſuæ faciebant, præſertim iis, qui in tractatione hiſtoriæ Biblicæ omne externorum ſcriptorum auxilium negligunt. Horum ſiniſtra iudicia ſatis confutantur iſtarum reliquiarum fide, vt conſtare poteſt ei, qui tam accurate eas cum iſtis Notis leget, quam putide ipſi eas aſpernati ſunt. Tantum abeſt, vt eas hiſtoriæ ſacræ inutiles dixerit, vt ſine illis nullam certam Epocham temporis in ſacra Chronologia apprehendi poſſe iudicaturus ſit.



ΗΡΩΣΣΟΣ] Tatianus: Βηρωσὸς ἀνὴρ Βαβυλώνιος ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου κατ' Ἀλέξανδρον γεγονὼς Ἀντιόχῳ τῷ μετ' Σέλευκον τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, &c. Βαβυλωνιακὰ non Χαλδαϊκὰ vocat Athenæus libro XIIII. Elogium Beroſi paucis verbis vide apud Plinium libro VII.

Ναβοπαλλάσαρος] Ptolemæo dicitur Ναβοπολλάσαρος. qui, teſte eodem, ex obſeruationibus Chaldæorum eclipticis, cæpit imperare anno Nabonaſſari 123: vt de eius tempore error nullus interuenire poſſit. Apud Ioſephum libro priore in Appionem Ναβυλάσαρος decurtate legitur: in x autem libro Originum Iudaicarum Ναβυχοδονόσορος inepte. & tamen adeo vetuſtus eſt error, vt etiam agnoſcatur a Ruffino. Sed recte apud Euſebium Ναβοπολλάσαρος. Itaque Beroſus nobis indicauit patrem Nabuchodonoſori, initium autem eius imperij Ptolemæus. Nulla ergo latebra errori ſuper tempore diruti templi a Nabuchodonoſoro. qua in re Chronologi excuſari non poſſunt, præſertim ij, qui ſcriptores vernaculos rerum patriarum verum aliquando dicere potuiſſe diffidunt. Ex hoc barbaro contéptu nati ſunt illi portentoſi ἀναχρονισμοὶ in illorum Chronicis. Nomen huius Regis ita conceptum fuit נְבוֹ־פּוֹל־נְצַר pro נְבוֹ־פּוֹל־לְצַל. Nam Chaldæi Nun cum Lamed commutant: vt Nabonidus, Labonitus. Sed de his vide, quæ in ſexto libro diſputamus. Itaque differentia nominis Nabopollaſsari, & filij eius Nabuchodonoſori, ſunt duo monoſyllaba Pul, in Nabopollaſsaro, & Cad in Nabuchodonoſoro. Quamobrem Nabonaſsar ſi in medium ſui recipiat Pul, erit nomen patris Nabuchodonoſori, ſi autem Cad inſeratur, fiet Nabuchodonoſor filius. Nam Nabo-naſsar, & Nabo-laſsar idem eſt.

Ὁ τεταγμένος Σατράπης] An vllum Satrapen Nabopollaſlar pater Nabuchodonoſori Syriæ & Ægypto præfecerit, id vero neque negare, neque præſtare poſſumus. Satis conſtat, Nechao regem Ægypti tributum Iudææ indixiſſe, interfecto Ioſia rege. II Reg. XXIII, 33. cuius rei meminit diſerte Herodotus lib III. καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. Sed locum Mageddo vocat ſcriptura, non Magdolum. Syros autem intelligit Iudęos, ſine dubio, qui ita vocabantur etiam a vicinis Phœnicibus. Nam Philo Bybliensis ait eos ἐρμιοῦ vocatos, idque ſignificare Iudæos. Atqui plus ſignificat. Hoc enim nomine συροϊουδαῖοι intelliguntur. nempe אֲרַם יְהוּד. Magdali autem loci meminit Ieremias XLVI, 14, XLIIII, 1. Cum autem Nechao ingenti exercitu fines Babyloniç inuaderet, tunc Nabuchodonoſorum miſſum a patre, vt ex Beroſo diſcimus, cum Nechao prælium commiſiſſe, fuſoque Nechao ad locum, qui Carchamis dicitur, in continenti ad partes Palæſtinæ victorem ſe contuliſſe, regem Ioiakim in vincula conieciſſe, Iudæam regno Babyloniæ ſtipendiariam feciſſe. Ierem. XLVI, 2. II Chron. XXXVI, 6. Hæc acciderunt anno Nabopollaſſari XVIII, a Thoth Nabonaſſari 140: vnde conſurgit annus primus Nabuchodonoſori ab expeditione Syriaca. Ieremiæ XXV, 1. Daniel I, 1. Hæc omnia nō repugnant Beroſi hiſtoriæ, ſi modica interpretatione adiuuentur.

Συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ] Duæ præcipue cauſſæ huius expeditionis, exercitus Nechao Ægyptij in fines Babyloniæ irruptionem facientis, & defectio Tyri, ſub Rege Ithobalo, vt ex cenſualibus Phœnicum aperiemus.

Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ] Proculdubio intelligit prælium a Nabuchodonoſoro cum Rege Nechao commiſſum ad Carchamis ſecundum Euphratem. Satrapen igitur Ægypti vocat: quod Ægyptiis Rex impoſitus eſset a Nabopollaſsaro, a quo poſtea defecerit. Sed de hac re Herodotus nihil monet, quod Sacerdotes AEgyptij id non indicarint.

Ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν] Viuo patre Nabopollaſsaro Regnum filio Nabuchodonoſoro attribuit, nimirum quod filius a patre in Syriam miſsus rex declaratus ab eo, & in ſocietatem regni aſsumptus. Hinc non ſolum Iudæi, ſed & Beroſus attribuunt eius regno annos XLIII. cum tamen triginta dumtaxat ſolus, reliquos tredecim cum patre regnarit. Sed Chaldæi illius annos putauerunt a morte patris, non ab expeditione Syriaca. Daniel II, 1. qui locus male ab interpretibus exponitur.

Ὑπὸ τὴν αὐτοῦ] αὐτῶν Georg. Syncell.

Ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἐννέα.] Recte, non, vt in X Originum Iudaicarum, εἴκοσι ἕν. qui error non ſolum agnoſcitur a Ruffino auctore futiliſſimo, ſed etiam ab Euſebio. Sed facilis fuit lapſus ἓν pro ἐννέα. Quod ſi ἐννέα ſcriptum non fuiſſet, tamen ex Ezekiele non obſcure colligi potuiſſet. Ait enim ſibi oblatam viſionem anno triceſimo. qui annus triceſimus in Chaldæa non poteſt eſſe, niſi regis Chaldæi. Regnabat igitur cum Nabuchodonoſoro. Et proinde erat pater, non alius. Iam nouimus ex hoc fragmento eſſe Nabopollaſſarum. Erat annus XIII ipſius Nabuchodonoſori, vel a Ioiakim in vincula coniecto. Ergo annus tertiusdecimus Nabuchodonoſori eſt triceſimus Nabopollaſſari, id eſt 152 Nabonaſsari, ex Ptolemæo. Et proinde cum attigerit in imperio annum triceſimum, non vtique εἴκοσι ἕν, ſed εἴκοσι ἐννέα legendum, vt diſerte ſcriptum libro priore in Appionem. Ita ex Ezekiele nullo

negotio hæc menda tolli poterat. Dicit igitur Nabopollaſſarum annos viginti nouem ſolidos imperaſſe ; & conſequenter anno triceſimo imperij obiiſſe ; quo tempore Ezekieli viſio oſtenſa, & paulo poſt Tyrus a Nabuchodonoſoro expugnata, tertiodecimo anno poſtquam oppugnari cæpta, rege Tyriorum Ithobalo cùm Chaldæis bellum gerente. Quis igitur ſatis pro dignitate huius fragmenti vtilitates commendare poſſit? Quam ſtrenue hæc Chronologorum errores confutant! Quam belle cum ſcriptura pariant!

Αἰσθόμενος δὲ ὁ μετ' ὀ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν] Accepit nuncium de morte patris Nabopollaſſari, cùm in eo eſſet, vt expugnaret Tyrum, & Regem Tyriorum Ithobalum, qui in Chaldæos rebellauerat, deditionem facere cogeret, anno Nabonaſſari 152 ad finem decurrente, pauculis menſibus poſt Ezekielis viſionem.

Καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα] Nechao Rege fugato in continenti vrbem Tyrum obſidione cinxit, quam vix tandem anno tertiodecimo vertente expugnauit, auctoribus Cenſualibus Phœnicum: regem Ioiakim in vincula coniecit; II Chron. XXXVI, 6. Ægyptum inuaſit, Ieremias XLVI, 13. quæ fuit vna ex duabus præcipuis cauſſis huius expeditionis. Sed Herodotus in Ægyptiacis nihil horum meminit.

Καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων] De Phœnicum captiuis recte. Hoc enim accidit anno Nabonaſſari 152: de Iudæis non ita: cum hoc anno 148 antea factum eſset, capto Iechonia. Sed quæ temporibus diſtinguenda erant, ipſe ex auerſione in vnum tempus coniicit.

Καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον] Quod prædam & captiuos ex AEgypto egerit, vt hic notatur, perſpicue indicatur Ieremiæ XLVI, 26. quæ Herodotus ignorauit, quia Sacerdotes illi AEgyptij, qui ei ſciſcitanti de rebus AEgyptiacis reſpondebant, ea, quæ ad laudem gentis faciebant, tantum docuerunt, cætera, quæ ad illorum ignauiam, ſeruitutem, & tributa, quæ Chaldæis pendebant, tacuerunt. Atqui ex noſtro Beroſo; & Ieremia conſtat, illos reges AEgyptios precario regnaſse, & Babyloniis vectigales fuiſse. Tamen quæ Ieremias denunciat Apriæ ventura cap. XLIIII, 30, ea omnino fideliter narrat Herodotus, & plane illi cùm verbo diuino conuenit.

Τισὶ τῶν φίλων] adminiſtrauit bellum per præfectos, in quibus Nabuzardan.

Διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων.] Non gentem intelligit, ſed Sapientes & Philoſophos Babyloniæ. Daniel II, 2. Eorum alios ὀρχηνοὺς, alios Βορσιππηνοὺς dictos monuit Strabo, a locis nempe. Alia terminatione eſsent ὀρχαῖοι, & Βορσιππαῖοι. vt Ναζαρηνοὶ, Ναζαραῖοι. ὀρχαῖοι igitur, ſiue ὀρχηνοὶ a loco אֶרֶךְ indubitate. Geneſ. X, 10. Sed Chaldæis videtur fuiſse ארך, vnde ארכיא ὀρχαῖοι; non autem אֶרֶךְ vnde אַרְכְּוָיֵא ἀρχαῖοι dicendum fuerit. Quin & ὀρχόη, non ἀρχόη, dicitur Ptolemæo.

Ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν.] Hoc plane oſtendit de Chaldæis Philoſophis, non de gente dictum. Quantum autem gratia & auctoritate poſsent apud Reges & populum, habes Iſaiæ XLVII, 12, 13, 15. Sed & hiſtoria Alexandri docet eorum monitu multa Alexandrum geſſiſſe. Sic cum dicitur Vr Chaldæorum, intellige non nationem, ſed eoſdem Philoſophos, & ſacerdotes. Euſebius ex Eupolemo priſco ſcriptore: ἐν πόλει δὲ ὑπάρχει ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνη,

εἴη, ὧν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλδαίων πόλιν. Manifesto ait Vrien illam, quam Moses Vr Chaldæorum vocat, dictam fuisse Camarinem: idque esse Chaldæorum vrbem. Pro Chaldæis intellige Sacerdotes, aut Philosophos, qui dicebantur כמרים Camarim. Atque hoc vult. Et idem Eupolemus de Abrahamo: ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὴν Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν. Mathesin vocat Χαλδαϊκὴν vt alij. In Sibyllinis ἔσται πόλις κατὰ χθονὸς ὑχάλδοιο. Lege indubitate: ἔσται ἀνὴρ πόλεως αὐτόχθων Οὐρ Χαλδαίων. De Abrahamo intellige.

Κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου] κυριολογία. Potitus in solidum patrito imperio. Antea enim tantum diuisum cum patre gerebat.

Συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας] Et modum agri quoque Iudæis assignauit, quem colerent. Ieremiæ XXIX, 5.

Ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις] Ad flumen Cobar, teste Ezekiele. Ibi enim assignati fuerunt agri deportatis.

Ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων τό, τε Βήλου ἱερὸν] Nam vasa templi cum Iechonia traducta sunt Babylonem. II Chron. XXXVI, 10: & in templo Beli collocata, vt antea capto Ioiakim. Ibid. 7. Daniel I, 2.

Τὸ τοῦ Βήλου ἱερὸν] Hoc magnificum Beli templum à Nabuchodonosoro ex manubiis Syriaci triumphi exornatum, & annis CXX post a Xerxe solo æquatum, monitu Chaldæorum instaurauit Alexander. Auctor, præter alios, Arrianus: ad quod opus frustra Iudæos compulit, neque vllis verberibus, aut minis eo adigere potuit. Iosephus ex Hecatæo: φησὶ γὰρ (Hecatæus) Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐν Βαβυλῶνι γενομένου, καὶ προελομένου, τὸ τοῦ Βήλου πεπτωκὸς ἱερὸν ἀνακαθῆραι, καὶ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις ὁμοίως φέρειν τὸν χοῦν προστάξαντος, μόνους τοὺς Ἰουδαίους οὐ προσσχεῖν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς καὶ ζημίας ἀποτῖσαι μεγάλας, ἕως αὐτοῖς συγγνόντα τὸν βασιλέα δοῦναι τὴν ἄδειαν. Vtrum vero intelligat Iudæos, quos Nabuchodonosor in Babyloniam deportauit, an qui stipendia in eius exercitu faciebant, id vero dubitari potest. Scimus enim ex Hecatæo, Iudæos sub Alexandro, & eius successoribus militasse. quin & sub Xerxe, siquidem Iosepho credimus, qui id conatur probare ex Chœrilo. Sed in versibus Chœrili nihil video, quod extorqueat a lectore, vt eos Iudæos credat, de quibus loquitur Chœrilus, præter illa verba, γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες. Nam Σόλυμα ὄρη temporibus Chœrili nulla alia fuerunt, præter montana quædam Lyciæ, quorum mentio fiat Iliados VII. Recentiores quidem Solymos Iudæos vocarunt, quod Hierosolyma compositum nomen esse crederent ex templo & gente Solymorum. Martialis ad Iudæum, — *Solymis quod natus in ipsis*: & idem de Iudæis: *Sed quæ de Solymis venit perustis*. Sed vetustiores, vt diximus, non videntur alibi Solymos præterquam in Lycia agnoscere. Rursus Chœrilus vocat eam gentem τροχοκουράδας. At in lege districte vetatur περιτροχαλῶς κείρεσθαι. Leuitico XIX, 27. Quare vt negare non audemus de Iudæis illos versus Chœrili accipiendos, ita merito dubitari potest.

Πεντακισχιλίων καὶ * ἀναγκαίους] In decimo Originum Iudaicarum legitur: καὶ ἔπειτα χρησάμενος, καὶ ἀναγκαίους. Vtrobique corruptus locus. Neque hilum hic nos iuuat Ruffinus: nisi quod pro χρησάμενος, legendum χαρισάμενος ex ipso apparet. Suspicor ἀναγκαίους pro ἀνακαρίσας positum. Vetustissimum est mendum, vt omnia alia, quæ apud Iosephum. Suspicioni meæ fauet Ruffinus, qui *reparauit* vertit. Sed libro priore in Appionem vertit *cogitans*.

προσχα-

Πεσσαεισάμενος) περισσοτέρᾳ χρησάμενος. Georg.Syncell.

Περιεβάλετο τρεῖς μὲν ἔνδον τῆς πόλεως) Abydenus & hæc & alia opera præterea recenset ἐν τῇ Ἀσσυριακῇ γραφῇ: Ναβουχοδονόσορος δὲ παραδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν ἐόντα κέρας Εὐφρήτεω, τόν τε Ἀκράκανον. ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δὲ ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησε τὰς ἀνοιγνύντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον. Καλέουσι δὲ αὐτὰς ἐχετογνώμονας. ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισε κατὰ τὰς Ἀράβων ἐσβολὰς, τά τε βασίλεια δένδρεσι ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας. Hæc ad verbum pene interpretantur Berosiana. In his Ἀρμακάλης ποταμὸς dicitur, qui Armalcar Plinio: sed vtrobique male pro Neharmalca. Neharmalca non est Cobar Ezekielis. Sed Cobar hodie dicitur Cabur: eiusque caput est ad ciuitatem Meredin, euius aqua, quanquam rubra, potui optima. Præterea in his mentio τῆς Σιππαρηνῶν πόλεως. Scio Σίπφαρα in Mesopotamia poni à Ptolemæo. Sed hæc sunt in Babylonia.

Αὐτῆς πλίνθου) αὐτῆς τῆς πλίνθου. Georg.

Καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν) Daniel IIII, 27. Non ergo illam Semiramis construxit totam. Iosephus de Beroso: ταῦτα μὲν οὗτος ἱστόρησε περὶ τοῦ προειρημένου βασιλέως καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Χαλδαϊκῶν, ἐν ᾗ μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμιδος τῆς Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι.

Ἕτερα βασίλεια) Meminit Daniel dicto loco IIII, 27.

Ὑπερ χ. ἔργα) ὑπὲρ ὧν τὸ μὲν, Georg.

Μακρὰ) μακρά. Georg.

Ἀναλήμματα λίθινα) Q. Curtius hæc omnia interpretatur: *Super arcem vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum vmbra & proceritate amœni. Saxeæ pilæ, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt. Super pilas lapide quadrato solum stratum est patiens terræ, quam altam iniiciunt, & humoris, quo rigant: adeoque validas sustinent arborum moles, vt stipites earum VIII cubitorum spatium crassitudine æquent, in L pedum altitudinem emineant, & frugiferæ æque sint, ac si terra sua alerentur. Et cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat, hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inuiolata durat. Quippe XX lati parietes sustinent XI pedũ interuallo distantes, vt procul visentibus siluæ montibus suis imminere videantur. Syriæ Regem Babyloniæ regnantem hoc opus esse molitum, memoriæ proditum est, amore coniugis victum, quæ desiderio nemorum siluarumque in campestribus locis virum compulit Naturæ genium amœnitate huius operis imitari.* Hæc ille. Regem Syriæ pro Assyriæ, & Assyriæ pro Babyloniæ dixit, vt & II Chron. XXXIII, 11. & Isaiæ XIIII, 25. Vide Strabonem initio lib. XVI. Sed & de hortis pensilibus idem Strabo: καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος ἔχων ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἑκάστην πλευρὰν τεττάρων πλέθρων. συνέχεται δὲ ψαλιδώμασι καμαρωτοῖς ἐπὶ πεττῶν ἱδρυμένοις κυβοειδῶν ἄλλης ἐπ' ἄλλῃ. οἱ δὲ πεττοὶ κοῖλοι πλήρεις γῆς, ὥστε δέξασθαι φυτὰ δένδρων τῶν μεγίστων, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεσκευασμένοι, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ ψαλίδες, καὶ τὰ καμαρωτά. Vide reliqua: quæ omninò dissimillima sunt Curtianis, imo diuersa omnino. πεττοὶ κυβοειδεῖς poterant esse taxilli, quos vocat Vitruuius, qui supponebantur pyramidibus, pilis, & ingentibus molibus, vt firmius insisterent. Eiusmodi taxilli ingentes ænei substrati erant obelisco illi, quem Xystus Pont. Max. annis superioribus mirabili molitione

operum in alium locum transtulit. Sed si taxillos suppositos dicimus concameratis fornicibus sustinendis, vt velle videtur Strabo; quare dicit eos plenos terræ & arborum consitarum fuisse? Obscurissimus locus mihi quidem, non fortasse peritis. Similem locum in volumine Ester non capio, capite primo: ἐπὶ κύβοις χρυσῖς καὶ ἀργυρεῖς. Nam cui rei illi κῦβοι suppositi sint, non video: & longe aliter habet Hebraismus. Nobis quoque satis constat, doctissimum interpretem Vitruuij non intellexisse, quid essent taxilli apud illum scriptorem. De hortis pensilibus similia Curtio scribit Diodorus.

Διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτῷ) Nitocris hæc dicitur Herodoto, magni animi mulier, quæ videtur clauum tenuisse, & omne regnum administrasse, viro dementato, & inter bestias degente: neque solum vltimis temporibus viri, sed & regnante Euilmerodacho filio, & Balsasaro nepote. Neque vero dubito, quin ea ipsa sit, cuius mentio Danielis v, 10. quod ex commate sequenti clarius demonstratur. Cum autem Berosus dicat eam nutritam fuisse in Mediæ montanis, intelligimus non nutritam solum, sed etiam natam, & filiam Alyattis fuisse, si quis locus coniecturæ. Cuius enim alius, qui quidem posset socer esse Nabuchodonosori? Nam ipse Nabuchodonosorus Alyatten cum Cyaxare reconciliauit anno secundo Olympiadis quadragesimæ nonæ, periodi autem Iulianæ 4131, 601 ab Ilij excidio, non 604, vt vult Solinus, qui erat vicesimus septimus Nabuchodonosori ab expeditione Syriaca, quintusdecimus ab excessu Nabopollassari, Kalendis Octobris, quum Solis defectu dies in noctem vertisset, teste Herodoto. Sane ob affinitatem, quæ Nabuchodonosoro cum Cyaxare Medo intercedebat, videtur Nabuchodonosor socerum, cum Lydo reconciliasse, non facturus, nisi tam iusta caussa intercessisset.

Τῆς ὀρείας διαθέσεως) Recte, non τῆς οἰκείας, vt legitur decimo Originum Iudaicarum.

Μετὰ τὸ ἄρξασθαι τῶν προειρημένων τειχῶν) Inchoatum opus ergo reliquit. Sed absoluit vxor eius Nitocris. Ac propterea totum hoc opus Nitocridi attribuit Herodotus, nimirum quæ absoluit, non autem Nabuchodonosoro, qui inchoauit. Vide Herodotum libro primo. Nam valde huc faciunt, & præterea digna, quæ non negligantur. Illa Heroina non minor fuit Semiramide, vt plane discere potes ex patre historiæ Herodoto, vt possit dici a Semiramide Babylonem inchoatam, a Nitocride absolutam.

Βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία) Tredecim annis fere cum patre regnauit in expeditione Syriaca, reliquos triginta & vnum solus in Babylonia. Moritur anno 183 Nabonassari, tricesimo sexto a capto Iechonia: eodemque anno ad finem vergente, nempe duodecimo mense, Evvilmerodach Iechoniam e carcere eductum in amicis suis habuit, anno tricesimo septimo ineunte a captiuitate ipsius Iechoniæ, qui erat 184 iniens a Thoth Nabonassari. Quæ omnia mirifice conueniunt cum sacra scriptura, vt de reliquis tuto fides Beroso haberi possit. Cur enim non habeatur, cum ex se nihil, sed ex annalibus Babyloniis omnia deprompserit?

Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα) Cuius initium anno Nabonassari 185. Cæterum in his Regibus plane hallucinatur Iosephus lib. x. Originum Iudaicarum, tam in annis imperij singulorum, quam in eorum genere deducendo.

Λαβοροσοάρ-

Λαβοροσοάρχοδος] Nepos Nabuchodonosori ex filia, vltimus Rex prosapiæ Nabopollassari. Et Balsasar Danieli est nepos Nabuchodonosori (Daniel. v, 11.) vltimus Rex prosapiæ Nabopollassari. Ergo Laborosoarchodos est Balsasar. Neque vero de eo dubitare potest, nisi cui Sol non lucet in meridie, cuiusmodi multorum hoc sæculum fertile. Istud nomen est inuersum nominis Nabuchodonosori, per metàthesin syllabæ Chad נְבוֹ־כַד־רֶצַּר Ναβουχοδονόσορος לבו־רֶצַּר־כַד Λαβορεσοαρχοδος. Nam Labo pro Nabo dicebant. Νηριγλίσσορος autem est נִרגַל־לֵצַּר. Prius membrum est nomen idoli. II Regum XVII, 30. Posterius est idem cum נֶצַּר, per commutationem Nun cum Lamed, vt toties monuimus; quod & posterius est in Nabopollassar. נְבוֹ־פַּל־לֵצַּר, & in Nabolassar, quod est idem cum Nabonassar.

Μῆνας ἐννέα] Sub patre regnauit annos quatuor, solus menses nouem. Itaque a Daniele anni, qui attribuuntur patri a Beroso, imputantur ipsi Balsasaro. Nam ne vllum desiderium Evvilmerodachi relinqueretur propter memoriam Nabuchodonosori, videtur Nerigliссares se pro tutore filij in regno gessisse, non pro rege, idque etiam propter reginam Nitocrin, cuius magnam potentiam reuerebatur.

Απετυμπανίσθη] id est, ἀνῃρέθη. Iustin. ex Daniele VII. 11. καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, pro quo in hodierna versione ἀνῃρέθη. Pag. Iust. 191. 52. ἀπετυμπανίσθη, ἀπέθανε βιαίῳ μόρῳ, vt infra ait Abydenus ex Megasthene. Hesych. ἀποτυμπανίσαι, ξύλῳ ἀνῃρῆσθαι. τύμπανα, bacula, Suidas, quem vide. vulgo Massacrer. Interfectus autem fuit nocte in conuiuio, in summa securitate, a conuiuis ipsis, quorum signifer Darius Medes cognominatus postea Nabonidus. Sequentia in Abydeno, præter Danielem, hæc probant.

Επισυστάσεως] Ita correximus. & ita in Eusebio reperimus. In Iosepho est ἐπιστάσεως, quæ menda agnoscitur ab interprete. Nam vertit *gente*. Quare, nescio. Apparet tamen non legisse ἐπισυστάσεως. ex eadem coniuratione dicit fuisse hunc Nabonidum, quem ego non solum signiferum, sed & auctorem conspirationis dico ex sequentibus, & Abydeno.

Ναβοννήδῳ] נְבוֹ־נִיד Ναβόννιδος Beroso, לבו־ניד Λαβύνητος Herodoto. De commutatione Nun cum Lamed satis antea dictum. Duos tamen Labynitos facit Herodotus, quorum superior idem cum Nabuchodonosoro Nitocridis marito, non autem huius Nabonidi patre, vt perperam censet Herodotus. Nam iste Nabonidus ex priuato in regnum assumptus a popularibus coniurationis. Non igitur fuit eius filius, imo ne προσήκων οἱ quidem, vt recte Megasthenes apud Abydenum. Erat enim oriundus a Medis, vtpote Xerxis Medi filius, Babylone natus, cognomine Medus vel Medes, ob patrem. Capessiuit regnum anno Nabonassari 190. quo anno Daniel dicit, cum in manibus volumen Ieremiæ haberet, inter legendum se incidisse in eum locum, in quo fit mentio septuagesimi anni: vnde incessit ei dolor ex longinquitate deportationis. Adhuc enim 52 supererant ad tempus a Propheta definitum. Hoc enim plane volunt illa verba בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים *Intellexi inter legendum*. Qui inde diuinant eum fuisse annum septuagesimum captiuitatis, eodem modo dixerint eundem fuisse primum hebdomadum. Eadem enim est ratio. Si primus annus Darij Medi ideo est annus soluendæ captiuitatis, quod in eo fiat mentio soluendæ captiuitatis, vtique & idem fuerit primus hebdomadum, quod eadem opera

mentio fiat hebdomadum. Ita interpretes præ imperitia & odio literarum, quas profanas vocant, scripturam tanquam pilam habent, vt Prophetæ nihil velle videantur, nisi quod istis interpretibus in mentem venerit. Ergo *intellexi inter legendum*, eodem iure potuit dicere Daniel primo anno Iechoniæ capti, quo primo anno Darij Medi, qui erat tricesimus nonus capti Iechoniæ, & proinde ipsorum septuaginta.

Κοινῇ τῆς βασιλείας πεπελέθηκαι] Id quoque ad verbum Daniel אֲשֶׁר הָמְלַךְ עַל מַלְכוּת כַּשְׂדִּים ὧ τινὶ πεπελέθηκαι τὴν βασιλείαν τῶν Χαλδαίων, *quem constituerunt regem Chaldæorum.* Sed Hebraismus sonat ὃς ἐβασιλεύθη ἐπὶ τῆς βασιλείας Χαλδαίων, *qui rex factus est super regnum Chaldæorum.* Itaque his conuenienter alibi dicit וְדָרְיָוֶשׁ מָדָיָא קַבֵּל מַלְכוּתָא. *Et Darius Medus traditum regnum accepit.* Nam illud verbum quo vtitur Daniel, nunquam aliter vsurpatur, nisi in acceptione rei ab alio traditæ, & plus est, quam Græcorum παρέλαβε τὴν βασιλείαν. Nam παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν potest etiam, qui vi regnum inuadit. At non ita de verbo קַבֵּל dici potest. Igitur iste Nabonidus creatur rex post stirpem Nabuchodonosori sublatam. Apud Danielem quoque stirpe Nabuchodonosori sublata Darius Medes creatur rex. Rursus Nabonidus vocatur Medes a Megasthene, & is quoque, qui creatus est Rex apud Danielem, cognominatur Medes. Et tamen adhuc pertinaciæ satis non est aeceptum, Nabonidum esse Medum. Quare? Quia nollent a nobis dictum. Alius fidem meruisset. A nobis idem exspectari inuidia non sinit. quemadmodum illa nunquam eredita Teucris τὸ μὲν ἀληθῆ θεσπίζειν ἐδωρήθη, τὸ δὲ πιστεύεσθαι ἀφῃρέθη.

Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη] Atqui Herodotus hoc omne Reginæ Nitocridi attribuit. Vide locum.

Ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει] Anno Nabonassari 206, qui erat XIX Cyri, annis vndecim ante relaxatam captiuitatem: quod contigit anno Nabonassari 217, qui erat septuagesimus a capto Iechonia, & proinde septuagesimus ab Ieremia prædictus cap. XXIX, 10. Tunc enim omnino septuaginta anni completi fuerunt Babyloni ex vaticinio Ieremiæ. hoc est, imperium ereptum est Chaldæis, & ad Cyrum traductum. Inde enim incipit primus annus imperij Persarum Babylonici. Nam victo Nabonido non statim potitum fuisse Babylone testis Herodotus, qui dicit ciues post cladem illam & fugam Labyniti, comportatis in vrbem multorum annorum cibariis obsidionem exspectasse. Quare post multum temporis vix tandem Babylone potitus, ad Nabonidum intra Borsippi munimenta sese continentem oppugnandum contendit: quo deditionem faciente, ad reliqua Babyloniæ debellanda non minore temporis spatio, quam labore illi opus fuit. Hæc ex Herodoto, Beroso & aliis collegimus. Itaque vere tunc completi fuerunt septuaginta anni Babyloni, cum victor Cyrus Babylonem regressus est. Ex quo tempore nouam æram illi Chaldæi instituerunt totius Asiæ triumphatori. Vnde merito dicit: *Deus cæli dedit mihi omnia regna terræ.* Hoc non comperit anno primo Olympiadis LV, quo tempore vix Persidos totius rex erat, & Medi late imperitabant, qui erat trigesimus annus a capto Iechonia. Qui hoc anno finiunt tempus captiuitatis, nihil aliud quam

quam imperitiam suam profitentur, qui regem totius Asiæ faciunt, qui vix mordicus Persidem λεπρὰν καὶ τραχεῖαν retinebat. Sed facile fuit illis Cyrum puncto temporis totius Asiæ Dominum constituere, qui Darium Medum hominem priuatum, etiam ipso Daniele teste, & Xerxis Medi hominis priuati filium, regem Medorum & Regis Medorum filium somniant tunc, cum nullus esset Rex in Media, præter Cyrum.

Καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν) Intellige Lydos, & minorem omnem Asiam. Nam profecto nondum tota Assyria, & reliquo Babyloniæ imperio, ad Indum vsque flumen, potiebatur. Hoc enim Nabonido victo contigit. Itaque verissime Herodotus: Κῦρος δὲ ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιήσατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. Nomine τῆς ἠπείρου minorem Asiam manifesto intelligit.

Ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος) Herodotus CLX annis plus minus ante Berosum de hac pugna scribit ita, vt a Chaldæis acceperat, cum esset Babylone: οὗτος (Κῦρος) ἤλαυνε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκστρατευσάμενοι ἔμενον αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. Plane hæc ad verbum vt Ieremias LI, 30. *Robusti Babylonis cessarunt præliari: remanserunt in locis munitis: Obstupefacta est vis eorum.* In loca munita regem cum aliquot suorum procerum sese recepisse ait. Et infra, Regem procul ab vrbe fuisse dicetur, quando vrbs a Cyro capta. At paulo ante prædixit sub Cyro hoc venturum, commate 20. *Tu es malleus meus ad dissipandum instrumenta belli.* De Cyro manifeste loquitur. Lege reliqua, & compara cum initio cap. XLV, & fine XLIIII Isaiæ. Non enim de Babylonis hæc intelligenda apud Ieremiam, vt stulti Iudæi putant: quæ satis refelluntur iis, quæ sequuntur. Cur Iudæi putarent hic agi de Babylone a Dario Medo capienda, quæ nugæ sunt meræ, caussa fuit comma 28. *Expedite in eam reges Mediæ.* & comma 11. *Deus suscitauit spiritum Regum Mediæ.* Et quidem duos reges innui putant, Cyrum, & Darium Medum. Sed commate 20 de vno rege tantum loquitur. Et hic pluralis numerus ponitur more Hebræorum pro singulari, & Medorum nomine totum imperium Cyri comprehenditur. & ita accipiendum Isaiæ XIII, 17. Quod XXI, 2 melius exprimitur, vbi Elam, id est, Persis, & Media simul coniunguntur. Igitur Rege Nabonido intra arcem Borsippenam incluso, capta est magno labore a Cyro Babylon, vt perspicue Herodotus narrat: & ita verum est, vt pertinacibus indicatur silentium ab Ieremia Commate 31: *Cursor occurret Cursori, nuncius occurret nuncio ad narrandum Regi Babylonis, vrbem eius captam esse ab (omni) extremitate.* Cursores intelligit τοὺς ἀγγάρους, de quibus Herodotus. Vox est Persica אִגְּגַר. vnde אגרת pro אִגְּגֶרֶת *epistola.* Inde etiam proculdubio Græcorum ἄγγελος. Cum igitur dicat Propheta Cursores & Angaros Regi missos ad nunciandum casum Vrbis captæ, ergo ipse Rex non solum in vrbe non erat, sed & longissime ab vrbe, vtpote in locis munitis Borsipporum, vt dictum est Commate 30. Quomodo ergo potest esse Balsasar, quem constat inter epulas in Regia Babylonis occisum? Quid hic dicent æmuli non nostri tantum, sed veritatis? An dicent Prophetam vana vaticinatum? Quid his potuit clarius dici? Nonne idem Propheta, per Spiritum Sanctum prædicit, quod historicus præstantissimus ex fide publicorum Tabulariorum retulit?

Cædem & ſtragem horrendam Babyloniorum, quam tacuit Herodotus, vide ibidem. Sed quid dicam de illis verbis Herodoti? τὸν γὰρ ποταμὸν διώρυχι ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον διαβατὸν εἶναι ἐποίησε ὑπονοστήσαντος τοῦ ποταμοῦ. An non eadem canit Vates, commate 32? τὰ διάβαθα κατειλήφθη, καὶ τὰ ἕλη κατέφλεξαν πυρί. Quid enim ſignificantius potuit dici, quam ſtagna, quæ vix exhauriri poſſe videbantur, ita deſiccata, vt igne exuſta videri poſſint? Atqui Babylonij, iis, quibus contra vim hoſtium egregie munitos ſeſe exiſtimabant, flumine, & ſtagnis, iis, inquam, capti ſunt. Rurſus Commatibus 39, 57 mentio fit epularum & feſti, quod celebrabant quo tempore Cyrus vrbem cæpit, teſte Herodoto. quod ſane longe differt, re, cauſſa, & tempore ab epulo, quo proceres excepit Balſaſarus nepos Nabuchodonoſori. Neque ſolum Feſti illius meminit Propheta, cui operantes capti ſunt Babylonij, ſed etiam Idoli, cui ſolenne illud dicatum. Nam Sac, ſiue Seſac Dea apud Babylonios colebatur, cui quinque dies in omni licentia tranſigebantur, quæ dies ab ipſa Dea Σακέαι ἡμέραι vocabantur, inſtar Saturnalium Romanorum, quo nullum feſtum licentioſius. Nam apud vtramque nationem ſeruis in luxum ſolutis nihil reliquum fiebat diſſolutæ laſciuiæ. Celebrabantur igitur Σακέαι ἡμέραι à ſexta decima Loi Chaldaici, id eſt, Elul Iudaici, ad finem viceſimæ eiuſdem menſis. Athenæus lib. XIIII: Βηρωσὸς δὲ ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ Λώῳ, φησί, μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ ἄγεσθαι, ἑορτὴν Σακέας προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ. ὃν καλεῖσθαι Ζωγάνην. (משנה למלך .i. סגן secundus a rege, vt in prophetarum ſcriptis vocantur Ioſephus, Daniel, & Mordochai.) Μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν. Addit igitur Propheta: *Quomodo capta eſt Seſac?* nempe captam dicit, quod eius feſto vrbs capta, dum Σακέαι ἡμέραι celebrantur. Sic cap. L, 2. *Babylon capta eſt, Bel confuſus, Merodach contritus.* Nam capta vrbe, & idola quoque capiuntur Bel, & Merodach. Itaque Babylon capta diebus æſtiuis. Sed annus ignoratur à nobis. Quod autem dicitur commate 63, & 64 ita deſolatum iri Babylonē, vt nullus in ea habitator ſuperſit, plane nobis ignotum eſt: cui ſimile, quod refertur commate 37, & multis annis antea fere totidem verbis ab Iſaia prædictum XIII, 21. (Idem de Tyro dictum ab Ezekiele alibi, profitemur nos ignorare.) cum conſtet etiam temporibus Iuliani integra adhuc mœnia Babylonis ſuperfuiſſe, quanquam maiori ex parte habitatoribus exhauſta, & id quidem non belli vi, ſed vicinitate ingentis vrbis Seleuciæ. Deus opt. max. & miſericors ſuſtinuit vindictam Niniue denunciatam ab Iona, vt ſæpe neceſſe non ſit accidere, quæ per Prophetas ſuos intentauit, occulta quadam miſericordiæ ſuæ inexhauſtæ diſpenſatione. Sed non ſemper diſtringit in vltionem gladium ſuum, quem in terrorem potius noſtrum & emendationem, quam in excidium intentat.

Συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν) Ieremias LI, 30.

Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος) Non ſtatim victo Nabonido, cæpit, vt patet ex Herodoto. Nam commeatu multo in vrbem importato, obſidionem ciues expectarunt. Victus eſt Nabonidus anno Nabonaſſari 206. Verum autem captæ Babylonis tempus ideo neſcimus, quia duratio obſidionis nobis incomperta. Quod autem multum temporis durauerit, & ratio docet, & Herodotus: Κῦρος δὲ, inquit, ἀπορίῃσί τε ἐνείχετο, ἅτε χρόνου τε ἐγγινομένου συχνοῦ, &c.

Τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψας. Errat ergo Herodotus, qui libro III ſcribit in fine:

in fine: Δαρεῖος δὲ ἐπείτε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο μὲν σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέσπασε. τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα ἐποίησε τούτων οὐδέτερον, &c. Sed ego Berosum sequor.

Ἐπὶ Βόρσιππον) Straboni τὰ Βόρσιππα. Τὰ δὲ Βόρσιππα ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος. Vnde Βορσιππηνοὶ Genethliaci: de quibus supra.

Ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννιδον) Aliquod non exiguum interuallum inter prælium commissum cum Nabonido, & eius deditionem interfuisse, iam supra docuimus ex Herodoto. Quare tempus deditionis designare non possumus.

Κατέστρεψε τὸν βίον) Victus fuit a Cyro annos natus LXXIX. Reliquum tempus assequi non possumus. Anno Nabonassari 190 ipse erat annorum LXII, teste Daniele. Igitur admodum senex decessit, vt eius longaeuæ ætatis ætatis rationem habuisse videatur Cyrus: cui humanitati fortassis locus non fuisset in homine iuniore.

ATQVE hæ sunt ex Chaldaicis Berosi reliquiæ beneficio Iosephi nobis conseruatæ. Illis debemus, quod Nabopollassarum patrem Nabuchodonosori fuisse scimus, & præterea tertium decimum annum Nabuchodonosori tricesimum esse Nabopollassari. Neque hoc sat erat, nisi initium Nabopollassari nobis ex Ptolemæo compertum esset. Ita Exodi epocham, & tempus excidij Ierosolymorum deprehendimus. Quantum ratio Chronologos nostros fugiat, qui alias epochas commenti sunt, potes ex istis colligere. Nunc ad reliqua Fragmenta pergamus.

Ἀβυδηνός) Iste scripsit Assyriaca. In præsentia nihil nobis de eius sæculo succurrit. Studiosi inuenient.

Μεγασθένης δέ φησι) Nempe ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, quorum etiam meminerunt Cicero, Athenæus, & Arrianus, quæ scripsit annis circiter quinquaginta ante Berosum, sub finem Alexandri Magni, toto Oriente perlustrato. Vsus est familiariter Satrapa Arachosiorum Sibyrtio. Plinius, Arrianus, alij eius meminere. De hoc loco Megasthenis Iosephus x. Orig. Iudaic. Μεγασθένης δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν μνημονεύει αὐτῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τοῦτον τὸν βασιλέα τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα. Καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι Λιβύης τὴν πόλιν, καὶ Ἰβηρίαν. Legendum est πολλήν, vt & mediocriter Græce petito paret: & ita in priore in Appionem legitur. Ruffinus tamen retinuit mendam. Nam hic πόλιν legit, & in priore in Appionem πολλήν: vt ex his videant studiosi mendas etiam vetustissimas in priscis scriptoribus extare. Neque vero vllus error in his Fragmentis est, qui non a Ruffino agnoscatur.

Ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην) In AEgyptum expeditionem fecisse diserte constat ex XXIX, 18 Ezekielis. Inde in Libyam transisse non inuiti credimus. Sed de Iberia dubitamus, nisi sit Iberia ad partes Euxini Ponti. quod quidem sequentia probant, in quibus dicitur deuictarum nationum colonias ad dexteriora Ponti deportatas.

Ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ ὅτεῳ δή) Certe adumbrat historiam cap. IIII, 26 Daniel. quam non assequitur siue culpa Chaldæorum, a quibus accepit, siue sua. Nam & ibi dicitur eum fuisse in Regia sua, cum mente alienatus est, quod hic molliore interpretatione dicitur κατασχεθῆναι θεῷ ὅτεῳ δή. Quare

præclaræ sunt istæ reliquiæ.

Βῆλτις) Si Βῆλος est Iupiter, ergo Βῆλτις erit Iuno. Putauimus esse prius membrum cognominis Danielis בֵּלְטְשַׁאצַּר. Sed ט est radicalis, at ταῦ in Βῆλτις est παραγωγικόν. Itaque Βῆλτις non est prius membrum cognominis Danielis. Rursus Daniel ipse cap. IIII, 5 dicit esse nomen Dei non Deæ. Ergo בֵּל fuerit Βῆλος, בֵּלְתִּי Βῆλτις.

Ἥξει Πέρσης ἡμίονος) Perses mulus est Cyrus. Erat enim Περσομήδης, patre Persa Cambyse, matre Meda Mandane genitus. Vnde oraculum:

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται. Sic Suidæ Zoroastres Περσομήδης dicitur.

Ἐπάξει δὲ δουλοσύνην) Isaias XLVII, 1, 2. Adi locum, vt hæc intelligas.

Οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης) Cyrum, quem mulum, id est, bigenerem hominem vocat, potiturum Babylone vaticinatur, idque culpa cuiusdam, qui Medes vocaretur. Eumque ait Assyriorum siue Babyloniorum animos sibi deuinxisse, vt inde eum vocet Ασσύριον αὔχημα, quod scilicet eum Assyrij gestarent in ore. De Dario Medo intelligere haud obscurum est, qui ante Cyrum in regnum vocatus est ab illis, quorum is esset αὔχημα. Legimus itaque apud Danielem, principio IX, *Primo anno Darij filij Xerxis, siue Oxyaris, de semine Medorum, qui factus est Rex super regnum Chaldæorum.* Iste Xerxes, siue Oxyares (id enim sonat *Ochos Oarses* siue *Axurs*, siue Hebraicum nomen אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ) erat Medus, vel saltem oriundus ex Medis. Nam ex semine Medorum, id plane est, oriundus ex Medis. Illud autem tam potest referri ad Xerxem ipsum, quam ad filium. Saltem filius est de semine Medorum. Qui vero est natus in Media, non dicitur oriundus ex Media, neque qui est Medus, dicitur oriundus ex Medis. Nemo enim, qui quidem aliquid sapiat, contra pertendere audeat. Quod si iste vel Xerxes pater, vel filius Darius, est ex semine Medorum, non erat igitur Medus. Quomodo ergo poterat esse Rex Mediæ? Sed demus Medum fuisse: ergo propterea sequitur regem Mediæ fuisse? Quoties ego Chronologorum commenta lego, nihil magis succurrit mirari, quam eos ex hoc loco Danielis colligere voluisse, istum Darium Regem Mediæ fuisse; quia Medus vocetur: quem tamen ex eo quod Medus esset, si id concedatur, propterea Regem fuisse non sequitur. Scio veterem esse errorem. atqui eo magis miror, quod vetustate auctoritatem acquisiuerit, quæ omni vestigationi veri præiudicarit. Si cum veteribus errare non puduit, saltem pœniteat contumaciæ in posterum. Oxyares igitur iste, siue Ochos Oarses, siue Ochsoarses, siue Xerxes, siue Ahsuerus, siue Axurxes, (quomodocunque dicas, eodem res redierit) erat Medus, qui Babylonem se contulerit, ibique Darium genuerit, qui propterea & oriundus a Medis a Daniele vocatur, & Medes propter patrem vulgo cognominatus fuerit, non vtique quod Medus esset. Non enim vtrumque simul esse potest, & Medus, & oriundus ex Medis. Sic Romæ Collatini in gente Tarquinia, Esquilini in gente Herminia, Aurunci in gente Cominia, Cælimontani in gente Verginia, Siculi in gente Clœlia, Mamertini in gente Pinaria, Sabini in gente Sicinia, & alij innumeri cognominati ab iis locis, in quibus auctores generis, non autem ipsi, nati.

Ασσύριον αὔχημα) Vocat Medem gloriationem Assyriorum, quod tantum gratiæ

gratiæ apud eos factionibus & ſtudiis occultis collegerat, vt in nullo alio ſpes ſuas repoſitas haberent Babylonij. Itaque & Balſaſaro eius coniuratione oppreſſo, ipſi vltro imperium a Babyloniis delatum, vt eſt apud Danielem, & Beroſum. Hic dictum Ασσύριοι αὔχημα, quemadmodum Iſaiæ xx, 5, Αἰγύπτυ αὔχημα.

Πρόσθεν ἢ δοῦναι τὺς πολιήτας] Dediſſe, vel potius Cyro diripiendos ciues propinaſſe dicit, quia illis victori Cyro obiectis, poſt prælij infelicem euentum ipſe in Borſippena munimenta ſeſe receperit, aut tale quid, vnde culpa eius Cyrus Babylone potitus ſit. Babylonij enim à Rege ſuo deſtituti, comportato in vrbem aliquot menſium commeatu, obſidenti Cyro reſtiterunt, donec Cyrus obſeruato die, quo cultui aut ſolenni cuidam operabantur, Euphratis alueo in diuerſam partem deriuato, ſecuros, ac nihil tale timentes oppreſſit, Rege eorum intra arcem Borſippenam ſeſe continente.

Ἐμέτε, πρὶν ἐς νόον βαλέσθ] Dicit pœnitere ſeſe tanti hominem feciſſe, vt nimia illa gratia, qua valebat, tandem nocitura ſit poſteris Nabuchodonoſori. Tale quid prudens Rex ominatur: cui fidem fecerit euentus. Nam illum iam tum ſpirare regnum odorabatur. Megaſthenes vero, vnde hæc deſumpſit Abydenus, ignorauit, hunc Medem eſſe eum, qui Nabonidus poſtea dictus ſit. Certe mirum eſt hoc fragmentum.

Παραχρῆμα ἠφάνισο] ἠφάνισο, id eſt, obiit, anno Nabonaſſari 183, vt non ſemel a nobis indicatum. Non dubito, quin hoc poſtremum iudicium prudentiſſimi regis fuerit de Dario Medo, cum iam eius præpotentem apud Babylonios auctoritatem, & ſuis liberis formidandam, deteſtaretur. in quo eum non fefellit coniectura ſua. Ab eo enim Laboroſordachus cognomine Balſaſar extinctus eſt, & in eius locum ipſe rex a popularibus factionis ſuæ factus.

Τύτυ ἢ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ] Interfectus eſt Laboroſordachus Balſaſar nepos Nabuchodonoſori ex filia, anno quinto ab adminiſtratione patris ſui Nerigliſſaris, menſe nono, ex quo ſolus regnauit, factione Darij Medi cognomine Nabonidi, inter epulas. Atque in eo defiit poſteritas magni Nabopollaſſari, vt plane dictum eſt Danielis v, 28, & Ieremiæ xxvii, 7. Nam regnum a poſteris Nabopollaſſari, ad Nabonidum ex Medis oriundum, & ab eo, ad Cyrum Perſarum & Medorum regem traductum. Omnino commate 28 nihil aliud, quam a priſcis Regibus, ad externos imperium tranſlatum iri ſignificatur. In Nabonido enim interrupta eſt ſucceſſio poſterorum Nabuchodonoſori. Sed in Dario Medo, & Cyro volunt expleri ſeptuaginta annos Babylonij imperij, ex Ieremiæ xxvii, 7. xxix, 10. & propterea Darium Medum, ac Cyrum vna regnaſſe: & multa alia deliramenta, quæ inſcitia comminiſci potuit. Nam Darium cum Cyro regnaſſe negatur Danielis xi, 1. vbi Angelus dicit, anno primo Darij Medi, non autem, anno primo Darij Medi, & Cyri. Sed ego nugas ago, qui hæc puerilia confutem. Expletum eſt tempus Babyloni, cum Perſæ regnare ibi cæperunt, hoc eſt, initio anni primi imperij Babylonici Perſarum. Nam Darius Medus erat Babylonius, quanuis Medis oriundus.

Ναβαννίδοχος] Legendum Ναβοννίδοχος. Herodoto & Beroſo eſt נְבוֹ־נִיט vel לְבוֹ־נִיט Ναβόννιτος, aut Λαβύνιτος. Sed hic eſt נְבוֹ־נִיט־דָךְ Ναβοννίδοχος, vna ſyllaba amplius, quam Beroſo, & Herodoto: quæ quidem ſyllaba extat in מְרוֹ־דָךְ.

בְּרוֹ־דַךְ Merodach. Sic integrius est nomen hic, quam Beroso, & Herodoto, quemadmodum Μαρδοκέμπαδος integrius est nomen Ptolemæo, qui Merodach Isaiæ XXXIX. Et hoc modo alia multa mutila enunciantur, quæ ab aliis integra.

Ἀποδείκνυσι βασιλέα] Daniel הָמְלַךְ ἀπεδείχθη βασιλεύς, *factus* aut *creatus est Rex.* quod contigit anno Nabonassari 190: quo is annos natus erat duos & sexaginta, teste Daniele. Natus est ergo anno Nabonassari 128, Babylone, patre Xerxe Medo, Babylonis inquilino. Non enim Darius Medus ex Medis oriundus diceretur a Daniele, nisi & alibi natus, quam in Media, & Medus ei cognomen esset a patre, non a natali solo. Valde hallucinati sunt ergo, qui ex semine Mediæ pro Medo, & Medum pro Mediæ Rege accipiunt. qua quidem re nihil puerilius vnquam nostris Chronologis excidit.

Προσήκοντά οἱ οὐδέν] Nullo iure sanguinis cum Balsasaro coniunctum. Erat enim natus Babylone, vt diximus, patre Medo, aut fortasse ne ipso quidem Medo, sed Medis oriundo. nam ambiguum est apud Danielem. Ideo recte ex semine Mediæ dicitur a Daniele. Itaque προσήκοντά οἱ οὐδέν, vtpote externum. Daniel V, 26, 27, 28. Nam Commate 26, absolutum regnum Balsasari dicit, id est, in eo posteritatem Nabuchodonosori desinere. Commate 27, ipsum leuiorem in statera deprehensum, quod hostis eius & signifer coniurationis in eum initæ Nabonidus præponderauit ei; & prægrauauerit eum, quod Græce est καταῤῥέπεσθαι, vt in statera. Denique Commate 28, regnum a posteris Nabopollassari ad externos translatum. Sane in hoc Dario Medo multum pueriliter hactenus erratum fuisse, æquiores lectores negare non possunt, pertinaciores magis dolere, quam confiteri: tanquam capital sit, verum ab aliis potius, quam ab ipsis erutum fuisse. Neque enim alia caussa pertinaciæ, præter liuorem, & odium veritatis, & pudorem pœnitentiæ feræ. Qui hunc Darium faciunt Regem Mediæ, & propterea quod dicitur Medus, & quia dictum est Danielis VI edictum factum ab eo secundum legem Medorum & Persarum, iocularitur falluntur. quod a nobis in Prolegomenis confutatum est. Nam accepto imperio Darius Medes & omnes regiones & præfecturas, quæ regno Babyloniæ subiectæ erant, peragrauit, & in Susiana, cui præfectus erat Daniel, edictum hoc fecit. Atqui Susiana olim pars Persici & Medorum imperij, Persarum & Medorum legibus temperabatur. Itaque Dario peregrino homini & legum Persidis ignaro opus fuit monitoribus, qui dicerent: *Scito Rex, eam Medorum & Persarum esse legem, omne edictum, & constitutionem a Rege factam mutari non posse.* Hæc plane ostendunt hominem neque Persam, neque Medum fuisse. Alioqui non monendus fuisset. Nam ipse Darius Commate 12 dicit, *Ego quidem Senatusconsulto vestro auctor fui cum clausula*, VT IMMVTABILE ESSET SECVNDVM PERSARVM MOREM. Quid amplius? *Atqui scito, Rex*, inquiunt, *ea clausula addita, ne ipsi quidem Regi, nedum alij, fas esse, quod semel decretum sit a senatu procerum Susidis, immutare: quod tamen tu facis, cum hunc Danielem a lege, qua commisit, vindicare vis.* Ergo iste Darius, quem & Medorum Regem, & Medorum Regibus ortum faciunt, homo natus annorum duorum & sexaginta, adeo infelix fuit, vt nunquam edictum vllum fecerit toto regni sui tempore, præter hoc; aut si alia, adeo infans fuerit, vt hactenus & morem Persarum & leges ignorauerit, quas nemini ignorare

ignorare fas erat. Exſpecto, quid ad hæc tam certa reſpondeant. Sed quis non videt, hunc Darium accepto imperio, prouincias luſtraſſe, ne qua propter nouum hominem nuper ad regnum adſcitum ſeditio oriretur, & prouincialium animos in officio contineret: & cum in Suſida, cui præfectus erat Daniel a Nabuchodonoſoro, perueniſſet, proceres regni per inuidiam ei periculum creare voluiſſe? Danielem præfectum fuiſſe Suſorum, non obſcurum eſt, cum ipſe fuerit vnus ex ſummis Satrapis imperij. cap. VI, 2. neque illi a ſua præfectura abeſſe liceret, neque in aliena reſidere. Atqui manebat Suſis. cap. VIII, 2. Aut igitur ſemper in præfectura ſua fuit, aut in aula regis. Et cum tres ſocij Danielis coniecti ſunt in fornacem, non dubium eſt, quin & ipſe Daniel coniectus fuerit, ſi adfuiſſet. Erat autem in præfectura ſua. Quæ omnia veriſſima ſunt.

ITAQVE, candide Lector, ex Ezekiele didiciſti, tertiumdecimum annum Nabuchodonoſori fuiſſe triceſimum alicuius Regis, qui eodem tempore in Chaldæa regnaret. Qui aliquo iudicio præditi ſunt, nullum alium Regem cum alio Rege regnare concedent, præter patrem & filium: & cuius tempus regni longius eſt, eum patrem eſſe, ratio poſtulat. Ergo triceſimus ille annus pertinet ad tempus patris Nabuchodonoſori. Sed quis nos docebit nomen ipſius patris? Præſto eſt Beroſus, qui Nabopollaſſarum indicauit. Nabopollaſſarus igitur triceſimum annum agebat in regno, cum tertiumdecimum iam regnaret filius Nabuchodonoſor. Satis eſt igitur ad locum Ezekielis illuſtrandum: & inde conſtat, anno decimo octauo regni paterni filium a patre in ſocietatem regni vocatum. Sed quid tum poſtea? Quis me docebit quando hæc contigerunt? Huic rei ſatisfacit Ptolemæus, qui annum primum Nabopollaſſari dicit iniuiſſe ab anno Thoth Nabonaſſari 123. Plene igitur tum hiſtoriæ tam ab Ezekiele, quam a Beroſo, tum notationi temporis a Ptolemæo ſatisfactum. Tota ratio Chronologiæ ſacræ hinc pendet: in qua turpiter omnes Chronologos hactenus fugit ratio. Rurſus ex eodem Beroſi fragmento habes tempus mortis Nabopollaſſari, & ideo initium regni Nabuchodonoſori, cuius mentio Danielis ſecundo, quod omnino ignorabatur. Præterea habes ſucceſſiones filij, & nepotis Nabuchodonoſori. Denique ſcis eum, qui proxime ante Cyrum in Babylonia rerum potitus ſit, creatum fuiſſe regem a proceribus regni, & Nabonidum nuncupatum: quem eundem cum Dario Medo eſſe ratio vincit, quod & proxime ante Cyrum regnauerit, & in regnum vocatus fuerit, vt ex eo non fuiſſe ex Nabuchodonoſori gente aut familia colligatur. At ex hoc Fragmento nobiliſſimo Abydeni vel Megaſthenis non ſolum eadem ſucceſſio regum Babyloniæ continetur, ſed etiam cumulus acceſſit, eum Medem vocatum fuiſſe, qui ciues Cyro victori cædendos & diripiendos propinauerit. Quare vides, quid pepererit contemptus hiſtoriæ peregrinæ, & humaniorum literarum, dum homines in vanis coniecturis ſuis verum potius, quam in ſcriptoribus temporum fideliſſimis conſiſtere, & ne ipſos quidem ſcriptores ſemel verum dicere potuiſſe credunt. In quo maior imperitia, an confidentia ſit, iure dubitare poſſis. Viderint ergo ipſi, an ſibi potius, quam Beroſo & Megaſtheni credendum eſſe putent. Nos ad reliqua pergimus.

Ἐκκτπαῖ☉

Ἑκαταῖος Ἀβδηρίτης) πρὸς διαστολὴν dictum. Fuit enim & alius Hecatæus Milesius, Herodoto vetustior, qui scripsit sub Dario Hydaspis filio. Iste vero fuit ortu & domo Abderis in Thracia, temporibus Alexandri Magni & Seleuci. Scripsit Ἰουδαϊκῶν librum singularem : ex quo hoc ἀποσπασμάτιον excerptum est à Iosepho : quod quidem ideo proposuimus, magis vt ea, quæ hic scripta sunt, in conspectu omnium essent, quam quod vllam obscuritatem id in se haberet. Origenes primo libro in Celsum, καὶ Ἑκαταίου δὲ τοῦ ἱστορικοῦ φέρεται περὶ Ἰουδαίων βιβλίον ἐν ᾧ προστίθεται μᾶλλον πως ὡς σοφῷ τῷ ἔθνει ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ Ἑρέννιον Φίλωνα ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι. πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν εἰ τοῦ ἱστορικοῦ ἐστὶ τὸ σύγγραμμα. δεύτερον δὲ λέγειν, ὅτι εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ εἰκὸς αὐτὸν συνηρπάσθαι ὑπὸ τῆς παρὰ Ἰουδαίοις πιθανότητος καὶ συγκατατεθεῖσθαι αὐτῶν τῷ λόγῳ.

Πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον) Τιμοχάρης ἐν τοῖς περὶ Ἀντιόχου ait μ σταδίων tantummodo. ὁ σχοινομέτρης τῆς Συρίας κζ σταδίων. Si locus est coniecturæ, in loco Timocharis puto legendum μθ, in loco autem τοῦ σχοινομέτρου, μζ. Ita non multum abfuerint ambo à sententia Hecatæi, qui ambobus vetustior.

Ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδας) Ruffinus : *Hominum circa centum & quinquaginta millia.* Hoc sane verum erat, si Hecatæus scripsisset περὶ πέντε καὶ δέκα μυριάδας. Vides, quanta fuerit Hierosolymorum vrbs, quam totius Orientis ornamentum vere vocare poterant sæculo Hecatæi, hoc est, initio Seleucidarum.

Περίβολος λίθινος) Ruffinus videtur legisse περίβολος λίθινος τετράγωνος.

Ἀλλ' ἐκ συλλέκτων ἀργῶν) Paulo diuersius apud Eusebium : ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος ἀτμήτων συλλέκτων ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος. Iosephus lib. XII. καθελὼν δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον καινὸν ἐκ λίθων συμμίκτων ᾠκοδόμησεν, οὐ λελατομημένων ἐκ σιδήρου. lib. IIII. cap. VIII. ἐκ λίθων μὴ κατειργασμένων, ἀλλὰ λογάδην συγκειμένων.

Οὐκ ἐκ τμητῶν) Deuteron. XXVII, 5. Iosue VIII, 31. Iosephus κατασκευάσει δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε ἔψαυσεν αὐτοῦ σίδηρος. vide I. Macab. IIII, 45, 46, 47. Nam altare hoc descriptum ab Hecatæo dirutum fuit ab Iuda Macabæo.

Οὗ βωμός ἐστι καὶ λυχνίον) Aliis est λυχνία. Nam ita semper in Bibliis Græcis & ab Iosepho vocatur. Hanc autem λυχνίαν, & mensam auream abstulit Antiochus cum alia aurea sacrorum supellectile : vt priore Macab. ἔλαβε τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, καὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτὸς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς. Hasmonæi autem rerum potiti nouam mensam & candelabrum eodem auri pondere confecerunt. Sed florentibus Iudæorum rebus sub vltimis Regibus, maius adhuc candelabrum, maiorque mensa aurea confecta est : reliqua autem ab Hasmonæis facta in thesauris templi reseruata sunt. Cum autem templum sub Tito conflagrasset, duo candelabra, quæ in thesauris asseruata erant, Tito restituta sunt, quæ ipse duxit in triumphum, eorumque instar in arcu Titi exscalptum. Iosephus lib. ἁλώσ. VI. cap. μα. ait restituta Tito λυχνίας δύο ταῖς κατὰ τὸν ναὸν κειμέναις παραπλησίας, &c.

Πλευρὰ μὲν ἑκάστη εἴκοσι πηχῶν] At tempore Iosephi longe amplior. πρὸ αὐτοῦ δὲ βωμὸς πέντε καὶ δέκα μὲν πήχεων, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἐκείνῳ ἴσον ἀνὰ πεντήκοντα πηχῶν.

Οὐδὲ

Οὐδὲ φύτευμα πολυτελὲς οὐδὲν, οὐδ' ἀλσῶδες] Deuter. XVI, 21. Iudicum VI, 26. II Chronic. XXXIII, 3. Neque vllus hortus. Nam & in fine Isaiæ exprobratur Hebræis, quod in Opisthonais Idolorum horti essent, in quorum medio februabantur. Cæterum in templo quidem interdictæ, sed in Proseuchis serebantur arbores. Philo in legatione: τῶν προσευχῶν τὰς μὲν ἐδενδροτόμησαν. τὰς δὲ αὐτοῖς θεμελίοις κατέσκαψαν. Inde in veteri inscriptione: P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO. A. PROSEVCHA. Imo nullæ videntur fuisse Proseuchæ, nisi arboribus consitæ. Iuuenalis de Iudæa coniectrice:

— Conducta sub arbore coniux:

Item:

Interpres legum Solymarum; & magna Sacerdos
Arboris —

Item:

Nunc sacri Fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, & eiectis mendicat silua Camœnis.

Qui locus non satis bene vulgo intellectus. Plane enim apparet Iudæos in nemoribus proseuchas collocasse, quale erat illud Fontis ad portam Capenam, cuius Fontis tanquam Dei meminit Cicero de Natura Deorum. Et Varro ab eodem Fonte Fontinalia dicta scribit. Arbores proseucharum Iudaicarum iussas pendere mercedem cum dicit Iuuenalis, non obscurum est alludere ad tributum Iudaicum, de quo veteres libri, nummi, & Martialis,

Sed quæ de Solymis venit perustis
Damnatam modo M. tributis.

Vnde Tertullianus Iudæos gentem vectigalem dixit. Id autem tributum erat δίδραχμα, vt sciunt omnes, quod exigebantur Iudæi post excidium templi. Stante autem templo tributum Iudaicum dicebatur Census, vt constat ex Euangelio. Didrachmum enim capitatim exigebatur in Iudæa: de quo etiam Iosephus intelligit ἁλώσ. ζ. κϛ. Ῥωμαῖοι δὲ τὸν στεθῆ δασμὸν αἰτοῦσιν, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν τοῖς ἐκείνων πατράσι παρέσχον. Targum Ionathan in fine Habakuk. וישתיצון רומאי ולא יגבון קיוספא מירושלם *Delebuntur Romani, & non exigent censum ex Hierosolymis.* Quid sit קיוספא hoc loco ingenue fatentur se nescire Iudæi. quæ vox est Latina CENSVM. Templo euerso, pro illo censu prouinciali, Iudæis indicta est capitatio didrachmi, nempe quod solebant pendere sanctuario, vt id Capitolio inferrent. Auctores Iosephus, & Xiphilinus. Huc pertinet inscriptio nummi, CALVMNIA FISCI IVDAICI SVBLATA. An proseuchæ differant a Synagogis, (quæ σαββατεῖα etiam & ἀνδρωνῖτιδες dicuntur) aut eadem res sit, equidem non affirmo, & magis inclinat animus, vt non fuerit eadem res Proseucha, & Sabbation, siue Synagoga.

Καὶ τὸ παράπαν οἶνον οὐ πίνοντες ἐν τῷ ἱερῷ] Leuit. x, 9. Ezekiel. xliv, 20. Iosephus v ἁλώσ. ἐπὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸν ναὸν ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μὲν ἀμπεχόμενοι μάλιστα δ' ἀπὸ ἀκράτου νήφοντες διὰ τῆς θρησκείας, ὡς μή τι παραβαίνειν ἐν τῇ λειτουργίᾳ. & III ἀρχαιολογ. εἰσὶ καθαροὶ καὶ νηφάλιοι, πίνειν οἶνον ἕως τοῦ τὴν στολὴν ἔχωσι κεκωλυμένοι.

Μένανδρος Ἐφέσιος] Iosephus de hoc: γέγραφε δ' οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις γενομένας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Et lib. x Origin. Iudaic. Μένανδρος ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς Φοινίκων διαλέκτου τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν. Dignus igitur, cui fides adhibeatur, cum ex Tabulariis gentis omnem historiam suam hauserit. Hunc Menandrum Tatianus Pergamenum facit non Ephesinum.

Εἴρωμος] Is est חִירָם. In Apologetico Tertulliani perperam legi *Hieronymus Phœnix Rex Tyri*, pro *Iromus Phœnix*, meminimus nos monuisse. εἴρωμος non εἴρωμος dicitur Asito veteri scriptori Metaphrastæ librorum Mochi Phœnicis.

Βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία] Hæc mutila sunt in priore in Appionem, & error agnoscitur a Ruffino: vt omnes errores alij. Itaque antiquitus illæ mendæ inoleuerunt.

Οὗτος ἔχωσε] Dius priscus Phœniciacarum rerum scriptor de his ita scribit ἐν τοῖς Φοινικικοῖς. οὗτος (Εἴρωμος) τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκε, καὶ τὸ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, ἐγχώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. ἀναβὰς δ' εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν.

Τὸν εὐρύχωρον] Instar huius erat & Karthagine, quæ erat Tyriorum Colonia. Strabo, ὅπου τοῖς Καρχηδονίοις ἦσαν αἱ τῶν ἐλεφάντων στάσεις καὶ τόπος εὐρυχωρής. Aut igitur legendum εὐρύχωρος, aut εὐρυχωρὴς est idem, quod hic, εὐρύχωρος. Veteres libri, vt notat eruditissimus Isacius Casaubonus, habent εὐρυχωρεία. Pro εὐρύχωρον legitur εὐρὺ χωρίον in x Originum Iudaicarum.

Ἐν τοῖς τοῦ Διὸς] Iouem Tyrij & Sidonij vocabant בַּעַל, vt alibi diximus: quem Græci vertunt Βῆλον — *quam Belus, & omnes A Belo soliti* — Neque vero hunc distinguunt a Belo Babylonio. Est autem בַּעַל commune multorum Deorum Tyriorum, Sidoniorum, & Ammonitarum cognomen. Vnde multis בְּעָלִים, id est, Baalibus seruisse dicuntur Hebræi. Siquidem omnis Deus apud illos vocabatur בַּעַל, sed cum attributo, vt בַּעַל שָׁמַיִם Dominus cæli dicebatur illis, qui Græcis Ζεύς. Philo Bybliensis ex Sanchoniathone Berytio: τοῦτον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ Κύριον ΒΕΕΛΣΑΜΗΝ καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι Κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι. Sed Hebræi χλευαστικῶς בַּעַל זְבוּב Beelzebub Dominum muscę vocabant, vt illis mos est Gentium Deos nunquam suo nomine appellare, sed Abominationem, aut aspernamentum. Sic pro Beth-el, dicebant Beth-avven. Pro domo Dei, vt vocabatur a Samaritis, dicebant domum vanitatis. Quare si quis putat Beelzebub vocatum ab ipsis Tyriis & Sidoniis, non autem per contumeliam ita dictum ab Hebræis, is non leuiter errauerit. Neque aliter intelligendum 1 Reg. 1, 2. Is Baal est, quem Δία ὀλύμπιον vocat Dius, cuius supra meminimus. Nam בַּעַל שָׁמַיִם est ad verbum Ζεὺς ὀλύμπιος, qui colebatur in insula Tyri, vbi & ἀστὴρ ἀεροπετής. Vt autem Iuppiter בַּעַל־שָׁמַיִם, κύριος οὐρανοῦ, sic Iuno בַּעֲלַת שָׁמַיִם κυρία οὐρανοῦ dicta. Vnde Philo Bybliensis Βααλτίδα vocat. Sed eam Διώνην interpretatur. Græcis οὐρανία dicitur,

Pœnis

Pœnis in Africa Cæleſtis, quæ erat πολιοῦχος Karthaginienſium.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo. —

Ea Karthagine pingebatur Leoni inſidens, dextra fulmen, ſiniſtra ſceptrum geſtans: vt plane cuſum eſt in numiſmate Imperatorum Seueri, & Caracallæ. De fulmine ego cum doctiſſimo Antonio Auguſtino vix tandem crotalum eſſe hariolabar, & Deam ipſam ex Leonis argumento Cybelen eſſe ſuſpicabar, fruſtra. Errorem enim mihi eripuit Tertullianus in Apologetico; vbi Leo attribuitur tam Cybele, quam Cæleſti Karthaginienſi. *Ad beſtias*, inquit, *impellimur*, *certe quis Libero*, *& Cybele*, *& Cæleſti applicatis.* Nam in vulgaris editionibus male *Cereri*, pro quo *Cæleſti* habent veteres ſcripti. In ſacris literis Baal & Aſtarte coniunguntur: & Aſtarte עשתרות dicitur. Sed indigenis עשתרת dicta videtur: Vnde עשת־תא Aſtarta, non Aſtorta dicta. vt eadem videatur fuiſſe Aſtarte cum Cæleſti, & proinde cum Iunone, vt & Auguſtinus quoq; putauit. Alij Lunam, alij Venerem dicunt. Philo Byblienſis: τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. Herodotus enim τὴν οὐρανίην ab Arabibus Alilat dictam ſcribit. Quod profecto Lunam corniculatam ſignificat. Nam etiam hodie هلالة ὀϊλὰτ τὸ φεγγάριον, id eſt, Lunam μηνοειδῆ & naſcentem vocant, cum ſecundo die a coitu viſionis ſuæ poteſtatem facit, vt loquitur Vitruuius. Itaque in peruetuſto Gloſſario Latino Arabico legimus هلالة Lunula, & هلال *Noctiluca.* Sed & οὐρανίην Herodotus & alij Venerem eſſe dicunt. Arabibus tamen antiquitus Venus Chobar dicebatur, eamque præcipuo in cultu illis fuiſſe alibi monemus. Proprie ita illis dicebatur ἑωσφόρος ἀστὴρ, Lucifer. Sed Chaldæis Venus dicebatur Μύλιττα, teſte Herodoto, quod merum Chaldaicum eſt ܡܘܠܕܬܐ סולדתא, ἡ γεννήτειρα. Aſtarte igitur Phœnicum eadem & Iuno, & Venus & Luna fuerit. Lucianus περὶ Συρίης θεοῦ. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σεληναίην ἔμμεναι. Varro vero Aſtarten & Taauten Phœnicios comparat cum Serapi & Iſide Ægyptiis. Sed Philo Byblienſis Taauten Phœnicum dicit primum omnium Deorum fuiſſe, quem Ægyptij vocauerint Thoth, Græci Ἑρμῆν quod profecto eſt Hebræorum תוה, ſicut βαῦ ex בהו fecerunt, qua voce noctem a Phœnicibus ait deſignari. Qui Hebraice ſciunt, ſtatim hæc Hebraica mera agnoſcent, ſine vlla immutatione. De Aſtarte ita Philo Byblienſis, ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου. Proculdubio quia Lunam corniculatam deſignabat.

Fronte curuatos imitatus ignes. Horatius de Tauro.

Theocritus:

Ἴσα τ' ἐπ' ἀλλήλοισι κέρα ἀνέτελλε καρήνου
Ἄντυγες ἡμιτόμου, κεραῆς ἅτε κύκλα σελήνης.

Videmus igitur, quomodo Phœnices Deos ſuos quos ex vetuſtis Hebrçorum li-

bris mutuati erant, perperam sint interpretati. Hnc referendum, quod Iosephus scribit: λέγει γὰρ (Theophrastus) ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν, ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον KOPBAN κατηριθμεῖ. Iosephus recte Κορβᾶν interpretatur δῶρον Θεοῦ. Et iste locus Theophrasti pulcherrime interpretatur illum Matthæi XXIII, 18. Imo sine hoc loco Theophrasti ille Matthæi non intelligetur.

Κρυσοῦν κίονα] Herodotus libro vndecimo duas pilas eximias & ingentes, alteram auream, alteram ex smaragdo in templo Herculis Tyrij, non autem Iouis se vidisse scribit. Et de smaragdina quidem Plinius, quam Pyramidem vocat. De hac columna Eupolemus vetus scriptor, de Solomone: τῷ δὲ Σούρωνι εἰς Τύρον πέμψαι τὸν χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν Τύρῳ ἀνακείμενον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός.

Πρῶτόν τε τὴν ἔγερσιν τοῦ Ἡρακλέους] Prius Herculis templum erexisse, posterius Astartæ. Hæc aliter leguntur priore in Appionem, sed tamen eadem lectio, quam hic apposuimus, agnoscitur a Ruffino.

Τοῦ Ἡρακλέους] Hercules tutelare numen Tyriorum, cui humanas immolabant hostias Pœni, auctore Plinio lib. XXXVI. cap. V. Μέλκαρθος vocabatur a Tyriis, teste Philone Bibliensi. cuius vestigia extant in nominibus Punicis Hammilcar, Bomilcar. Sed in τεσσαρακονταετηρικῷ Eusebij legimus: Φοίνικες δὲ Μηλκάθαρον καὶ Ουσωρον καί τινας ἄλλους ἀτιμοτέρους θνητοὺς πάλιν ἄνδρας θεοὺς ἀνηγόρευσαν. Μελκάθαρον pro Μέλκαρθον & Ουσωρον pro Ουσωὸν Esau: de quo alibi.

Τιτυοῖς] Ruffinus habet Titiceos. Vtro modo legatur, ego istos non noui. In octauo Originum Iudaicarum legitur; τοῖς τε ἠυκέοις. Et sic incertior sum, quam dudum.

Ἐπὶ τούτου ἦν τις Ἀβδήμουνος] Dius in Phœnicum historia: τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶντα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. εἶτα δὴ Ἀβδήμουνόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶντα πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτῖσαι χρήματα. Quare vero Eupolemus vetus scriptor, citante Eusebio, Hiromum Σούρωνα vocet, diuinare non potui. Sed & epistola βασιλέως Σολομῶντος πρὸς Σούρωνα βασιλέα Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Φοινίκης commentitia est & ridicula: in qua fit mentio τῆς Σαμαρείτιδος: cum Samaria nominata sit ab Omri rege Israelis, qui eam condidit, & de nomine Semer, a quo solum emerat, ita vocauit, 1. Reg. XVI, 24. Iste cœpit regnare anno a conditu templi octagesimo octauo. Tantum abest, vt tempore Solomonis Samaritidis regionis vlla mentio fieri potuerit. Sed & ridiculum de epistola Οὐαφρῆ βασιλέως Αἰγυπτίων ad Solomonem. Nam Οὐαφρῆς est, qui Ophrias Ieremiæ, Ἀπρίης Herodoto: qui plusquam 420 annis post conditum templi in Ægypto rerum potiebatur.

Ὃς ἐνίκα] ὃς ἀεὶ ἐνίκα. Georgio.109.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Εἰρώμου] Iosephus nunquam satis laudatus scriptor, ait libro octauo Originum, templum construi cœptum anno a conditu Tyri ducentesimo quadragesimo. Annus a conditu templi in periodo Iuliana 3696. Deductis 240, remanet 3456 annus postquam cœpta condi Tyrus, qui erat septuagesimus sextus tantum ante Ilij excidium. Quare non mirum, si Tyri Homerus non meminerit, quæ eius sæculo adhuc ignobilis erat. Strabo: οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ τὴν Σιδόνα τεθρυλλήκασι μᾶλλον. Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου. Imponebant

ponebant Herodoto Sacerdotes Herculis Tyrij, cum ipsi de tempore conditæ Tyri sciscitanti responderunt, annos tunc putari 2300. Inde in libro Iudicum mentio est Deorum Sidonis, non Tyri, nisi forte sit צר de qua Iosue XIX, 29. עִיר מִבְצַר צֹר πόλις ὀχυρώματος Σώρ, ἤγουν Τύρος. Sed est proculdubio παλαίτυρος, non Τύρος. Errat Iustinus Trogi breuiator, qui ait Tyrum conditam anno ante excidium Ilij. Porro quum Tyrus Hebraice צר dicatur, vt etiam Arabice صور. inde factum etiam vt Pœnis diceretur Sar. Ennius quoque dixit Pœnos Africæ Sarra oriundos. Græci autem qui difficile literam Tzad pronuntiabant, eam in Tau verterunt. vt صين Sinas etiam Τίνας vocarunt: quos inepte Hispani Chinas, quia eorum CH propius accedit ad Tzad Arabicum.

Τελευτήσαντος Εἰρώμου] Ab Iromi anno duodecimo, vt est in priore in Appionem; vel vndecimo, vt est in octauo Originum, cœptum condi templum. Sed ab eius initio, ad septimum Pygmalionis, Iosephus putat annos 155. Atqui ab initio Baalezer filij eius, ad septimum Pygmalionis, colliguntur duntaxat anni 103. qui compositi cum 34. illis, quos regnauit Iromus, fuerint anni simul 137, non autem 155. Aliter: Deductis 103 de 155, remanerent anni regni Iromi 52, qui tantum vixit annos quinquaginta tres. Quare Iosephus non regni annos, sed vitæ sumpsit, aliud agens. Igitur deductis decem absolutis annis, quos iam regnauerat Iromus initio conditus templi, remanebit annus centesimus vigesimus septimus a conditu templi, ad fugam Elisæ. Annus a conditu templi in periodo Iuliana 3696 compositus cum centum viginti sex absolutis dabit annum 3822, quo Karthago fuerit condita, siquidem condita anno, quo profugit Elisa. Sed Solinus vult conditam anno 3830. Differentia anni 8, quibus erratum sit a Solino, si fides vlla archiuis Phœnicum, aut a Phœnicibus, si verum dicit Solinus. Videmus tamen alterutrum propius ab altero abesse. Secundum Tabularia Phœnicum Solomon cœperit regnare anno octauo Iromi. Nam vndecimo Iromi cœptum templum condi, qui erat quartus Solomonis. Et proinde tricesimo tertio Dauidis Iromus iniuit regnum. Itaque primo Chronic. XIIII, 1. fit mentio Hirami Regis aliquot annis ante decessum Dauidis.

Βαλεάζαρος] Βαδηβάζερος. Georg.

Ἐπτά.] ιζ. Georg.

Μεθ' οὓς] μεθ' ὄν. Georg.

Ἀσέρυμος] Ἀθάρυμος. Georg.

Τοῦτον ἀνεῖλεν Ἐιθώβαλος] Vocatur אֶת־בַּעַל 1 Reg. XVI, 31, item Rex Sidoniorum: cum tamen Hiram non Rex Sidonis vocetur, sed Tyri. Hoc nihil interest. Nam Rex Sidonis idem & Tyri erat. Ab initio Baleazari, ad initium Ithobali colliguntur anni 50. quibus si adiicias annos 23 Hiromi a conditu templi, ad eius obitum, colligentur a conditu templi, ad initium Ithobali, anni 73. Rursus a conditu templi, ad initium impij Achab Regis Israelis, colliguntur anni 99. Differentia, anni 26. Ergo anno 27 currente Ithobali cœpit regnare Achab gener Ithobali Sacerdotis Astartæ, regis Tyriorum, & Sidoniorum, qui obiit anno sexto generi sui Achab. Cum tanta religio

adhibeatur in annis vitæ & regni singulorum regum dinumerandis, non est censendum vllum erratum in ratione temporum interuenisse.

Βαλέζωρος, ὃς] Βαλέζερος υἱός. Georg.
Μάτγηνος] Μέτηνος. Georg.
Ἐννέα] κε. Georg.

Φυγμαλίων] Nomen ita scribitur פִּתְנֵם־עֶלְיוֹן φεγλὸς ὑψίστου. Nam Ἐλιοῦν Phœnicibus Deus vocabatur, vt docet Philo Bibliensis. κατὰ τούτους γίνεταί τις Ἐλιοῦν καλούμενος, καὶ θήλεια λεγομένη Βηρούθ. Omnino quemuis suorum Cælitum ita vocabant: vt in Pœnulo *Ythalonim*, *vualonuth*, hoc est אֶת־עֶלְיוֹנִים וְעֶלְיוֹנוֹת, *Superos, Superasque*. Et Sisenna ad illum locum notauerat *Alon* lingua Pœnica esse Deum. Sic Rex Tyri, quem expugnauit Alexander, vocabatur Abdalonim עֶבֶד־עֶלְיוֹנִים, quem Arrianus Azemilkum vocat. μυγδαλίων Φυσμαλίων Georg.

Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει] Ab hoc anno, qui erat septimus regni Pygmalionis, putat Iosephus annos Karthaginis conditæ. Sed non statim condita fuit. Prius enim capta parua insula Cothone in portu Karthaginiensi ibi consedit Dido, locumque muniuit, quo vsa est arce belli aduersus Afros, qui eam litore prohibebant. Strabo ὑπόκεινται δὲ τῇ ἀκροπόλει εἴτε λιμένες καὶ ὁ Κώθων νησίον περιφερὲς εὐρίπῳ περιεχόμενον ἔχοντι νεωσοίκους ἑκατέρωθεν κύκλῳ. Κτίσμα δ' ἐστὶ Διδοῦς ἀγαγούσης ἐκ Τύρου λαόν. Hæc igitur insula, vt diximus, fuit prima sedes Pœnis antequam solum condendæ vrbis ab Afris vel supplices impetrarent, vel victores extorquerent: donec nono, postquam a Pygmalione pulsi fuissent, anno locum in continente occuparunt, quem Βύσρα vocarunt, id est arcem. Nam בִּצָּרוֹן est ὀχύρωμα, idem quod vltimis temporibus imperij Romani BVRGVS. Sed Hellenismus non patitur Βύσρα dici. Quare Βύρσα dictus est locus appellatione in Græcam Euphoniam deflexa, & causa appellationis ad fabulam corij bubuli relata. Paulus Orosius li. IIII. cap. XXII. Arx, cui Byrsæ nomen erat, paulo amplius, quam duo millia passuum tenebat. Appianus: Σκιπίωνι δὲ ἦν μὲν ἐπὶ τὴν Βύρσαν ἡ σπουδή. τὸ γὰρ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως ἦν, καὶ οἱ πλείονες ἐπ' αὐτὴν συνεπεφεύγεσαν. Sic etiam idem Pœni, cum in insula Gadium aduersus insultus Hispanorum & Numidarum sese muniuissent, ab eo locum GADIR vocarunt, id est, φραγμόν, vt Græci tradunt, vel Sepem, vt Solinus. Hoc enim plane גֶּדֶר significat. Βύσρα igitur, deinde Βύρσα dicta est arx Karthaginis. Strabo: Κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν ΒΥΡΣΑΝ, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία, κύκλῳ περιοικουμένη. Arx quoque Moabitarum Βύρσα vocabatur, Ieremiæ XLVIII, 24. Βόστρα etiam Ptolemæo in Arabia felici est בָּצְרָה. Itaque tam Βόστρα, quam Βύσρα, idem est. Nam Hebræi pronuntiant Bosra, Syri & Arabes Busra. Βώσρα, Βύσρα. Sic etiam Idumæorum Bysræ mentio Isaiæ XXXIV, 6: Amos I, 12. Hoc posterior Latinitas Burgum vocauit, vt diximus ad Ausonium. In inscriptione Viennensi mentio fit Burgi a fundamentis excitati tertio Valentis & Valentiniani Augg. consulatu. A Bursæ igitur munitione, non a fuga Didonis & Cothone capto, Solinus putat annos Karthaginis conditæ, Iosephus a fuga Pœnorum. Quare anno periodi Iulianæ 3822, qui erat septimus Pygmalionis, Dido profuga Tyro patria ad litus Africanum Cothonem occupauit, & muniuit, anno autem 3830 Byrsam con-

fiam condidit. Hæc profecto ita se habent. Nam error non potuit incidere in notatione annorum Regum Tyri, cum tanta religione, & vitæ & regni tempus in singulis regibus obseruatum sit. At fabulam taurini tergi, vnde Byrsam dictam nugantur Græci, non magis moramur, quam fabulam de capite bubulo in ea arce inuento, quod prodidit Iustinus, aut capite equino, quod idem & Virgilius testantur, vnde Κακκάβην dictam fuisse scribit Stephanus, eoque lingua Pœnica equinum caput significari. Nos scimus in Numismatis Karthaginis vetustissimis ex vna parte cusum esse προτομὴν ἵππου, ex altera caput Karthaginis.

Διδὼ] Aberat in Græco. Reposuimus ex Ruffino. אֱלִישַׁה Elissa fuit nomen verum דידה Dido est ὑποκοριστικὸν. nutricum. Eius masculinum est דָוִד Dauid. Seruius F. Modij: *Dido vero nomine Elissa antea dicta est: sed post interitum a Pœnis Dido appellata fuit; id est virago Punica lingua.* Certe Punica lingua tunc pene erat Hebraica. In Hebraismo autem Dido nihil tale significat. Sed Græci & Latini de peregrino sermone satis multa præpostere comminiscuntur.

Καρχηδόνα] Solinus: *Hadramyto & Karthagini auctor est a Tyro populus. Sed quæ super Karthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Vrbem istam, vt Cato in oratione Senatoria autumat, quū Rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit domo Phœnix, & Karthadam dixit: quod Phœnicum ore exprimit ciuitatem nouam. Mox sermone verso in verbum Punicum, & hæc Elissa, & illa Karthago dicta est: quæ post annos septingentos exciditur, quam fuerat extructa.* Hæc ille: in quibus quædam sunt ab auctore, quædam a librariis peccata. Nam quid est, domo Phœnix? Sane dicendum erat, Elissa natione Phœnissa, domo Tyro. Neque enim dicitur, Demosthenes domo Græcus, sed, Demosthenes natione Græcus. Cum autem adiicitur domo, non statim sequitur eum natum ibi. & quidem vox domo additur vrbibus, non regionibus. Sic in veteribus inscriptionibus legimus, domo Arretio, domo Ateste, domo Karthagine, domo Brixia. Ego maluissem, Phœnissa mulier, domo Tyro extruxit. Atque hæc culpa est Solini: reliqua peccarunt librarij. Nam legendum: *Mox sermone verso Karthago dicta est*, sententia perspicua, deletis reliquis, quæ interiecta sunt perperam a sciolis, quanquam vetustissimus error videtur. Hoc proculdubio ita est. Iam quod dicit de Hadramyto, id origine verbi confirmatur, quæ plane Punica est. חֲצַר־מָוֶת. Sed Arabice melius حضرموت apice in secunda litera superscripto, vt sit Hadramuth. Ita etiam vocatus filius Iectan de posteritate Sem, Genes. x. 26. Est autem Adramyt ἔπαυλις Πλούτωνος. Nam Mut Pœnis erat Pluto. Philo Bibliensis: καὶ μετ' οὐ πολὺ ἕτερον αὐτοῦ παῖδα ἀπὸ Ῥέας ὀνομαζόμενον Μοὺθ ἀποθανόντα ἀφιεροῖ. θάνατον δὲ τοῦτον καὶ Πλούτωνα Φοίνικες ὀνομάζουσι. Ergo Adramutum dictum ob pestilentem tractum oræ Africanæ, quo modo apud Plautum dictum est, *Acherontis ostium est in agro nostro.* De Karthada quod dicit, videtur potius Syriacum esse, quam Pœnicum. קרת חדתא. vel קַרְתָא חֲדִתָא. Sed ipsi Pœni neque in Syria, neque in Africa Syriace loquuti sunt. In Syria mere Hebraica aut proxima vsi sunt: in Africa deprauata quidem ex Hebraismo, sed longe alia a Syriaca: quod plane nos docet Pœnulus Plautina. Stephanus tradit καινὴν πόλιν dictam, intelligendum

dum Pœnice. Itaque id plane est Karthada; vt Solinus scribit. Item Καδμεῖαν Eustathius scribit vocatam fuisse. Quod omnino est contrarium priori appellationi. Nam id significat παλαιάν. Ergo ita intelligendum, quam primum occupauit Dido, eam παλαίπολιν, imitatione τῆς παλαιτύρου dictam: quam vero posteri amplificarint, eam vocatam νεάπολιν. Sed & οἰνοῦσαν Græci scribunt etiam aliquando dictam. Quomodo id Pœnice dici posset, neque temere ego, neque alius dixerit. De Kaccaba superius dictum. Et Karthada quidem non negamus dictam. Vnde enim id comminisceretur Solinus? Sed aliud esse, quam קַרְתָּא חֲדַתָּא. Nam Græcum Καρχηδὼν proxime abest a Karthada. Sciant tamen etiam aliud nomen Karthagini fuisse præter Solini illud. Non enim Karthada, sed Chaedreanech vulgo vocabatur. Plautus Pœnulo:

MI. *Hauo. cuiates estis? aut quo ex oppido?*
P. *Hanno Muthumballe be Chaedreanech.*
AG. *Quid ait?* M. *Hannonem sese ait Karthagine*
Karthaginiensem Muthumballis filium.

Non dubito esse Hadreanech. Nam prius membrum est חצר, vt in Hadramyton. Sed & reliqua explicabimus in loco Plautino. *Hauo* est salutantis. Vnde Latini fecerunt suum Haue. pro quo in multis libris legitur HABE. Id omnino Pœnicum est ex Hebræo חוּה *viue*, χαῖρε, ὑγίαινε. Sed cum personæ ratio habebatur, adiiciebatur *Doni.* quod & ipsum detruncatum ex *Adoni. Haudoni*, χαῖρε κύριε. חַו דוֹנִי. Ergo pergit:

P. *Hauo.* M. *Salutat.* — Item:
AG. *Saluta hunc rursum Pœnice verbis meis.*
MI. *Haudoni.* —

In tertio Anthologiæ, epigrammate in Meleagrum Tyrium:

ὃν θεόπαις ἤνδρωσε Τύρος, Γαδάρων θ' ἱερὴ χθὼν,
Κῶς δ' ἐρατὴ μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει.
Ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσὶ, ΣΑΛΑΜ. εἰ δ' οὖν σύγε Φοίνιξ,
ΑΥΔΟΝΙΣ. εἰ δ' Ἕλλην, ΧΑΙΡΕ. τὸ δ' αὐτὸ φράσον.

In vulgatis codicibus traiectio literarum facta est ναύδιος pro αὐδωνίς. Αὐδωνὶς autem pro αὐδωνὶ scripsit poeta: non quod ita dicerent Pœni, sed quia magis alludit ad desinentiam Græcam. Αὐδωνὶ igitur Pœnis idem, quod Σαλὰμ Syris, χαῖρε Græcis. In XIII lemmate octaui libri A. Gellij legitur vulgo *Qupsones* inepte. In veteri codice Biturigum scripto erat *Eupsones.* Sed profecto *Eudones*, pro *Audonis* scribendum erat. Id Gellius hominum Pœnorum verbum quidem esse ait, sed etiam vsurpari a Græcis. Si propterea Gellius putauit Græcum, quod a Græcis vsurparetur, cur non vicissim videatur Pœnum, quod Pœnis esset in vsu? Nam reciproca causatio est. Sed Græci quidam potuerunt vsurpare, vt quidam Itali *Magari*, pro vtinam. Nam idio-

tismi

tiſmi Græci eſt μαγάει, corruptum ex μακάειοι. Sic Hiſpanorum *Oxalla* idem quod Magari purum putum Arabicum, quod eſt, *O ſi velit Deus*, vt taceam quartam partem linguæ Toletanæ mere Arabicam eſſe. Sic Græcis ἀβάλε vtinam purum putum Pœnicum, O Deus. הבעל

Subiicit Ioſephus huic vetuſtiſſimæ Chronologiæ Phœnicum: συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμου βασιλείας, ἄχει Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ρνε, μῆνες η. ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναός, γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ, ἄχει Καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τεσσαρακοντατρία, μῆνες ὀκτώ. Sed ſupra indicauimus triginta quatuor annos cum 103 compoſitos eſſe 147 cum octo menſibus, ab initio Iromi, ad ſeptimum annum Pygmalionis. de quibus deductis decem ſolidis, poſt quos cæptum condi templum, fuerint tantum anni centum viginti quinque a conditu templi, ad fugam Eliſæ. Quare Ioſephus aliud agebat, cum hæc ſcriberet. Quod vero libro octauo Originum ait vndecimo anno Iromi, hic vero duodecimo templi fundamenta iacta, non puto erratum eſſe: cum agnoſcatur vtraque lectio a Ruffino, ſed vndecimo anno regni ſui Iromum ligna miſiſſe, duodecimo fundamenta templi iacta.

Φοινίκων ἀναγραφαί] Et hoc quoque præſtantiſſimum ἀποσπασμάτιον Ioſephi diligentiæ debemus. quo nihil certius ad epocham initij Nabuchodonoſori deprehendendam, vt eius etiam beneficio omnia, quæ a Beroſo didicimus, ſcire licuerit, etiam ſine ope Beroſi.

Ἐπὶ Ἐθωβάλου] Ita ſcribendum, non Θώβαλος, vt eſt in priore in Appionem, qui error agnoſcitur a Ruffino, cum tamen recte in libris Originum ſcribatur Ἐθώβαλος, non Θώβαλος. Erat igitur iſte Rex cognominis illius, qui ſocer fuit Achabi Regis Samariæ. Porro a fine Pygmalionis, vbi deſinit Menander, ad initium Ithobali huius, interuallum eſt, anni ducentum quadraginta nouem.

Ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος] Nabopollaſſar anno decimo octauo imperij ſui audita Phœnicum rebellione, filium ſuum cum regio imperio & ingenti exercitu in Phœniciam miſit ad Tyrium rebellem coercendum, vt nos docuit Beroſus. Anno triceſimo Nabopollaſſari, Nabuchodonoſor expugnata Tyro, & tota Palæſtina ſubacta, profectus eſt Babylonem, accepto de morte patris nuncio, teſte eodem Beroſo. Igitur tredecim anni ſubigendæ Phœniciæ, & oppugnandæ Tyro impenſi: quod & ipſi Cenſuales Phœnicum teſtantur ſtatim in principio. Rurſus a regno Baal, qui Ithobalo ſucceſſit, ad tertiumdecimum annum Iromi ſecundi, putantur anni triginta quinque, menſes tres. Ioſephus vero ex iiſdem Annalibus, ab initio Ithobali, ad tertiumdecimum annum Iromi ſecundi, colligit annos quinquaginta quatuor, menſes tres. Ergo Ithobalus regnauit annos nouemdecim ſolidos. de quinquaginta quatuor iterum deductis triginta quinque & tredecim, quibus oppugnata Tyrus, remanebit annus ſeptimus currens Ithobali, quo Tyrus oppugnari cæpta. Rurſus anno decimotertio Iromi cæpit regnare Cyrus, id eſt, anno Nabonaſſari centeſimo octageſimo octauo, qui annus eſt primus imperij Perſici Cyri apud omnes auctores. Deductis quinquaginta quatuor annis ſolidis de anno 188. Nabonaſſari, remanet annus Nabonaſſari centeſimus trigeſimus quartus, quo cæpit regnare Iromus. Ergo

centeſimus

centesimus quadragesimus Nabonassari est septimus currens Iromi, quo cœpta oppugnari Tyrus. Cœpta autem est oppugnari anno primo Nabuchodonosori expeditionis Syriacæ, vt docet Berosus. Ergo annus centesimus quadragesimus Nabonassari est primus expeditionis Syriacæ Nabuchodonosori, vt antea ex Beroso collegeramus. Mirus ergo consensus Berosi cum Tabulariis Phœnicum, & vtrorumque cum sacris literis. quo quid acceptius esse debet tam præstantis rei studiosis? Viderint ergo, qui antiquiores epochas statuunt, & septuaginta annos captiuitatis a capto Sedekia putant, vt Cyrum nouem annis post obitum suum edicta facturum ab inferis excitent. Viderint & qui ineptos Iudæos secuti tricesimum annum, cuius mentio est apud Ezekielem initio libri primi, putant a libro legis inuento, aut dicunt esse tricesimum Iubilei, qui erat vicesimus secundus Iubilei. Nam is erat annus Exodi 902. Deductis 47, remanent anni 855, hoc est, Iubilea absoluta septemdecim, anni viginti duo Iubilei decimi octaui currentis. Quare annus capti Sedekiæ, qui erat Sabbaticus, teste Ieremia, is, inquam, erat vicesimus octauus Iubilei decimi octaui. Itaque legimus apud Ezekielem cap. XXIX, 17. *vicesimo septimo anno, in primo (mense) in prima mensis factum est ad me verbum Dei.* Erat annus decimus Sedekiæ, vt est initio eiusdem capitis. Sane si vndecimus annus Sedekiæ erat 28 Iubilei, ergo decimus erat vicesimus septimus. Quare vicesimus septimus annus, cuius hic fit mentio, is est Iubilei decimi octaui, non autem Nabuchodonosori, vt nugantur Iudæi. Quomodo decimus annus Sedekiæ potuit esse vicesimus septimus Nabuchodonosori, qui erat tantum decimus octauus? vt taceam, quod in Chaldæa, vbi scribebat Ezekiel, post excessum Nabopollassari, non iam ab expeditione Syriaca putabantur anni Nabuchodonosori, sed ab obitu Nabopollassari. Quum enim annum Nabuchodonosori decimum tertium ab expeditione Syriaca Ezekiel dixerit esse tricesimum alicuius Regis, cur annum decimum octauum eiusdem Nabuchodonosori non dixit esse tricesimum quintum eiusdem Regis, nisi quia is rex iam obierat in tricesimo ipso anno? Proinde is erat annus sextus Nabuchodonosori, quintus a somnio ipsius, cuius mentio Daniel. II, I. Atque hinc colligimus non solum eum esse 27 annum Iubilei, sed & Iudæos inter exteras nationes Iubilea celebrare solitos, quod hactenus faciunt; contra temeritatem imperitorum, qui negant Iudæos in deportatione Sabbaticos annos celebrasse, atque adeo aduersus sententiam doctiorum, qui negant Iudæos vnquam Iubilea celebrasse, quia eius nullum in sacris libris extat vestigium. Sed & ij, & nos vna fallebamur, qui non ita pridem in eadem hæresi fuimus. Locus igitur ille Ezekielis nemini hactenus intellectus vt lucidam facem allucet rationi temporum, ita strenue os obstruit pertinaciæ. Qui negant eos annos Sabbaticos, quos hodie obseruant Iudæi, esse veros Sabbaticos, iidem negent quoque septimos dies, quibus hodie cessant ab opere, esse vera sabbata. Sed nullam latebram inscitiæ suæ reperient. Adeo vndique circumsepti testimoniis tam sacrorum, quam profanorum scriptorum tenentur.

Ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον] Isaiæ XXIII, intentatur excidium Tyro, eiusque desolationis spatium definitur septuaginta annis. Quod de hac obsidione intelligi, dubium non est. Sane septuagesimus annus oppugnationis

gnationis Tyri ſub Nabuchodonoſoro deſinit paulo poſt tempora deuicti Nabonidi, de quo non dubito intelligendum eſſe apud Iſaiam. Nam dura ſeruitute oppreſſa eſt tota Syria, Phœnice, & Palæſtina, ſub imperio Babylonico, vt patet ex Ieremiæ viceſimo quinto, viceſimo ſexto, viceſimo ſeptimo, viceſimo octauo. Tunc igitur data libertas & Tyriis, & Phœnicibus, cum completi ſunt dies ſeptuaginta Babyloni, quod accidit, cum imperium tranſlatum in Cyrum. Hæc proculdubio ita accipienda apud Iſaiam. Nulla alia oppugnatio Tyri, & mutatio fortunæ accidit poſt tempora Iſaiæ, præter hanc, quam paſſa eſt ſub Nabuchodonoſoro. Ergo de illa intelligendum.

Ἔτη τρία καὶ δέκα] Hęc ſuppleuimus ex Ruffino, quem ſcriptorem raro cum fructu, rarius ſine indignatione legas. Regnauit Ithobal annos nouemdecim. Expugnatus eſt poſt annum decimum tertium, quam cæptus oppugnari. Proinde ſeptimo anno regni cæpit oppugnatio. Sed & Ioſephus accuratiſsimus ſcriptor, eundem decimum tertium annum notauit ex veteribus, x. Originum Iudaicarum: καὶ Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν (τῶν ἀποικιῶν Ruffino) μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως (Ναβουχοδονοσόρου) καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτοῦ καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις, ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε Τύρον ἔτη ιγ, βασιλεύοντος κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἐθβάαλου τῆς Τύρου.

Εκνίβαλος Βασλάχου] Nomen hoc ſine dubio ſcriptum fuit כְּנַע־בַּעַל Knabaal: vt Κνίβαλος legendum ſit, non Εκνίβαλος. Κνᾶ כְּנַע eſt, qui dici debebat Canaan כְּנַעַן. Philo Bybliensis: ὧν εἷς ἦν καὶ Ἴσιρις τῶν τριῶν γραμμάτων εὑρετὴς ἀδελφὸς Κνᾶ τοῦ πρώτου μετονομασθέντος Φοίνικος. Sane Canaan eſt pater Sidonis, a quo Sidonij, a Sidoniis Tyrij, & omnes Phœnices. Geneſis x, 15. At Iuſtinus ex Trogo Sidonem vocatam ab vbertate piſcium, quod, vt ait, Phœnicibus *Sidon* piſcis dicatur. Plane verum eſt, piſcatum eo verbo deſignari: ſed falſum, eam eſſe cauſſam nominis Sidonis. Hinc Philo Byblienſis: γενέσθαι δ᾽ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Ὑψουρανίου γενεᾶς γενέσθαι Ἀγρέα καὶ Ἁλιέα τοὺς ἁλιείας καὶ ἀγρείας εὑρετάς, ἐξ ὧν κληθῆναι Ἀγρευτὰς καὶ Ἁλιεῖς. Profecto ita Hebraice eſſet וְעֶלְיוֹן הוֹלִיד אֶת צַיִד וְצִידוֹן וּמֵהֶם יִקָּרְאוּ צַיְדָן וְצִידוֹנִים *Elion genuit Said & Sidon, vnde dicti Sidones, & Sidonij.* Nam Sidonis appellatio & Piſcationis & Venationis quoque eſt. Saidan & Sidon alterum Syrorum & Arabum, alterum Hebræorum verbum. Alibi tamen dicit: ἀπὸ δὲ Πόντου γίνεται Σιδών, ἣ καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε. Ita non ſibi conſtat. Huc pertinent verba Hieronymi in Ezekielem: *In Hebraico verius poſitum eſt, vniuerſi Sidonij, quos nos venatores vertimus, iuxta illud, quod ſcriptum eſt: Anima mea erepta eſt, ſicut paſſer, de laqueo venantium. pro quo in Hebraico poſitum eſt Sidoniorum.* Sed in Pſalmo CXXIIII, 7, quem locum habebat in animo hæc ſcribens Hieronymus, non legitur SIDONIM, ſed יֹקְשִׁים *Auceps.* Videmus tamen Sidonim etiam pro venatoribus ſumi, vt apud Philonem Byblienſem. Sed redeo ad Canaan. Ergo Canaan ſecundum Sidoniorum Cenſuales cognominatus fuit פִּינְחָס, φοίνιξ, quomodo nepos Aharonis. Sed tunc ita apices vocales notandi פִּינְחָס, quomodo etiam Septuaginta legiſſe videntur. Nam apices vocales eſt inuentum nouitium Maſoritarum.

Βασλάχου] Μασλάχου agnoſco in מַצְלָח. Neque dubito verum eſſe. Nam in veteribus libris nulla differentia eſt inter βῆτα & μῦ. Quod nomen corruptum

ruptum sit, ostendit lectio Ruffini valde ab hac diuersa.

Χέλβης] Puto כָּלֵב, vt sit cognominis filio Iephunne.

Μύτγονος] בּוּת־גָּאוֹן.

Γεράστρατος] גֵּר־עַשְׁתֹּרֶת ὁ ξένος τῆς Ἀστάρτης. ὁ Ξενάσταρτος. Melius Γηρόστρατος, vt apud Arrianum, vbi Rex Aradi ita vocatur.

Μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος] Locus notabilis. Quare arcessiuerunt Regem Babylone? Quia stipendiarij Babylonis erant, & non alium Regem accipere poterant, nisi quem Chaldæi victores & domini imponebant. Vides plane seruitutem Tyri prædictam ab Isaia XXIII: neque tantum Tyri, sed & totius Syriæ. Ieremiæ XXVII, 6, 7.

Μέρβαλον] מַר־בַּעַל Nomen compositum ex priore membro Chaldæo, & posteriore Phœnicio. Priore notat vrbem, in qua altus fuit. posteriore, in qua genitus, aut saltem ex qua oriundus. מַר mere Chaldaici idiotismi est. Significat Dominum. Hodie id nomen frequens in ore Chaldæorum Christianorum, qui sic primores, &, vt ita loquar, primicerios Sanctorum vt Apostolos vocant, Mar Markos, Mar Phetros: Dominus Marcus, Dominus Petrus. pro quo nos dicimus Sanctus Marcus, Sanctus Petrus. Nam ܡܪܝ est δεσπότης, aut κύριος, corruptum ex ܡܪܝܐ, illud autem deductum ex Hebræo מוֹרִי. Philo in Flaccum: ἐξήχει βοή τις ἄτοπος Μάριν ἀποκαλούντων. οὕτως δέ φασι τὸν Κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. Inde Μαρνᾶς ܡܪܢ ܢܫܐ vel ܡܪܝ ܢܫܐ Idolum Gazensium, de quo in historia Ecclesiastica. Id autem est κύριος ἀνθρώπων, vt poetis — πατὴρ ἀνδρῶν, id est, Iupiter.

O σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα] Colliguntur, inquit Iosephus ex Phœniciacis Censualibus, ab initio Ithobali, ad tertiumdecimum Iromi, anni LIIII, menses tres. Annus primus Cyri in epocha Nabonassari 188. Deductis quinquaginta quatuor absolutis, remanet annus Nabonassari 134 primus regni Ithobali. Proinde septimus Ithobali est 140 Nabonassari, qui est & primus Nabuchodonosori: & consequenter 152 Nabonassari est tertiusdecimus & vltimus oppugnatæ Tyri, tricesimus Nabopollassari, quo & ipse Nabuchodonosor patre mortuo triumphans Babylonem ingressus est ad patritium imperium capessendum, pauculis mensibus post oblatam visionem Ezekieli. En quam bene hæc cohærent, & quam auij a vera ratione temporum feruntur, qui alias historiæ sacræ epochas commenti sunt, vt quæ obuium erat ex Gentium Annalibus, Archiuis, & historiis petere, ea ipsi inanibus coniecturis aucupati ludibrium posteritati debuerint.

Εβδόμῳ μὲν γὰρ] Huic loco deprauato nihil succurrit Ruffinus. Vetustissimum est mendum. Sed Iosephum ita scripsisse historia ipsa clamat: ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς Εἰθωβάλου βασιλείας Ναβουχοδονόσορος ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον. Τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης κράτος παρέλαβεν. Quippe non septimo anno regni sui Nabuchodonosor cœpit oppugnare Tyrum. non enim ea res agitur, sed de Ithobalo sermo est. Ex iis, quæ supra attigimus, constat septimo anno Ithobali Tyrum oppugnari cœptam, vicesimo labente expugnatam fuisse. Tyrus igitur capta a Nabuchodonosoro anno periodi Iulianæ 4118, a conditu autem ipsius Tyri, anno 663, annis vero 264, antequam iterum ab Alexandro debellaretur, quô casu peius accepta fuit, quam sub Nabuchodonosoro.

donoforo. Atque hæc de Tyro, anno decimotertio Nabuchodonofori debellata. Nam anno decimonono Nabuchodonofori, qui erat vndecimus Sedekiæ, Ezekiel aliud horrendum excidium Tyro minatur opera eiufdem Nabuchodonofori, ita vt ne veftigium quidem vrbis in illa relinquatur, neque vnquam inftauretur. Cap. XXVI, 14, 19. Quod nobis plane ignotum. Nam quando Tyrus deleta, vt nullum in ea relictum fit veftigium? Quomodo nunquam inftauranda, quæ nullo vnquam tempore non munitifsima, amplifsima, populofifsima fuerit? Certe fub Dario Notho florentifsima erat. Zachariæ IX, 3. Quid loquar tempore Alexandri? Quid fub Romanis, præfertim fub Seuero? Vide Vlpianum de Cenfibus. Vide etiam Strabonem, Quintum Curtium, alios. Malo fateri me hæc ignorare, quam inanibus coniecturis σκιαμαχεῖν. Hactenus Archiua Phœniciaca: ex quibus didicimus, ab initio expeditionis Syriacæ Nabuchodonofori, ad initium monarchiæ Perficæ Cyri, interuallum effe annorum quadraginta octo. Non difficile igitur fuiffet, putatis retro ab initio Cyri annis quadraginta octo, ad initium Nabuchodonofori, & quartum annum Ioiakimi Regis Iudæ peruenire, tametfi Berofus eo nos manu non deduxiffet. Quare certa eft fides huius Chronologiæ Phœniciacæ, & mendofa omnis recentiorum de epocha Nabuchodonofori affertio.

Πορφύριος] Hoc fragmentum hominis nomini Chriftiano iniquifsimi ideo poft Phœniciaca appofuimus, quod de vetuftifsimo Phœniciacarum rerum fcriptore Sanchoniathone verba facit. Neque vero fine fructu legetur.

Σαγχωνιάθων] Sanchoniathonis Berytij Origines Phœniciacas ex fermone Phœnicio in Græcum conuertit Philo Byblienfis, fcriptor vetuftifsimus, idque libris nouem.

Παρὰ Ἱερομβάλου] חִירָם־בַּעַל.

Θεοῦ τοῦ ΙΕΥΩ] ΙΕΥΩ יְהוָה Literæ quidem funt ex quatuor; vnde dicitur ὄνομα τετραγράμματον, fed non apices, quibus proprie infigniri debet. Nam illi apices funt nominis אֲדֹנָי vt mediocriter docti fciunt. Quomodo enim efferendum erat, nemini licebat id concipere, præterquam Pontifici maximo, idque decima Tifri, & quidem ἐν ἁγίοις. Philo de vita Mofis: χρυσοῦν δὲ πέταλον ὡσανεὶ στέφανος ἐδημιουργεῖτο τέτταρας ἔχον γλυφὰς ὀνόματος, ὃ μόνοις τοῖς ὦτα καὶ γλῶτταν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις, ἄλλῳ δ' οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμοῦ. Itaque יְהוָה legunt Adonai. & Septuaginta femper Κύριος interpretantur. quod nomen non legitur in primo capite Genefeos, fed Elohim Θεός. At in fecundo יְהוָה Κύριος. Itaque hinc argutati funt Tertullianus, & quidam veterum, Deum non prius Dominum fuiffe, quam Adam factus effet. Atqui Elohim commune nomen etiam Diis gentium. Sed יְהוָה quod Κύριος Græcis interpretibus, eft proprium vnius Dei viui. Vides, quid peperit ignoratio Hebraifmi. Qui rident eos, qui יְהוָה Adonai legunt, & putant recentem morem inductum ab hodiernis Iudæis, non merentur, quibus refpondeatur. יְהוָה ὄνομα τοῦ ὄντος interpretatur idem Philo ibidem: & quidem recte. Hodie quoque nomen Dei in die Kippurim in Synagogis ex more exprimitur cum fumma demifsione. In libro Liturgiarum: בַּמִּקְדָּשׁ אוֹמְרִים אֶת הַשֵּׁם כִּכְתָבוֹ וּבַמְּדִינָה בְּכִנּוּיוֹ *In fanctuario pronunciant* NOMEN *per fcripturam eius, in vrbe autem per cognomen eius.*

Idem plane dicit, quod Philo. Scripturam vocat quatuor literas יהוה Cognomen Adonai, Elohim. Sed redeo ad Phœnicas nostros de Dei veri appellatione cum Hebræis consentientes. Si Theodoreto credendum, Samaritæ pronunciant Ἰαβαί. quasi יָהְוֶה vel יִהְוֶה ὁ ὤν. Ergo nomen tetragrammatum illis notum, quod quidem alij ἰάω, vt Orpheus, & Diodorus li. II. παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν ΙΑΩ ἐπικαλούμενον Θεόν. alij ἰαῦ, alij aliter enunciabant. Sed & illud septem vocalibus Græcis exprimi existimarunt quidam, vt oraculum:

καὶ σφόδρα καὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ Θεὸν ἑπταχιφώνην.

Item auctor epigrammatij:

Ἑπτά με φωνήεντα Θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
  Γράμματα τῶν πάντων ἀκάματον πατέρα.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυρώδη
  Ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη.

Nam potest septem vocalibus concipi oratio de nomine Dei ΗΟΑ ΙΕΥΩ, הוא יהוה, ipse est Deus, ὁ ὤν. Neque aliter Hebræi. Potest & aliter iisdem vocalibus contexi, cuiusmodi vidimus notas in gemmis incisas literis Græcis, sed quæ diuerse ad tetragrammaton nomen alluderent. Ex gemmæ sunt Basilidianorum hæreticorum, cum suo Deo ΑΒΡΑΞΑΣ ΙΑΩ, & Valentinianorum. Possunt tamen ἑπτὰ φωνήεντα non de vocalibus sed de quibusuis literis accipi. Nam Iosephus quatuor literas nominis Dei יהוה vocat τέτταρα φωνήεντα. Sic idem oraculum Magum regem Babylonis vocat τῆς ἑπταφθόγγου βασιλέα. Nam Βαβυλὼν est septem literarum. Sic quum Σάραπις septem literis constet, videndum num potius is ille sit, qui ab auctore epigrammatij per ἑπτὰ φωνήεντα innuitur. Constat igitur Phœnices non solum sermone populari, sed & quibusdam arcanis nominibus religionis cum Hebræis consensisse. Sic עֶלְיוֹן ὕψιστος Deus ipsis dicebatur: etiam quidam eorum Deorum μημερούμος, id est, ὑψουράνιος. מרומים est αἰέχαθν. Superne. Huius Memrumi fratrem fuisse οὐσωὸν dicit Philo Bybliensis, ὃς σκέπην τῷ σώματι πρῶτος ἐκ δερμάτων, ὧν ἴσχυσε συλλαβεῖν θηρίων, εὗρεν. Manifesto deprauarunt historiam Esau, qui corpore hirsutus erat. Nam οὐσωὸς, siue οὐσῶ, est עֵשָׂו, Esau. Præterea & ἐλωεὶμ quosdam Philo recenset inter illos Phœnicum Deos. Scribit enim οἱ δὲ σύμμαχοι Ἴλου τοῦ Κρόνου Ἐλωεὶμ ἐπεκλήθησαν. Addit idem quendam etiam Deum Phœnicum ἀγρὸν siue ἀγρότην vocatum. Sed fallitur, cum שדה vertit ἀγρὸν aut ἀγρότην. Totidem quidem, iisdemq; literis scribitur nomen Dei, quot & quibus ager: sed puncto tantum & vocali alterum ab altero distinguitur. שַׁדַּי enim Deus est, aut Dei epitheton. At שָׂדַי est ἀγρὸς, quod dictum pro שָׂדֶה vt Threnorum IIII, & Psalmo XCVI. Itaque hunc שַׁדַּי quem ipse perperam ἀγρὸν, aut ἀγρότην vocat, dicit esse vnum ex Diis, quos præcipue colerent Byblienses populares sui. οὗ καὶ ξόανον εἶναι μάλα σεβάσμιον, καὶ ναὸν ζευγηφορούμενον ἐν Φοινίκῃ, παρὰ δὲ Βυβλίοις ἐξαιρέτως θεῶν ὁ μέγιστος ὀνομάζεται. Quod autem in fano portatili circunferretur, adumbratum est ex arca testamenti, quam malo suo experti sunt ipsi Phœnices, & Gazæi. Manifesta enim apparent vestigia veritatis obscuratæ in historia VI cap. I. Samuel. Itaque Iosephus τὴν σκηνὴν συμπερινοστοῦντα καὶ μεταφερόμενον ναὸν vocat. Idem ergo & de arca dici potest. Ferculo quoque τὸν Δία ἡλιοπολίτην vehi, auctor Macrobius, qui est idem Deus cum hoc. Sed quemadmodum in

dum in שַׁדַּי & שֵׁדִי deceptus eſt Philo, ita etiam in Dagon. Scribit enim: παραλαβὼν δὲ ὁ Οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν Γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας δ, Ἶλον, τὸν καὶ Κρόνον, καὶ Βέτυλον, καὶ Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, καὶ Ἄτλαντα. Nam aliud eſt דָּגוֹן Δαγὼν, aliud דָּגָן σῖτος frumentum. Dagon enim, vt Iudæi etiam narrant, ſculpebatur forma piſcis, (דָּג piſcem ſignificante) nos autem ſcimus τὴν Δερκετὼ Syrorum Deam (quæ Syris Atergata, vnde locus in Syria Atergation, II Macab. XII, 26) ſculpi ſolitam, ſuperne mulierem, inferne piſcem. Melius igitur τὸν Δαγῶνα Ἰχθυῶνα quam σιτῶνα vertiſſet. Ιλ autem eſt אֵל. βέτυλ vero בֵּית-אֵל. Et melius ſcribitur βαίτυλ. Ita vocabant Deos, quos ſpecie lapidis adorabant. Philo Byblienſis: Ἐπενόησε δὲ θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. Quæ omnia aperte deprauata ſunt ex hiſtoria lapidis, quem Iacob vnxit, & poſuit in loco, qui dictus Bethel. Geneſ. XXVIII, 18, 19. Hebræi ſuper illo loco: אַף עַל פִּי שֶׁהָיְתָה מַצֵּבָה אֲהוּבָה לִפְנֵי הַמָּקוֹם בִּימֵי הָאָבוֹת אַחֲרֵי כֵן שְׂנֵאָה מִפְּנֵי שֶׁעֲשׂוּהָ כְּנַעֲנִים לְחֹק לַעֲבוֹדָה זָרָה. omnino interpretantur hæc. Cananæi ſunt qui lingua Hebraica pura vtebantur ab initio. Hinc nugaces Poetæ βαίτυλον vocant lapidem, quem faſciis obuolutum pro filio Saturnus deuorauerit. Vnde prouerbium, καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοις. Sed & ſummum omnium Deorum Ἀδὼδ vocabant, qui Macrobio eſt Adad. Philo Byblienſis: Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη καὶ Ζεὺς Δημαροῦς καὶ Ἀδωδὸς βασιλεὺς θεῶν ἐβασίλευον τῆς χώρας. Macrobius: *Deo enim, quem ſummum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt. Eius nominis interpretatio ſignificat* VNVS. *Hunc ergo vt potentiſſimum adorant Deum.* Id quoque adumbratum ex veritate: quum toties totieſque Deus dicat ſe eſſe VNVM. quod Hebraice eſt Ahad. Iſaias LXVI, 17: *Qui purificantur & luſtrantur ad hortos pone* VNVM *in medio.* Iudæi interpretes longe aliter accipiunt, & אַחַר, quod eſt VNVS, temerario conatu deprauant in אַחַת, dicentes eſſe ex illis, quæ aliter ſcribuntur, & aliter leguntur. Itaque piſcinam neſcio quam hic ſomniant. Senſus eſt apertiſſimus: februationes & luſtrationes Deo illi ſiue Idolo fieri, quem Deum ipſi vocarent AHAD, id eſt, VNVM, idque in medio hortorum, qui illi idolo dicati in opiſthodomo templi: ſubintelligendum enim Templum, *pone templum Ahad.* Nam præpoſitio אַחַר, qua vtitur Propheta, eſt localis, vt etiam hic accipitur ab omnibus Iudæis, & Ionathan vertit בָּתַר, ὄπισθε. vel ſimplicius Idolum pro ipſo Idoli templo accipiendum, vt Græcis & Latinis mos eſt. Neque dubium eſt, hanc veram eſſe illius loci interpretationem. Sed quia Saturno pueros immolabant, ſciendum eſt ipſum Saturnum non vno cognomine apud Phœnicas notum fuiſſe. In quibuſdam vrbibus dicebatur Ιλ. in aliis Ἰσραήλ. in aliis Melkom, vt eſt paſſim in ſacris literis. Omnino autem Tyrij eius ſtellam colebant; de qua locus notabilis Amos V, 26. Sed & aliam ſtellam conſecrauerunt in arce, quem διοπετῆ ſiue ἀεροπετῆ ἀστέρα vocabant. Philo Byblienſis: ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου. περινοστοῦσα δὲ τὴν οἰκουμένην εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσεν. Eſt autem, quem Græci ἑωσφόρον, Latini Luciferum vocant, Iſaiæ decimoquarto, 12 dicitur הֵילֵל בֶּן שָׁחַר ἑωσφόρος υἱὸς τῆς Ἠοῦς, & in eodem capite Iſaiæ vſurpatur ἀεροπετὴς ἀστὴρ prouerbialiter.

Ὁ Βηρύτιος]

Ο' Βηρύτῳ] Quomodo vocetur in ſacris literis Berytus, nondum diuinare potui. Eſt tamen purum putum Phœnicium, id eſt, Hebraicum, 'בְּרוֹתָה quomodo vocatur locus quidam Ezekieli XLVII,16. quod nomen extabat in ſanctuariis Phœnicum. Id enim eſt βηρὺθ. Philo Byblienſis: κατὰ τούτους γίνεταί τις Ἐλιοῦν καλούμενος ὕψιστος, καὶ θήλεια λεγομένη Βηρούθ. Nonnus Beroen a Romanis Beryton dici nugatur. Sed neque Byblum ſuo veteri nomini in ſacris libris reddere poſſumus. Hieronymus dicit Gobel ab Hebræis vocari. quo argumento? Ergo Gyblos non Byblos dicenda. Atqui בֹּבַל eſſet potius nomen verum, vnde Βύβλος deriuatum. Neque aliud poteſt eſſe. Sed quare ita dicta, a quo & quando, non poſſumus dicere.

Οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν] Ierombal iſte, ſiue Irombaal antiquior eſt Sanchoniathone. Sanchoniathon enim ab eo accepit, vt hic traditur. Sed iſte Irombaal dicitur hic vixiſſe inter ſæculum Moſis, & Troicum. Ergo Sanchoniathon recentior Moſaico ſæculo.

Ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς] Vt Sanchoniathonem antiquiſsimum probet, ait æqualem ſęculo Semiramidis, Semiramidem autem antiquiorem ſęculo Troiano, aut ſaltem æqualem: Ergo Sanchoniathon eſt antiquior, aut æqualis ſęculo Troiano, & proinde antiquiſsimus, quia Troica antiquiſsima. Sed ipſe Sanchoniathon apud Philonem Byblienſem conditum Tyri, tanquam rem antiquiſsimam memorat. Tyrus vero condita anno 76 ante Ilij excidium. Quanto igitur Sanchoniathon inferior ſæculo Troiano, cui 76 annus ante Ilij excidium res antiquiſsima eſt? Verba Philonis: εἶτα φησὶ (Σαγχωνιάθων) οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων καὶ θρύων. Sed quod ſæculum Semiramidis cum Troicis temporibus comparat, longe abſurdius, & Porphyrio indigniſsimum. Ipſa enim ſaltem annis mille excidium Ilij anteceſsit. Hæc vero demonſtranda. In Græcorum libris omnium imperiorum antiquiſsimum eſt Aſſyriacum, cuius ſedes vrbs ingens Ninus. Nini conditor ſecundum Hebræos, Aſſur. Geneſeos x, 11. Sed Gręci, Chaldęi & Perſę conditorem Nini cognominem vrbi ſuę fuiſſe ſcribunt. Itaque ſiue Ninus ſecundum Chaldęos, ſiue Aſſur ſecundum Hebręos, is primus fuit Rex Aſſyriæ, qui ab Indo flumine, ad Libyę fines, rerum late potitus ſit: ab eoq; regnatum, vſque ad Sardanapalum, quem triceſimum a Nino fuiſſe ſcribit Cteſias, & poſt Cteſiam Diodorus. Ambo ab initio Nini, ad exitium Sardanapali, 1360 annos putant. Deinceps Medi ab initio Arbacis, ad initium Cyaxaris, quem Cteſias Aſtibarem nominat, res Aſſyriorum obtinuerunt 242 annis. Ergo ab initio Nini, ad initium Cyaxaris, anni ſunt pręciſe 1602. Cyaxares iniuit imperium Medorum anno ſecundo Olympiadis 37. quod colligitur ex dinumeratione temporum apud Herodotum, & diſerte extat apud Euſebium. Ergo initium Cyaxaris conſurgit ex anno periodi Iulianæ 4083; de quibus deductis 1602 ſolidis ab initio Nini, ad initium Cyaxaris, remanet annus primus Nini reſpondens anno 2481 in periodo Iuliana. Rurſus Calliſthenes reſcribens Ariſtoteli de vltima antiquitate rerum Chaldaicarum dixit annum captæ ab Alexandro Babylonis fuiſſe milleſimum noningenteſimum tertium Computi temporum Chaldaicorum. Capta eſt Babylon anno periodi Iulianæ 4383. Deductis 1902 abſolutis, remanet annus periodi Iulianæ 2481, quem iam diximus fuiſſe primum ab initio Nini. Ergo Computus annorum, quo vtebantur Chaldæi, inibat ab anno primo Nini, non a Nemrodo, quod aliquando putauimus. Et ſane

Chaldæi, quia antiquius imperium Aſſyriaco, aut vetuſtiorem regem Nino memorare non poterant, iure ab eo annos ſuos putabant, quo alium antiquiorem non norant. Et fieri non poteſt, vt ſine vlla cauſſa a tam longinqua antiquitate epocham temporum ſuorum repeterent. Erat annus mundi 1717. Neomenia Zygonos 5.7.28, Octobris xx. Neomenia Krionos VIII Aprilis. Ergo VIII Aprilis eſt antiquiſſimum Neuruz Chaldaicum. Atque ita quatuor κέντρα ἰσημερινὰ habemus χειμερινὸν, Athenienſium in VII, Ianuarij, ἐαρινὸν Chaldæorum in VIII Aprilis, θερινὸν Elidenſium in VIII Iulij, μετοπωρινὸν Macedonum in VII Octobris, quæ & veterum Iudæorum Tekupha eſt, & quidem omnia in litera G. Ab initio Nini, ad initium Nabonaſſari, anni ſunt 1486, quæ fiunt Neuruz duodecim, & præterea anni 46 de tertio decimo Neuruz Chaldaico, quibus competunt dies vndecim προεμπτώσεως in annis æquabilibus Ægyptiacis: quibus deductis de octaua Aprilis, relinquitur viceſima octaua Martij Neuruz Nabonaſſari. quo poſtea ſemper Chaldæi & Orientales vſi ſunt ſub nomine Neuruz Harirathi. Neomenia Paophi anno primo Nabonaſſar conueniebat cum 28 Martij, hoc eſt, cum ipſo Neuruz ciuili, vbi quoque erat neomenia Neuruz Chaldaici. & proculdubio etiam inde ſuas Dodecaeteridas exordiebantur. Ab Ariete enim earum principium, & Artemiſio Chaldaico. Nam & Abydenus Dæſium ſecundum menſem Chaldaicum facit a diluuio. Ergo Artemiſius erat primus. Propterea annus Chaldæorum Alexandreus non eſt ineundus ab Hyperberetæo, ſed ab Artemiſio. Et proinde ſerior eſt Alexandreo ſex menſibus, vt Iudaicus citior. Hæc eſt ratio, quare non ab eodem anno Iuliano videtur inire Epocha Chaldaica. Nam ſane init a ſeptimo menſe Alexandreo, ſed non ab eodem anno Iuliano. Hæc monemus: quia nondum de his nobis liquido compertum erat, cum de anno Chaldaico libro ſecundo & quinto diſputaremus. Huius quoque pulcherrimæ rei obſeruatio pertinebat ad librum quintum poſt epocham diluuij. Itaque monemus æquum Lectorem, vt epocham Nini Chaldaicam eo conferat. Eruimus igitur cauſſam veteris æræ Chaldaicæ, cuius meminit Calliſthenes apud Simplicium, ac poſtea deſita eſt, vt apparet, propter inſtitutionem noui Neuruz in gratiam Nabonaſſari, qui videtur primus iugum Medorum, qui in Aſſyria regnabant, excuſſiſſe. Huius Nini vxor fuit Semiramis, vt Cteſias, & ab eo Diodorus, & Trogus ſcripſerunt, & omnes fatentur, quam duobus & ſexaginta annis vixiſſe, duobus & quadraginta imperaſſe, idem Cteſias apud Diodorum refert. Sed tempus, quod Ninus imperauit, omiſſum eſt ab vtroque. Euſebius attribuit annos quinquaginta duos. Sed mendoſiſſima eius eſt computatio, vt qui ab initio Nini, ad finem Sardanapali, tantum annos putet 1218. Cum igitur dicat Porphyrius, Semiramidem æqualem fuiſſe temporum Troicorum, quam eum fugiat ratio, hinc colligere licet, cum ab initio Nini, ad excidium Troicum, interuallum ſit, anni 1050. vt omnino mille annos intereſſe oporteat ab initio Nini, ad Troica. Sed Herodotus dicit πέντε γενεὰς interfuiſſe inter Semiramidem, & Nitocrim vxorem Nabuchodonoſori, ſiue Laboniti: quæ cum clauum imperij tenuerit, viro inter feras degente, & pulcherrimis operibus Babylonem excoluerit, omnia quæ illi Herodotus recte attribuit, perperam Semiramidi a Diodoro adſcribuntur. Sed de quinque ſæculis, quæ inter Semiramidem & Nitocrin interiicit

licit Herodotus, non possumus concoquere: præsertim cum centum annis tres γενεὰς definiat. Itaque hoc modo non integri 167 anni interfuerint inter Semiramidem & Nitocrin: quod sane non solum cum veritate, sed cum mente Herodoti pugnat, qui ex antecedentibus, quæ præmisit de rebus Assyriacis, fidem facit, se longe maiorem numerum sæculorum designasse. Scribit enim, postquam Assyrij quingentos viginti annos rerum in superiore Asia potiti essent, tandem Medos ab illis defecisse, & cum αὐτονομούμενοι per aliquot sæcula vixissent, tandem incidisse in laqueos Deiocis viri vaferrimi, qui primus tyrannidem Medorum inuasit. Huius pronepos Cyaxaris filius Astyages eodem tempore Medis imperabat, quo Nitocris Chaldæis. En 520 annos Assyriorum, & longum tempus αὐτονομίας Medorum, & præterea tempus tyrannidis Deiocis, Phraortis, Cyaxaris, & Astyagis. Hoc tempus excedit πέντε γενεάς, id est, annos 170. Profecto non error est Herodoti, sed vetustissimus, & longa temporis præscriptione admissus, πέντε γενεάς pro πεντήκοντα, qui sunt anni plusquam 1666, siquidem centum annis tres γενεαὶ continentur: qui quidem anni ab vltimis temporibus Nabuchodonosori retro putati desinunt in tempus ipsius Nini. Quare minime dubitandum est, πεντήκοντα pro πέντε Herodotum scripsisse. Sunt enim vetustissimæ mendæ librariorum; cuiusmodi non paucis totus Iosephus scatet, non multum post sæculum Iosephi subortis. Ecce simile erratum in Diodoro, qui ait Cyaxarem cæpisse imperare anno secundo Olympiadis decimæ septimæ: quæ tamen erat tricesima septima. κατὰ γὰρ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑπτακαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος ᾑρέθη βασιλεὺς ὑπὸ Μήδων Κυαξάρης καθ' Ἡρόδοτον. Non sentit Herodotum definiuisse vllam Olympiada, aut annum vllius certæ Olympiadis; sed hoc colligi ex scriptis Herodoti, qui attribuit Astyagi 35 annos, quem constat captum a Cyro anno primo Olympiadis quinquagesimæ sextæ, hoc est, anno 221 Iphiti: de quibus deductis 35 Astyagis, & 40 Cyaxaris, relinquitur annus 146 Iphiti, id est, primus Cyaxaris. Error non est Diodori, sed librariorum, quanquam vetustissimus. Legendum enim ἑβδόμης καὶ τριακοστῆς. Error natus ex compendiis numerorum ΙΖ, pro ΛΖ. Sed quod sequitur apud eundem, non ita possumus excusare. Κτησίας δ' ὁ Κνίδιος τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις ὑπῆρξε, &c. Nam falsum, Ctesiam sæculo Herodoti vixisse. Rursus falsum, Ninum vrbem ad Euphraten sitam esse, quod ait idem Diodorus, cum sita fuerit ad Tigrim. Imperite faciunt, qui anno primo Cyri, hoc est, anno primo Olympiadis LV., Astyagem a Cyro victum scribunt, cum Cyrus a Persis Rex electus ante Astyagis cladem aliquot annos regnarit: & in his turbat Eusebius. Sed & mendose refert Herodotus, sub Cyaxare pugnantibus Medis cum Lydis diem in noctem vertisse, cum is fuerit Astyages, non Cyaxares, vt recte habet Solinus, quanquam supra idem nobis visum fuerit. Præterea eodem referendum, quod Hieronymus dixit Prologo in Ionam, Astyagen tempore Iosiæ regnasse. A Nino, ad casum Sardanapali, ita regnatum scribit Diodorus ex Ctesia per 1360 annos; vt non solum Sardanapalus tricesimus rex a Nino, sed etiam tricesimus eius sanguinis fuerit: quam seriem successionis interruptam fuisse ab Arbace Medo, a quo imperium Assyriorum a Medis, ad Cyrum, per 282 annos obtentum fuisse: idque Ctesiam hausisse ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας. Sane verum est, omnia Acta

Regum

Regum Perſidis in diphtheras, quas etiam κεφαλίδας vocant Græci, relata fuiſſe: vt manifeſto exſtat Eſdræ VI, 2. ex quibus conſtabant Chronica Perſarum: Eſter II, 22: VI, 1: X, 2. Sed quum dicat Medos a clade Sardanapali, ad obitum Aſtyagis, Aſſyriorum regnum obtinuiſſe, merito vt dubitetur, facit ſacra pagina, quæ Tiglath-Phul-Aſar, & Senacherib regum Aſſyriæ meminit. Sed neque verum eſt, Ninum a Medis ſolo æquatam, vt refert idem Cteſias, cum ei & diuinarum literarum auctoritas, & Herodotus refragetur, qui in hac parte longe certior Cteſia a nobis deprehenditur. Is ſcribit ab exercitu Cyaxaris Regis Ninum obſeſſam: eamque tempore Nitocridis vxoris Nabuchodonoſori deletam fuiſſe. Deleta igitur ſub Nabuchodonoſoro. Sophonias etiam Propheta temporibus Ioſiæ minatur exitium Nino. Herodotus autem ſcribit Phraortem Medum tempore Manaſſis Regis Iudæ expeditionem feciſſe in Medos, qui Ninum regiam obtinebant. Sed nulla ratione nititur, quod idem Cteſias ſcribebat tertio Περσικῶν de Sardanapalo: τοὺς γὰρ τρεῖς υἱοὺς καὶ δύο θυγατέρας, ὁρῶν τὰ πράγματα κακούμενα, προεπεπόμφει εἰς Νίνον πρὸς τὸν ἐκεῖ βασιλέα. Vult enim Sardanapalum alibi, quam in vrbe Nino fuiſſe, cum ſe concremauit, & præterea alium regem Nini fuiſſe præter ipſum Sardanapalum eodem tempore. quod eſt ridiculum. Ineptus Græculus, modo Herodoto aduerſetur, quid dicat penſi nihil habet. Hanc tamen illius ſententiam ſequitur Athenæus. At Herodotus recte de Aſſyriorum imperio retulit, & Ninum vrbem adhuc ſub temporibus Cyaxaris Medi ſtetiſſe. Multa a Cteſia & humanitus peccata & conſulto per ζηλοτυπίαν in Herodotum maligne mentita etiam ex iis, quas Photius nobis reliquit, parietinis, manifeſto odorari poſſumus. Sciendum vero Semiramidis filium Νινύαν, qui tertius a Nino patre regnauit, vocatum fuiſſe eodem nomine, quo vrbs ipſa Ninus ab Hebræis dicitur, nempe נִינְוֵה Νινύη. Quare quomodo diſtinguendum ſit nomen Nini a Ninya, viderint Græculi. Nam vir Semiramidis proprie Aſſur vocatus fuit, non Ninus, vt nugantur Græci. Secundum hæc, a Diluuio, ad initium Aſſur, quem Ninum vocant Græci, fuerint tantum anni ſexaginta vnus: recte. Aſſur enim nepos Noæ ex Sem. Hic igitur mirus conſenſus profanorum cenſualium cum ſacris: ex quibus arguitur vanitas eorum, qui immanem numerum annorum a Diluuio, ad Exodum deducunt.

Η πρὸ τῶν Ἰλιακῶν.] Semiramidem filiam Dercetidos ſcribit Diodorus, lingua Syriaca παρωνομασμένην ἀπὸ τῶν περιστερῶν. Sed nulla dialectus Syriaca ita columbam vocat. Si enim ἐτυμολογίζειν licet, id Syriace potius ſonat Ὑψηλοτάτην. At in columbam verſam fabulantur poetæ. Ouidius Metamorph. IV.

—Et dubia eſt, de te, Babylonia, narret
Derceti; quam verſa ſquamis velantibus artus,
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura?
An magis vt ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos?

Λέγεται δὲ καὶ μέρος τι] Hoc fragmentum Beroſi de diluuio comparent ſtudioſi cum iis, quæ Haiton, & alij recentiores de loco, vbi Arca Noe requieuit, prodiderunt, cum ille locus hodieque tam Chriſtianis, quam Muhammedanis celeberrimus ſit.

Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς]De hoc Suidas multa, & alij. Hoc autem fragmen-

d 4 tum

tum cognatio materiæ cum superiore coniunxit.

Ἐστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα] Strabo habet Μιλυάδα: item Plinius libro quinto, XXXI. *Attingit Galatia & Pamphylia Cabaliam, & Milyas, qui circa Barin sunt, & Cyllanticum, & Oroandicum Pisidiæ tractum.*

Βᾶρις λεγόμενον] Ego βᾶρις circunflexo accentu scribo, cum sit longa. Omnes tamen libri cum acuto. Est autem βᾶρις castrum ab Hebræo בִּירָה. Et ita vertitur a Græcis. quanquam Chaldaicum aut Persicum potius videtur בִּירָה quam Hebraicum. sic & Castrum, vel Prætorium, vel Palatium, super cuius fundamentis instaurata est Hierosolymorum turris Antonia, vocatum fuit βᾶρις. Hic vero montem Armeniæ, cuius meminit & Plinius loco iam a nobis producto, dictum putem: non quod ibi vllum castrum, aut Prætorium fuerit, sed quia & prægrandes naues, & in sublime eductæ vocantur βάρεις. Propertius: *Baridos & contis rostra Liburna sequi.* De Baride Ægyptia naui multi meminerunt, Herodotus, Diodorus, alij. Ab Arca igitur, seu Naue Noe ita dictus. Sed Epiphanius Λουβὰρ dictum tradit: quod aliud agens Tzetzes in versibus Politicis sequius interpretatur. Non enim locum, vbi requieuit Arca, Lubar vocatum scribit, sed vbi primum Noe vitem coluerit.

Καὶ Σείσιθρος] Hoc fragmentum de Diluuio recte cum superioribus coniunctum: quia non solum cum eis consentit, sed & non raro cum Scriptura, mutatis tamen nominibus. Nam Κρόνος hic pro Deo, & Σείσιθρος pro Noa.

Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα] Sequitur Chaldæos, qui Dodecaeteridum suarum initium ab Ariete instituebant, & proinde omnium ciuilium temporum principium inibatur a mense Artemisio, a quo Desius est secundus: vt Desius sit is, quem Moses secundum mensem vocat, cuius decima septima, quæ hic est quintadecima, diluuium cæperit. Sed eum errorem, quem multi Iudæorum de initio mensium diluuij a vere capiendo, & nos aliquando post multos secuti sumus, tam damnamus, quam sententias eorum qui menses diluuij aliunde, quam ab autumno putant, contra veterem consuetudinem Hebræorum. Nam Hebræi septimo mense veteri migrarunt Ægyptum, quem septimum mensem tunc principem mensium haberi Deus præcepit. Scio tamen non paucos esse, quibus Sol non lucet in meridie.

Ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροις] Sippara hic est nomen tractus, aut regionis, cum tamen apud eundem Abydenum Σιππαρηνῶν πόλις quædam dicatur, quæ proculdubio est Σίπφαρα Ptolemæi. Ἡλίου πόλις autem ea est, quam Ludouicus Vartomannus in eodem tractu Betsemes vocatam dicit, id est, domum Solis, vt idem monet, & verum est. Rursus de hac Heliopoli vide Macrobium Saturnaliorum primo, cap. XXIII.

Μετά τινας τῶν ὀρνίθων] Hellenismus: id est, μετά τινας τῶν ὀρνίθων. Simile genus loquendi in Varronis libris Rerum rusticarum olim notauimus. De auibus, quas dicit emissas a Sisithro, ea faciunt cum columba & coruo a Noa dimissis. Quod non omnia πρὸς ἀκρίβειαν cum sacra historia conueniunt, condonanda potius sunt hominibus veris instrumentis veritatis destitutis, quam propter illos næuulos ea reiicienda, in quibus etiam veritatem suam testatam esse Deus voluit. Nos quidem non possumus negare nos ex illis voluptatem summam capere, neque satis mirari odium bonarum literarum in quibusdam,

qui Græcos & Latinos ſcriptores nunquam deſiiſſe mentiri dicunt.

Θεοί μεν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι] Hoc aduerſus hiſtoriæ veritatem. Nam diluuio ſuperuixit Noe tria ſæcula cum dimidio.

Πεπλασμένα ξύλων ἀλεξιφάρμακα] Beroſus πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς.

Καὶ Σύροισι πεζῇ] Quod de prælio cum Ioſia commiſſo agat, nullum dubium eſt, & iam ſupra alibi attigimus. Sed locum vocat Magdolum, non Mageddo, vt Scriptura. quod, vt credo, vicina erant, Magdolum, & Mageddo: ſed quia Magdolum celebrius, ob id pugna ibi commiſſa eſſe videtur, vt ea, quæ ad Gaugamela pugnata eſt, refertur ad Arbela, propter obſcuritatem Gaugamelorum.

Ἐν Μαγδώλῳ] Eſt in finibus Ægypti, via quæ Palæſtinam ducit. Ieremiæ XLVI, 14. Stephanus. Μάγδωλος, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος περιηγήσει. Mageddo autem meminit, & pugnæ ad eum locum infeliciter ab Ioſia commiſſæ, Zacharias XII, 11. vbi dicitur planities Mageddo, & locus, vbi pugna commiſſa, Adadrimon. In Apocalypſi vocatur Harmageddon.

Κάδυτιν] Non dubium eſt, quin קָדֵשׁ fuerit dicta; eamque eſſe, cuius mentio Numerorum XX, 16.

Μετὰ δὲ ἑκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάντα] Volunt Nechao interfectum fuiſſe in prælio ad Carcamis iuxta Euphratem. Sed falſum eſt. Fuſus tantum fuit eius exercitus, & ipſe fugatus. Nam poſt id prælium dicitur non auſus fuiſſe egredi finibus Ægypti, quod Nabuchodonoſor omnia imperio ſuo ſubieciſſet, a Nilo, ad Euphratem. II Reg. XXIIII, 7. Sed lege cap. XLVI Ieremiæ. Percuſſit, quod dictum eſt, non raro de fugato, non autem cæſo toto exercitu dicitur.

Τῷ παιδὶ Ψάμμι παρέδωκε τὴν ἀρχήν] Nechao regnauit annis XVI, Pſammis eius filius VI, Aprias XXV. Summa 47 deducta de anno 168 Nabonaſſari, quo Amaſim cæpiſſe regnare ſcribit Diodorus, relinquitur annus 121 Nabonaſſari, primus Nechao. Ergo obierit anno 137 Nabonaſſari circa initium Ioiakim Regis Iudæ. Atqui fuſus eſt a Nabuchodonoſoro in loco Carcamis, anno quarto Ioiakim. Videndum igitur, vtrius culpa ſit, Herodoti, an Diodori. Nam certe alterutrius culpa eſt. Meminimus nos aliter in Prolegomenis rationem horum temporum iniiſſe. Sed hæc veriſſima eſt. Ibi enim ab exacta Olympiade LV initium Amaſis ſumpſimus, cum deberemus ab ineunte. Poterat & hic adiici locus de Sennacheribo apud Herodotum. cuius hiſtoriam Sacerdotes Ægyptij multis partibus obſcuratam Herodoto tradiderunt. Sed adeundus eſt Ioſephus fidiſſimus, diligentiſſimus, & eruditiſſimus ſcriptor, libro decimo, capite primo. Quia vero mutilus eſt locus iam antiquitus, vt ne Ruffinus quidem nactus ſit integrum, proponam primum lectionem vulgatam, quam ſecutus eſt Ruffinus, deinde locum ſupplebo. Ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἡφαίστου στρατεύσαι ἔλεγεν, ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐλθὼν ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου. πολιορκῶν δὲ τὸ Πηλούσιον, &c. Locus mutilus, vt & mediocriter docto apparet. Adferrem huc interpretationem Ruffini, vt lector videat, quam vetuſtæ ſint mendæ, quæ huic præſtantiſſimo ſcriptori inoleuerunt; ſi ſine ſtomacho imperitiſſimum illum interpretem legere poſſem: cuius tamen tanta impudentia fuit, vt cum ſummo viro Hieronymo manum conferere non dubitarit. Sed vt paucos Hieronymos

hæc

hæc ætas habeat, non desunt tamen hodie Ruffini multi. Verum ad Iosephum. Totus locus ita a Iosepho conceptus fuit: Ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος λύει τὴν πολιορκίαν. Ἡρόδοτος δὲ γράφει Σεναχήριβον ἐπὶ τὸν ἱερέα τὸν Ἡφαίστου στρατεῦσαι, λέγων ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἦλθεν ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου. πολιορκῶν δὲ τὸ Πηλούσιον, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ηὔξατο ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων τῷ θεῷ. ῷ γενόμενος ὑπήκοος ὁ θεὸς, πληγὴν ἐνσκήπτει τῷ Ἀραβι. πλανᾶται γὰρ καὶ τοῦτο Ἡρόδοτος, οὐκ Ἀσσυρίων λέγων τὸν βασιλέα, ἀλλ' Ἀράβων. Manifesta sententia. Non raro miratus sum, tot menda, quibus optimus ille scriptor oblitus est, non solum omnia Ruffini, sed & quædam iam Eusebij sæculo extitisse. Sed & illud agnoscitur a Ruffino, quod dicam. In fine eiusdem capitis ita scribit: Βηρωσσὸς δ' ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενος μνημονεύει τοῦ βασιλέως τοῦ Σεναχηρίβου, καὶ ὅτι τῶν Ἀσσυρίων ἐπῆρχε, καὶ ὅτι πάσῃ ἐπεστρατεύσατο τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, λέγων οὕτως. Nam duo vltima verba λέγων οὕτως agnoscuntur a Ruffino: quæ tamen insulta sunt a sciolis, qui putarunt sequentia esse Berosi, non Iosephi: quæ tamen Iosephi esse pluribus probare non oportet, cum id & tironibus perspicuum esse possit. Deleantur igitur illa λέγων οὕτως.

Μένανδρος Ἐφέσιος] Huius Menandri aliud Fragmentum supra exposuimus. Hoc vero est ex eodem libro, nempe ἐκ τῆς τῶν ἐν Τύρῳ βεβασιλευκότων ἀναγραφῆς, in quo agitur de expeditione Salmanassari Assyriorum Regis in Phœniciam, & Tyro ab eo frustra oppugnata. Sacræ literæ de eodem, & decem tribubus Israelis ab eo in Assyriam & Mediam deportatis loquuntur. Non igitur omittendum erat tantæ rei tam præclarum monimentum.

Κιτταίων] Cypriorum, apud quos Κίτιον Zenonis Patria. Hebræis כתים. Neque habes auctorem profanum, vt vocant, qui signantius Κιτταίοις Cyprios vocauerit, quam istum Menandrum. 1 Machab. 1 dicitur Χεττιὶμ pro tota Græcia.

Ἐλουλαῖος] Lectio Ruffini suspectum facit nomen. In eo enim est Hylyseus. Itaque quomodo Phœnicie scriberetur non possumus diuinare. Videtur esse Elisæus.

Πέμψας Σαλμανασὰρ] Nomen Salmanasari, quod a Græco aberat, huc ex fuga retraximus, indice Ruffino.

Σιδὼν καὶ Ἀρκη] Omnino legendum Ακη. Strabo, & alij non pauci meminerunt. Non enim est ἄρκη in tribu Aser, cuius Iosephus meminit. Acen vero Ptolemaida postea vocatam prodit Strabo. atque ita vocat Ptolemæus. & vt hic continuantur Ακη καὶ Παλαίτυρος, sic apud Strabonem Πτολεμαὶς καὶ Παλαίτυρος. Εἶτα, inquit, ἡ Πτολεμαίς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ακην ὠνόμαζον πρότερον. ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Quod Strabo Acæ, id Pomponius Mela Gazæ tribuit. *Ceterum*, inquit, *in Palæstina est ingens & munita admodum Gaza. Sic Persæ ærarium vocant: & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat.* Sed hoc ridiculum est. Nam non Gaza, sed Aca fuit opum, & belli arx Persis, & id nomen non significat ærarium Persis. עזה enim est Gaza vrbs, גנזה autem est Gaza, ἀποθησαυρισμός. quod Syriacum aut Persicum fuerit potius, quam Hebraicum.

Συμπληρωσάντων] Ruffinus *exhibentibus*. Aliter videtur legisse.

Ναῦς

Ναῦς ἐννήκοντα] Ruffinus ἑβδομήκοντα.

Κατέστησε φυλακὰς ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ] Fluuium hunc neque iste Menander, neque Strabo nominat, cum tamen eius meminisset libro XVI. διέχει δ' ἡ Σιδὼν τῆς Τύρου οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολίχνιον ὀρνίθων πόλις λεγομένη. εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς ἐξίησι.

Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς] Et hoc quoque præclarum de Regibus Damascenis fragmentum præterire, piaculum erat. Hic mentio fit prælij, quod Dauid cum Rege Damasci conseruit, quem scriptura sacra II Samuelis VIII, 5 non nominat, Nicolaus vero Adad vocat, nomine omnibus Damascenis Regibus, vti Ptolemæo omnibus Ægyptiacis, communi, vt postea dicetur.

Εν τῇ τετάρτῃ] Ruffinus ἐν τῇ πέμπτῃ.

Αδαδος ὄνομα] Omnes Reges Damasci ita vocabantur, vt illis mox significatur: ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τοὔνομα τοῦτο ἐκδεχομένου. Hinc accepit Hieronymus id, quod de Regibus Damasci scribit: *Hazaeli in regnum successit filius suus Ben-hadad, a quo omnes postea reges Aram, id est, Syriæ, & Damasci Ben-hadad vocabulum possederunt.* Hoc nomen scribendum ־ quomodo vocabatur aduersarius Solomonis homo regiæ stirpis Idumæorum. 1 Reg. XI, 14. Hinc etiam Benadad Rex Syriæ dictus fuit, filius Tabremon, nepos Hezion, 1. Reg. XV. 18. vt hinc sciamus nomina quidem propria illis Damascenis Regibus fuisse, sed communi cognomine Adadi. Nam cui melius de hac re credetur, quam Nicolao, qui Damascenus erat, & ex Damascenorum Tabularijs ista depromserat?

Πόλεμον δ' ἐξενέγκας πρὸς Δαβίδην] II Samuelis, VIII, 5. I Chronicorum XVIII.

Παρὰ τὸν Εὐφράτην] Coniunctis enim viribus cum Adarezer Rege Sobæ, & ad Euphraten cum Dauide congressus fortiter pugnando occubuit. De loco pugnę ad Euphraten habes dicto capite Samuelis VIII, 3.

Ἐπιστρατεύσαντα τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν] I Reg. XX. Iosephus ad hæc verba: οὗ δημόσιον δὲ τῆς στρατείας (ὁ Νικόλαος) ἐστὶ γὰρ ἐπὶ Ἀδάδος, ὁ στρατευσάμενος ἐπὶ Σαμάρειαν, Ἀχάβου βασιλεύοντος τῶν Ἰσραηλιτῶν. Scriptura vocat Ben Adad. Iosephus Ader, Iustinus Ador, quem facit regnantem post Azelum, aduersus auctoritatem I Reg. VIII, 15. Verba Iustini ex XXXVI epitoma: *Post Damascum Azelus, mox Adores, & Abraham, & Israel Reges fuere.* Quæ omnia sunt nugatoria, neque ordine, neque tempore, neque narratione veritati rei conuenientia. Vides quanti faciendæ sint hæ veterum scriptorum reliquiæ, & quantum eos fugiat ratio, qui scriptores profanos, quos vocant, vllum sensum veræ historiæ habuisse negant.

Μέχρι νῦν] Vide II Regum, VIII.

Αδηρ] Semper Ruffino Adezer.

Τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως Βαλάδα] Baladan dicitur Isaiæ, qui & Merodach, filius Baladan, qui & Nabonassar, vt alibi a nobis demonstratum est.

Ἐκ τῶν Ὀρφαϊκῶν] Multi Orphaica scripserunt; id est, multorum poemata extabant olim, quorum materia ex doctrina Orphei: de quibus vide apud Suidam. Sed maior pars poematum Orphaicorum scripta est ab Onomacrito, de quo ita Tatianus: Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν. ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιγεγραμμένα (ἔπη φερόμενα) φασὶν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι

συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχήν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Eſt ergo idem, ad quem ſcribit Theognis,

Οἰνοβαρῶ κεφαλὴν Ὀνομάκριτε· καί με βιᾶται Οἶνος

Nam temporibus Xerxis illa gnomica ſcribebat, aut certe circiter aduentum Medorum & Mardonij ſub Dario Hyſtaſpis, vt ipſe oſtendit, cum ait: Μηδῶν τὸν Μήδων δειδιότες πόλεμον. De Onomacrito vide Herodotum VI. Extat præſtantiſſimum fragmentum Orphei de vero Deo Hebræorum, ex quo hos pauculos verſiculos excerpſimus, qui ad antiquitatem hiſtoriæ ſacræ pertinent. Totum fragmentum qui legere volet, & cum voluptate, & cum fructu id fecerit.

Εἰ μὴ μουνογενής τις] Ait verum Deum cognitum fuiſſe cuidam μονογενεῖ, qui genus duceret a Chaldæis, peritiſſimuſque fuerit aſtrologiæ, Abrahamum intelligens genere Chaldæum, quem omnis vetuſtas Orientis ſummum aſtrologum fuiſſe crediderit, vt inter alios Beroſus: μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνήρ, μέγας, καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος. Euſebius ex Eupolemo: ὃν δὴ (Abrahamum) καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν. Sed καταχρηστικῶς vocatur μονογενής, cum eius filius, non autem ille, potius ita vocatus fuerit, nempe IEHID, hoc eſt, μονογενής. Geneſis XXII, 2. Hanc appellationem vna cum ſacrificij hiſtoria ilocaliter deprauarunt. Porphyrius ex veteribus Phœnicum Archiuis: ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς, τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως, ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. Κατεσφάττοντο δ' οἱ διδόμενοι μυστικῶς. Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθείς, ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης, υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο ΙΕΟΥΔ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι. κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱόν, βωμόν τε κατασκευασάμενος κατέθυσεν. Hic vides primum Iſacum, non autem Abrahamum μονογενῆ, ſiue יחיד dictum: deinde adumbratam, vel potius deprauatam immolandi Iſaci hiſtoriam, & cauſſam penitus diſſimulatam, immolationem ementitam. Sed & nomen Saræ in Anobreth mutatum. Philo quoque Byblienſis eandem hiſtoriam tangebat: λοιμοῦ δὲ γενομένου καὶ φθορᾶς, τὸν αὐτοῦ μονογενῆ υἱὸν Κρόνος Οὐρανῷ πατρὶ ὁλοκαρποῖ. Idem prorſus dicit, quod Porphyrius. Ait igitur Onomacritus ex Orpheo, neminem vnquam Deum vidiſſe, præter Abrahamum, quem vocat μονογενῆ, cum potius fuerit πατὴρ μονογενοῦς. Sed Polyhiſtor Alexander filium Abrahami ἐκ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ ἑλληνιστὶ Γέλωτα vocatum ſcribit, ita περιφράζων יִצְחָק quod Græce eſt γέλως.

Ὡς ὑδογενὴς διέταξεν] Ita olim correximus in Fragmentis Orphei, quæ vir eruditiſſimus amicus noſter Henricus Stephanus edidit anno 1573. Et ita emendate rurſum excuſum vndecim annis poſt in editione Theognidis & verſuum Pythagoræ. Antea inepte legebatur ὑλογενής. Eſt igitur ὑδογενής Aquigena, hoc eſt, Moſes ex aquis tanquam natalibus extractus. Nam verbum מָשָׁה eſt extrahere, ἀνασπᾶσθαι. מֹשֶׁה ἀνασπαστός: non autem quod Μῶς aquam Ægyptiis ſonaret, vt nugatur Philo Iudæus ἑλληνιστής, & Hebraiſmi penitus imperitus Ioſephus vero amplius largitur. Compoſitum enim ex Μω aqua, & ὕσης extractus ex aqua: vnde coaluerit nomen ſolidum Μωσῆς.

Alij

Alij dicunt Mῶϋ Syriace esse aquam. Denique hinc fluxit dici Μωϋσῆν, potius quam Μωσῆν, quod rectum erat. Ezekiel Tragicus:

> Ὄνομα δ' Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
> Ὑγρᾶς ἀνεῖλε ποταμίας ἀπ' ἠιόνος.

Videtur simpliciter a verbo deriuare, vt ratio postulat, non ab aquis. Recte igitur olim ὑδογενὴς pro ὑλογενής. Sed mirum, vnde horum notitia Orpheo, aut Onomacrito. Vetustissimum autem mendum hoc esse non dubito, vt ὑλογενὴς pro ὑδογενὴς legeretur.

Ex θεόθεν γνώμῃσι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν] καταλαβὼν γνώμαις θεσμὸν δίπλακα πρὸς Θεοῦ. Vocat δίπλακα θεσμόν, innuens δίπλακα δέλτον θεσμῶν: Duplices Decalogi tabulas. Vnde Græcus homo hæc sciuit?

EPOCHÆ IN VETERE INSTRVMENTO, QVÆ CERTVM CHARACTEREM HABENT.

VICESIMA *secunda mensis secundi fuit Sabbatum anno primo Exodi.*

Exodi cap. XVI Israelitæ deuenerunt desertum Sin, quintadecima mensis. Sexta die post fuit parasceue, siue feria sexta. Commatibus 5, 22, 23. Ergo dies XXII, & neomenia fuit sabbatum, ac consequenter neomenia primi mensis fuit feria quinta.

Quartusdecimus annus Ezekiæ Regis est primus Hebdomadis sabbaticæ.

Isaiæ XXXVII, 30, & II Reg. XIX, 29: *Hoc anno tu comedes sponte decidua: secundo sponte nascentia: tertio seres.* Iudæi aliter intelligunt. Sed falluntur. Nam proculdubio quartusdecimus Ezekiæ fuit primus hebdomadis. Dicit, primus, secundus, tertius, id est, hebdomadis.

Primus annus Sedekiæ est quartus Hebdomadis Sabbaticæ.

Ieremiæ XXVIII, I. *Et accidit hoc anno, principio regni Sedekiæ Regis Iuda, quarto anno, quinto mense.* Hic nugatur R. Salomo. Vix tandem Dauid Kimhi diuinat fuisse annum IV. hebdomadis Sabbaticæ. Aureo numero X, epacta tam æquabili, quam æquata XIII, cyclo Solis 26, Nisan 4. I. 414. Martij decimaseptima, proinde v. mensis, decima tertia Iulij. Atqui Iechonias abdicatus regno בִּתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה secundo Chronicorum cap. tricesimosexto, v. decimo. nimirum in VIII Iulij anno Iudaico hodierno 3161. qui profecto erat quartus annus currens: τροπὴ ἡλίου. Secundo Sa-

cundo Samuel, cap. 11, v. primo לתשובת השנה לעת צאת המלכים εἰς ἐπιστροφὴν ἐνιαυτοῦ, ὅτε οἱ βασιλεῖς ἐξέρχονται, id est, ἐκστρατεύονται. In mutatione anni, quando reges expeditiones faciunt. Græcè, ἐν ὥρᾳ ἔτους, id est, auspicij, ἐκστρατείας. Non solum in Syria, sed in Galliæ meridionalibus partibus, contingit in vere ἀκμάζοντος σίτου, vt loquitur Thucydides. Sic etiam Iudæi hunc locum interpretantur, Leui Gerson, & Dauid Kimhi, frugibus adultis, & læto gramine, vt sit equis pabulum. Eadem sententia totidem verbis primo Chron. cap. xx, 1. vbi Glossa R. Selomo, *quando herbæ sunt in campo, ad pascendos equos*: nimirum, vt Dauid Kimhi in Samuelis loco ait, בעת חום *tempore Veris*. Ex his colligitur, Hebræos τὰ κέντρα תשובות השנה vocasse quæ hodie תקופות simpliciter vocantur a Iudæis: quum tamen תקופת השנה veteribus esset finis anni ciuilis, quem alibi Moses vocat צאת השנה ἔξοδον ἐνιαυτοῦ, in quo vult σκηνοπηγίαν celebrari. תקופה ἀποκατάστασιν significat annum completum: תשובה autem ἡ τροπή, partem anni, quando Sol ab incrementis anni ad decrementa conuertitur, vt in κέντρῳ θερινῷ, aut contra, vt in κέντρῳ χειμερινῷ. Certe nullus ex illis quadrantibus vocari potest צאת השנה ἔξοδος ἔτους, sed τροπὴ & conuersio Solis, non anni: ὥρα ἔτους Græcis: tempus anni: תשובות quasi dicas mutationes. Nobis statim in illum locum oculos coniicientibus non aliter visum est. Iste annus memorabilis est initio Sedekiæ & conditu duarum illustrissimarum, & vetustissimarum vrbium, Massiliæ in Gallia, Cyrenarum in Libya.

Decimus Sedekiæ est vicesimus septimus Iubilei. Et vndecimus Sedekiæ septimus Hebdomadis, Ier. XXXIV. 9. *& deinceps.*

Ezekiel XXIX, 27. *Vicesimoseptimo anno, in primo (mense) prima mensis, accidit vt verbum Domini mihi factum fit.* Erat annus decimus Sedekiæ. Ibidem, commate primo. Proinde erat annus currens 907. ab Exodo. Deductis quadraginta mansionis in deserto, & septem subiugatæ terræ, quos annos Hebræi vocant שבע שנות כבוש הארץ *septem annos subiugationis terræ*; remanent anni γεωργίας 860, quæ sunt iubilea XVII, anni 27 Iubilei XVIII currentis, cuius initium a XXVI anno Iosiæ Regis, non a XVIII, vt Iudæi quidam & eos alij sequuti. Vbi sunt ergo, qui a quadragesimo primo anno Exodi Iubilea ordiuntur? item qui negant in Chaldæa Sabbaticos annos obseruatos? Sed nemo hactenus illum locum Ezekielis capiebat, qui est insignis. Hic nullus liber legis inuentus locum habet, vt nugati sunt de tricesimo anno a libro legis inuento.

Vltimus Sedekiæ est Sabbaticus.

Satis demonstratur ex antecedenti. Nam si decimus, qui erat penultimus, fuit vicesimus septimus Iubilei: sequitur, vt vndecimus, idemque vltimus sit vicesimus octauus Iubilei, ac proinde vltimus hebdomadis. Sed & Ieremiæ XXXIV, 9, 10, 11, 12, 13, 14, manifesto ostenditur, vltimum tempus obsidionis conuenisse cum tempore, quo Hebræi apud populares suos seruientes, manumitti debebant, Exodi XXI, 2. Deuteronom. XV, 12. Iste annus vt excidio Ierosolymorum, & casu Sedekiæ, ita initio Astyagis,

Aſtyagis, nobilis eſt. Hoc enim anno conſurgit initium Aſtyagis, in cuius morte defecit imperium Medorum, vt in caſu Sedekiæ regnum Iuda.

Tertiuſdecimus annus Nabuchodonoſori erat triceſimus Nabopollaſſari Regis Babyloniæ patris Nabuchodonoſori.

Quintus annus capti Iechoniæ eſt tertiuſdecimus Nabuchodonoſori. Quartus enim Ioiakim eſt primus Nabuchodonoſori. Ieremiæ XXV, I. A quarto autem Ioiakim, ad quintum captiuitatis Iechoniæ incluſiue, ſunt anni duodecim abſoluti. Et proinde quintus annus capti Iechoniæ eſt annus tertiuſdecimus currens ab initio Nabuchodonoſori. Sed & quintus annus captiuitatis Iechoniæ erat triceſimus illius regis, qui tunc Babylone imperabat, id eſt, Nabopollaſſari. Proinde triceſimus Nabopollaſſari, eſt tertiuſdecimus Nabuchodonoſori. Locus iſte eſt ſatis ſupra a nobis in Prolegomenis, & in libro quinto vexatus, ſi qua poſſumus hoc animis parum æquis veritati inculcare. Hieronymus nihilo conſultius dixit triceſimum hunc annum, cuius meminit Ezekiel, fuiſſe triceſimum ætatis Ezekielis, quam Iudæi fuiſſe triceſimum a libro legis inuento.

Secundus annus Nabuchodonoſori in Chaldæa putatur ab obitu Nabopollaſſari.

Danielis II, I. Qui & ipſe quoque eſt locus maxime notabilis. Nam Chaldæi in Babylonia, viuente Nabopollaſſaro, nullam rationem habuerunt regni Nabuchodonoſori, quod in Syria tantum locum habebat. Sic & Perſæ annum Cyri viceſimum nonum putabant, cum Babylonij primum annum imperij Cyri putarent. Sic Itali primum annum Karoli Magni putabant, quum Galli longe maiorem numerum annorum vſurparent. quod nempe regnum Karoli in Italia eſt poſterius regno eiuſdem in Gallia. Quod locus ille Danielis II ab Hieronymo perperam acceptus ſit, alibi demonſtrauimus. Incidit vero in idem tempus tam caput VIII Ezekielis, quam caput II Danielis. quo tempore iam magnum nomen Danielis. Ezekielis XIV, 14.

CHARACTERES VETVSTATIS,

QVI HODIE APVD IVDÆOS.

Verus annus Sabbaticus.

Omnis annus ſeptenarius in computo Iudaico eſt Sabbaticus, vt alibi a nobis dictum eſt. Sic omnis annus ſeptenarius in computo mundi vero a nobis inſtituto & ipſe Sabbaticus eſt, vt & in periodo Iuliana, ab autumno eiuſdem anni.

Annus Solaris Alexandreus merus, quo vtuntur Iudæi.

Finis anni Solaris Calippici Seleucidarum erat in ſeptima Octobris Iuliani in litera G. Sed Iudæi hinc ordiuntur hodie computum anni priſci Solaris, cum debuiſſent ab octaua eiuſdem menſis, a qua octaua cæpit neomenia anni priſci Hebræi lunaris, in quem incidit Niſan Exodi. Iſque annus ſex tantum menſium fuit, cum ex Moſis præcepto Hebræi a neomenia Niſan anni initium inſtituerint in poſterum. A ſeptima igitur Octobris incipit annus Solaris Iudaicus, vbi olim Tekupha erat Macedonica. recte. Erat enim vltimus dies anni Solaris. Quare cum Tekupham reformarunt tranſlatam in XXIV Septembris, tredecim dies recte auferunt. Tot enim dies ad XXIV Septembris appoſiti deſinunt in ſeptima Octobris, in qua deſinit annus Solaris. Inepte igitur ab eadem ſeptima neomeniam primam Computi ſui ineunt, feria ſecunda, cyclo Solis primo, Lunæ tertio, anno periodi Iulianæ 953. Nam, vt dixi, neomenia quidem illa recte ſeptimæ Octobris competit, ſecundum medium motum Lunæ, ſed non conuenit hypotheſi. Hoc enim modo aliud initium anni Solaris a priſco inſtituunt, cum Tekupham, id eſt, vltimum diem anni, pro primo ſequentis accipiunt. Sed quia tempore reformationis nouilunium quærebant in XXIV Septembris, propterea neceſſe fuit, vt ante 216 cyclos nouilunium fuerit in VII Octobris. Atqui non in XXIV Septembris inſtituendum erat nouilunium, ſed in XXV: quia XXIV Septembris eſt principium quidem anni Solaris Conſtantiniani, finis vero illius, quem captabant Iudæi tempore reformationis. Igitur in XXV Septembris nouilunium fuit feria tertia, cuius character 3. 6. 734, anno Chriſti 154, qui erat mundi verus 4104. Itaque 216 cycli, id eſt, anni 4104 abſoluti, ab VIII, non a VII Octobris, ſtatuiſſent nouilunium in XXV Septembris: & computus Iudaicus vno anno maior tantum vero mundano fuiſſet, qui hodie eodem eſt minor annis 189. Sed qui veram rationem annorum mundi ignorarunt, non habebant hæc in animo. Hoc vnum captabant, vt tempore reformationis poſt tredecim dies προεμπτώσεως, qui ſunt cycli 216, nouilunium in viceſima quarta Septembris ſtatueretur, cum ſtatuendum fuiſſet in XXV, ſecundum veterem annum Macedonicum, a cuius initio retro tredecim dies putati deſinunt in XXV,

non

non in vicesima quarta Septembris. Reliqua præclarà huius doctrinæ, quæ ad institutionem hodierni computi Iudaici pertinent, pete ex libris nostris. Nam & nostris hominibus & Iudæis incognita sunt. Habemus igitur præclarum monimentum vetustatis Iudaicæ annum priscum Macedonicum.

Iudæi vsi sunt periodo Calippi Alexandrea.

Reformatio anni Iudaici elegantissima, quæ hodie Iudæis in vsu est, competit anno Christi 344. A Tekupha enim antiqua septimæ Octobris, ad Tekupham Sosigenis vicesimæquartæ Septembris, dies sunt tredecim: quibus congruunt προσμεταθέσεως σεληνιακῆς cycli 216, qui sunt anni Iuliani 4104. Itaque anno 4105 computi hodierni Iudaici competit reformatio. Cum igitur translatio Tekuphæ, & nouilunium septimæ Octobris, præferat vestigia reformationis: ergo alio anno vtebantur, & quidem alio, quam ex epilogismo medij motus Lunaris. Ea enim est hodierna methodus. Vtebantur igitur aliqua periodo annorum. ecquanam alia, quam Calippica? Rabbi igitur Adda priscus antecessor doctrinæ Iudaicæ definiuit annum dierum trecentorum sexaginta quinque, hor. 5. ostentorum 997, momentorum $\frac{48}{76}$. Ergo periodus illorum erat annorum 76. Præterea exempla quædam veteris anni Iudaici sub Seleucidis, & tempore Christi, & vsque ad excidium templi, id confirmant, præsertim anno ipso excidij templi: quo neomenia Nisan fuit feria prima, Kalendis Aprilis. Id non poterat ex calculo hodierno, sed ex periodo Syriaca Calippi. Stulti Iudæi putant mundum conditum in septima Octobris, & propterea XXII Nouembris fuisse XVII secundi mensis, in qua cœperit Diluuium. Eam hodie celebrant, & vocant λιτανείαν, qua pluuiam a Deo exposcunt, & contra, ne nimia ἐπομβρία orbem inundet, numen deprecantur. Institutum vetus est litania Iudaica pro pluuia. Nam ad eam manifesto allusit Zacharia X, I. Itaque ritus & ceremonia, quæ impenduntur huic cultui, dicitur תִּקּוּן הַגְּשָׁמִים. *Apparatus pluuiæ*: quod eleganter vno verbo Arabibus est استسقاق:

CHARACTERES
TEMPORVM
IN
NOVO TESTAMENTO.

Annus baptiſmi, xv *Tiberij.*

Paſchata quinque a baptiſmo ad reſurrectionem. Vide lib. vi.

Σάββατον δευτερόπρωτον. Vide lib. vi.

Encania, ἢ σκηνοπηγία. Vide ibid.

Pentecoſte vltimi anni Chriſti poſt reſurrectionem xxiiii *Mai.*

Annus, quo Ieſus puer reuocatus ex Ægypto.

Poſt mortem Herodis ſtatim ineunte regno Archelai, Ioſeph ſomnio monitus Mariam cum puero Ieſu reducit in Palæſtinam, anno periodi Iulianæ 4713 poſt Paſcha, quo anno eclipſis Lunaris contigit nona Ianuarij. Ita reponendum, non viii, vt aliud agentes ſcripſimus. Quod monemus, ne calumniæ feneſtram aperiamus. Ex filo hiſtoriæ, aduentu Magorum, & migratione Mariæ in Ægyptum, ſatis conſtat, Ieſum maiorem fuiſſe annotino, aut proximum bimulo: quod & non ſolum recentiores quidam, ſed etiam & veteres odorati ſunt. Et tamen euocatus eſt ex Ægypto poſt Paſcha, quod epocham Dionyſianam anteceſſit menſibus nouem. In quo Dionyſij illius ſupinitas ſatis arguitur. Sed de hoc non ſemel alibi.

Ephemeria Abia proxime ante conceptionem Iohannis Baptiſtæ. Lucæ i.

Res præclara & cognitu digna, quæ paucis explicari non poteſt. Poſteritas Aharonis in xxiv familias, ſedecim ab Eleazaro, octo ab Ithamaro propagata eſt. Ex familiæ vicem ſuam rei diuinæ operabantur in templo, miniſterio ſingularum in orbem redeunte. Inſtitutum vetus eſt Dauidis Regis, vltimis diebus vitæ eius. 1 Chron. xxiii, 27. qui primus eas familias ita diſtinxit, vt eius prærogatiua eſſet, cuius prima ſors exiiſſet. 1 Chron. xxiv, 7. Ioiaribi prima ſors exiit, & proinde princeps familiarum fuit: ſecunda Iedei: & ſic aliæ, vt extat in eodem capite xxiv. Nunquam in miniſterio alia aliam anteuertebat, aut liturgiæ tempus præripiebat, ſed ſingulæ ordine ſibi ſuccedebant. Poterant tamen Sacerdotes miniſtrare ter in anno in aliena functione, in Paſcha, Pentecoſte, Scenopegia. quia omnes patresfamilias illis tribus ſolennibus ſiſtebant ſe Deo. quod quum facere etiam Sacerdotes tenerentur, quum ſint & ipſi quoque patresfamilias, ſiſtebant & ipſi quoque ſeſe Deo. Et ne otioſi eſſent, licebat illis miniſtrare, & participes tam partium, quam miniſterij eſſe. In iure Iudaico: כל המשמרות שוות ברגלים ובלושיבא מן הכהנים ברגל ורצה לעבוד עובר נחולק עבחן ואין אוכרין לו לך עד שיגיד משמרך: Locus inſignis concedebatur: illis, non autem ipſi inuadebant. Sed tamen non illis licebat offerre ſacrificia votiua aut ſpontanea, aut ἐνδελεχισμούς. Hoc enim faciebant illi, quorum erat ἐφημερία. אבל נדרים ונדבות ותמידין אין מקריבין אותו אפילו ברגל אלא במשמר.

משמר שוטנו קבוע. Quod si quis meminisset temporis, in quo vna ex illis familiis ministrasset ante multos annos, ex dinumeratione orbium, poterat tuto sine indice diuinare, cuius familiæ functio esset in templo. Eum ordinem constantissimum ad sua vsque tempora durasse scribit Iosephus. ἐκ διέμεινεν ἔτι ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. qui & se primæ familiæ popularem fuisse scribit, idque præcipuæ nobilitatis loco habitum apud gentem suam. ἐμοὶ δὲ οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἰκοσιτεσσάρων. πολλὴ δὲ καὶ ἐν τούτῳ διαφορά. Vnaquæque familia πατριὰ dicitur ipsi Iosepho, sacris Bibliis מַחְלְקוֹת, μερισμός. Iosepho etiam ἐφημερίς, & Lucæ ἐφημερία. Sed functionis tempus ita etiam appellari potest, quod & dicitur מִשְׁמָרוֹת φυλακή, item מַעֲמָד hoc est λειτουργία. Vnde ספר מַעֲמָדוֹת liber Liturgiarum, distinctus in septem dies hebdomadis ciuilis, quot scilicet dies singulæ ephemeriæ operabantur: nempe a matutino sacrificio Sabbati, ad matutinum sacrificium sequentis Sabbati. Nam liber Liturgiarum ita habet: וּבַשַּׁבָּת מוֹסִיפִין בְּרָכָה אַחֶרֶת לְמִשְׁמָר הַיּוֹצֵא *Sabbato autem adiiciebant Benedictionem vnam ephemeriæ illi, quæ exibat ex ministerio.* Ergo die Sabbati exibant ex ministerio, nempe ante matutinum suffitum, in instauratione panum propositionis. Iosephus de Dauide: διέταξε δὲ μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ Θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον. Dixit octo dies ἰδιωτικῶς, cum essent tantum septem solidi. Lucas ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον. Atqui ἐπλήσθησαν ἑπτὰ duntaxat. Sic πεντετηρὶς dicitur, quæ quatuor tantum annis solidis constaret. Ergo dies functionis vnius ephemeriæ erant septem, omnium 168. qui dicetur a nobis orbis hieraticus. qui quidem orbis hieraticus nunquam ad eandem diem Iulianam redit, nisi post 224 annos Iulianos: qui fiunt orbes hieratici 487. & tunc ephemeria ab eadem die Iuliana incipiet ministrare, a qua cœperat ante annos Iulianos 224. Nam verum quidem est, 23 annis Iulianis expleri 50 orbes hieraticos, sed desunt 18 horæ. & propterea cum in 247 annis feriæ neomeniarum redeant in orbem, in illo interuallo, qui sunt cycli 13, explentur quoque 537 orbes hieratici. Sed, vt dixi, desunt 18 horæ. Vera igitur horum orbium Periodus est annorum 224 Iulianorum. Iste vero orbis hieraticus tanta religione obseruatus est in posteriore templo, vt, quod supra diximus, nulla familia alienæ functionis partes aut τάξιν inuaderet, adeo vt anno excidij templi solenne ieiunium, quod competit decimæseptimæ Tamuz, interpellatum sit penuria familiæ, quam tunc ordo ad ministerium illius solennis vocabat, cum tamen ea familia, quæ proxime functa erat ministerio, potius substitui debuerit, quam sacrum solenne per hominum penuriam omitti. Sed tamen omissum est penuria illius ephemeriæ, ad quam ex ordine illa hebdomas pertinebat. Tanta religio erat ordinem a Dauide præscriptum obseruandi. Priore templo stante dubitari potest continuatum ne sit iuge sacrificium, qui ἐνδελεχισμὸς dicitur. Quod si non continuatum, ideo neque hebdomades hieraticæ continuatæ, populo & sacerdotibus ipsis in horrendam idolomaniam solutis. Nam ordinem a Dauide institutum Ezekias restituit antequam Pascha celebraret. II Chronic. XXIX, 25. Si continuatum fuisset quotidianum sacrificium, vtique & functio familiarum continuata fuisset. Non igitur opus fuisset Ezekiæ illum ordinem restituere. Idem fecit & Iosias Pascha suum celebraturus. II Chronic. XXXV, 4. Sed neque Ephemeriæ

recte obseruatæ sunt : quod Ezekiel exprobrat Iudæis XXIV, 7, 8. Contra videri potest non omissum, ex eiusdem Ezekielis XLIV, 15. Præterea Iudæi quasi per manus traditum habent, Templum captum & incensum a Chaldæis nona Ab, Ephemeria Ioiaribi. In lugubri enim carmine, quod canitur nona Ab ex persona presbyterij, hos versiculos rythmicos legimus.

בְּתִשְׁעָה לַחוֹדֶשׁ בְּשָׁעַת הַמַּעֲרִיב	*Die nona mensis, hora vespertini temporis,*
אֲנִי עַל מִשְׁמַרְתִּי מִשְׁמֶרֶת יְהוֹיָרִיב	*Quum essem in vigilia mea, vigilia Ioiarib,*
וְנִכְנַס הָאוֹיֵב וְאֶת זְבָחָיו הִקְרִיב	*Introit hostis, & sacrificia sua obtulit.*
וּבָא אֶל־ מִקְדָּשׁ וְלֹא צִוָּה יְהוָה	*Ingressus est in sanctuarium iniussu Domini.*

At neque interuallum a Pascha Ezechiæ, ad excidium templi conuenit, neque a Pascha Iosiæ. sed & Ioiakim Idola coluit, & Sedekias. & propterea ἐνδελεχισμὸν neglectum, aut non iugiter continuatum fuisse, necesse est. Alioqui si ab initio anni, quo Encænia templi Solomon celebrauit, ad excidium templi, iuge sacrificium obseruatum fuisset, hoc est, a 29 Adar anni periodi Iulianæ 3703, quæ fuit 30 Martij, feria septima; sane ab eo tempore, ad feriam septimam XXVI Iulij anni 4124, quo iniuit hebdomas hieratica, in qua templum incensum fuit, intra illud spatium anni 421, dies 118 fluxisse deprehendentur, qui sunt orbes hieratici absoluti 916. Tantum possumus proferre de obseruatione huius ordinis sub priore templo. Sub posteriore nulla omnino interpellatio iugis sacrificij interuenit, præter pollutionem templi sub Antiocho. Nam a fundamentis templi a Zorobabele iactis, ad pollutionem, tantum abest, vt interpellatum fuerit sacrificium, vt Iudæi sacris intenti Sabbato quodam vrbem Ptolemæo Lagi filio irrumpendam obiicere maluerint, quam ab operatione sacri desistere. De quo hic insignis locus Agatharchidæ prisci scriptoris extat apud Iosephum : Οἱ καλούμενοι Ἰουδαῖοι πόλιν οἰκοῦντες ὀχυρωτάτην πασῶν, ἣν καλεῖν Ἱεροσόλυμα συμβαίνει τοὺς ἐγχωρίους, ἀργεῖν εἰθισμένοι δι' ἑβδόμης ἡμέρας, καὶ μηδὲ τὰ ὅπλα βαστάζειν ἐν τοῖς εἰρημένοις χρόνοις, μήτε γεωργίας ἅπτεσθαι, μήτε ἄλλης ἐπιμελεῖσθαι λειτουργίας μηδεμιᾶς, ἀλλ' ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκτετακότες τὰς χεῖρας εὔχεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, εἰσιόντος εἰς τὴν πόλιν Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τοῦ φυλάττειν τὴν πόλιν διατηρούντων τὴν ἄνοιαν, ἡ μὲν πατρὶς εἰλήφει δεσπότην πικρόν, ὁ δὲ νόμος ἐξηλέγχθη φαῦλον ἔχων ἐθισμόν. Τὸ δὲ συμβὰν πλὴν ἐκείνων τοὺς ἄλλους πάντας δεδίδαχε τηνικαῦτα φυγεῖν εἰς ἐνύπνια καὶ τὴν περὶ τοῦ νόμου δεδομένην ὑπόνοιαν, ἡνίκ' ἂν τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς περὶ τῶν ἀπορουμένων ἐξασθενήσωσιν.
Maximus numerus harum XXIV familiarum habitabat Ierosolymis. Nehemiæ XI, 12. Hinc fiebat, vt ne obsessa quidem vrbe quotidianum sacrificium cessaret penuria sacerdotum. Reliqua plebs sacerdotum in agris, villis, & vicis habitabat. Porro templo ab Antiocho profanato, perinde res erat, ac si nullum templum, nullum sacrificium antea fuisset. Itaque necesse fuit Iudæ Macabæo nouum institutum inducere, familias recensere, sacerdotes, qui se a contaminatione Syrorum integros conseruauerant, seligere. Quod diserte traditur I Macabæorum IV, 42. Ab eo tempore, ad excidium templi sub Vespasiano, endelechismo nullum interuenit vitium, proinde nullum etiam orbi hieratico. Neque enim idolomaniæ, quæ sub regibus Iudæ iuge sacrificium interruperat, vllum extitit vestigium sub posteriore templo : neque vlla vis belli potuit facere, vt quotidianum sacrificium interpellaretur saltem ab Encæ-

niis Macabæi, ad belli Iudaici vltima tempora. Quater enim obſeſſa ſunt Ieroſolyma, in quibus bis capta. Obſeſſa enim ſunt ab Antiocho Eupatore, item Antiocho Sidete, capta a Pompeio, & XXVI annis poſt a Soſio & Herode. In his quatuor caſibus Ioſephus oſtendit, nunquam ceſſaſſe ſacrificium quotidianum. Ceſſauit autem XVII die Tamuz, Ieroſolymis a Tito obſeſſis, penuria ſacerdotum. Verba Ioſephi lib. ιδ. de obſeſſis a Soſio Ieroſolymis: δεήσαντές τε μὴ διακωλύσωσιν αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι τὰς καθημερινὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Θεῷ, πρεσβεύονται ἐπιτρέψαι παρακαλοῦντες θύματα αὐτοῖς μόνον εἰσκομίζεσθαι. Dion libro quadrageſimonono, καὶ τοσοῦτόν γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς προτέρους τοὺς μετὰ τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσσιον, ἐπειδὴ ἡμέρα αὖθις ἡ τοῦ Κρόνου ἐνέστη, καὶ ἀνελθόντας ἐς αὐτὸ πάντα μετὰ τῶν λοιπῶν τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι: ſed & in I. ἁλώσεως cap. V. ἔνθα δὴ τῶν Ῥωμαίων πολλὰ κακοπαθούντων ὁ Πομπήιος τά τε ἄλλα τῆς καρτερίας τοὺς Ἰουδαίους ἀπεθαύμασε, καὶ μάλιστα τοῦ μηδὲν παραλῦσαι τῆς θρησκείας ἐν μέσοις τοῖς βέλεσιν ἀνειλουμένους. ὥσπερ γὰρ εἰρήνης βαθείας κατεχούσης τὴν πόλιν, αἵ τε θυσίαι καθ' ἡμέραν, καὶ οἱ ἐναγισμοὶ, καὶ πᾶσα θεραπεία κατὰ τἀκριβὲς ἐξετελεῖτο τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἅλωσιν περὶ τῷ βωμῷ φονευόμενοι τῶν καθ' ἡμέραν νομίμων εἰς τὴν θρησκείαν ἀπέστησαν. Ecquod exemplum illuſtrius adduci potuit? Rurſus de Ieroſolymis a Pompeio obſeſſis, μάθοι δ' ἄν τις ἐνθένδε τὴν ὑπερβολὴν ἧς ἔχομεν περὶ τὸν Θεὸν εὐσεβείας, καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων, μηδὲν ὑπὸ τῆς πολιορκίας διὰ φόβον ἐμποδιζομένων πρὸς τὰς ἱερουργίας, ἀλλὰ δὶς τῆς ἡμέρας πρωΐ τε καὶ περὶ ἐνάτην ὥραν ἱερουργούντων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Quid clarius hoc teſtimonio de quotidiano ſacrificio nunquam, ne in bellis quidem, intermiſſo? Sed diſertius poſtea: οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ, οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἧττον ἱερουργοῦντες διετέλουν. De intermiſſo ſacrificio idem lib. ς ἁλώσ. η. ἐπέπυστο γὰρ ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας (Πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη) τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον ἀνδρῶν ἀπορίᾳ διαλελοιπέναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ἐπὶ τούτῳ δεινῶς ἀθυμεῖν. Intellige Πάνεμον κατὰ σελήνην, id eſt, Tamuz Iudaicum, non autem Panemum Syromacedonum Iulianum. Solenne enim ieiunium intelligitur, quod decimaſeptima Tamuz quotannis inſtauratur a Iudæis ad hanc vſque diem: idque eo anno inciderat in XV Iulij, feria prima. Neque vero ignorant Iudæi hac die ἐνδελεχισμὸν defeciſſe. In libro enim Angariarum ad XVII Tamuz notant: *Franguntur Tabulæ legis: ceſſat ἐνδελεχισμός. vrbs fiſſa*, &c. Hæc enim dies, hoc eſt, νηστεία XVII Tamuz, fatalis fuit Ieroſolymis, quæ eadem die bis capta, & in ea endelechiſmus defecit. Et rurſus in liturgia ieiunij Tamuz ita canunt: כי בו בטל התמיד תמיד יום הוסר. *Quia abolitus eſt in ea die endelechiſmus: endelechiſmus hoc die ſublatus.* Ergo hebdomas hieratica defecerat ſabbato antecedente, ſacerdotibus fame & ferro ſublatis. Et cur ephemeria, quæ proxime abierat miniſterio ſuo, non continuata eſt, vt illa potius quatuordecim dies miniſtraret, quam vt per penuriam hominum, iuge ſacrificium, &, quod caput eſt, ſolenne Tamuz ceſſaret? Quia nimirum nefas exiſtimabant ephemeriam in locum alienum ſuccedere, ne πατριαὶ confunderentur: quod egregie deſcribitur a Ioſepho, poſteriore in Appionem. Omnino hic Canon notus eſt כל כהן וכל לוי שנכנס בעבודת חבירו חייב מיתה. Omnis ſiue Sacerdos ſiue Leuita, qui ſeſe immiſcuerit functioni alterius, capite punitur. Adeo, vt neque Sacerdos Leuitam, neque Leuita Sacerdotem in ſocietatem muneris accipere poſſet, quod eruditiſſime vt omnia Leui Ben Gerſom exponit Numerorum XVIII. Videmus, quæ

mus, quæ familia defecit, quo casu factum, vt cessauerit endelechismus, quod Hebræi vocant תָּמִיד. Iudas Macabæus tunc admouit ministerio principem familiam Ioiarib, cum encænia celebrauit. Imo ipsemet Iudas erat ex principe familia Ioiarib, quam Greci nunc ἰωαρὶμ, nunc ἰωαρὶϐ vocant. primo Macab. II, I. An dubitamus primam familiam ministrasse tempore Encæniorum? Adhibuit ergo populares suos hieraticæ functioni Iudas, non alios. Hæc enim prima immolatio fuit, primumque iuge sacrificium matutinum, vt perspicue expressum est I Macabæorum IV, 52. Celebrata autem sunt Encænia XXIV Nouembris, feria secunda, anno periodi Iulianæ 4549. Ergo erat tertia dies ephemeriæ Ioiarib, quæ biduo antea incensum obtulerat Deo. Eodem capite, Commate quinquagesimo. Vt enim templi, sic & ἱερατείας ἐγκαινισμὸς a Iuda introductus est: & proinde non ab alia familia, quam a principe incepit. quod nemo negare potest. A vicesima secunda die Nouembris, anni 4549, quæ erat Sabbatum, & prima dies ephemeriæ Ioiarib, ad decimamquartam Iulij anni 4783 periodi Iulianæ, quando defecit ephemeria, anni sunt 233, dies 234. qui sunt orbes hieratici 507, dies 161. ergo viginti tres ephemeriæ defunctæ erant ministerio in decimaquarta Iulij, & eadem decimaquarta Iulij, inire debebat munus suum familia vltima Maaziau. In vltima igitur ephemeria defecit endelechismus, de quo Danielis cap. IX, vers. XXVII. Matthæi cap. XXIIII, vers. XV. Atque hæc de instituto, vetustate, tempore, continuatione ephemeriarum hieraticarum. Siquis plura de illis desiderat, adeat libellum, qui inscribitur ספר מַעֲמָדוֹת, hoc est, liber Liturgiarum. Ibi enim videbit, quomodo inter se populares vnius ephemeriæ functiones suas partiebantur. Alius enim incensum sortiebatur; alius concinnationem lampadum & lychnorum; alius lignorum constructionem super altari; & sic de aliis, vt extat primo Chronicorum, cap. vicesimo tertio, vers. vicesimo ~~octauo, vicesimo nono, tricesimo, tricesimo~~ primo, tricesimo secundo. Sic videmus Zachariam patrem Ioannis Baptistæ popularem ephemeriæ Abiæ incensi curam sortitum fuisse. Itaque nemo poterat incensum offerre, præter Zachariam. Sic igitur legimus in libro Liturgiarum. אָמַר לָהֶם הַמְּמוּנֶּה בּוֹאוּ וְהָפִיסוּ מִי שׁוֹחֵט מִי זוֹרֵק מִי מְדַשֵּׁן אֶת מִזְבֵּחַ הַפְּנִימִי *Dicit illis præfectus, Ingredimini, & sortiebantur quis immolaret, quis spargeret, quis cinere leuaret altare interius, &c.* Dicit, *Ingredimini,* nempe in Templum. Ibi enim sortiebantur. Sic etiam Lucas de Zacharia: κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ. Scio aliter aliis hoc comma explicari. Sed de suffitu ibidem scriptum extat: אָמַר לָהֶם חֲדָשִׁין לִקְטוֹרֶת בּוֹאוּ וְהָפִיסוּ וְהֵפִיסוּ וְזָכָה מִי שֶׁזָּכָה. Dicebat illis: *Neoterici ad suffitum ingredimini, & sortimini: sortiebantur. & eum contingebat sors, cui sors competebat.* Quo tempore autem fungi cæperit ministerio ephemeria Abiæ, leuioris operæ est inuenire, quam quo die Angelus Zachariæ sese ostenderit, cum per septem dies familia Abiæ ministrauerit. Iam diximus ephemeriam Ioiarib iniuisse munus suum vicesima secunda die Nouembris anni 4549 periodi Iulianæ. Ephemeria autem Abiæ est octaua ordine. Inibat igitur liturgiam suam quinquagesimo die orbis hieratici. Proinde iniuit decima die Ianuarij anni 4550. Iam Christus accessit ad baptismum anno Actiaco 58, quintodecimo Tiberij, cum recenter iniret annum tricesimum primum. Ergo natus est anno 28 Actiaco, quod & pleraque

omnis

omnis vetuſtiſſima Eccleſia credidit iure merito, biennio ante epocham hodiernam Dionyſianam, anno & amplius ante obitum Herodis. XIV autem menſibus antea Euangeliſmus Zachariæ contigit, vt conſtat ex filo hiſtoriæ. Secundum hanc firmam & conſtantem hypotheſim, cum Chriſtus natus ſit in vltimis menſibus anni periodi Iulianę 4711, euangeliſmus Zachariæ contigerit anno 4710, quo ephemeria Abiæ iniuit miniſterium die XXI Iulij. A 10 Ianuarij anni 4550, quo eadem ephemeria iniuit miniſterium poſt Encęnia Macabęi, ad Sabbatum 21 Iulij anni 4710, fluxerunt anni 160, dies 192: qui ſunt orbes hieratici Abiæ 349 præciſe. Ergo XXVIII Iulij ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας Zachariæ. Quare poſt 28 Iulij conceptus eſt Iohannes, & inter 21, & 28 diem euangeliſmus incidit. Poſt 28 Iulij defunctus munere & liturgia ſua Zacharias domum ſeſe recepit: Lucæ 1, 23. Habitabat vero in montanis Iudææ: Eodem, 39. Quoto autem die ſeptimanæ euangeliſmus contigerit, non magis affirmare poſſumus, quam quoto die ſeptimanæ ſequentis conceptus Iohannes. In hoc nullæ ſunt coniecturæ vanæ, ſed meræ demonſtrationes ex ratione temporum: quibus contradici non poteſt. Itaque conſtat, Elizabetham ſtatim poſt reditum viri concepiſſe. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισαβὲτ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε. Impletæ ſunt dies liturgiæ ipſius matutino ſacrificio XXVIII Iulij. Tunc itaque rediit. Conceptio igitur Iohannis incidit in finem Iulij anni 4710. Et quia 5 menſes integros occultauit ſe Elizabeth, & VI ineunte Gabriel Angelus miſſus ad Mariam: hæc omnia inciderint circiter finem Decembris: quo tempore poſt Euangeliſmum Gabrielis Maria cognatam ſuam inuiſerit, cui menſis inibat VI, quæ vulgo hactenus vt ſterilis digito notabatur. Quare natalis Chriſti competeret circiter finem Septembris, diebus σκηνοπηγίας, cyclo Lunæ XVIII, æſtibus anni, quando & in tabernaculis ſub dio, & paſtoribus quoque ἀγραυλεῖν tempus anni ſinit. Nam ſcribit Lucas, naſcente Domino paſtores ἀγραυλοῦντας fuiſſe, hoc eſt, ſub dio in agris cubaſſe. Hoc tempus plane initio autumni conuenit, quo in Iudæa adhuc æſtus ardentiſſimi, præſertim eo anno, quo σκηνοπηγία fere in ipſum tēpus æquinoctij incidit, 28 anno Actiaco. τὸ ἀγραυλεῖν, id eſt, ἐν ὑπαίθρῳ διανυκτερεύειν, non cōuenit brumalibus diebus, quibus potius pecus noctu in caulas cogitur, præſertim in montanis Bethlehem. Atque vt tempus natalis Dominici deſignari poteſt, ita dies non poteſt. Iohannes autem natus eſt vltima Ephemeria in templo miniſtrante. Nam vnaquæque ephemeria poſt 161 dies redibat ad functionem ſuam. 168 dierum eſt orbis hieraticus. ex quibus ſeptenos ſingulæ ephemeriæ funguntur. Superſunt 161 dies, quibus vacabant ſingulæ familiæ. qui ſi ex 273 diebus deducantur, quod eſt tempus, quo mulier geſtat in vtero, ſuperſunt 112 dies abſoluti: de quibus deductis rurſus 7, quibus miniſtrauit familia Abiæ, ſuperſunt 105, hoc eſt, XV familiæ, quę poſt familiam Abiæ miniſtrarunt ad tempus partitudinis. Ergo XXIII familiis defunctis, ſupererat vltima, qua natus Iohannes. Cæterum conſtat, eodem fere tempore anni Chriſtum & natum, & baptizatum. Nam tempore baptiſmi incipiebat eſſe 30 annorum abſolutorum. Inde veteres tempus baptiſmi & Natalis eadem die celebrabant. Vetuſtiſſima opinio de baptiſmo eorum eſt, qui baptizatum dicunt VI Id. Nouem. menſe Marcheſvvan. At Natalis incidit in dies Scenopegiæ. Non multum igitur abfuit tempus baptiſmi a tempore Natalis. De veteri opinione Natalis Chriſti in VI Iduum Nouembrium, habes apud Epiphanium.

FINIS.



